

SCIPIONIS THEODORI

NEAPOLITANI PATRITII IVRISCONSVLTI
CAVSARVMQVE PATRONI CELEBERRIMI,
AC POSTMODVM REGII CONSILIARII
MERITISSIMI

ALLEGATIONES

IN QVIBVS NONNVLLAE VTRIVSQVE IVRIS CELEBRIORES
præsertim feudales materiæ iuxta magis veras, magisque receptas,
conclusiones, & sæpius noua methodo
clarè, ac breuiter declarantur,

CVM OMNIBVS SVPREMORVM TRIBVNALIVM DECISIONIBVS IBIDEM SVBSEQVVTIS.





SECVNDA ÆDITIO.

NEAPOLI, Ex Typographia Octauij Beltrani. MDCXXIX.

SVPERIORVM PERMISSV.

Sumptibus Petri Antonij Rega.

EXCELLENTISSIME DOMINE

Vidi iussu Excellentiæ tuæ has Allegationes, in quibus nihil reperio, quod Reipublicæ, vel bonis moribus aduersetur, quin potius eximiam doctrinam, ac singularem elegantiam, & in iuris articulis discutiendis admirandam eminentissimi Authoris soliditatem insimul, & subtilitatem obseruaui, quare vt imprimantur dignissimas esse diiudico. Neapoli die primo Iulij 1623.

Excellentiæ tuæ

Addissimus Seruus

Ioannes Baptista Melior.

Imprimatur.

Constantius Reg. *De Ponte Reg.* *Enriquez Reg.* *Lopes Proreg.*

EXCELLENTISSIMO PRINCIPI
D. ANTONIO ALVAREZ DE TOLEDO
ALBAE DVCI

Aequiti Aurei Velleris, in Regno Neapolitano Catholicæ Maiestatis Proregi.

SCIPIO THEODORVS FOELICITATEM.



AMICORVM suasionibus cædens, vt meas aliquot lucubrationes in apertum prodire nunc primum assentiar vnica ratione (PRINCEPS EXCELLENTISS.) conuincebar, quod eæ tibi dicatæ, tuiq; nominis irradiatæ splendore, nec spretæ quidem, nec apud quemquam ingloriæ publicam lucem aspicerent; At verò num tibi dicari ratione aliqua potuissent non mediocriter exhitabam. Nota mihi est ingenij mei imbecillitas, notissima tui nominis celsitudo, quid ergo à me congruenter tibi nusquam poterit exhiberi? Ea quidem pulchra, inclita, admiranda, quæ de te celebri fama personante, recēseri gaudeo me deterrebant. Noui enim tuæ familiæ amplitudinē ab Imperatoribus Constantinopolitanis exortam, cōmistamq; Regibus Hispaniarum sanguinis affinitate, magisq; dilectione, eximijs in dies meritis comparata. Author fuit Serenissimus ille STEPHANVS Iglian MICHAELIS filius Paleologi Bizātio lōgè post Imperij sedem à Constantino Magno illuc translatā imperātis. Qui dum pater Mahometanos Græciam anhelantes bello deuinceret, relictis Orientis finibus (eo forte, quod suos Parentisq; triumphos non caperent) ad Occidentis oras Mauritanorum inundationibus oppressas appulit armato milite. Ibiq; ab Hispanis sub ALFONSO eius nominis sexto, tāquam in procellis serenitatis nuntiū sydus à periclitantibus nautis exceptus, inter innumeras ipsi Regi partas victorias Toletanos valida obsidione soluens, Toletanum quoq; nomen gloriosè transmisit ad posteros. Inter quos Principem locum obtinent ALBAE DVCES, Primi Ordinis Magnates, Fide in eorū Reges incorrupta semper, alijsq; præclaris gestis, victorijsq; quamplurimis cæleberrimi. Quarum nonnullæ Regum Oraculis in eorum elargitionibus memorantur. Nonnullas indicant bina illa

Regalia, & tot reliqua ab hostibus erepta vexilla, quæ in templis à tuis Atauis constructis, & in Arcibus tuarum vrbium pendentia maiores tuos ad sydera mutis vocibus extollunt. Ipsorum legimus neminem, qui non sæpius, semperq; fæliciter, certè verò non aliquando Regum vice, aut Regnis, aut Regijs exercitibus imperauerit. Quarè ab illis toties Hostes deuicti, Vrbes Prouintiæq; subactæ, Regna quoque Nauariæ, & Lusitaniæ ad Coronam Hispanicam adiuncta. Illud ab ALOYSIO, & FEDERICO tuis progenitoribus, estincto ab Aloysio singulari certomine Valentino Ioannis de Labrit partes adiuuante. Expulso autem à Federico Ioanne ipso Rege Scisinatico, eiusq; sequacibus. Hoc à magno illo FERDINANDO Auo tuo, qui præ cæteris mentem ad se meam trahit. Ipse (vt opinor) stemma suum intuens quadris depictum figuris albis, atq; cæruleis intellexit virtute quadrata, & solida inniti oportere, quam vitæ puritas, mentisq; cælestium desideria exornarent. Quæ omnia consequi affectans, ad id virtutis peruenerat, vt per annos quatuor, & quinquaginta militiæ vacans, & in pluribus expeditionibus dimicans in omnibus ferè Europæ Prouincijs, vbique strenuissimè, vbique victor, nihil vnquam militaris licentiæ, nec ab æmulis inuri potuerit. Sed non hoc mirum, quando gentilitium vestrum insigne, Constantini illius pietati, & visæ Crucis miraculo alludens Cruci insidet, cuius ope (quod illi cælitus pollicebatur) vos quoq; vincere nuper eo (VICIT, ET VINCIMVS) dignissimo Emblemate profiteris. Rediens autem ad Ferdinandum Puritatem eius agnoscet quisquis norit eundem morte imminente suo Regi obtestatum, nec guttam sanguinis iniuria effundi, neq; vel nummum iniustè exigi vllo tempore permisisse, nulloq; affectu quemquam nisi quos crediderat aptiores belli pacisvè muneribus præposuisse. Cælestia verò quam anxie exquisierit, cælestis ille vir ibi præsens Aloysius Granatensis, & scripto prodijt, & eidem Regum Maximo PHILIPPO II. enarrauit. Cæterum quia ex virtutum fonte honorum riuuli deducuntur, sicut virtutum incitamenta Magnus ille Princeps ex proprio stemmate desumebat sic non immeritò insigne illud tot vexillis ab eo prodeuntibus circumseptum, quasi tot maiorum triumphis decoratum lætabundus aspiciebat. Sed quæ vento commota auram gloriæ excitabant, eadem sua cuspide gene-

rosum

rosum pectus quasi inuidis, at laudandis aculeis feriebant, commonebantq; vt auitis gloriæ monumentis consimilia ipse adderet, & maiora. Hinc tot eius laudanda facinora, quæ nec volumine clauderentur, Vnum tamen atq; alterum perpetuo memorandum non præteribo. Apud Germanos Imperij frenum tunc abhorentes, & seditiones vndiq; concitantes, Cæsarei exercitus, ad Imperij tuitionem Imperator inuictus (cum adesset CAROLVS V. Gloriosissimus) reliquis rebellantibus profligatis Lantgrauium, & Saxonium ad pedes Cæsaris colligatos transmitti iussit, omnemq; Germaniã in eius Principem ceruicem efferam extollentem edomuit. Neapoli Philippi II. Prorex eodemq; tempore Mediolanensium moderator, & in omnibus vices Regias in Italia sustinẽs, tumultus Italicos magno fomite excitatos summo consilio, & virtute ita compressit, vt edocuerit Principes, quam faciliter eius Rex iuxta merita deprimit, vel exaltat. Tandemq; ad cælestia migraturus Tropheis in hoc orbe onustus dimidium noui orbis Lusitaniæ Regno adiacentis sui Regis ditioni submisit. Quam ob rem apud virum tanti viri aliorumq; prædecessorum meritis, & suæ virtutis gloria admirandum, verebar meritò nihil à me oblatum non indignissimum iudicari, donec perpendens maturius, intellexi decenter satis lucubrationes meas ad te confugere, vt sicut Auus meus Dux peditum & mox æquitum sub Ferdinando Auo tuo fortissimo Marte efferuescente militauit, sic eo nunc quiescente disceptationes istæ meæ te auspice in Mineruæ cãpo decertent: & abs te (quod munus est Principum) ipsarum humilitas eleuetur, illustretur obscuritas. Præsertim quia in illis quid iustum sit contenditur, & Iustitia ipsa perquiritur, quæ (vt eodem tuo stemmate indicatur) constanter, purè, immutabiliter præsidet in sinu tuo. Et exinde (vbi innatos, auitosq; spiritus bellicos, te quoq; nunc exercere tẽpus non exigit) prodeunt similiter, tropheorum instar alia Heroicarũ virtutũ insignia, dum depressum hoc Regnũ tibi commissum paterno affectu subleuare nõ desinis. Oportuna quæq; accuratissimè speculatis, omniaq; admirabili integritate, & solertia, ad cõmune bonũ, sic perficis vt discurrentem FLORAM Parthenope viderit annonę copiam elargiri, & sedentem ASTREAM æqua lance cuncta librare: Non minus hęc sub pacis tranquillitate, quam vetustiora illa fuerint, cruentis temporibus, omni laudum præconio celebranda. **Vale.**

ASCANII RAMIRES
AD SCIPIONEM THEODORVM VIRVM INSIGNEM.

QVAE nuper congesta tibi causisq; peractis
Aedita nunc mandas docta per ora virum,
Ingenij monumenta die victura perenni
Extollent clarum nomen ad astra tuum
Hinc Istri potor Rhodaniq;. Hinc accola Rheni
Ediscent Latij iura reposta Soli.
Responsa hinc capient flauus Tagus aurifer vndis.
Et Tybris Pythio vera magis tripode.
Atque hinc sacrarum legum resplendeat Indis
Lucifer Eois Hesperus occiduis.

AVGVSTINI E CASTRO FICCARDO
EPISCOPI GRAVINENSIS.
Ad Authoris Nomen.

LIS fuerat Bellonam inter legumq; potentem
Palladà cui maior gloria laudis erat
Illa olim ob geminos Latij duo fulmina belli
Scipiadas doctam visa praeire deam,
Scipiade haec vno geminos dum Martis Alumnos
Scipiadas potuit vincere maior erit.

EIVSDEM
Ad Authoris Cognomen.

DONA Deûm Theodore tuo fers nomine quid ni
Omnia fers animo si quoque dona Deûm?
Quin etiam vt leges Diuum sunt munera sic tu
Qua legum interpres munus, & ipse Deûm es.

EIVSDEM
Ad Opus Authoris in lucem producentem.

CLARVIT Aeolides prudenti pectore, & armis
Eruta quem timent Dardanis ora Ducem
Ast vbi magnanimum Graijs detexit Achillem
Grandius Aeolide nomen in orbe sonat
Sic inter Sophiae proceres Francisce refulges,
Et canit ingenium Pallados aula tuum.
Sed tibi prob qualis consurgit gloria quando
Nobile Scipiande te duce surgit opus.



FRANCISCVS ANTONIVS DE MOZZILLIS
V. I. D. NEAPOLITANVS.

AD LECTOREM.



VM primum (candide Lector) literarum quas humanas vocant, & postmodum legalis disciplinæ cursum peregi, vt in foro versari, & in causis patrocinari passim addiscerem vnũ mibi delegi exemplar Scipionem Theodorum iuris consultissimum causarumque patronum veridicum, & eloquentissimum. A quo benignissime exceptus paulatimque in familiarem consuetudinem admissus obstupui, dum præter notam omnibus morum suauitatem, & elegantiã vetustæ generis nobilitati per similem tantũ reperri in eo modestiæ laudes proprias contingentis, vt quanta in eo sit scientiarum intelligentia, nisi quis domesticè secum ac diutius conuersetur, nec Lynceis quidem oculis intuebitur. Nec modo reliqua, verum & ea quæ in iure scripsit; ego vix agnouisem nisi quosdam iuris articulos forte in causis emergentibus occurrentes reuideri voluisset inter nonnulla ad feudales aliasque materias ab eo conscripta. Quæ sic vna secum, & aliquando etiam furtim legens dignaque existimans, ut ederentur sicuti plures exoptabamus arrepta semel opportunitate admirabundus interrogaui, quid hoc esset, vt tot lucubrationes sepeliens, & publicæ vtilitati, & amicorum iucunditati, & suæmet gloriæ inuideret? Ipse vero qua assolet venustate subridens meliora monuit, vt cogitarem, aperuitque ea se ferè omnia adolescentem pro sui eruditione annotasse. Quæ postmodum non contemnenda dijudicans cæpit aliquatenus exornare, & addere multa, non tamen adhuc iuxta propositum potuisse perficere, Etenim vt quisque videt, forensia præsertim in hac Vrbe negotia aduocatis primarijs omne ferè tempus absumunt. Dixi donec tractatus illos expediat, quorum expeditionis celeritati, me quod possem adiumento obtuli, posse nunc saltim Typis traddi allegationes, quas legimus ita conscriptas, vt legentes nimis erudiant, dum præter consulentium morem occasione iuris articulorum in causis occurrentium multa insimul tangit articulis eisdem affinia ex quibus, & ipsi articuli defenduntur validius, & ipsorum materia remanet non mediocriter dilucidata, Præsertim quia in non paucis quæ in allegationibus differuntur nihil reperio


dubi-

dubitanter propositum vel remissiue, sed concludenter semper ac decisiue, Idque ea soliditate insimul, & subtilitate, quam doctissimus censor paulò superius attestatur. Sic allegationes cunctas obtinere putabam, sed patefecit nonnulla in eis discuti, alibi sua methodo traduntur, ibique sibi carius esse vt legerentur, vbi multis ommissis quæ peracta causa in qua scripta sunt paginam frustra exarant, vtilia tantum plenius, & ordinatius explicantur, centum tamen indulsit quarum articuli in alijs ab eo scriptis non includuntur, Deleuit versus aliquos factum solummodo ponderantes, Addidit vbi meminit euentus, & per pauca quædam occasione Authorum postea Impressorum, vel alicuius articuli postmodum decisi. Ego Alllegationum argumenta, & indicem ex illis desumpsi & quoties aduerti in diuersis causis eundem aliquem iuris articulum oportuisse defendi hunc non pluries per extensum imprimi, sed satius fore duxi vbi plus semel occurrit, tunc ad eandem Allegationem legentem remittere in qua semel discussus est. Ceterum ne verbum quidem addidi, nec diminui, vel immutaui, sed quas & quales mihi obtinui, easdem (lector amantissime) nunc tibi profero. Vt nunc hin paucis eius viri doctrina & eloquentia fruaris, meamque, & in his & in alijs quæ ab eo perfici curo operam qualem qualem, certè vero erga te dilectionem, & diligentiam commendes. Vale.



ARGVMEMTVM

Aliquorum quę præcipuè discutiuntur in Allegationibus sequentibus.



In Allegatione I.

Pro Ascanio Pignatello.

DEclaratur consuetudo Neapolitana, vulgo dicta Nobilium Platearum, & discutiuntur eius effectus præsertim circa successiones. Et quando matrimonia iuxta ipsam consuetudinem contrahuntur.

In Allegatione II.

Pro Portia Villana.

AGitur de quibusdam nullitatibus circa ordinem, Et quo ad iustitiam quæritur an & quando in venditione rerum vniuersalium debeatur euictio rei particularis, Et de pactis particularibus circa euictiones, Et quæ verè dicatur euictio, Et quando dicatur oriri iuridicè, vel facto Principis iubentis, vel excitantis iurisdictionem. Et quod spectat ad Principem prospicere exactiones Portorij ne indebito augeantur.

In Allegatione III.

Pro Io. Hieronimo de Ianuario, & Tiberio eius filio.

DEclarantur iudicis recusationes ex causa aduocati consanguinei, Traditur an & quando de fructibus feudi disponi potest sine assensu, Et de nullitate contractus ob prohibitionem legis, vel hominis, Et quid eo casu circa promissam euictionem, vel circa interesse.

In Allegatione IV.

Pro eisdem in eadem causa.

AEtas quomodo computetur, Et an diuersimode iudicetur ob contractuum diuersitatem. Item an requiratur assensus in refutatione ex nūc pro tunc sequuta morte, & an præstari possit per Illustrissimos Proreges in casu prædicto, vel in casu ubi hæres alienantis est desperatus de successore.

In Allegatione V.

Pro aliquibus creditoribus Comitissæ Sarni.

SOlutiones non expressa causa quando extinguunt prius vsuras decursas, vel interesse debitum, vel sortem principalem.

In Allegatione VI.

Pro vno ex creditoribus prędictis.

DEbitor ex causa hæreditaria an, & quando ex proprio contractu circa ipsum debitum hæreditarium obligetur etiā proprio nomine, & insolidum.

In Allegatione VII.

Pro D. Hipolita Carafa.

MVlier pro paragio an quando, & quomodo agat contra tertium possessorē feudi. Item quod, & quale interesse, & in quibus bonis habeat eandem anterioritatē sicut sors principalis, & quid vigore capituli Regis Catholici pro mulieribus neapolitanis.

In Allegatione VIII.

Pro Antonio Scalerio.

AN in iure nostro adsit aliqua contradictio. Item dispositum in materia an & quando locum habeat si reciperet nouam qualitatem, vel nouam formam, Et quod legata non debent esse inutilia.

In Allegatione IX.

Pro Mutio Pisanello, & sotijs.

REmissiones, & paces pro accusatis à quibus obtineri oportet de iure communi, & de iure Regni. Item ad quem dicitur spectare successio, & quis verè sit hæres, Et quid de hærede particulari.

In Allegatione X.

Pro ciuitate Cosentiæ circa prætensam suorum casalium venditionem.

PRincipes quando, quomodo, & ad quem finem sint instituti, Ex qua cognitione aliqua diciduntur, Habent potestatem ordinariam, & absolutam, & quando vtraque vti debent. Habent triplex Patrimonium, Et qualiter de vnoquoque disponere licet siue non licet.

In Allegatione XI.

Pro Philippo Spinula cum Delia.

FIlij ex primo matrimonio si plus relinquitur Vittrico vel nouercæ, an Præcapta legitima reliquum diuidatur, an verè in maiori portione statuta per legem Hac edictali comprenditur legitima. Item nonnulla consimilia in quibus maior quãtitas noviter prouisa continet minorem per prius debitam. Et an quantitas vitrici intelligatur iuxta legitimam filio relictam, vel etiam iuxta suppletam.

In Allegatione XII.

Pro sororibus de Freccia.

REstitutio aduersus sententiam S. Cons. quando conceditur, & de eius effectu. Item an rogitus testium sit necessarius in relictis pro causa pia, Et quid in relictis oretenus, Et quid si Notarius fuerat accersitus, & quid de relictis ad interrogationem alterius. Item quomodo infirmi Delirium præsumitur, vel probatur.

In Alegatione XIII.

Pro Cleria Fraxia.

VEll'eianum non prodest Matribus promittentibus dotes, vel antefatum pro filijs. Declarantur consuetudo dos, & quarta, cum alijs casibus requirentibus scripturam. Quid potest S. C. ex manu Regia: Et an Antefatum debeatur solummodo pro quantitate dotis receptæ.

In Allegatione XIV.

Pro Surianis Hæredibus in Burgensaticis.

COntributio onerum fit pro rata bonorum etiam feudalium. Discutitur num testator iusserit fieri pro rata fructuum. Item quando onus iniunctum primo hæredi transit ad subsequentes, Et quid de prohibitione alienandi. Item societatem esse adeo personalem vt neq; ex pacto, vel ex mandato testatoris transeat ad hæredes, Et quæ sit huiusmodi societas.

In Allegatione XV.

Pro Horatio Loffredo.

VTilitas, & solemnitas circa alienationem rerum Ecclesiæ declaratur. Item discu-

discutitur caducitas inducta exalienatione. Item differentia renunciandi ius quæsitum, vel quærendum etiam quo ad ecclesias. Item an & quando, Et cum quibus clausulis dicitur, vel non dicitur renuntiatum fideicommissum presertim in diuisione bonorum inter uocatos.

In Allegatione XVI.

Pro fidelissima Ciuitate.

IMmunitas Ecclesiastica num sit de iure diuino, vel positiuo, Et de eius origine, & firmitate, Et de eius dispensatione ex iusta causa, quæ magis proprie declaratio nuncupatur.

In Allegatione XVII.

Pro Excellentissima Felice Vrsina.

AN & in quibus bonis Auia succedat vna cum fratre defuncti. Et de amissione vn us iuris per electionem contrarij. Et quid si electio non est facta in iudicio, Et quid in actore, & quid in reo.

In Allegatione XVIII.

Pro Cæsare Massa.

QVotuplex est legitimatio. A quo, & ad cuius instantiam. Et quibus, & pro quibus bonis fieri potest. De præsumptione generationis. & matrimonij. De probatione filiationis. De forma disponendi erga spurium legitimandū, De sequestro permisso, vel prohibito, De effectu institutionis particularis. Et de pœna haredis contrauenientis.

In Allegatione XIX.

Pro Valeria Galassa.

DE donationibus ex falsa causa, vel ob metum, Et quod metus dedecoris præfertur cuilibet alio temporali etiam mortis Item quando matrimonium dicitur perfectum, Et dedecus esse matrimonia ad summum redacta non totaliter perfici.

In Allegatione XX.

Pro Marchione Campaneæ.

VItam militium non deberi in lenea collaterali, præsertim duplicem, Et an ea sit loco portionis, vel alimentorum, vel legitima, Et de eius institutione origine & effectu.

In Allegatione XXI.

Pro Eodem.

FRuctuum diuisio iuxta tex. in § his consequenter procedit in feudis non in allodijs est rationabilis. Et ex eius ratione multa deducuntur circa personas, circa tempus, & circa qualitatem fructuum.

In Allegatione XXII.

Pro Eodem.

DIscutiuntur diuersæ formulæ concessionum ex quibus constituitur feudum hæreditarium, vel ex pacto; Et declaratur feudum mixtum.

In Allegatione XXIII.

Pro Eodem.

AGitur de concessionibus, quæ ob temporum mutationes, vel ob alia occurrentia deducuntur ad iniquitatem.

In Allegatione XXIV.

Pro Illustrissimo Cardinale Columna.

FVndatur Fideicommissum institutum

per Martinum Quintum Pontificem Maximum, esse perpetuum ad beneficium masculorum, ex discussione clausularum quæ hoc inducunt, vel non inducunt.

In Allegatione XXV.

Pro eodem.

CLericis sicut laicis deberi vitam militiam, posse illam expressè cum alijs relictis compensari, sed an possit tacitè? Et tunc quæritur quomodo, & quando compensari intelligitur.

In Allegatione XXVI.

Pro eodem.

PRæcedens materia examinatur ad partes cum nonnullis consimilibus in quibus ex alijs relictis inducitur alicuius rei, vel quantitatis debitæ compensatio.

In Allegatione XXVII.

Pro Fratribus de Bucca.

AGitur de aliquibus quæ probantur per solam famam. Declaratur centenaria, & alia in quibus sufficiunt testes de auditu sicut valde antiqua, vel personarũ conditio, vel prosapia, & similia non admittentia testes de visu.

In Allegatione XXVIII.

In causa Dominorum de Grimaldis.

DIstinctio Bonorum an fuerit cognita de iure Codicis. Et an ius Codicis in hoc sit correctum. Et an procedat in concursu omnium qui alias succederent, vel solum in concursu ascendentium.

In Allegatione XXIX.

Pro Aurelia, & Margarita Loffredis.

DEclarationes actionum, vel exceptionum quomodo, & quo tempore fieri debeant de iure communi, vel de iure Regni. Et an hæc & similia iubeat aliquando Iudex ex officio.

In Allegatione XXX.

Pro Duce Martinæ.

QVomodo dignoscatur esse erectum feudum alienabile, vel esse dispensatum, vt alienetur. De differentijs inter vtramque formulam, & de effectibus. Et quomodo, & quando hæc dispensatio operetur. Et quid si est reseruatus nouus assensus impetrandus, & de amissione Priuilegij per non vsum.

In Allegatione XXXI.

Pro Eodem.

ASsensus dici nullos ob surreptionem, vel ob difformitatem ex pluribus capitibus, præsertim ob clausulam feudi natura non mutata, & veris existentibus prænarratis. Item de feudorum substantialibus accidentalibus, & naturalibus. Et de illorum erectione in dignitates.

In Allegatione XXXII.

Pro Ciuitate Cosentiæ.

COllectæ quando, & de quibus bonis soluuntur. vel non soluuntur. Quomodo probatur illarum solutio, vel exemptio. Et an, & quomodo præscribantur.

In

In Allegatione XXXIII.

Pro Duce Ebuli.

QVid possit vel non possit exigi pro pœna, vel pro interesse futuro ex mora non soluentis. Et quid vbi ob moram promittitur regressus ad primeuum debitum extans, vel dubium, sed ex conuentione diminutum.

In Allegatione XXXIV.

Pro Eodem.

DE Purgatione moræ, & quomodo, & quo tempore. Et quando attenditur locus contractus, vel locus iudicij in ordinatorijs, vel in decisiuis.

In Allegatione XXXV.

Pro Hieronymo Madaleno.

MAtris legitima an augeatur ex præteritione fratrum defuncti. Et nonnulla consimilia ad dignoscendum quando persona facit partem licet non admittatur ad partem.

In Allegatione XXXVI.

Pro Monasterio Reginæ Cœli.

REnunciationis materia, & illarũ clausulæ latissimè declarantur, in successibus ex testamento, vel ab intestato. Et in concursu descendentium, vel collateralium vtriusque sexus, & eiusdem gradus, vel remotionis, & tàm in monialibus, quàm in secularibus.

In Allegatione XXXVII.

Pro Eodem.

DE quibusdam clausulis renunciationum, & quando præsumuntur de stylo Notarij præsertim in muliere, vel minore. De effectu reseruationis consilij sapientis. De obligationibus monialium, vbi deficit superior, & de ipsarum testimonio in causa Monasterij.

In Allegatione XXXVIII.

Pro Hæredibus Baronis.

LEgatarius certæ rei quid consequatur si res illa non extat, vel est aliena, aut aliquo modo alienata immutata, vel imminuta. Et quid de suis oneribus debitisue inibi contractis.

In Allegatione XXXIX.

Pro Roueris, & Baldanis.

QVomodo intelligũtur obligationes penes acta. Quomodo dos soluto matrimonio reuertitur ad vxorem, & de huius reuersionis effectu. Et de Hypotheca speciali.

In Allegatione XL.

Pro Horatio Loffredo.

LAtè discutitur materia vsurarum, & interesse. Et à quo, cui, & quando reficitur. Ex quibus cognoscitur, an & quando interesse alterius interesse debeatur.

In Allegatione XLI.

Pro Pyrro de Ciaccia.

OFficia sicut feuda immò strictius non alienantur sine assensu. Et quid si sunt concessa pro hæredibus. Et de quibus hæredibus est intelligenda concessio. Et an & in quibus legati petitio inducat testamenti approbationem.

In Allegatione xLii. & xLiii.

Pro patruis Irenæ Mariæ Grechæ.
Et pro ipsa Maria.

DIscutitur validas, & perpetuitas donationis factæ filio in potestate. Et causa matrimonij. Et casus ipsius filij præmorientis patri cum filijs, vel sine. Et de pactionibus matrimonialibus non alterandis ob interesse aliorum vltra coniuges.

In Allegatione xLiv.

Pro Duce Montis Leonis.

IGnorantiam præsumi, & contra præsumptionem scientiæ in quibusdam casibus probari per absentiam, & ex ætate ex qualitate contractuum, & personarum. Et de eius effectu, vel excusatione. Et de cap. Regni quod incipit bona proditorum.

In Allegatione xLv.

Pro creditoribus cuiusdam.

DE moratoria iuridica, vel gratiosa concedenda, vel non concedenda. Et de prælatione ad affictum ratione personæ, vel maioris oblationis, & de requisitis ad hoc obtinendum.

In Allegatione xLvi.

Pro Cardinali Cosentiæ.

REtum Ecclesiasticarum alienatio multa requirit, & ex multis in præsenti Allegatione consideratis annullatur. Et in multis assensus Apostolicus in hoc ponderatur.

In allegatione xLvij.

Pro Eodem.

NVllitates aliquæ circa Decreta discutiuntur. Et agitur de remedio vigore capitulorum Regni circa violentias. Et multa circa triplex possessorium retinenda recuperanda, & adipiscenda.

In Allegatione xLviij.

Pro eodem.

QVæ emphyteosis deuoluatur, vel non deuoluatur ob lineam finitam, vel ob assensum non petitum, aut non præstitum. Et de diuersis concessionibus. Et qui successores, & quæ onera in illis comprehendantur.

In Allegatione xLix.

Pro Almo Doctorum Collegio Neapolitano.

ALmum Collegium Neapolitanum requirit præsentiam. Et quæ personæ excusantur, vel non excusantur. Et quid de Ecclesiasticis, & de Illustrissimis Cardinalibus.

In Allegatione L.

Pro Io. Antonio Gambacurta.

HVius viri seruitia eiusque iura ad statum Plumbini exclusis aliquibus ob illegitimitatem, vel ob sexum quæ exclusiones latè discutiuntur.

In Allegatione Li.

Pro Eodem.

FVndantur iura ipsius Io. Antonij descendentis à primo Domino Vrbis Pisæ, quæ exempta erat ab Imperio, & poterat sibi eligere Principem. Et de eius expulsione violenta, quæ impedit omnem præscriptionem. Et qualiter Rex Catholicus Plumbini protector potest sibi ius dicere.

In

In Allegatione LII.

Pro creditoribus Marchionis Marigliani cum assensu Proregis.

AN probibitio assentiendi alienationibus feudorum factis per exteros post annum 1561. potuerit ligare tanquam noua lex, & an admiserit validum vsum in contrarium.

In Allegatione LIII.

Pro creditoribus supradicti Marchionis cum assensu Regis.

QVod probibitio mentionata in allegatione precedenti babuit vim, & requisita noue legis, ligans proinde etiam ignorantes. Et operatur etiam in obligationibus. Et de intellectu Pragmatice de Priuileg. infra ann. præsent.

In allegatione LIV.

Pro Comite Imperiali de Auria, & Io. Francisco Grimaldo.

PRobibitiones assentiendi in duabus precedentibus allegationibus recensite locum non habent vbi exterus non alienat, nec obligat feuda, sed cedit hypothecam super feudis pro credito allodiali. Et quod interesse habet eandem anterioritatem cum sorte, sed non tertie que orirentur ex nouo instrumento.

In allegatione LV.

Pro Michaele de Mauro.

DIscutiuntur multa capita ex quibus pratendi, vel probari potest rebellio. Et ad que seruitia tenetur vassallus, & à quibus excusetur. Et quid de Adoha non soluta, Et de assertionibus Principum, vel aliorum ministrorum in annotationibus, vel aliter.

In allegatione LVI.

Pro Eodem.

DE restitutionibus obtentis à Principe, & de illarum effectu. De potestate Ducis Belli, vel Proregis. Et de concessionibus ad beneplacitum, & alijs.

In allegatione LVIJ.

Pro Ciuitate Grauinæ.

EX causa administrationes Vniuersitatum sunt obligata bona administratoris etiam circumscripta Regia Pragmatica. Et multas Pragmaticas leges nouas non inducere, sed antiquas renouare.

In allegatione LVIIJ.

Pro Iulio Cæsare Moccia.

CLerici in feudo non succedentes an, & quando habitum dimittentes feudum recuperent, vel in feudo succedant. Et hinc latè discutitur quando res dicitur integra, vel non integra ex qua cognitione multa notabilia deciduntur.

In allegatione LIX.

Pro eodem.

QVo ad feudi successionem pro inhabili qui postmodum efficitur habilis, rem integrã non reperirì alijs modis quam per quæstionem motam, & quot modis intelligitur quæstio.

In allegatione LX.

Pro Philippo Spinula.

LEgitimationum validitas, & effectus ex persona legitimantis, legitimationem petentis, & legitimati cum nonnullis circumstantijs illam adiuuantibus, vel inualidantibus latè discutitur.

In

In Allegatione LXI.

Pro eodem.

IMmissio in possessionem ex l. fin. C. de edict. Diu. sicut non conceditur si apertè est frustratoria, ita non denegatur si obiectiones sunt disputabiles, vel si competit aliqua detractio, vnde multa circa detractionem faciendam legitimæ, vel trebellianicæ præsertim per legitimatos. Et nonnulla de incapacitate, vel indignitate de quo etiam in allegat. 66. Et quando legitima, vel trebellianica dicuntur prohibitæ.

In Allegatione LXII.

Pro eodem.

ADduntur aliqua ad conclusiones supradictas præsertim circa successionem ab intestato naturalium cum legitimatione, vel sine ad quod declarantur statuta Genuensia.

In Allegatione LXIII.

Pro Philippo Spinula.

DE cognitione iuditij petitorij, vel possessorij. Et quomodo proponuntur, & accedduntur. Quæ sententiæ dicuntur conformes. Et aliqua ex quibus sunt nullæ. Et quid agendum pendentibus nullitatibus.

In Allegatione LXIV.

Pro Maria Spinula.

ALimenta dari mulieri viduæ repetenti dotem etiam litigiosa. Et quomodo sunt liquidanda, & de alimentis, & expensis dandis actori pauperi iuxta qualitate litis.

In Allegatione LXV.

Pro eadem.

SEquestra quando possunt iustè fieri præsertim in annuis introitibus redimilibus. Et quod vbi iustè factum fuit in prima instãtia debet renouari in secunda.

In Allegatione LXVI.

Pro Philippo Spinula.

INcapacitas, vel indignitas ob testatorem offensam latè declarantur. Item de cognitione iuditij petitorij, vel possessorij. Item quod causæ habentes connexitatem non sunt diuidendæ respectu Iudicum nec partium, & quomodo sunt decidendæ.

In Allegatione LXVII.

Pro aliquibus creditoribus Marchionis Marigliani.

CApitula Regis Catholici, & alia concessa pro feudorum obligatione ad beneficium mulierum latè explicantur. Et an prosint hæredibus, vel alijs. Et contra bona soceri exteri, & quid si contrahitur cũ assensu impetrando.

In Allegatione LXVIII.

Pro Hæredibus Beatricis Maioranæ.

DEclaratur subingressio legalis, vel conuentionalis vnius creditoris in locum alterius, & de requisitis ad hoc necessarijs. Et de ipsius subingressionis effectibus etiã contra fideiussorem.

In Allegatione LXIX.

Pro Marchione Campaneæ.

FIsci credita, & debita ex diuersis stationibus non compensari quomodo intelligitur.

gitur, & quid respectu interesse, & de causis impedientibus illud currere, Et an minor teneatur ad solutionem releuij.

In Allegatione Lxx.

Pro Hæredibus Didaci Vgedæ.

Alienandi potestas quid operetur inter substitutos ad inuicem, & quid in testamento, Et quid in contractu resolubili. Item de prærogatiua primogenituræ. Et de clausulis in corpore, vel in executiuis, Et quando censentur rogatæ, vel non rogatæ.

In Allegatione Lxxi.

Pro Principe Valdetari.

Baliatus ex quibus causis conceditur, vel denegatur, Et à quibus defertur, & quid in personis non recognoscentibus superiorem, Et quid si adsunt diuersa Patrimonia sistentia in diuersis iurisditionibus.

In Allegatione Lxxii.

Pro Eodem.

Milites an repellantur, vel excusentur à tutela; Et nonnulla de requisitis, & effectibus veteris militia ad militiam nostri temporis collata.

In Allegatione Lxxiii.

Pro Berardino Moccia.

Oblationis iudicialis effectus in diuersis casibus, Item sententiarum præscriptio. Aequalitas semper seruanda vnde multa deciduntur. Qua fides præstetur assertionibus præsertim principum, vel in antiquis: Aliqua de litium redemptoribus. Et an ius luendi aliquo tempore præscribatur.

In Allegatione Lxxiv.

Pro Eodem.

Quæ, & quales meliorationes, & cui, & quomodo, & quo tempore inspecto reficiuntur.

In Allegatione Lxxv.

Pro Eodem.

Qui fructus, & quando veniunt in restitutionem. Et quod pro ipsorum consuquutione oportet offerre interesse pecuniæ, quæ fortè debetur pro rehabenda re de cuius fructibus agitur.

In Allegatione Lxxvi.

Pro Fabio Macedonio.

De requisitis vt agatur contra debitorem debitoris, vel ex actione cessa, vel quia res mea peruenit ad te, Et de adiectis solutioni, & isti qualiter iudicentur.

In Allegatione Lxxvii.

Pro Ecclesia Sanctissimæ Annuntiatæ Beneuentanæ, & alijs.

De iuramentis in litem. De compromissis cum clausulis exequutionis, & cum iuramento, & cum pœna, & de ipsius pœnæ exactione. De intellectu l. fœmina C. de secund. nupt. Et de potestate alienandi, vel non alienandi in vita, vel in morte bona subiecta restitutioni per dispositionem vt restituatur quicquid superest.

In Allegatione Lxxviij.

Pro Patrimonio Comitissæ Sarni.

De simulatione, quæ præsumitur in donationibus coniuncta persona, & de præsumptionibus ad hos, Præsertim ex longa

longa taciturnitate; Item, qua donatio intelligitur filijs nascituris, Et quid si ipsimet sunt hæredes patris.

In Allegatione LXXIX.

Pro Duce Martinæ.

QVando dicitur contractu secundum vsum magnatum: uel nobilium platearum. An transeat ad hæredes prohibitio disponendi. Et de effectu substitutionis pupillaris præsertim circa bona subiecta consuetudini.

In Allegatione LXXX.

Pro Virginia Vitella.

QVod filia in capillo in feudalibus præfertur nuptæ etiam maiori natu Et quid si huic fuit reseruata successio, & de intelligentia Cap. Emergentium. Et quid si ipsa successio fuit promissa in dotem, Et an hæres saltim teneatur ad interesse, Et de multis ex quibus assensus annullatur.

In Allegatione LXXXI.

Pro Isabella Vitella.

AN adhuc diminuat paragium, aut vitam militiam, & quæ sit adoghæ origo & quantitas, & an & quomodo debeatur loco seruitij militaris, & de ipsius seruitij militaris qualitate, & effectu.

In Allegatione LXXXII.

Pro Monasterio quodam.

VIarum aliqua sunt publicæ aliquæ vicinales, aliqua priuata, & de ipsarum qualitate, & differentia. Et de meniamis in ædibus construendis, vel non construendis.

In Allegatione LXXXIII.

Pro Marchionissa Casæ arboris.

SEparatio bonorum defuncti ex priuilegio concesso in l. 1. ff. de separat. & C. de bon. author. iud. poss. in l. 2. non habet locũ in feudalibus, & multa ad hoc circa differentiam bonorum feudalium, & burgensaticorum.

In Allegatione LXXXIV.

Pro Comite Melisę.

FEudorum vnio, vel diuisio quomodo fiat & quomodo cognoscatur, & aliqua de feudis quaternatis simpliciter, vel secundum quid, vel planis, & de tabula.

In Allegatione LXXXV.

Pro Fabritio Pignatello.

POssessoria, & petitorium quæ & quando concurrunt, Et de libellis in vtroque Et quomodo formentur si res est in sequestro, & vbi neminem petitur condemnari.

In Allegatione LXXXVI.

Pro eodem circa Regium exequatur.

REgium exequatur ab Excellentissimis Proregibus ad Regias expeditiones merito peti debet præsertim vt rescribatur si agnoscitur aliquod inconueniens, Et de causis illud denegandi ad assensus ex nonnullis hic deductis.

In Allegatione LXXXVII.

Pro eodem circa recusationem.

VOtum aliquem dixisse tanquam aduocatum, vel tamquam iudicem an & quãdo faciat suspitionem, Et de veris causis ex quibus oritur suspitio.

In

In Allegatione LXXXVIII.

Pro eodem circa restitutionem sequestri.

SEquestra quando prohibentur, vel permittuntur; Et facta ad instantiam vnius prosunt omnibus; Nec tolli debent nisi causa decisa. Item innouata etiam à iudice non iudicialiter procedente ante omnia restituuntur.

In Allegatione LXXXVIIII.

Pro Duce Sancti Cæsarei.

QVod & quale interesse debetur ex mora, Et quando dicitur mora contrahi, & quid in obligationibus conditionalibus, & an purificata conditione requiratur noua interpellatio.

In Allegatione xc.

Pro nonnullis Nobilibus.

CIuilitas quomodo acquiritur, & an Ciues effecti debeant cum alijs ciuibus interuenire in administratione Ciuitatis Nobiles videlicet cum nobilibus, & ignobiles cum ignobilibus.

In Allegatione xcI.

Pro Duce Terræ nouæ.

COnsuetudines nobilium platearum, & Moris Magnatum an per omnia sint authenticæ sicut in scriptis redactæ sunt per Camillum Salernum, & an & quando testari potest Mulier, quæ nupsit iuxta morem magnatum, & qualiter dicitur transire in potestatem viri, & de huius potestatis effectu.

In Allegatione xcII.

Pro Marchione Corati.

AN detur prælatio agnato in venditione feudi hereditarij, Et si datur an pretium erit iuxta appretium, vel iuxta aliorum oblationes, Et multi casus in quibus statuitur pretium alterutro ex modis prædictis.

In Allegatione xcIII.

Pro Io. Francisco Pignatello.

AN cedi possit absque assensu lis super feudo, Et de requisitis ad præscribendum feuda. Item de contractibus, & eorum effectu circa rem alienam, Et quid si dominium postea superueniret, Et quando debetur euictio rei donatæ.

In Allegatione xcIV.

Pro Filijs Cassandræ de Curte.

DE dispositionibus mulierum in vita, vel in morte, quæ nocent, vel nocere possunt filijs in fraudem Consuetudinis Neapolitanæ præsertim in casu secundarum nuptiarum.

In Allegatione xcv.

Pro Ciuitate Cosentiæ.

SVbuentiones Regi solui à Vassallis necesse est, Soluuntur autem à Baronibus pro rata reddituum feudalium, Et ab vniuersitatibus pro numero focularorum, Et quibus medijs vti licet in ipsorum focularorum numeratione.

In Allegatione xcvI.

Pro Comite Gambatesiæ.

FEudorum venditio, quando dicitur perfecta, quando confirmata, & quando legitime reuocata; Et an procurator ad vnum istorum potest facere aliud, & an & quando Monaci possit suscipere procurationem, & illa vti.

In

In Allegatione xcvii.

Pro Cæsare Beluedere.

Q*Væ præsumptiones, vel probationes requiruntur in criminalibus; Et an coniungantur: Et de sotijs criminum. Item de pragmatica contra bannitorum recaptatores. Quis dicitur receptator, Et an & quando excusetur.*

In Allegatione xcviii.

Pro creditoribus Fabritij de Medicis.

Q*Vando bona dicuntur subingredi in locū præcedentium, & quando acquiruntur alteri quam emptori. Et de quo pretio præsumuntur comparata. Et an & quando habet locum compensatio præsertim in præiuditium tertij.*

In Allegatione xcviiii.

In causa Francisci Terracini, & Beatricis Montaquilæ.

S*Oror in quibus bonis, vel successionibus excluditur à fratre, Et præsertim an excludatur à fratre uterino in bonis maternis, Et an causa exclusionis sit sexus, vel familia, Et quando cesset lex cessante ipsius ratione, Et quæ vere dicitur ratio legis.*

In Allegatione c.

Pro Zenobia de Blasio.

A*N & quando habeat locum subingressio præsertim in linea collaterali; Et quid in feudo nouo, & an tunc successor teneatur ad medietatem pretij coæquali in gradu.*

Finis Argumentorum.



SCIPIONIS THEODORI ALLEGATIONES.

SVMMARIVM.

1 *PATRVVS de iure communi in successione filij sui fratris ab intestato defuncti praefertur fratri cõsobrino ipsius defuncti.*

2 *Subingressio de iure cõmuni locum habet in linea descendenti, & etiam in linea collaterali in successione Patrui, vel auunculi quãuis extarent ascẽdentes.*

3 *Subingressio de iure cõmuni locum non habet in successione filij fratris, vel sororis ad beneficiũ filij alterius fratris, vel sororis, qui concurrere vellet cum patruo, vel amita defuncti.*

4 *Subingressio de iure consuetudinario statuitur in conformitatem iuris cõmunis in successione omnium ascendentium. Et in successione fratris ad beneficium filij alterius fratris; Et ampliatur in successione fratris consobrini ad beneficium filij alterius cõsobrini, & non vlterius in alijs casibus.*

5 *Napodani authoritas circa consuetudinum intelligentiam tanta est vt ab ipso recedere non audeamus.*

6 *Consuetudinum dispositiones in aliquibus casibus non extenduntur ad alios consimiles, nec etiam vbi vigeret maior ratio.*

7 *Patruus in successione filij sui fratris praefertur filio alterius fratris, qui tali casu non habet subingressionem, nec de iure communi, nec de iure consuetudinario.*

8 *Vsus nouiter inductus inter nobiles circa pacta matrimonialia plenius prouidet conseruationem bonorum in familia.*

9 *Succedens morientibus ab intestato exclusis patre, vel matre defuncti iuxta nouum vsum nobilium platearũ, an dicatur succedere vltimo decedenti, an vero dicatur succedere patri, vel matri, à quo, vel à qua peruenerant bona huic vltimo decedenti. Et multa ponderantur circa articulum an idem sit si vlterius decedens relinquit bona materna, vel paterna.*

10 *Extensio in consuetudinibus nõ admittitur praesertim in correctorijs quantumuis sit eadem ratio.*

11 *Haereditas de iure communi dicitur ab vltimo moriente, quod quidem an & quando limitetur de iure consuetudinario vide sub num. 9.*

12 *Fictiones duae non possunt in idem concurrere, ex quo infertur consideratio notabilis in materia subingressionis.*

13 *Bona diuersæ qualitatis enarrantur, & declarãtur, quæ & quando subiacent dispositioni noui vsus nobilium platearum, & num.* 14. *cum multis sequentibus.*

14 *Mater succedit ex dispositione tex. in Auth. defuncto, C. ad tertull.*

15 *Fratres vterini non extante matre excludunt patruos, vel consobrinos defuncti.*

16 *Renuntiatio ad instar mortis facit renuntiantem quoad bona renuntiata non extare.*

17 *Consuetudo si quis, vel si qua non habet locum patre, vel matre existẽte.*

18 *Vsus nouiter inductus inter nobiles in matrimonijs an extendat consuetudinem si quis, vel si qua loquentem de successione proximiorum ex parte patris in bonis omnibus præter obuentis à linea materna, an vero disponat solummòdo de bonis paternis, & num.* 59. *cum sequentibus.*

19 *Fructus decursi post mortem patris sunt proprium patrimonium ipsius filij.*

20 *Consuetudo, quæ incipit si quis, vel si qua non habet locum extra districtum Ciuitatis Neapolis.*

21 *Vsus nouiter introductus per Nobiles Neapolitanos in matrimonijs contrahendis, an liget quoad bona extra districtum Neapolitanum.*

22 *Renuntiatio prædecessoris an & quando noceat venientibus ex propria persona, & num.* 75.

23 *Consuetudines vbi adsunt ante omnes leges seruandæ sunt.*

24 *Consuetudo, quæ incipit si quis, vel si qua recensetur, & latissimè declaratur*

25 *Bonorum restitutio eidem lineæ à qua peruenerant an & quando fuerit sancita de iure ciuili.*

26 *Masculini sexus prælatio quam Iustinianus improbat, in multis ante ipsum agnoscebatur, & post ipsum ab omnibus fere prouincijs est approbata præsertim in hoc Regno, & in hac Ciuitate.*

27 *Agnatio per Iustinianum cognationi æquiparata præfertur ipsi cognationi ex nonnullis legibus sequentibus præsertim in hac Ciuitate Neapolis.*

28 *Consuetudo si quis, vel si qua, prospexit lineæ: & prospexit agnationi, sed deficiebat respectu bonorum extra districtum, & deficiebat existente patre, vel matre, quos duos casus suppleuit nouus vsus nobilium platearum, vt in numeris sequentibus.*

29 *Vsus nobilium platearum nouiter introductus suppleuit duos casus, qui desiderabantur in consuetudine si quis, vel si qua nempe casum existentiæ patris, vel matris: Et casum bonorum existentium extra districtum huius ciuitatis.*

30 *Statuta in aliquo supplentur sæpe & augentur per consuetudines aliasue prouisiones subsequentes.*

31 *Vsus Nobilium Platearum locum habet etiam in bonis extra districtum, & in bonis de nouo quæsitis iuxta introscriptas decisiones, quæ duo capita latius fundantur in numeris subsequentibus.*

32 *Articuli à Doctoribus controuersi, & postea per Sac. Conf. decisi non sunt vlterius in controuersiam trahendi in hoc Regno, in quo Sac. Conf. profert sententias nomine Regio.*

33 *Stilus Sacri Consilij præfertur in hoc Regno authoritati plurium doctorum contrariam opinionem magis cõmuniter affirmantium.*

34 *Stilus tribunalis dicitur inductus per binas sententias conformes.*

35 *Consuetudines huius Ciuitatis non modo ligant ex approbatione Regia, sed ligarent etiam ex diuturna obseruantia absque Principis reprobatione, quod & in alijs consuetudinibus obseruatur.*

36 *Consuetudines Neapolitanæ quare in scriptis redactæ fuerint.*

37 *Quarteria possunt consuetudinem intro ducere inter ipsa quarteria.*

38 *Familiæ particulares an possint consuetudinem*

tudinem inducere inter se ipsas.

39 *Vsus nobilium platearum in matrimonijs contrahendis dicitur confirmatus per Regem Catholicum in anno* 1505.

40 *Consuetudo probatur ex relatione vnius doctoris insignis, ad quod vide etiam num.* 42.

41 *Vsus siue consuetudo nobilium plateariũ allegatur à multis Doctoribus Regnicolis, & extra Regnum.*

42 *Consuetudo si à multis Doctoribus recensetur creditur indubitanter.*

43 *Consuetudo potest sicut reliqua leges à subiectis declinari, & à non subiectis recipi, & tunc ligat in vim pacti.*

44 *Subditi alicui consuetudini ligantur ab illa quamuis illam non commemorent dummodo contrarium non paciscantur & num.* 47.

45 *Vsus nobilium platearum forte nunc ligat omnes nobiles Neapoli nubentes vbi iam videmus omnes nobiles passim ita contrahere.*

46 *Solitum fieri in dubio credendum est.*

47 *Vsus nobilium platearum licet mentionetur in capitulis matrimonialibus tamen non ligat tanquam pactum, sed tanquam consuetudo, & in numeris sequentibus.*

48 *Napodanus docuit formam extendendi dispositionem consuetudinis si quis, vel si qua etiam extante patre, vel m̃re.*

49 *Exclusio patris, vel matris iuxta formã noui vsus nobilium platearum non tribuitur pacto, sed consuetudini, & n.* 53

50 *Contrahentes præsumuntur iuri se conformare dum contrarium non exprimunt.*

51 *Expressio eorum, quæ de iure veniunt est superflua nihil addens, neque detrahens.*

52 *Vsus nobilium platearum suum parit effectum inter comprehensos siue inferatur, siue non inferatur ligans tamquã lex non tamquam pactum.*

53 *Consuetudo si quis, vel si qua procedit in bonis omnibus etiã q̃sitis per defunctũ.*

54 *Vsus nobilium platearum introductus est ad augendam conseruationem bonorum in familia, & proinde nõ debet contrarium operari.*

55 *Lex subsequens ad ampliationem legis præcedentis, est intelligenda in eodem themate, Idemq; est in lege corrigente in num.* 60.

56 *Dispostia in augumentum non debent operari diminutionem.*

57 *Vsus nobilium platearum an operetur ad benefitium lineæ paternæ solummodo in bonis paternis, & ad benefitium lineæ maternæ solummodo in dotibus.*

58 *Verba generalia, & intellectualia sicut iura, & successiones comprehẽdunt bona cuiuslibet generis, & num.* 68.

59 *Auth. defuncto C. ad Tertull. non corrigitur per Consuet. si quis, vel si qua, sed per nouum vsum nobilium platearum, qui proinde sic generalis est sicut lex correcta.*

60 *Fructus an & quando veniant in restitutione, præsertim vbi restitutio facienda est personis à lege prædilectis.*

61 *Fructus debentur quando restitutio differ̃ ad benefitium illius cui restituitur sicut quando differtur in tempus pubertatis.*

62 *Fructus debentur vocato vbi exclusio competitoris fit per verba geminata, aut valde generalia.*

63 *Fructus extare, uel ex eis aliquid esse cõparatum aliquando æquiparatur, præsertim, vt veniant vigore vsus nobilium platearum.*

64 *Introitus empti in hac ciuitate cum promissione soluendi tertias in hac eadem ciuitate quamuis extent alibi iudicãtur extare intra districtum ipsius Ciuitatis.*

65 *Vsus nobilium platearum an dirigatur ad bona, vel ad personas.*

66 *Verba statutorum, aut consuetudinum directa ad bona non extenduntur vltra districtum, sed an idem sit vbi diriguntur ad personas sunt opiniones hinc inde.*

67 *Iurisdictio alterius loci in quo bona sunt sita sicut non laeditur ex dispositione domini ipsorum bonorum, ita nec laeditur ex dispositione consuetudinis illius patriae ubi est ipsorum bonorum dominus qui cum caeteris disponit, vel disponere dicitur cum numeris sequentibus.*

68 *Consuetudo confirmata per principem vim habet in tota iurisdictione confirmantis.*

69 *Maioris partis dispositio in vniuersalibus vim habet sicut si omnes disposuissent.*

70 *Dotis appellatio in consuetudinibus, & in specie in consuetudine neapolitana comprehendit omnia corpora dotalia etiam sita extra districtum.*

71 *Consuetudo deducta in contractum vim habet etiam extra territorium.*

72 *Vsum nobilium platearum comprehendere debere bona vbicunque sita multis rationibus, & absurdis, quae alias orirentur comprobatur.*

73 *Mater per renuntiationē, vel per exclusionem ex nouo vsu nobilium platearum dicitur mortua.*

74 *Venientes ex propria persona non excluduntur per renuntiationem praedecessoris, idq; quomodo procedat in numeris sequentibus declaratur.*

75 *Renuntiatio non excludit descendantes ab ipsa renuntiante si haereditas defertur non in vita renuntiatis, sed ipsa mortua.*

76 *Existere aliquem, & non succedere non in omnibus aequiparatur cum casu non existentiae.*

77 *Exclusio alicuius personae ex proprio cōtractu non extenditur ad suos descendentes vocatos à lege, & venientes ex persona propria, secus autem est si exclusio illius prouenit à lege fauore alterius personae, quam lex includit, & num. 81.*

78 *Exclusio aliquorum ex nouo vsu nobilium platearum fit solummodo ad conseruandum bona in ea linea vnde proueniunt. Ex quo aliqua oriuntur.*

79 *Exclusio alicuius ad beneficiū alterius extenditur ad alia bona in quibus viget eadem ratio, vltra bona expressa in ipsa exclusione.*

80 *Exclusio ad beneficium alicuius non modo operatur respectu nominatim exclusi, sed etiam respectu descendentium ab excluso, & hoc fortius si tales descendentes coniunguntur defuncto mediante persona exclusa.*

81 *Vsus siue consuetudo nobilium plateaŕu expresse excludit lineam, & hinc colligitur, quod excludit non tamquam pactum, sed tamquam lex consuetudinaria.*

ALLEGATIO I.

Pro Ascanio Pignatello.

In Dei nomine amen.

DECESSIT Mutius Pignatellus vnicum reliquens Postumum similiter Mutius appellatum, quo inrestato nunc vita functo bine circa eius haereditatem ortae sunt controuersiae, quarum alteram amicabiliter composuimus reliqua ad praesens per Sac. Conf. decidenda est.

Primo ad eius successionem concurrebant
1 Ascanius patruus, & Marchio Lauri altertius patrui filius, dicente Ascanio ipsum de iure cōmuni vti proximiorem proferendum esse §. non tamen, & §. si plures instit. de legit. agnat. success. §. tertio gradu, & §. sequenti instit. de gradib: cognar. l. 2. §. haereditas ff. de suis, & legit. §. si vero neq; in Auth. de haeredib;
2 ab intestat. venient. Nec obstare subingressionem, quae de iure cōmuni locum habet in linea descendenti, vt in §. cum filius cum concordantibus institut. de haered. quae ab intestat. deferunt: & in linea collaterali solummodò in successione patrui §. si igitur in fin. in auth. de haered. ab intestat. venient cum declaratione

tione Alex.in conſ. 44. num. 19. vol. 5. idq; etiam extantibus aſcendentibus ex ampliatione Imperatoris in auth. vt fratrum filij in rubr.& nigr.declarat latè Det.in l.ſi auiæ in primo notabil. C. de ſucceſſ.edict.Ideq. in ſucceſſione auunculi firmat idem Det.in conſ.527.col.1. & conſ.553.Aym.in conſ.127. num.2. poſt Abbar.in conſ.86. col. 1. lib. 1. & Alex.in conſ.44.col.fin.vol.5.Non au-
3 tem in ſucceſſione filij fratris, vel ſororis ad beneficium filij alterius fratris, vel ſororis, quæ concurrere vellet cum patruo, vel amita defuncti l. auunculo. C.com. de ſucceſſ. notat Angel. in ſupradi. §.cum filius.

De iure autem conſuetudinario approba-
4 tur eadem ſubingreſſio in linea deſcendenti,vt in conſuetud.ſi moriatur, & in conſuet.idem iuris,& approbatur etiam in ſucceſſione fratris ad beneficium filij alterius fratris in conſuet.ſed ſi morienti. Et ampliatur in ſucceſsione fratris conſobrini ad beneficium filij alterius conſobrini in conſuet. quod autem, & non vlterius prout ibi declarat Napod. in ptin.& in lit.A.B.& C.licet tex.cõſuetudinis videat aliquãtulũ gñlior,itavt Re. de Pont.ſcripſerit verba illa,quæ leguntur in ſua lect.12.de ſucceſſ.feud.n.20.

Sed Napodani interpretatio paſsim vſu
5 recepta eſt,vt per Præſid. de Franch. in deciſ.24.nu. 5.& 12. ſicut genitrice ab ipſo circa intelligentiam conſuetudinũ recedere non audemus vt per Ant.de Alex.ad conſuet. ſi quis, vel ſi qua in Apoſt.ad glo.1.incipiente, & ratio eſt, per Præſid.de Franch.in deciſ.46.nu:6.
6 & deciſ.92.nu.10.ipſius autem conſuetudinis diſpoſitio ad alios caſus non diſpoſitos nullo pacto extenditur, neque ex identitate,neq; etiam ex rationis maioritate,vt per Napod.in conſuet.ſi quis haber filios in verbo ſi quis, & in verbo Et maternorum per Franc. in deciſ. 17.
7 nu. 12.& in deciſ. 71.nu. 10.cum multis ſequentibus,vnde ſubingreſsionibus prædictis commemoratis, & non extenſis in caſu noſtro ſpecificè patruum con ſobrino præferendum docet idem Napod. in conſuet.ſi quis,vel ſi qua num. 137.fol.mihi 116.

Pro parte Marchionis reſpondebatur poſt
8 ius cõmune poſt conſuetudines in ſcriptis redactas,& poſt gloſam Napodani alium inſurrexiſſe contrahendi morem inter nobiles huius ciuitatis relatum per Afflict. in deciſion. 237. per Franchum in deciſ. 92. per Salern. inter conſuetudines ipſo authore impreſſas fol. 133. per quem plenius, quam per conſuetudines cautum fuerat prouidetur circa bonorum conſeruationem in familia, Iuxta hunc morem huius Mutij nunc defuncti pater, & mater matrimo-
9 nium contraxere, Et iuxta hunc morem non huic filio ab inteſtato defuncto, ſed patri ſuccedi colligitur,ſecundũ aliquos ex verbis ipſius noui vſus, & dicebatur fuiſſe deciſum per Sac. Conſ. ex authoritate Neapodani cũ relatis per Franch. in eadem deciſ.92.in ſecundo dubio.Et dum ſucceditur patri erit reſpectu Aſcanij ſucceſsio fraterna in qua vt iam diximus tam de iure cõmuni, quam de iure conſuetudinum locus eſt ſubingreſsioni pro æqua portione ad beneficium Marchionis,qui alterius fratris eſt filius.

Hanc reſponſionem conſiderauimus ſuas habere difficultates. Primo quia idem Præſes refert rationem in contrarium non contemnendam nempe quod illa verba hæredibus matris ſunt in conſuetudine appoſita ad finem excludẽdi aliã lineam, & hic erat ſcopus conſuetudinis non autem ad finem deſignandi perſonam cui ſuccedit in quo non eſt vis ad finem conſeruandi bona in ipſa linea.

Secundo (iam quod in hoc adeſt deciſio, ne illam impugnemus) aduertebamus, quod apud Salernum, & apud Franchũ in locis prædictis nihil legitur de caſu quando parer præmoritur,ſed exprimitur caſus quando præmoritur mater cui ſuccedit filia, quæ ſimiliter poſtea mori-

tur

tur ab inteſtato, & hoc caſu ibi dicitur bona materna reſtitui debere hęredibus matris, ex quibus verbis inquit Præſes deciſum fuiſſe vt tali caſu ex hoc nouo vſu ſuccedatur matri, & non filiæ, Ponderando etiam æquiparationem hæreditatis aditæ, vel non aditæ per filiam, ſi enim hæreditas per filiam non fuiſſet adita ſine dubio ſuccederetur matri, ergo idem eſt in alio caſu hæreditatis aditæ, & acquiſitæ. Hæc ſi mater præmoritur. Si autem præmoritur pater hoc ibi non tangitur, ſed apud Affl. in illa deciſ. 237. legimus capitulum ſubſequens, quod incipit, Et vbi cõtingerit virum præmori. Et ibi nullum ex verbis prædictis ad hunc finem ponderari poteſt, ſed ſolum excluditur mater à bonis paternis, quæ

10 ad hunc filiũ peruenere. Extenſio autẽ vt dictum eſt, non admictitur præſertim quando inducitur legum correctio, vt latè per Napod. in diſt. conſuet. ſi quis, habet filios in princip. vbi hinc ſpecificè docet diſpoſitum in patre non extendi ad matrem, nec è contra, & ſemper correctum in vno ad aliud non extendi late poſuit Franch. in dict. deciſ. 71. n. 10.

11 Nec dubitamus de iure comuni hæreditatem dici ab vltimo moriente l. paulus alias per procuratorem, & l. 1. §. veteres, vbi notatur ff. de acquir. poſſ.

Tertio poſito, quod hic mos procederet etiam reſpectu patris, certum eſt, quod

12 vere vltimo loco mortuus fuit filius, & ſic dicere, quod per mortem huius filij ad huc ſuccedimus patri eſſet quædam fictio ab hoc nouo vſu introducta, dicere autem vlterius, vt in hac ſucceſsione poſſet, cum Aſcanio fratre concurrere Marchio vigore ſubingreſsionis per quã ius ciuile, & cõſuetudo ſcripta fingunt hunc filium alium fratrem repreſentare eſſet in vna eademq; re duas fictiones inducere contra regulam text. in l. 1. C. de dot. promiſſ. late Bart. in l. ſi quis pro emptore nu. 71. ff. de vſucapion.

Quarto in hac hæreditate adſunt bona triplicis generis, Nempe bona paterna

13 intra diſtrictum, item bona paterna extra diſtrictum, & tertio bona aucta ex fructibus hæreditarijs dum tenella eius pueri ætas modicis indigebat expenſis, & licet inferius ad alium finem, & ex diuerſis rationibus defendemus morem nobilium comprehendere hæc omnia bona pro illorum conſeruatione in familia, tamen extra hunc finem non videtur neceſſaria comprehenſio omnium iſtorum bonorum ad finem vt ſuccedatur patri, vel matri, & non filio, & per conſequens in aliquibus maior inſurgebat dubitatio contra Marchionem, quibus omnibus penſatis iuxta poteſtatem traditam de iure, & de facto tũ ex amicabili voto, tum etiam fraterna accedente concordia hæreditas iſta pro duabus partibus Aſcanio Mutij ſenioris fratri, pro tertia Marchioni alterius fratris filio permiſſa eſt.

Hæc dum agebantur alia inſurrexit, & mota fuit lis quam nunc agimus. Mater ſiquidem huius Mutij defuncto viro nupſit iterum, & filij ex hoc ſecundo matrimonio progeniti hanc hæreditatem pro magna portione ad ſe ſpectare contendunt, & inquiunt in ipſa hæreditate adeſſe bona, quæ modo diximus, triplicis generis.

Et primo quo ad augmentum ex fructibus decurſis poſt mortem Mutij patris dicũt hoc eſſe proprium patrimonium ipſius filij cuius ab inteſtato defuncti eſſet hæ-

14 res mater Auth. defuncto, C ad tertull. At matre non extante hæreditas ſpectat

15 ad ipſos defuncti fratres vterinos excluſis patruis, & conſobrinis Auth. poſt fratres autem C. de legit. hæred. Et non

16 extare dicitur matre ſiue per mortem, ſiue per renuntiationem, vt per Napod. in conſuet. ſi quis, vel ſi qua num. 195. quæ renuntiatio ineſt dum contraxit iuxta nouum vſum, & locus fit ipſis fratrib⁹ vterinis ſicut poſt Corn. in conſil. 234. vol. 4. tradit Præſes de Franch. in deciſ. 167. num. 14.

Idq; cum ita ſit de iure comuni ſubſequẽter

ter prætendunt non obstare consuetudinem si quis, vel si qua, cuius vigore proximiores ex parte patris succedunt in bonis omnibus præter obuentis ex
17 parte matris, Nam consuetudo illa cessat matre existente in medio, quæ admitteretur, vt ibi per Napod. & reliquos de quibus per Præsid. de Franch. in de-
18 cis. 91. in princ. Et proinde non secundum illam contraxerunt, sed iuxta morem nobilium, per quem pinguius prouidetur etiam excludendo matrem, sed videtur, quod hic mos loquatur solum de bonis paternis, & quod proinde nõ comprehendat augmentum ex fructibus decursis post mortem patris, quod qui-
19 dem dicitur proprium patrimonium ipsius filij l. in fidei commissariam l. hæredes mei ff. ad trebellian. Et hoc tãto fortius in illis bonis ex dictis fructibus quę sitis, quæ reperiuntur extra districtum huius fidelissimæ ciuitatis vt mox dicet.

Secundo igitur prætendunt ad se spectare bona sita extra districtum siue sint quæsita ex fructibus decursis post mortem patris huius Mutij de cuius successione agitur, siue etiã sint bona paterna siquidẽ ad omnia bona ipsi vterini vocantur de iure cõmuni exclusio patruo, & consobrino, de iure autem consuetudinario si attendenda esset in præsenti
20 casu dispositio consuetud. si quis, vel si qua illa ex omnium interpretatione locum non habet extra districtum, vt ibi per Napod. in verbo in bonis omnibus nu. 174. & in prohem. num. 235. & alibi sæpe late Reuert. in suo discursu impresso post consuetudin. & capit. in decis.
21 159. in princ. si vero attendimus morẽ nobilium tunc aut ligat tanquã lex consuetudinaria, & similiter non potest ligare vltra districtum, si enim totius ciuitatis consuetudo non egreditur fines suos multo minus eosdem fines egredi potest nouus vsus quem ipsius ciuitatis vna pars siue (vt hic dici assolet) vnum quarterium introduxit, militat namque eadem ratio ex defectu iurisdictionis, vt per Bart. & reliquos in l. omnes populi ff. de iustit. & iure per Cyn. Bart. Bal. in l. 1. C. de summ. Trinit. & fid. cath. Principis autem tollerãria siue etiam expressa confirmatio qualis est in consuetudinibus nostris, robur quidem illis tribuit non autem illarum vigorem vltra proprios lares extendit. Alioquin reliquarum eiusdem Principis vrbium consuetudines confunderentur.

Aut vero iste mos ligat tamquam pactum ex renuntiatione successionis filiorum,
22 Et tunc videtur tale pactum non obesse filijs venientibus ex propria persona, vt per Bart. in l. 1 §. si sit ff. de collat. bonor. cum reliquis inferius annotandis nu. 75. Et sic absq; controuersia dimictunt solum bona paterna intra districtũ petendo reliqua paterna extra districtũ, ac etiam bona aucta per Mutium vbicumque sita.

Pro parte Ascanij, & Marchionis dicitur nihil discutiendam esse in præsenti cau-
23 sa de successione ex iure cõmuni si quidem vbi adsunt consuetudines ille ante omnes leges seruandæ sunt vt per Napod. in consuet. si quis aliquam sub tit. de pignor. num. 2. in casu autem nostro omnes articuli circa omnia bona prædicta per nostras consuetudines deciduntur, quarum altera dicitur nobilium platearum, & est secunda in tempore de qua mox loquemur, altera, quæ est prior in tempore legitur in libro consuetudinum sub tit. de success. ab intestat.
24 disponens vt si quis, vel si qua ab intestato decesserit filijs, seu liberis legitimis non extantibus tũc proximiores ex parte patris succedãt in bonis omnibus defuncti præter quam in bonis, quæ obuenerunt eidem defuncto à matre, vel aliquo ex linea materna in quibus proximiores ex parte matris succedunt.

Hæc consuetudo restituens bona illis à quorum linea peruenerant magnam
25 continet æquitatem vt saltim defunctũ consanguineum deplorãtibus solatium sit bonis etiam quæ antiquitus prædecessorum

ceſſorum fuerant non fruſtrari, vt in l. iure ſucceſſurum, ff. de iur. dot. & fuit prius eiuſmodi æquitas in aliquo caſu cognita de iure ciuili ſi Bartolo credim⁹ in l. quod ſcitis C. de bon. quæ lib. in auth. Itaq; C. comm. de ſucceſſ. & in l. poſt dotem vbi Alex. & Iaſ. ff. ſol. matr. de cuius ſequacibus, & cõtradictoribus cum aliquibus declationibus habetur la tiſsime per Crauett. in con. 176. per Co uar. de ſucceſſ. ab inteſtat. nu. 2. & nu. 7. in verſ. tertio, & per Tiraquell. de retract. lignag. §. 14. gloſ. 2. nu. 12.

Fauet etiam ipſa conſuetudo aliqua ex parte agnationi contra ius authenticorum ſicut videmus paſſim pro locorum, aut temporum varietate diuerſa diuerſimode approbari, ſic enim Maſculini ſexus prælatio, quam Iuſtinianus maximum vi-
26 tium appellauit, priſcis temporibus inquit Imperat. in illa l. Maximum vitium C. de lib. præt. vbi gloſ. in princ. quod in multis agnoſcebatur, & poſt tempora Iuſtiniani inter omnes fere chriſtianæ reip. prouintias recepta eſt, & ſimiliter in hoc Regno, vt in conſt. in Aliquibus, & in conſt. vt de ſucceſsionibus, & in hac ciuitate, vt in conſuet. ſi moriatur cum alijs ſequentibus ſub illo tit. de ſucceſſ. ab inteſtat.

Eodemq; modo in auth. de hæred. ab inte-
27 ſtat. venient. æquiparat̃ cognatio agnationi, quę ex lege 12. tabularũ, & paſsim in iure ciuili cognationi perferebat̃, vt ibi gloſ. aduertit in princ. Sequentibus vero temporibus innumera ſtatuta magis tribuunt agnationi redeundo ad ius pri meuũ, & in hoc fauorabilia ſunt vt latè per Mandell. in conſ. 763 n. 5. vol. 4. & per modern. Pariſ. in conſ. 5. nu. 6. 7. & 8. quorum exemplo noſtra conſuetudo dimictens prius vtrique lineæ quicquid hinc inde peruenerat tribuit vlterius agnatis ſi quid forte aliunde defuncto obueniſſet ideirco dicens illos ſuccedere in bonis omnibus præter obuentis, ex materno genere: Et ſic noſtra conſuetudo fauet prius lineæ vnde bona exierunt, & fauet poſtea agnationi.

Duo hæc ſapienter in præfata conſuetudi-
28 ne diſpoſita laudabantur, ſed & duo ad eundẽ finẽ conſequẽdum ex cõmuni interpretatione deficiebant, quorum alterum fuit reſpectu bonorum extra diſtrictum ad quæ non extendebatur vt ſupra diximus, alterum quia ceſſabat eius prouiſio patre, vel matre, exiſtente, vt per Napod. in eadem conſuet. n. 132. & 180. per Andr. in rubr. de natur. ſucceſſ. feud. num. 6. & 7. per Præſid. de Franch. in deciſ. 91. in princ. & in deciſ. 537. & alibi ſæpe & hoc modo bona contra mentem conſuetudinis ad aliam lineam transferebantur.

Quibus duobus inconuenientibus vt oc-
29 curreretur introductus fuit nouus vſus nobilium platearum ſicut ipſa veriſimilitudo hoc indicat, & adeſt indubitata traditio quam audiuimus à maioribus noſtris, qui & audiuiſſe dicebant ab alijs vetuſtioribus, & habetur in dict. deciſ. 537. n. 3. vbi ille Præſes doctiſſimus relata diſpoſitione conſuetudinis in ſcriptis redactæ ſtatim ſubiungit ſuperueniſſe conſuetudinem nobilium platearũ ad ſupplendum illud in conueniens ſicut ſuppleta paſſim. & aucta fuere ſtatuta illa de quibus meminit puteus in cõſ. vnico impreſſo poteſt conſilia ſtortiæ de oda nu. 14.

Et conſequenter mirum non eſt ſi omnia, quæ nũc quærimus alias fuere deciſa in cauſa Fabij de Gatta cuius meminit Pręſes de Franch. in deciſ. 492. Et nos percuntato proceſſu clarius patefecimus, quod fuit excluſus frater cõſanguineus à bonis maternis, ſicut nunc excludendus eſt vterinus à bonis non peruentis ex mr̃no genere, in hoc .n. clara eſt diſpoſitio conſuetudinis ſi quis, vel ſi qua cuius vigore materna linea excluditur à bonis lineæ non maternæ, & è contra linea paterna excluditur à bonis peruẽtis ex linea materna, & per nouum vſũ ipſorum quoq; parentum excluſio addita eſt, & eorum excluſionem actores,

vt

vt dixi iam admittunt respectu bonorum paternorum existentium intra districtum, similiter in eodem processu decisa fuit exclusio etiam à bonis extra districtum, nam ad hunc finem introductus fuit hic nouus vsus, & hoc verba ipsa disponunt. Ac postremo ibidem (quod,& memoratur in præfata decis. 491.) & similiter in causa Virginiæ de Gamba curta cuius processum originalē demostrauimus post doctrinā Nauclerij viri insignis relatam in præfata decis.492.iterum decisum fuit comprehēdi etiam bona quæsita, in quo articulo nulla adesse poterit ratio dubitandi dum in consuet.si quis,vel si qua disponitur succedere proximiores ex parte patris in bonis omnibus,Et qui omne dicit nihil excludit, & expresse comprehendi bona quæsita tradit ibi Napod, nu.175. nouus autem vsus quæ ibi fuerant plene disposita non tangit,sed addit solum duo capita prædicta quæ ibi deerant, prout nunc diximus & infra latius deducetur.

Qui tres articuli sic decisi comprehendunt quicquid per partem aduersam in præsenti causa dubitatur, & consequenter videtur etiam pro decisione huius causæ posse sufficere. Nam quicquid sit respectu causarum in quibus aliqua, vel minima facti diuersitas potest iudicem
32 diuersimode mouere tamen in articulis à doctoribus controuersis, & postea per S.C.decisis non licet nobis easdem controuersias aggredi teste Affl. in decis. 190. in fin. & per Præs. de Franch. in decis.238.Et si forte, vt datur intelligi aliæ reperientur decisiones,tunc di-
33 ceretur inductus S. C. stilus seruandus etiam contra opiniones à Doctoribus magis communiter receptas,vt per eundem Affl.in decis.135.in vers.Dicebāt,
34 Et clarius per Præs.de Franch.in d.decis.238.vbi etiam fundat ad hoc sufficere binas sententias.

Verum tamen ex abundanti non pigebit circa ipsam decisionum iustitiam, ni fallor, irrefragabilem aliqua differere, vnde & contraria, quæ supra adduximus, aut vltra adduci possent facillime diluentur ad quod commemoro præfatam consuetudinem,quæ incipit si,quis, vel si qua esse absq; dubio legem tanquam vnam
35 de consuetudinibus inscriptis redactis, quæ non modo ligant ex approbatione Caroli II. vt in prohemio ipsarum in §.per quod,sed ligarent etiam absq; tali approbatione dummodo non adesset Principis reprobatio. Sicut iā seruabant per tempus immemoriale etiam prius quam inscriptis redigerentur teste ipso Carolo in earum cōpilatione, & sic erat de iure l.diuturna vbi Bart.& l.sed ea ff.de leg.l.labeo ff. de statu liber. late Bart.& reliqui in l. omnes populi ff. de iust.& iur.bene Alfonsus de Castr.de potestat.leg penal.lib.1.cap.1. & per Tiraquell de iur. primogen.quæst.16.nu. 5.& 6.in scriptis autē redactio facta fuit
36 ad maiorem certitudinem,atq; ad exclusionem consuetudinum non rationabilium pro vt in ipso prohemio declaratur.

Similiter vera, & propria consuetudo fuit postmodum introducta per quarterium
37 Capuanæ,& Nidi per quod sine dubio potuit introduci l.2.§.deinde cum esset, vbi Bal.notat ff.de orig.iur. Bart. in cōs. 189. Probant late Solon de pace ad leges tauri in l. 3. nu. 590. & Bolognett. loquens de istis sedilibus Neapolitanis in l.omnes populi num.55. ff.de iustit. & iur.

Imo hoc etiam posse vnam familiam tradunt innumeri (licet multi etiam con-
38 tra sentiant) quos referunt Curt. de feud. parte 3.quæst.1.nu.10.& 11. Solon in loco prædict. Et Molin. de primog.lib.2. cap. 6. sed concordant omnes etiam in vna familia,quæ talem consuetudinem haberet iam præscriptam, vel consensu populi confirmatam,vt ibi per eos qui veteres cumulant.

Et in casu nostro adest præscriptio per vsū vltra centum annos, & adest confirmatio

39 tio generalis per Regem catholicum in anno 1505. inter capitula huius fidelissimæ ciuitatis num. 5. fol. mihi 14. vnde potuit induci, & vere inducta fuit, nam ad illam probandam sufficere testimo-
40 nium vnius doctoris experti tradit Bar. in l. de quibus nu. 21. ff de legib. sequũtur Cuman. in conf. 57. & Barthol. Veron. in conf. 40. hæc autem consuetudo
41 non modo recitatur per Affl. doctorem eximium Reg. Consil. & in hoc Regno versatissimum, sed illa relata in ead. decis. 237. subdit. S.C. super ea iudicasse, idq; ibi notat Vrsill. nu. 3. idem per Afflict. in decis. 202. & in constit. in aliquibus in 16. quæst. & ibidem Minad. in 4. notab. nu. 6. Sic etiam singula verba põderauit S.C. apud Præs. de Franch. in decis. 92. nu. 1. 4. & 5. eodem modo ponderãtur per Frecc. Capit. & alios Regios Consiliarios, & per Io. Angelum Pisanellum per Gasparẽ de Leo, & per alios aduocatos insignes in Addictionib. ad consuet. si quis, vel si qua per Regentẽ De Pont. in conf. 35. & conf. 61. & per alios omnes Regnicolas, & etiam extra regnum per Archiepisc. de Puteo in suo conf. post consilia Sfort. de Odæ n: 101. & late per Bolognett. in d. l. omnes populi nu. 55. ff. de iust. & iur. & ex tot testimonijs in decisionibus in consilijs, & in lecturis tanto clarius nulla vlterius dubitatio adesse potest circa ipsius consuetudinis continentiam, & validitatem, vt
42 per Io. Andr. in cap. 1. de cõst. per Bar. in l. fin. C. de pen. iud. qui male iudicauer. capir. in decis. 176. nu. 20. & 21. Ias. in l. de quibus nu. 18. circ. med ff. de leg. post Imol. in l. 1. §. denuntiatio col. 5. ff. de oper. nou. nunt. Alex. in l. post dotem, ff. sol. matr.

Quo fit vt ipsa consuetudo possit sicut reliquæ leges à subiectis declinari, & à nõ subiectis recipi, & tunc taliter contrahẽ-
43 tes ligantur ex pacto vt in regul. contractus de reg. iur. in 6. & in l. contractus ff. eod. tradunt Butric. in c. 1. de sponsal. in 3. notab. & ibid. Felyn. in 7. limit. nu. 30. Fulgos. in conf. 203. visis instrumentis, & Signor. de Mediolan. in conf. 69. in quæstione Blanditiæ col. fin. Et hoc secundo casu esset considerandum an tales contrahentes ligentur simpliciter ex pacto; quod quidem non extenderetur ad alios venientes ex propria persona, an vero ipsa consuetudo licet voluntarie recepta operetur post tamquã lex respectu omnium, sicut operatur, quando contrahunt subditi ipsam non declinando vt mox dicetur isti autem duo casus non sunt casus nostri, non enim sumus in subiectis, qui à consuetudine recesserint neq; sumus in exteris sed sumus in subiectis, qui à consuetudine non recesserunt imo illam expresse receperunt.

Verum est autem, quod sicut absque pacto particulari personæ exteræ ab ista consuetudine non ligantur, ita personæ
44 de quarterio ligantur eo ipso, quod contrarium non disponunt, & forte
45 idem defendi nunc posset respectu omnium nobilium Neapoli contrahentium & contrarium non esprimentium, quia sic passim secundum istam consuetudinem videmus iam in dies contrahere omnes nobiles, & testatur Minad. in constit. in aliquibus in 4. notabil. nu. 5.
46 & in dubio fieri credẽdum est id quod fieri solet cõmuniter ex regula l. fin. C. de fide iust. sicuti post Bal. in rubr. C. de fid. instr. tradit Affl. in decis. 58. nu. 7. late Menoch. de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 14. num. 16. Et Rimin. Iun. in l. si emancipati nu. 52. C. de collat.

Sed respectu personarum de quarterio nulla potest adesse dubitatio, vt per Solonem, & Molin. qui cæteros cumulant in locis prædictis, & habetur per omnes
47 regnicolas supra dictos, & etiam per alios in quibus rogo aduertatur, quod exclusiones, vel inclusiones, & reliquæ dispositiones ab ipsis non tribuuntur formæ capitulationis tamquam pacto, sed tribuuntur dispositioni consuetudi-
48 nis tamquam legi. siquidem Napod. ad con-

conseruandum bona in familia, & ad hoc vt consuetud. si quis, vel si qua pro cederet etiam existente patre, vel matre, docuerat hoc fieri posse per illorum renuntiationem prout ipse tradit in eadē consuet. num. 194. Sed quia exclusio ex pacto poterat inducere dubietates, quarum inferius meminerimus, voluit illud quarterium inducere talem exclusionē ex consuetudine, quæ in vim legis clarius, & pinguius prouidet vt mox dicetur, & ideo Regnicolæ nostri istas dispo
49 sitiones non tribuunt pacto, sed consuetudini, sic enim Affl. in illa decis. 237. inquit nobiles Capuanæ, & Nidi habere istam consuetudinem. Illam autem inserere in contractibus non tollit ipsius vi
50 gorem, sed quemadmodum contrahētes iuri se conformare præsumitur vbi contrarium non exprimitur vt per Batr. in l. hæredes mei, §. cum ita ff. ad tribell. per Aret. in l. 2. nu. 10. ff. de vulg. & pupill. per Ruin. in conf. 145. nu. 9. vol. 3.
51 sic vbi exprimitur ipsa iuris dispositio est porro expressio superflua per quam illud idem demonstratur, quod sine tali expressione præsumeretur vt in l. hæc verba ff. de legat. 1. in l. cum quid, & l. certum ff si cert. pet. habetur per Aret. in conf. 37 n. 9. & in l. gallus §. & quid si tantum nu. 24. ff. de libe. & postum. Dec. in conf. 386. nu. 4. in verf. secunda vero prohibitio, & num. 6. in 2. & 3. responsione post Castr. in conf. 263. col. fin. verf. cæterum si cum liberis vol. 2. latè Minad. in constitut. in aliquibus in 3. notabili num. 30. & Loffred. in conf. 39. col. 7.

Vnde dispofita in hac forma capitulationis
52 inter personas de quarterio vim habēt non ex pacto, sed ex consuetudine siue illa inferatur, siue non inferatur dummodo contrarium non pactionetur. Et hoc denotare voluit Affl. in illa decis. 237. dicens nobiles capuanæ, & nidi habere illam consuetudinem, & clarius in dict. constit. in aliquibus in 16. quæst. inquit ecce consuetudo nobilium capuanæ, & nidi est, quod mater non succedit. Similiter consuetudini vim dispositionis tribuit ibidem Minad. in 4. notab. nu. 5. & in decis. 26. nu. 2. idem legimus apud Præf. de Franch. in decis. 92. in princ. & in decis. 537. nu. 3. & hoc audiuimus habitum fuisse pro absoluto per S.C. in causa D. Mariæ d'Auolos, cum D. Ioanna Carafa pro qua per alios terminos doctissimè scripserat insignis aduocatus Fabius de Anna, qui etiam in præsenti causa meus est collega meritiss. est illud consilium primum in ordine inter reliqua manuscripta, quæ mihi ostendit, & cito imprimenda tradet: Et porro illud primum consilium videbatur sufficiens ad obtinendum, placuit nihilominus, & hic articulus per me propositus ad exclusionem D. Mariæ etiam ex præsenti consuetudine, & in hoc illi dedi aliquas notulas, quas in secundo eius consilio exornauit addens etiā quid iuris sit circa consuetudinem vnius familiæ nunc autem eandem conclusionem in præsenti causa volui latius fundare ne vlterius tam clara conclusio inter nos in controuersiam reuocetur.

Et vera existente ipsa conclusione præfati articuli faciliter resoluuntur, & contraria reselluntur: nam quo ad Primum Sicut consuetud. si quis, vel si qua vult pro
53 ximiores ex parte patris succedere in bonis omnibus (exceptis maternis) ex quibus verbis Napod. ibi nu. 175. deci
54 dit illam procedere etiam in bonis quæsitis, sic etiam oportet procedere nouū vsum, qui nullo pacto introductus est ad restringendam bonorum conseruationem in familia, sed potius ad conseruationem ampliandam addendo etiam patris, & matris exclusionem, quæ in illa consuetudine omictebatur, & proin
55 de in eodem themate, & in eisdem bonis intelligenda est iuxta l. sed & posteriores ff. de leg. & tamquam introductus
56 ad ampliandum consuetudines pcedētes non potest restrictionem operari l. legata inutiliter ff. de legat. 1. Ruin. in conf.

cons.84.nu.2.vol.3. Nec obstat in hoc
57 more nobilium exprimi bona paterna, nam illud non est ad restrictionem, quæ ex prædictis est impossibilis, sed ad exemplificationem, sicut respectu mulieris exprimit dotes, & tamen passim seruatur excludi patrem à bonis quibus sibet ex materna linea pertientis, quia similiter de bonis maternis loquuta fuerat cōsu.si quis, vel si qua, ad cuius ampliationem patrem quoq; ibi non exclusum consuetudo nobilium excludit.

Vltra quod supplent illa verba generalia, & intellectualia nempe iuribus, & succes-
58 sionibus in quibus bona omnia cuiuslibet generis, & cuiuslibet loci comprehenduntur, vt per Alex.in cons.44.n.6. circa med.vol.5. & cons. 141.num. 18. vol.7.Ias.in cons.80.nu.10.vol. 3. latè Purpur.in cons.320.num. 13. vol.1. & in cons.527.num.35.vol.2.& in l. cunctos populos nu.130. C.de sum. Trin. & fid.cath.post Bal.col.30.in 5.quæst. & Ias. nu. 29.& per Minad. in consil. 12.nu.13.& cons.21.num.8. qui affert. Cald.& alios sicut etiam Rub.in cōs.16. in fin.& Natt.in repet.c.quamuis pactū, nu.362.de pact.in 6.Ruin.in cons.195. num.9.vol.2.Bursat.in cons.93.nu.35. vol.1.Thesaur.in decis.37.nu.6. Campegg.in tract.de statut.quæst. 49. num. 216.Put.in cons.vnic. post consil. Sfot. d'oda num.114. in final.verbis Imo ex Præside in illa decis. 492. & ex Naucl. ibi relato videtur colligi quod auth.defuncto C.ad tertull.quæ sine dubio loquitur de bonis omnibus non corrigitur per consuet.si quis, vel si qua, sed corrigitur per istam nobilium, qua de re sequitur dispositionem corrigentem sic generalem esse sicut correctam, vt p
59 Bart.in l.nihil ff.de coniug. cum emancipat.liber.Præsertim attento, quod cōsuetudins nostræ, vt supra diximus, fauent rationabiliter agnationi, vnde & æquitas,& rationes, & decisionum authoritas hanc intelligentiam tenendam esse conuincunt.

Non omittendo, licet ex abundanti, quod in casu nostro bona aucta sunt solummodo ex fructibus, qui tanto fortius sequi debent conditionem bonorum à quibus procedunt, sic enim licet in restitutionibus faciendis cum fructibus,
60 vel sine fructibus attendantur tradita in l.herennius la prima ff.de vsur.in l.in fideicommissariam ff ad trebell. in l. iubemus C.cod.tamen vbi agitur de beneficio personarum à lege prædilectarum sæpe fructus, & augmentum ex eis ita iudicantur sicut ipsa proprietas, doctrina est insignis Paul.de Cast. in l. fin. per illum text. ff. quando act. de pecul. est annal.ad idem Bal.in l.fi. C.de bon. matern. cum suis ibi sequacibus factæ
61 sunt enim istæ cōsuetudines ad beneficium vocatorum sicut, & quando restitutio differtur in tēpus pubertatis, quo casu debentur etiam fructus l. si ita relictum §.pegasus ff de leg.2.l.3. §. cum pollidius ff.de vsur.

Nostra autem consuetudo adeo lineam diligit vnde bona proueniūt, vt & legitimam iure naturæ debitam parentibus
62 adimat: sic etiam pluries repetit nullum ius alteri lineæ competere concludens, & pluries repetens illius exclusionem ab omnibus iuribus, & successionibus quæ geminatio fructus cōprehendi operatur in l.balista ff. ad trebell. idemque operatur generalitas in l.3.§.non nūquā ff.de vsur.facit enim generalitas, aliquādo verba comprehēdere quædam, quæ alias non comprehēderētur vt per Bar. in l.pediculis §.labeo, ff.de aur. & arge. legat.

Et aduerto quod glos.in d. §. non nunquā
63 in verb.superrerit æquiparat ad hoc fructus extare, vel ex illis aliquid esse cōparatum fructus vero clarum est, quod augent hereditatem l. item veniunt §. fructus, ff. de petir.hæred. & sic essemus in claris vbi S.C.decerneret succedi patri, & nō pupillo sicut decreuit succedi non pupillo sed matri, vt supra commemorauimus, quod quidem facilius admitte-

misereretur ad fauorem lineæ ex qua bona exierunt licet absq; hoc fauore,& ex alijs supradictis habuerimus hunc articulum pro dubitabili inter Ascanium, & Marchionem,sed fructus, & comparata ex eis venire in casu nostro tenet etiam Gaspar de Leo ad consuet.si quis, vel si qua, in addit.quæ incipit tenet hic Napod.fol.mihi 138. & faciunt tradita per Inn.in cap.cum in officijs de testam. & Iasin cons.231.vol.2.quos ipse allegat.

Quo ad aliud caput respectu bonorum extra districtum aduertatur primo notula
64 facti ex qua liquet plurimas emptiones annuorum introituum factas esse in hac fidelissima ciuitate, & hic promissam tertiarum solutionem,ex quibus contra ctibus tales introitus iudicantur intra districtum ex decis.Præs.de Franch. 93. & per Minad.in cons. 12. post Alex. in cons.16.vol. 1. Lapum alleg. 91. & Signor.de Homod.in cons. 167. respectu vero aliorũ bonorũ notissima est doctorũ disputatio in casibus quando statutũ dirigitur ad personam, vel ad bona iam quod videtur posse defendi consuetudi
65 nem nobilium dirigi ad personas dum nominatim in casu suo excluditur vir, vel vxor,& eorum linea,& dicitur,quod partes ipsæ renuntiant, & similia,& hoc casu quamuis nonnulli similiter teneãt
66 non extendi ad bona extra districtum vt per Alex.in cons.16.vol.1.vbi magna apostilla, quæ alios citat, & post eam, reliquos affert Matthiens. in noua, recoll.leg.Hisp.lib.5.tit.9.in l.2.glo.1. n. 75.Ann.allegat. 85. Puteus decis. 351. par.1.& alij tamen in eadem apost.citãtur alij contratenentes,& apud nos magna est authoritas Napod. qui cum in Prohem.& in consuet.si quis,vel si qua nu. 174. intelligat consuetudines intra districtum quia loquuntur in bonis tamen in consuetud. pupillus facit præfatam distinctionem.

Sed omissa hac controuersia sufficiunt nobis illa verba generalia, & intellectualia
67 comprehendentia bona cuiuscunque generis, & vbicunq; sita, vt paulo ante late deduximus, nec hesitare oportet circa iurisdictionem extra territorium, vt per Bal.& reliquos in l.1.C.de sum. Trinit.& fid.cathol.tum quia talis con-
68 suetudo confirmata est per regem catholicum in anno 1505.vt supra memini, quo casu vim habere in omni iurisdictione cõfirmantis comprobat Puteus in d.cons.vnic.num.115.Tum etiam, quia circumscripta Regis confirmatione iurisdictionis defectus consideratur in ijs ex quibus aliæ iurisdictioni præiudicaretur, quod non cadit in bonis de quibus vbicunque sint potest vnusquisque disponere prout vult eodemq; modo possunt omnes, vel in vniuersalibus maior pars iuxta regulam l. quod maior
69 ff.ad manc.Socc in regul.16.Cap.in decis.148.& 152 late Fel in cap.cum omnes de const.nam inter omnes,vel intra maiorem partem adest, vel adesse dicitur idem dominus illorum bonorum, Et proinde cum ex illis verbis generalibus liqueat de voluntate, non est dubitandum de potestate, validatur enim in hac vrbe illud testamentum, vel contractus, vel alia dispositio, quæ vim habet comprehendere bona vbicumque sita, prout optime declarat Gugliel.de Cun. & post eum Salicet.in d.l. 1. de summ. Trinit.& fid.catthol.nu.12.& 13.late Francisc.de Rampon.quem refert,& sequitur Cald. in cons. 34. faciunt dicta per Præs.de Franch.in decis.552. in fin.
70 & bene Cãpegg.de dote part.3.quæs. 69.qui propterea sic firmat in consuet. loquente de dotibus, quod similiter in dote firmat Alex.in suprad.cons.141.n. 18.vol.7.Ias.in dicta l.cunctos populos num.29.Et idem iuxta nostras consuetudines decisum referunt Felix de Rubeo,& Præs.de Franch. in addi. nouissime impressis post consuetudines fol. 3.

Addimus, quod ipsa consuetudo iuxta formam ibidem fortassis consulto traditã iam in casu nostro sicut apud omnes qui

quod taliter contrahũt vigore capitulorũ matrimonialium, & instrumenti dotalis non modo ex pfata generica, & subintellecta pactione ciuium, sed particulari-
71 ter inter ipsos contrahentes deducta, est etiam in contractũ, quo casu probatur optime vim habere etiam extra territoriũ ex doctrina Phanut. de lucr. dot. glos. 9 nu. 35. & late comprobat author glosæ parisiensis in cons. 53. cuius rationibus non video posse congrue respõderi cessat enim dubium, ex defectu iurisdictionis extra territorium, quando partes obligare se possunt, quoad omnia vbicunque sita, & forte hoc respexit consuetudo dicens, quibus iuribus, & successionibus (ecce verba vniuersalia apta comprehendere bona vbicunq; sita) partes ipse renunciauerunt (ecce voluntas particularis vltra voluntatem vniuersalem quæ suffi. eret) & vltra quod postea, & ipsa potestas suppleta fuit ex Regis authoritate, vt dictum est.

Et porro si scopus consuetudinis, & contrahentium est conseruare bona in fami-
72 lia, vna eademq; ratio viget, quo ad bona vbicunq; sita, quod si existentia bonorum extra districtum in hoc casu induceret diuersitatem, istorum mens. In casu nostro, quæ viuit nec ex alia ratione excluditur, nisi ex præsenti consuetudine peteret saltim bona extra districtum, quod tamen nec præsens domina nec quæuis alia vnquam petijt, quæ iuxta hunc morem nobilium cõtraxit, imo ipsa consuetudo aliter intellecta claudicaret cum occurrat sæpius matrimonio coniuges copulati, quorum alter bona tenet intra districtum, & alter extra, & forte etiam in ipsa vbe ridicula oriretur quæstio, num ipsa consuetudo in quarterio solum Nidi, & Capuanæ, in quo introducta est locũ haberet, & non in reliqua ciuitate. Nec deniq; vera esset do-
73 ctrina Napod. in consuet. si quis, vel si qua nu. 194. cum sequentibus, & Freccię in additione ibi fol. mihi 130. & 133. dicentium, quod siue per renunciationem tempore illius consuetudinis, siue ex hoc nouo vsu mater dicitur mortua, nec vlterius superesse; potius enim diceretur viuere, & superesse si in aliquibus bonis ad huc succederet.

Nec dicatur, quod esto hæc procedere in matre renuntiante, non tamen ex eius
74 renuntiatione excluduntur filij, qui ex propria persona ad successionem venire contendunt ex doctrina Bart. in l. 1. §. si sit filius ff. de collat. bonor. & in l. 1. §. si filius ff. de coniug. cum emãcipat. liber. cum cæteris relatis per Capit. in decis. 21. nu. 6 per Grammat. in decis. 63. nu. 11. Et sic decisum testatur Salernit. in consuet. si qua moriens in additione, quæ incipit ad istud fol. mihi 204.

Nam respondetur primo hæc procedere
75 quando hæreditas defertur matre defuncta, non autem si defertur ipsa viuẽte, quoniam absurdum esset, quod mater excluderetur, & vlteriores ab ea descendentes admitterentur contra tex. in l. si viua mater C. de bon. mater. cum traditis per Ruin. in l. gallus §. ẽt si parẽte, col. 2. ff. de lib. & postum. sic Bart. in l. quod superstitis, ff. de acquir. hæred. Alex. in l. pactum, quod dotal. C. de collat. Ruin in cons. 49. nu. 4. vol. 1. & alij, quos ipse recenset clare exprimunt precedentem matris mortem, ita vt non euenerit casus delatæ hæreditatis ipsa viuente. Sic etiam in præfata additione Salerni specifice dicitur matre præmortua, idemq; in reliquis doctoribus, aut annuitur, aut præsupponitur præsertim apud Grammat. & Capit. Et hac punctuali distintione vtuntur Bal. & Angel. in l. illam, & Castr. in l. pactum, quod dotali nu. 9. C. de collat. idem Castr. in l. si defunctus nu. 3. C de legit. hære. Socc. in cons. 69. nu. 23 in fin. libr. 3. Ruin. in cons. 120. nu. 16. libr. 1. & cons. 18. nu. 3. lib. 3. Roland. à Vall. in cons. 11. nu. 1. & 4. vol. 1. Minad. in dict. cons. 12. & in const. in aliquibus nu. 22. cum sequentibus Couar. in c. quamuis part. 3. §. 2. num. 4. & §. sequenti nu. 7. Et ibidem

Gut-

Guttieres pag.424. Scrader. de feud. part. 10.nu.211.Surd.in conf.85.nu.2. vol.2.late Molin.de primogen.lib.2.c. 3.nu.47.& Menoch.in conf.172.num. 30.in 10.ratione lib.2.vbi merito reprehendit Rubeum in conf.22.circa finem, qui d xerat à pari procedere, q quis nõ
76 extet,vel extet,& nõ succedat,nam hoc verificatur quo ad eandem personam, quæ vtroq; modo inhabilis est ad succedendum, & sic procedit text.quem Rubeus affert in l.si ex modica §.1. ff. de bon. libert. non autem respectu exclusionis alterius ob absurdum prædictum de quo absurdo etiam scribens pro filijs meminit Socc.Iun.in conf. 2. num. 25. vol.3.& Menoch.in d.conf.172.nu.31. ex quibus omnibus præfata distinctio remanet irrefragabilis.

Secundo similiter ex communi doctorum consensu respondetur,quod Bart.& sequaces in omnibus locis prædictis præ-
77 supponunt exclusionem matris solummodo ex proprio contractu, & tunc firmant eius descendentes, qui delata hæreditate post mortem matris reperiuntur in gradu successibili, non excludi ex contractu materno quatenus non vt matris hæredes, sed ex propria persona agere instituunt, & ratio est euidens, quia illud petunt quod ipsis à lege tribuitur, nec obstare potest matris repudiatio cuius ipsi non sunt hæredes. At vero vbi matris exclusio prouenit à lege fauore alterius personæ, quam includit tunc eadem ratio,quæ excludit matrem excludit similiter eius descendentes,qui nihilminus impedirent inclusionem personæ ab eandem lege prædilectæ, imo facilius ad hunc finem excludit illos, qui sunt matre ipsa remotiores prout bene considerat Angel.in d.l. illã post princip.in vers. die in casu præmisso,& ibidem Barb.in add.ad Bal. in ead. l.& latius in conf.39.nu.24 col.2.& faciunt dicta per Io. Andr.in add. ad speculator.in tit.de succ.ab intestat.

Sic idem Bar. qui in l.qui superstitis,& alibi prædicta docuerat in muliere exclusa pacto, vel renuntiatione(hæc enim sunt verba illius) cum postea comprehendere voluit omnia genera exclusionis longam fecit distinctionem in l. liberorum, nu.16.ff.de verb.significat. & in effectu æqueparat matris exclusionem siue per mortem,siue per renuntiationem, siue ob delictum, quæ omnes exclusiones respiciunt personã matris,quę per mortẽ,vel per renuntiationem,vel per delictum effecta est inhabilis ad succedendum,& ex hoc non possunt excludi descendentes habiles ad succedendum, & ex persona ppria vocati,sed vbi sumus in dispositione legali per quam exclusio vnius solummodo respicit fauorem alterius,sicut nostra consuetudo non ex alio excludens patentes, nisi pro bonis
78 in ea linea cõseruandis à qua prouenissent sicut supra diximus,& hanc esse vnicam rationem latissime cõprobat Curt. Iun. in conf.150.nu.1. tunc firmat Bart. indubitanter excludi etiam descendentes idq; comprobat ex l.fideicommissa §.si esset ff.de legat.3.ex l. in ratione, §. tamet si ff. ad l.falcid.ex l.qui iure militari cum l.sequent.ff.de milit.testam. idẽque dixit in l.a.§.videndum in fin.ff.ad tertull. siquidem eodem modo finis legis consuetudinis, vel statuti eliderετur admittendo descendentes illius, qui ad fauorem alterius exclusus est. Et proinde vnanimiter sequuntur Bart.Alciat. ibidem n.5.Bal.pluries nempe in conf. 85.lib.3.& conf.159. lib. 4. in l. quod vero,ff.de leg. in l.maximum vitium C. de lib.præter., & alibi sæpe eandem distinctionem facit Cæsal.in conf.103. n. 6.7.12.& 13.vol.3.Det.in conf.584.n. 41.5.Ruin.in d. consil.120.num.3.vol. 1.Alciat.respons.96.Riminald.In.conf. 42.num.126.vol.1.Bruh.in tract.quod stantibus masculis fæmin. non succed. art.6.nu.89.& in art.12.nu.284. Alex. Raudens.in conf.116.119.& 120.lib.1. Francisc.de March.quæst. 546.nu. 21. part.1.Tiraquell.de iur. primog.quæst. 12.Socc.

18. Soccin. Iun. in consil. 69. num. 26. volum. 3. Menoch. in distinct. conf. 172. lib. 2. num. 31. & 32. vbi multos affert ex prædict. & optimè loquitur. Sicut, & noster Io. Vinc. de Anna, in alleg. 138. nu. 12. lib. 2. Arius Pinell. in l. 2. nu. 19. C. de bonis matern. & Foresi. in tractat. de succesf. lib. 3. cap. 16. fol. mihi 177.
Quorum aliqui ex eadem ratione tradunt
79 corollaria ad eundem finem sicut excludi filiam à successione non modo patris de quò statuta quædam loquuntur, sed etiam à successione aliorum ascendentium quorum statuta ipsa non meminere. Idem de filijs matertere exclusa matertera, & similia, quæ vltra prædictos leguntur etiam apud Brun. in dict. artic. 6. num. 92. cum seq. Cephal. in consil. 470. lib. 5. Abb. cons. 75. num. 6. Iaf. cons. 80. vol. 3. Et latissimè reliquos cumulant Michael Crafs. in tractat. de succesfion. in §. succesfio ab intestato quæst. 32. Ant. Gabr. commun. opinio. lib. 6. sub tit. de statut. conclus. 7. nu 48. ex ratione discussa per eundè in titul. de regul. iur. conclus. 10. Ioan. Arelat. in l. generaliter num. 59. C. de secund. nupt. Raud. in conf. 4. num. 10. cum sequentibus, & Surd. in conf. 85. num. 23. vterq; volum. 1. Quæ omnia conferunt ad nostram confirmandam conclusionem, vt extendantur exclusiones ad beneficium illorum quorum fauore statutæ sunt, sicut: specificè in descendentibus ab exclusa (qualis est casus noster) loquuntur
80 omnes supra citati, & adhuc fortius si non comprehensus in exclusione, coniungitur (sicut etiam in casu nostro) mediante persona exclusa defuncto illi de cuius hæreditate disceptatur, sicut omnes concludunt in dist. l. Illam C. de col-lat. nempè Castr. num 9. Alex. num. 7. Dec. num. 13. vbi additio inquit esse indubitatum Ruin. in consil. 18. num. 10. vol. 3. & Surd. in dist. conf. 85. nu. 23. & 24. Raud. in dist. conf. 4. nu. 54. vol. 1. Cæphal. in conf. 470. num. 38. volum. 4. Honded. in consi. 57. num. 56. vol. 1.

Quinimò ipsa met consuetudo hunc casum
81 decidit, quæ licet ob rudem stilum videatur aliquantulum subobscura tamen semel, & bis exprimit lineam maternam, & sic statuere decebat vt se conformaret cum intelligentia sic de iure admitten la vt per Doctores prædictos, qui alios afferunt, & istas cóclusiones videtur quod pars aduersa negare non audet. Et solum insistit quod hæc exclusio oritur solum ex pacto defendens hanc consuetudinem non habere vim legis, cuius contrarium supra fundauimus, & nunc ex ista consideratione addimus, quod quanto magis pars exagerat descendentes qui veniunt ex pro i ia persona non posse; excludi per pactum prædecessoris, tanto magis comprobat præsentem consuetudinem excludentem lineam, non excludere vigore pacti, sed vigore legis consuetudinariæ, Vltra quod prima responsio respicit etiam exclusionem ex solo pacto. Et ex prædictis videtur istos fratres vterinos excludendos esse, prout mater excluditur à bonis omnibus vbicunque sitis, Idque omni iure, & omni æquitate ad bona in agnatione conseruanda, Præsertim ex iuris articulis alias (ni fallor) iuxta prædicta in hoc S. C. decisis, ne vlterius immutentur ea, quæ diu certam interpretationem habuere.

DEO GRATIAS.

Sic exclusi fuere isti fratres vterini ab omnibus prætensionibus supradictis.

Ad idem videndus est Consiliarius de Anna in Allegat. 92. & Consiliarius de Georgio in Allegat. 23. 24. & 25. impressi post præsentem causam sicut diximus decisam.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Nullitates propositę per eluentam aduersus sententiam contra se latam.*
2 *Sententia nulla est si profertur aduersus aliam à qua non est prouocatum.*
3 *Præfationes aliquando declarant dispositiones.*
4 *Textus ambigui aliquando declarantur ex titulo sub quo siti sunt,*
5 *Diuersitas actionum, & personarum requirit prouisiones diuersas, atque distinctas.*
6 *Illationem non fieri à diuersis seruatur præcipuè in sententijs.*
7 *Sententia verba sunt strictè intelligenda, & nullatenus extendenda.*
8 *Sententia omittit aliquando decisionem alicuius capitis in supplicatione cõtenti.*
9 *Omissio in sententia inducit liberationem in his, quæ veniunt officio Iudicis non autem in his quæ veniũt iure actionis.*
10 *Sententiæ declaratio spectat ad idem tribunal in quo lata est.*
11. *Declaratio sententiæ fit ab eodem Iudice qui sententiauit, & creditur sua declarationi.*
12. *Declarari aliquid verbis, aut factis idem est.*
13 *Instantia in R. C. non currit.*
14 *Instantia ex iusto impedimento nõ currit saltem ope restitutionis.*
15 *Instantia peremptio impedit sententiam ferri, sed si parte non opponente fertur sententia in S. C. intelligitur purgata ipsa instantia peremptio.*
16 *Nullitas contra ius scriptum, vel contra ius litigatoris quomodo admittatur, & num. 24.*
17 *Feudum est vniuersitas iuris, vel facti, prout sunt ea quæ feudum continet.*
18. *Vendita re vniuersali non debetur euictio rei particularis illius vniuersi.*
19 *Euictio quæ oritur ex facto Principis, non debetur à venditore. Nisi aliter est conuentum, num. 21. & 48. cum sequentibus.*
20 *Euictio peruenta ex culpa emptoris non debetur à venditore.*
21 *Euictio rei particularis debetur etiam in venditione rei vniuersalis, si ita est conuentum, & tunc non distinguitur si euictio fuit in totum, aut pro parte.*
23 *Euictionem ex facto Principis non deberi limitatur si Princeps processit, iuridicè, vel si in promissione euictionis adsunt verba pregnantia.*
25 *Sententiam debere exequi, vbi euidens iniquitas non apparet, procedit etiam in sententijs quæ numquam rei iudicatæ authoritatem suscipiunt.*
26 *Emptio cum integro statu excludit omnem diminutionem quomodolibet superuenientem.*
27 *Emptio sicut ille talis possidebat est verificanda sicut possidebat de facto nec quæritur quid est quod iure possidere potuisset.*
28 *Exactionis diuturna vniformitas magis declarat cum tali exactione fuisse factam emptionem.*
29 *Euictio venit de natura contractus, & proinde late est interpretanda contra venditorem.*
30 *Euictionem non debet creditor ad quem peruenit pecunia rei venditæ, nisi promittitur.*
31 *Emptor verisimiliter magis optat cautelam respectu creditorum quibus pecunia liberatur, quam respectu venditoris ex necessitate, Imo practica est, vt ab illis requiratur num. 34.*
32 *Verba declarantur ex præcedentibus, & sequentibus.*
33 *Contradictio in eadem scriptura non præsumitur.*
35 *Euictio respicit omnem diminutionem.*
36 *Indefinita æquipollet vniuersali, & num. 44.*
37 *Dictio prædictum, vel supradictum operatur vt expressa superius intelligatur repetita cum eisdẽ qualitatibus.*
38 *Euictio non debetur, vbi euenit culpa emptoris, vel ex causa superuenientẽ.*
39 *Regius Fiscus tenetur subditorum commodis inuigilare, & illos defendere.*

40 *Regius Fiscus tenetur vti actione negatoria ad subleuandum subditos ab indebita exactione.*

41 *Exactionem moderatio ex qua actione dicitur prodesse interessatis.*

42 *Euictio regulatur ex damno passo per euictum, non autem ex lucro adepto per euincentem.*

43 *Dictio alius quando cum diuersitate indiuidui requirit identitatem speciei, vel verificatur in quacũq; dissimilitudine modo verificetur quoad effectũ.*

44 *Indefinita tanto magis equipollet vniuersali ex verisimilitudine secundum subiectam materiam.*

45 *Vnitas loquutionis redit inseparabiles actus expressos.*

46 *Augmentum vbi esse potest similiter diminutio ferenda est.*

47 *Commodum qui sentit debet etiam sentire incommodum, & è contra.*

48 *Princeps quando dicitur iubere suo motu, vel secundum iustitiam.*

49 *Excitatur aliquando iurisdictio Tribunalis iussu Principis, & tunc prouisiones non dicuntur oriri ex potestate Principis iubentis, sed ex iurisdictione ordinaria ipsius Tribunalis.*

50 *Euictio etiam orta iussu Principis debetur quando procedit ex causa praecedente venditionem.*

51 *Euictio orta iussu Principis an debeatur vbi est promissa per verbum quomodocumque.*

52 *Casus fortuiti declaratio, & quod ex casu fortuito non debetur euictio.*

ALLEGATIO II.

Pro Portia Villana.

In Dei Nomine Amen.



VEndita Terra Foreni, vrgẽtibus creditoribus, pręsertim Ioanna Montalta, cui magna quantitas debebatur, remansit Portiæ Villanæ tamquam plus offerenti seruata forma suæ oblationis quæ inferius annotabitur. Et aliquibus annis post emptionem in iudicium vocata fuit ad instantiam Reg. Fisci ad ostendendum titulum iuris portorij, siuè passus, (vt vulgo dicitur) quod exigebat. Ipsa Ioannam pro restitutione pecuniæ exactæ in casu succumbentiæ laudauit, quæ cum iudicium suscepisset defensionesq; pro Portia attulisset, tandem per Regiam Cameram vtraque ab ostensione tituli absoluta est, sed fuit talis exactio refrenata. Portia in eadem Regia Camera paulo post obtinuit contra Ioannam huius damni refectionem, Ioanna allegat

1 se in hoc iudicio non fuisse defensam, & proponit aduersus sententiam quatuor nullitates. Primo inquit esse hanc sententiam contra aliam à partibus acceptatam. Secundo inquit esse latam perempta instãtia. Tertio inquit includi in hoc processu acta quædam facta in S.C. ipsa non audita. Quarto inquit continere notoriam iniustitiam, quę nullitati ęquiparatur, & quod minimè hoc euenisset, si in his quæ nunc affert fuisset ante sententiam defensa.

Primã fundare conatur ex eo quod vocata Portia in iudicium super ostensione tituli dum ipsa laudauit Ioannam pro refectione videtur quod sententia subsequens absoluerit ipsam Ioannã eo quod exactionem portorij moderauit, & non vltra progressa est, vt similiter condemnaret auctricẽ laudatam ad huius dam-

2 ni refectionem. Et sic nulla est sententia pręsens contra præcedentem, aut per lapsum temporis, aut per acceptationem partis transactam in rem iudicatam l. 1. C. quand. prouoc. non est necess. Dec. in c. cũ M. col. fin. de const. & in cons. 198. & cons. 295. Loffr. in cons. 20. & Crau. in cons. 103. num. 4.

Hæc nullitas nullo modo subsistit nõ enim in prima sententia fuit Ioanna absoluta nec condemnata, & sic fuit caput omissum quod debuit postea explicari, fuit autem lata illa prima sententia inter Regium

gium Fiscum, & Portiam, quod patet ex inscriptione sententiæ dicentis in causa inter Regium Fiscum, & Portiam Villanam super ostensione tituli, & moderatione passus. Quibus verbis apertè colligitur iudicasse tunc Regiam Cameram circa prætensionem Regij Fisci non autem priuatorum litem attingere voluisse
3 sicut passim ex præfactionibus disponentium voluntas ostenditur l. fin. vbi Bar. notat ff. de hæred. instituend. & in l. 1. ff. ad Sen. Cons. Maced. Dec. in con-
4 sil. 600. & dispositio textus ambigui ex verbis rubricæ declaratur, vt per Bar. & reliquos in l. 1. ff. si cer. pet. & in l. Titia in § idem respondit, ff. de verb. oblig.

Nec dicatur quod etiam d. Ioanna in corpore sententiæ mentionatur, nam similiter mentionatur respectu Fisci dumtaxat Portia quæ fuerat vocata in iudicium, & Ioanna quæ laudata, vt supra iudicium susceperat sunt correæ, & merito Ioanna, & Portia ab ostensione tituli quam Fiscus petierat absoluuntur. Nihil autem tangitur quo ad iudicium inter Portiam, & Ioannam in qua Portia est actrix, & diuersus à libello Fisci contra Portiam super ostẽsione tituli est libellus Portię contra Ioannam super damni refectione, super quo libello dari oportuit, prout datus fuit terminus cũ alijs
5 actis ordinarijs, & sic oportebat subsequi decisionem, siuè in capite distincto in eadem sententia, siuè in alia sententia de per se, prout seruari passim videmus ex tex. in l. etiam si patre in §. 1. ff. de minor. & in c. cum Ioannes, vbi Abb. de fid. instrum. & in c. dilectus de cappell. monac. idemque procedere in alijs actibus habentibus diuersitatem, vt alter suo prouisione alterius non confundatur neq; comprehendatur, vt in l. quod dicitur, & in l. Titia §. fin. & in l. plerũq; ff. de verbor. oblig. late Tiraq. de retract. conuent. §. 1. glos. 1. & vnic. num. 61. cum sequentibus.

Si autem in omnibus generalis est regula quod a diuersis non fit illatio l. Papinia-
6 nus ff. de minor. l. duobus vbi Bar. ff. de testam. tutel. obseruantissime procedit in sententijs, quarum verba sunt strictè interpretanda l. 1. C. si plur. vna sent. neq;
7 ex enduntur vltrà id, quod necessario comprehẽdunt l. Iulianus, vbi Bar. nu. 5. ff. de condit. indebiti Dec. in consil. 43. num. 4. & in cons. 607. num. 7. latè Menoch. in cons. 110. vol. 2. Ex quibus omnibus, vt supra diximus intelligitur hoc iudicium inter Portiam, & Ioannam circa euictionem, & totius damni refectionem non fuisse in ea sententia terminatum, sicut aliquando euenit etiam in diuersis capitibus in vna eademq; suppli-
8 catione contentis, vt per Innoc. in cap. cũ inter de re iudic. & habetur in l. si cũ dotem ff. solut. matrim. in l. commodissime, ff. de liber. & posth. per Oldrad. in consil. 266. num 10. & tanto magis, vbi personæ, actiones, & petitiones sunt diuersæ, prout in casu nostro. Et notum
9 est etiam inter easdem partes omissionẽ posse liberationem inducere in his, quæ veniunt officio Iudicis non autem in his quæ veniunt iure actionis l. terminato, vbi glos. fin. & Doct. C. de fruct. & lit. expens. l. 3. §. si rem ff. delegat. 1. l. fin. C. quand. prouocari non est necess. Leuidenter, ff. de except. rei iudic. Soccin. in regul. 138. Innoc. in cap. finem litib. circ. fin. de dol. & cont. & in cap. sępe in glo. in verb expensarum de appell. Specul. in tit. de except. in §. nunc videndũ in vers. sed quid si Iudex. Vnde idem tribunal cuius est suam sententiam interpretari,
10 vt per Andr. in c. 1. §. sed nec est alia iustior col. 5. quæ sit prima causa benefic. amiss. Abb. in c. cum à nobis de test. Bal. in l. nec in arbitris C. de recept. arbitr. & Dec. in cons. 43. & quod plus est referẽte eodem dignissimo causæ Cõmissario, non multò post illius sententiæ prolationem, interposuit istam in qua Ioanna ad emendationem prædictam condemnatur. Nec possibile est tantum tribunal quemquam decipere, & deceptio esset si Ioannam iam absolutam nunc minimè

11 absolutam fuisse declararet, quæ declaratio spectat ad eundem Iudicem, & sibi in hoc creditur l. 1. in princ.ff. quæ senten.fin.appell.rescind. Et quia idem est, vt declaratio, aut facto, aut verbis fiat sequitur quod ita in effectu per hanc vltimam sentẽtiam facta est, ac si verbis cla-
12 ris hoc idem exprimeretur l.si tamen §. ei qui ff.de ædil. ædict.l.de quibus circ. med.ff.deleg.l.nostram C. de testam. c. dilecti,& ibi Dct.de appell.

Secũda nullitas nõ subsistit quoniam nota, & inueterata est obseruantia, vt instantia
13 in Reg.Cam.non perimatur, prout perpetuam esse testatur Afflict.in const. Accusatorem col.2. & per Marant. in suo speculo par.5. in princ. num.18. Non omittendo quod in casu nostro per Marium Cicerem nouum emptorem fuit ab illa sententia reclamatum, & illa moderatio fuit aucta,& in melius ad beneficiũ Baronis reformata, ob quam reclamationem terminãdam fuit semper processus penes commissarium reclamationis, & sic petitio Portiæ circa euictionem nõ potuit ab illo originali primę causæ Cõmissario expediri, & alia quoque impedimenta in notula facti memorãtur, quę
14 etiã in alijs Tribunalibus in quibus currit instantia potuissent ipsius cursum impedire per ea quæ notat Bal.in l.& post ædictum col.2.ff.de Iudic.post Gugliel. de Cun.in l.properandum eod.tit.idem Bal.in l.contra maiores col.fin.C. de inoffic. testam. Roman. in singul. incip. numquam instãtia Abb.in c.pater col.4. vers. sed ego, & vers. & ex hoc arguo de Iudic.Cin.Rayn. & Bald. in l.1. circa fin.C.qui accus. non poss. saltim ope restitutionis, vt per Socc. in tract. de instantia art.22.23.& 24.Cap.in decis.11.
15 nu.16. Quæ restitutio diceretur virtualiter cõcessa eo ipso quod deuenitur ad sententiam, quæ sententia facit etiam illud quod est plus, nempè quod etiam in Sac.Conf. in quo currit instantia,& etiã non existente aliquo legitimo impedimento intelligitur purgare peremptionẽ instãtiæ, adeò quod & si talis peremptio instantiæ allegata ante sententiam impediret expeditionem sine restitutione per insufflationem spiritus, tamen si sententia profertur in eo tribunali ipsa sententię prolatio habet vim insufflationis purgando hunc defectum, quia nõ fuit impedita defensio, quæ est iuris naturalis, sed in hoc solummodo fuit omissa solemnitas iuris positiui, vt per Afflict. qui ita inquit fuisse decisum in decis.283. vbi Vrsill. idem confirmat, & sequitur Marant. in dist. 5. part. in princ. nu.13. in fine.

Tertia nullitas non discutitur, nam omnia acta necessaria pro compilatione processus facta sunt etiam in Reg. Cam. & sic non curo de fendere illa acta, quæ facta fuerunt in Sac.Cons. quamuis, & illa defendi possent, prout vtrumque in nota facti deductum est.

Quarta nullitas respicit iustitiam causæ inquit enim quod emptor feudi non agit
16 de euictione, si non ipsum feudum, sed res aliqua particularis euincitur. Idque minus in casu nostro dum illud portorium non est amissum, sed imminutum, & adhuc multo minus dum hoc facto Principis euenit, vel ex culpa eiusdem emptricis, quæ omnia prima fronte videntur subsistere licet enim text. in l.1. in §.item si contra ff.quæ senten.fin.appell.rescind. videatur admittere nullitatẽ, vbi iuris articulus specificè deciditur contra legis iussionem, non autem vbi pronuntiatur contra ius litigatoris pro quo erat casus legis, idemq; videtur colligi in l.si expressim ff.de appell. in l.cũ prolatis ff.de re iudic.& in l.2.C.quãdo prouoc.non est necess.& ibi Bar.& latè Ant.Bauer.in §.item prodigus num.26. & 27. inst.qui testam.facer.poss.Tamen idem esse vbi iuris error notoriè colligitur ex ipsa sententia, vel ex illius indubitata relatione ad libellum, vel ad acta, firmat Innoc.in c.2. de dilat. Bar. quem reliqui sequuntur in l.1.C.de err.calcul. Ruin.in consil.35.num.12.vol.5. Abb. in

in cap.inter monasterium num.20. de re iudic.Franc.in cap.dilecto q 22.eod. tit.& esse communem opinionem, & ita seruari restatur Felin.in c.quoniam contra de probat.num 26. Anchar. in consil.158.col.penul.Vant. in tract. de nullit.sub cap.de nullit. ex defectu processus, &c. quod est caput 11.num.122. cum multis seqq. Butr.& Felin. in cap.
17 inter cæteras de re iudic. Hoc autem videtur procedere in casu nostro, quia notorium in facto est Terram Foreni esse feudalem, & clarum est feudum esse quid vniuersum,vel iuris,vel facti,prout sunt ea,quæ feudum continet, iuxtà receptissimam declarationem Cam.in cap. Imperialem fol.38.cum seqq præsertim in eodem fol.38.lit.H.& I. & similiter
18 clara est iuris dispositio, quod vendita re vniuersali iuris, vel facti non venit euictio rei particularis l.fei ui venditor, & l.naue ff. de euict. Et in casu nostro defectus euenit in re particulari nempè in illo iure exigẽdi passum, & nec defecit in totum,sed fuit solummodo imminutum,& adhuc imminu io.v. dictum est fuit postmodum moderata.

Similiter notum est in iure quod pro dam-
19 no passo facto Principis non debetur euictio l.Lucius ff.de euict. l.item si verberatum in §.1.ff.de rei vendic.Rom. in
20 consil.310. & 369. Et deniq; affert aliqua in facto ad probandum quod euictioni causam dedit ipsa emptrix exigẽdo vltra solitum, & sic obstat ei regula, vt non debeatur euictio, quæ oritur ex culpa emptoris l. si controuersia in fin. vbi Bal.C.de euict.

Responsio posset esse satis breuis,quod re-
21 gula tex. in l. serui venditor procedit, nisi aliter partes cõuenerunt, prout colligitur ex eodem textu, & tradunt Doctores ibi. Et in casu nostro Portia non emit simpliciter,sed per infrascripta verba,nempè Offere di comprare la terra di Forino, & suoi casali con tutte sue giurisdittioni, & integro suo stato, con tutte l'entrate Baronali in quel miglior modo,e forma che il quond. Sig.Carlo Cicinello, e Sig.Turco suo figlio, & antepassati Baroni, e patroni di detta Terra l'han tenuta,e posseduta; Et poste a, che lo prezzo si habbia da liberare a creditori anteriori, quali teneno assenso Regio con farsi graduatione,& con plegiaria casu quo fossero euitte dette entrate, Terra, ò casali, ò alcuno di essi per anteriorità ò per qual si voglia altra causa di restituirlo,&c. Quæ verba casum qui euenit sine dubio comprehendunt,
22 vt infra dicetur: Nec est considerabile euictionem fuisse in totum,vel pro parte
23 l.1.vbi glo.C.de euict.Nec euictio fuit ex facto Principis de suprema potestate, sed per Tribunal iustitiæ iuris ordine seruato obseruando quid exegerint antiquiores,& quid fuit postea alteratum, Non quidem per Portiam,vt sic tollatur vltima partis consideratio. Ipsa enim in nihilo alterauit quãtitatem, quæ per Carolum eiusq; filium exigebatur, sed obseruauit Reg.Cam.quid ipse Carolus vltra vetustiores exactiones alterauerit. Et sic processit iuridicè, vltra quod illa verba ex quacumq; causa defendi possent, vt etiam euictionem ex facto Principis comprehenderent, vt infra dicetur, qua conclusione,nunc nullatenus indigemus sed dato quod in his omnibus adesset dubitatio, non tamen possumus nullitatis remedium admittere,quod quidem
24 iuxta superius deducta,aut requirit esse pronunciatum expressè contra ius,scriptum,aut saltim contra ius litigatoris notorium, & apparenter incontrouertibile,vbi enim aliqua cadit disputatio reseruantur iura iterum discutienda in causa reclamationis,& interim executio minimè impeditur l.2.in fin.C. de ordine cognit.tradunt Dec.in l.4.§.condemnatum ff.de re iudic. Alex. in consil.181. vol.6.Guid. Pap in decis.50.Affl.in decis.283.propè fin.Et sufficere quamlibet dubietatem ex glos.in prima const.C.in §.quibus colligit Dec.in c.quoniam cõtra num.35.de probat.& in consil.540.

in

in fin. post Bar. & alios in l. cum prolatis, ff. de re iudic. & in l. qui Romæ in §. duo fratres ff. de verb. oblig. in 6. opposit. & ibi Rip. & Iaſ. in l. captatorias col.
25 pen. C. de testam. Idq; procedere etiā in sententijs, quæ numquam rei iudicatę authoritatem suscipiunt, vt nō impediatur executio quamdiu euidens iniquitas, & iniustitia nō cognoscitur, tradit Abb. in c. inter num. 3. de re iudic. quod & Paul. Castr. comprobauit in consil. 354. lib. 1. Gozad. in consil. 18. num 8. Socc. iun. in consil. 39. num. 13. vol. 3. Natt. in cons. 444. num. 12. & optimè Ruin. in consil. 34. vol. 5. & hoc pro eo quod ad præsens agitur satis esset.

Verumtamen quia sententiam, & condemnationem in ea contentam iustissimam fuisse profitemur, non pigebit rationes, quæ tunc breuiter tetigimus, aliquanto
26 diffusius commemorare. Præcipuè vero ponderauimus emptionem fieri cum integro eius statu, quæ verba omnem diminutionem excludunt ex quauis causa superuenientem l. decem in fin. vbi glos. notat ff. de fideicommiss. libertat. quam glos. Bald. & alij extollunt in l. precibus C. de impub. & alijs subst. & in auth. sed cum testator C. ad l. Falc. & Corset. latè in singul. sub verbo integrè ad quod multa similia adducit, & Alex. in consil. 133. lib. 5. & cons. 201. lib. 6. Roland. de lucr. dot. q. 38. Idemq; operari ista verba in concessione feudi, vt nihil alteretur, quicquid concedens tunc in eo feudo tenebat, probat Paris. in consil. 10. num. 2. vol. 1.

Et cum hęc intelligentia firmiter oriatur ex
27 illis verbis, cum integro eius statu, fortius confirmatur ex verbis subsequentibus nempè, sicut plenius per Carolum eiusq; filium ipsi introitus possidebantur, quę verba propriè respiciunt factum, nec quæritur quid de iure possideri poterat, sed illud comprehendunt quod de facto possidebatur l. Seie in fin. vbi glos. notat, & allegat concordantes ff. de fund. instr. & instr. legat. l. Rutil. ff. de contrah. empt. l. stipulatio ista in §. hæc quoque in verſ. planè ff. de verb. oblig. vbi glos. notab. & Bar. & in ead. l. Paul. Castr. in §. hi qui sub num. 3. latè Alex. in cons. 59. num. 3. cum sequent. lib. 6. & Philipp. Dec. in consil. 292. & in facto clarum est Carolum, & Turcum sic exegisse, prout Portia nihil innouando continuauit cum eadem forma, & pro eadē quantitate, qui certus, & diuturno tem-
28 pore exactionis modus vniformiter obseruatus magis declarat ita Portiam intellexisse l. Seie §. medico, & ibi Bar. & pulchrè Dec. Lancell. ff. de ann. leg. Philipp. Dec. in cōs. 430. nu. 7. & cons. 632. col. 2. & Alex. in cons. 63. nu. 6. & 10. volum. 6.

Hæc intelligens pars aduersa ita procedere nec verè impugnari ex his, quæ nimis latè, & fortè extra hos terminos adducebat, conuolat nunc ad quandam subtilitatem, inquiens oblationem habere duas partes. Alteram quæ respicit emptionē. Alteram quæ respicit pecuniæ restitutionem. In ea quæ respicit emptionem inquit adesse ista verba prægnantia ex quibus illa euictio ad quam de natura
29 contractus vēditor teneretur l. si ob causam C. de euiction. l. pacta conuenta, vbi glos. ff. de contrah. empt. erit contra ipsum venditorē vberius interpretanda.
30 Sed Ioanna quæ tanquam creditrix cui de pretio huius terræ satisfactum est nō teneretur de euictione absq; speciali pacto, et promissione l. 1. C. credit. euict. pignor. non debe. vtique tenetur, vel nō tenetur, iuxta suam promissionem de restituēdo seruata forma oblationis. Oblatio vero in illis verbis quæ respiciūt creditores, nō repetit, vt restituāt casu quo aliquid deficeret ab introitibus cum integro statu, et eo modo, et forma, prout possidebantur per Cicinellos, sed solum vbi aliquid euinceretur, et dum in casu nostro ius portorij non est euictum neque deperditum, sed moderatum, non videtur ad hunc casum extra oblationē, et consequenter extra promissionē posse ipsam

ipsam promissionem extendi ex regula tex. in l. quicquid astringēdæ ff. de verb. oblig. Et in hoc prout video totius fere defensionis robur autumat.

Et porro ingeniosa est consideratio, sed nō credo sustineri posse, tum quia nemo
31 recti iudicij opinabitur voluisse emptricem se cautio rē reddere aduersus venditorem decoctum cuius bona ob eius decoctionem iudicialiter vendebantur, quam aduersus creditores quibus erat pretium liberandum & pro securitate emptoris perpetuò permansurum ex vi fideiussionis, iuxtà tradita per Præs. de Franch. in decis. 75. Tum etiam, quia
32 non sunt plures actus, sed vnica oblatio. Et verba ex his, quæ præcedūt, vel sequūtur interpretationē suscipiunt l. si seruus §. fin ff. de legat. 1. l. verum, ff de petit. hæred. Alex. in cons. 192. nu. 11. & consil. 197. num. 7. vol. 6. Paris in cons 106. num. 15. vol. 1. Et consequenter dum Portia explicauit modum emptionis cū integro statu, & prout plenius possidebatur, oportet cautelam euictionis immediatè sequentem regulari ab ipsa emptione, vt quicquid emit sibi permaneat, vel pro ea rata sibi pecunia restituatur, alias non modo vna pars per aliam eiusdem scripturæ non declararetur contra regulam supradictam, sed imò dissonan-
33 tia, & contradictio admitteretur contra aliam regulam desumptam ex text. in l. non ad ea ff. de condit. & demonstrat. latè Paris. in consil. 70. num. 61 cum sequentibus, & cons. 102. num. 19. lib. 1. & cons. 41. num. 66. lib. 2. & cons. 72.
34 num. 101. lib. 4. Eo fortius quia cautela in casu euictionis (sicut mos est in emptionibus subhasta) nullatenus à venditore exigitur id enim inutile iudicatur. Exigitur autē à creditoribus quibus pretium liberatur. Et ab illis, vt vna pars oblationis per aliam declaretur, et vt euitetur contrarietas, oportet euictionem petitam rebus emptis pro quibus petitur correspondere.

Addimus quod si omnes introitus emūtur, prout extant pretium est excambium non partis, sed omnium introituū, prout empti sunt. Et sic dum cauetur credito-
35 res in casu euictionis restituere pretiū, remanet prospecta omnis diminutio, vt in l. cum plures, vbi afferuntur concordantes, ff. de euict. nam alias remaneret aliqua pars pretij non restituenda cōtra
36 regulam, quod indefinita æquipollet vniuersali l. 1. §. generaliter, ff. de legat. præst. l. 1. §. cum vrbe.n, ff. de offi. præfect. vrb. Præsertim quia dum obtulisset emere introitus cum integro statu, & sicut plenius possidebantur sequitur cautela à creditoribus pro restitutione pretij casu quo euincerentur dicti introitus, quæ verba operantur, vt censeantur repetiti ipsi introitus, sicut dicti, & expressi sunt nempè cum integro statu, & prout plenius possidebantur. Referuntur enim introitus non simpliciter, sed prædicti introitus, & sic relatum est in referente, & repetiti censentur cum eisdem quali-
37 tatibus, & per omnia sicut prius expressi fuerant l. à filio §. si testator ff. de alim. & cibar. legat. notat Bar. in l. siquis seruum in §. fin. ff. de legat. 2. & in l. 1. §. fin ff. si famil. furt. feciss. dicat. & in l. 1. ff. de recept. Ruin. in cons. 134. num. 20. vol. 2. Cæphal. in cons. 161. nū. 42. Paris. in consil. 56. nu. 3. lib. 3. Dec. in consil. 47. & in consil. 434. nu. 5. & in consil. 497. & 647. num. 2. & 3. Ex qua regula nonnulla deduxerunt Ruin. in dist. consil. 134. Crauett. in cons. 45. num. 4. & Tiber. Decian. in respons. 56. num. 11. cum seqq. lib. 2. & per consequens ita emptio sicut euictionis promissio idem sonant, & idem comprehendunt, & in vtroque casus noster apparet specificè comprehensus.

Commemoro tamen ex abundanti, quod etsi non adesset prædicta specificatio tamen dum negari non potest fuisse introitus emptos, ita integros sicut à Cicinellis possidebantur, sufficeret nunc pro refectione damni passi nuda, & simplex euictio à creditoribus petita, & ab illis promissa.

38 promissa. Hęc enim diminutio non euenit ex innouatione Portiæ, neq; ex alia causa post emptionem superuenta, iuxta terminos text. in l. 3. in fin. & l. Lucius in vers. futuros casus, ff. de euict. sed euenit ex causa antecedenti, nempè, ex alterationibus innouatis per Cicinellos, & proinde Regius Fiscus, qui tenetur sub-
39 ditorum commodis inuigilare l. bene à Zenone §. pen. C. de quadr. pręscrip. l. si quis filium C. de inoff. test. Afflict. in decis. 265. Crauet. in cons. 9. num. 37. nec pati illos iniustè vexari, imò illos omninò defendere, vt per And. in c. 1. in prin. quib. mod. feud. amitt. & in c. 1. in verbo vectigalia in 2. Addit. Quæ sint regal & in §. nauigia de stat. & consue. contr. liber. Eccl. Luc. in l. 1. de superind. lib. 10. & in l. annonas de erogat. milit. Annon.
40 lib. 12. Afflict. in const. in locis demanij num. 3. potuit, & debuit per actionem negatoriam subditos releuare, vt per Innoc. in c. auditis de præscrip. & in c. cōquerente de offic. ordin. Pract. Papien. in forma libelli in actionibus negatorijs in verb. dictamq; domum, & egit per terminos iuridicos, tanquam priuatus, vt in l. Herennius in Modestinus in §. Gaia ff. de euict. Vnde quicquid deficit emptori ob euentum talis iudicij ex causa antecedenti refici debet ob euictionem, vt in dist. l. 3. & l. Lucius à contrario sensu, quamuis id quod deficit esset merum lucrum vltra rem emptam l. venditor hominis, ff. de euiction. Reliquum est non intactas omittere tres, vel quatuor obiectiones, quas in aula Regiæ Cameræ Aduocati ex aduerso nimium exagerabant, & quæ forte, vel sic auditæ responsiones præseferebant. Etenim dicebatur, promissam fuisse euictionem casu quo introitus euincerentur ex anterioritate, vel ex alia causa, euictio autem non est subsequuta cum nemo ex anterioritate, vel ex alia causa aliquem introitum euicerit, & sibi applicauerit, sed fuerit hæc moderatio subsequuta, quæ in promissione non comprehenditur, & sic tanquam casus omissus remanet sub generali regula totius tit. C. credit. euict. pignor. non deber.

Responsio duplex est prima, quod verum nō est rem euictā nemini applicari quinimò ope Reg j Fisci (qui ad hoc, vt diximus tenebatur) subleuantur eius subditi
41 ab iniusta exactione, per quam subleuationem applicatur victoria in actione confessoria ad beneficium subleuati, vt per Innoc. in dist. c. conquerente de offic. ordin. & in cap. inter quatuor de maio. & obed. Prac. Pap. in d. form. libel. in act. confess. in verb. plenam num. 7. Et ad omnes subditos transeuntes spectat rata illius beneficij, cuius effectus omnibus prodest l. cuius effectus ff. de regul. iur.

Secunda est responsio quod in euictione
42 non attenditur lucrum alteri prouen ēs ex damno emptoris, sed attenditur damnum, & iactura ipsius emptoris, illudque in quo damnificatur euictum dicitur l. non tamen l. euictus, l. habere licere, ff. de euict., & dummodò sit ex causa antecedenti nihil interest quomodo, & quo genere indicij habere non liceat. l. si seruus §. j. ff. de euic. l. si mancipium §. 1. in fin. eod. tit. semper enim tanto minoris emisset, idq; sufficit pro obtinenda refectione l. sed & si quid & l. fundum in princ. ff. de euic. l. cum venderes, ff. de contrah. empt. l. quoties, vbi glos. notab. ff. de ædilit. ædic. vnde, & serui fugā sub euictionis promissione cōtineri dicebat Vlpian. in l. Iulianus §. 1. ff. de act. empt. saltim ex actione quanto minoris, vt in l. euicta in §. si seruus ff. de euic.

Dicebant in casu nostro intelligi illā euictionem, quæ vni dat alteri adimit quoniam nō promittitur euictio simpliciter, sed declaratur ex causa anterioritatis. Et certum est creditorem anteriorem ad sui commodum euincere. Et quamuis subdatur, vel ex alia causa inquiunt hoc im-
43 portare dissimilitudinem indiuidui, sed similitudinem speciei, sicut vbi dicimus Petrus, vel alius, & intelligitur de alio homine

homine non de iumento. Vt sic admittatur euictio, ex alia causa quã anterioritatis, sed non alterius speciei, quæ non transferat rem euictam in euincentem.

Pro responsione sufficeret eadem consideratio supradicta, quod vtilitas ex diminutione ablata Portiæ translata est in subditos pro quibus Rex agere tenebatur, Sed vt veritas defendatur hoc etiam non obstat secundæ responsioni, Nam vbi intelligitur effectus ve: bum alius cõprehendit omnem eundem effectũ quãtumuis medium sit longè differens, vnde similitudo speciei attenditur secundum subiectam materiam, prout si promisisti ad hoc negotium mittere Romam Petrum, vel alium, non adimplebis mittendo æquum, non enim ab æquo speratur effectus negotiationis, sed si dixisti velle in mei gratiam æquum Principi donando, vel alio modo eius erga me beneuolentiam conciliare, vtiq; adimplebis donando seruum, aut gemmam, aut quicquid aliud valdè differens modo Principi carum sit hæc probantur in l. 1. vbi glos. in verb. Alia C. de seru. fugit. in c. sedes de rescrip. in l. 3. vbi Bald. C. de iust & subst. in l. quoties in §. si quis nomen, vbi Io. de I nol. ff. de hæred. instit. Innoc. in c. 1. de Bigam. Bald. in Margar. in verbo effectus Alex. in consil. 204. num. 4. vol. 1. Dec. in rub. de probat. Ias. in l. si vnus propè fin. ff. de pact. Cur. Iun. in cons. 38. col. fin. Et dum probauimus dici euictionem quoquomodo damnum emptori subsequatur nõ restringitur eius effectus per expressionem anterioritatis, dum subsequitur, vel ex alia causa. Et expressa dicitur omnis causa quamuis differens ab anterioritate dummodo ex ea damnum aliquod in emptoris præiuditium oriatur. Addendo etiam, quod dicitur causa anterior illa iusta exactio, quę prius iustè exigebatur, & postea fuit alterata, & nunc ad iustam taxam deducta, & moderata.

Augetur intelligentia, quia dum sufficeret
44 indefinitè dici ex alia causa l. si pluribus ff. delegat. 2. Cam. in cap. Imperialem fol. 33. latè Couar. var. resol. lib. 1. cap. 3. & Menoch. in cons. 173. nu. 26. dicitur magis ampla, vel ex quauis alia causa, vt per Bart. & reliquos in l. 1. ff. de reg. iur. & in l. omnes populi ff. de iust. & iur. Et vnitur receptio pecuniæ cum promis-
45 sione restitutionis, mediantibus illis verbis (che si dia il prezzo à creditori con farsi graduatione, & con dar plegiaria di restituire, &c.) quæ verba vnum actũ ab alio reddunt inseparabilem l. Titię textores §. 1. ff. delegat. 2. l. pen. vbi Bar. C. de verb. signif. l. cui fundum ff. de fund. instr. & instr. legat. Bar. in l. Gallus in §. quidam rectè ff. de liber. & posth. Alex. in cons. 193. num. 6. vol. 2. & cons. 192. num. 2. vol. 7. Paris. in cons. 111. nu. 17. volum. 1.

Dicebant denique videri hanc refrenationem processisse ex ordine Principis ob chirographos in hoc, ordine Proregis Excellẽtissimi ab eius Secretario in hoc conscriptos, & ad Regiam Camerã transmissos. Et quod iam ex his, quæ Principes pro eorum arbitratu in huiusmodi portorijs iubere solent, tum etiam quia itinerantes possent pro libitu illinc non transire, videtur quantitatem huius introitus pendere omninò ex casibus fortuitis qui pertinent ad emptorem. Quare quicquid sit si totaliter euincęretur, tamen dum non euincitur, sed diminuitur, non videtur emptorẽ posse conqueri, qui sciebat emere introitum non perpetuò æqualem, sed subiectum diminutionibus, vel augmentis, nec interesse vno, vel alio modo eueniat diminutio, nec oportere ob diminutionem cõqueri qui augmentum è contrario gaudenter
46 acquireret, prout in his terminis augmenti, & diminutionis loquitur Bald.
47 in l. pen. C. de solut. & multa similia apud Dec. & Cagn. in l. secundum naturam, ff. de reg. iur.

Responsiones ad iussum Principis iam su-
48 perius dictæ sunt, neque obstant allegati chirographi, nam in eis non vtitur

Prorex Excellentissimus plenitudine potestatis, sed nauseando abusus circa immoderatam Portoriorum exactionem iubet illa reuideri, & prout iustum fue-
49 rit moderari sic excitando iurisdictioně Regiæ Cameræ in eo quod ad cognitionem ipsius Regiæ Cameræ spectabat, vt in Auth. vt nulli iudic.in §.& hoc vero, Bart.in l.more maiorū ff.de iurisd.omn. iudic.plenè Felin.in c. licèt de offic. ordin.nempè vt in hoc iustitia ministretur, quam indagare ipsum Tribunal circumspectissimum conatum est ex collatione antiquarum, & modernarum exactionum,& innouata moderando, vt sic intelligatur moderationem processisse per terminos iuridicos, & ex causa antece-
50 denti. Non omittendo quod dum abusus præcedens venditionem moderationi causam dedit fortè deberetur euictio etiā si moderatio subsequuta fuisset iussu Principis,ex notabili doctrina Angel. in l. 1.in 2.notab.C.de peric.& cōmod. rei vendit. ad quod est glos. punctualis quam ibi commendat Alber.in l. si fundus in verb. teneris in fin.ff.loc.& in decis.Senat.Pedem 47.nu.7.vbi sub nu.8.
51 Ponderat etiam ad hunc finem illa verba generalia quomodocunque, & in casu nostro dicitur ex quauis causa, ob quod ponderanda esset glos. in l.cum pœna ff. recept.arbit. Alex.in Apost.ad Bart.in l.euictione ff. de fideiussor. & in consil.4.nu.2.vol.3.& in cōs.102.nu.5. vol.6.Dec.in cons.323.num.4. Abb. in cons.43.Couar.in lib.3.var. resol. c.17. Natt.in repet.Clem. sæpe in princip. in verbo causas col.fin.de verb.signif. quibus, vt dictum est in casu nostro sic iuridicè terminato non indigemus.

Quod vero subiungitur hoc portorium casibus fortuitis subiacere est fortè verum, & hinc sequitur,vt eueniente damno ex casu fortuito non debeatur euictio,sicut & maius pretium ex fortuito augmento non peteretur l. sed si quid ff. de euict. sed hoc non alterat,vt sequuta euictione iuridica,& ex causa antecedenti non seruetur promissio circa restitutionem pretij in hoc casu quem fundauimus fuisse
52 præuisum, & prouisum. Et porrò est casus fortuitus spectans ad emptorem plures,vel minores illinc transire hid qd ff.de peric.& commod.rei vendit.l.1.C. eod. & in hoc dicetur fortuitum augmentum, vel diminutio, sed vt ab ipsis transeuntibus minus exigatur ob iudicialem sententiam quæ moderauit exactionem hoc est damnum certum,vt per Cyn.in l.2.C.noua vectigal.impon.non poss.Bart.in l.si publicanus § in vectigalibus ff. de publ.& vectig. pract. Pap.de act.confess.in verb. plenam num.16 Iacob.in sua inuestit. in verb.& cum mero mistoq; Imperio num. 19.cum sequentibus,& tanquam dānum certum, & iudicialiter peruentū ex causa antecedenti debet per restitutionem eius quātitatis, quæ per Regiam Cameram taxabitur emendari. Deo gratias.

Decisum fuit nullitates non obstare, & adeò plenè fuit iustitia causa discussa,quod neque per viam reclamationis, institit vlterius Ioanna circa hunc articulum, sed processum fuit ad liquidationem huius damni.

SVMMARIVM.

1 *Consiliarij Theodori laudes, & num. 4.*

2 *Iudex non votat, vbi patrocinatur consanguineus vsque ad quartum gradum, etiam affinitatis inclusiuè.*

3 *Iudex suspectus pro vna parte recusari potest etiam per aliam si suspitio est casualis, sed si suspicio est voluntaria nō potest allegari ab eo,à quo est procurata, & ideò cliens aduocati qui est consanguineus alicuius Iudicis non recusat illum Iudicem si ab aduersa parte non recusatur.*

4 *Author patrocinari nolebat in causis in quibus Consiliarij sui patris votum desideraretur.*

5 Con-

5 *Contractus non requirit scripturam fallit in aliquibus casibus inter quos non connumeratur contractus feudalis, imò à Doctoribus specificè relinquitur sub regula quod scriptura non requiratur.*

6 *Assensus non requiritur in contractu circa feudum in quo tamen ex tali contractu ius in re non constituatur, & num. sequent.*

7 *Fructus feudi (dummodò non cõstituatur ius in re) sed considerati tanquam separati, vel separandi possunt concedi, vel obligari absque assensu, quod non est in vsufructu, vel in locatione ad longum tempus, & ratio differentiæ, & num.8.*

9 *Fructus rei prohibitæ alienari, sicut & fructus feudorum obligari possunt per possessorem durante eius possessione.*

10 *Contractus circa fructus feudales non tangit feudum.*

11 *Litigiosi vitium qualiter contrahitur de iure communi, & qualiter de iure Regni latè explicatur, & huius vitij effectus, & an & quando nouus possessor audiendus est in iudicio moto contra alienantem.*

12 *Exceptio tua non interest tollit actionẽ, & sine actione nemo experitur.*

13 *Factum proprium impugnari non posse quomodo procedat, & num.15.& 24.*

14 *Bona maiorũ conseruari valdè interest.*

15 *Contractus nullus reuocatur ab eisdem contrahentibus, secus in contractu qui non est nullus, sed rescindi potest sicut alienatio in fraudem, quæ non reuocatur ab eodem contrahente, sed ab alijs quorum interest.*

16 *Contractus inhibitus contra præceptum Iudicis est nullus, & quale debeat esse tale præceptum, & num.26.*

17 *Venditor tenetur de euictione quam promisit, etiam si vendidit rem quæ vendi non poterat, & etiam si emptor hoc sciebat. Limita vt in num. sequenti, & declara, vt in num.24.*

18 *Euictio non debetur ex contractu nullo, declara vt num.22. & 23.*

19 *Accessorium annullatur eo ipso quod annullatur contractus principalis.*

20 *Alienatio contra prohibitionem non operatur respectu ipsius rei alienatæ, nec etiam respectu euictionis, nec respectu pœnæ promissæ, declara vt num. 24. 25. & 26.*

21 *Prohibitio Iudicis, & legis æquiparãtur.*

22 *Nullitas contractus excludit euictionem, sed operatur restitutionem rei vna cum fructibus, & pretij cum interesse ex ratione ibidem recensita.*

23 *Alienans contra præceptum Iudicis dicitur Iudici obtemperare dum reuocat alienationem.*

24 *Lex si fundum sciens C. de euict. & regula ex inde desumpta declaratur.*

25 *Prohibitio contrahendi fauore certæ personæ non impedit euictionem promitti ab alio non prohibito si recipiens promissionem ignorabat prohibitionem.*

26 *Contractus habens legis resistentiam est nullus etiam quoad accessoria quando autem lex resistit certæ personæ sunt opiniones hinc inde.*

27 *Euictio etiam non promissa venit de natura contractus emptionis, & venditionis.*

28 *Voluntatem contrahendi non affuisse (quamuis contractus sit inhibitus) dignoscitur ex huius facti ponderatione.*

ALLEGATIO III.

Pro Ioanne Hieronymo de Ianuario, & Tiberio eius filio.

In Dei nomine Amen.



Refutauit Io. Hieronymus Tiberio filio Terram Marzani cum suis Casalibus, & postea oretenus conuenerunt, vt Pater vita durante, habitaret fructus, & introitus recolligeret, ex quibus

 vna

vna cũ alijs suis proprijs introitibus soluere teneretur integras tertias creditoribus habentibus Terram ipsam hypotecatam.Idq; etiam optauerunt antiquissimi, & magno amore ipsum prosequẽtes vassalli,vt ita saltim non omnimodò illos quoad viueret dimisisset. Refutatio in hunc filium proximè successurum assensu non indigebat,sed impetratus fuit assensus super conuentione prædicta, quã in contractum stipulatione vallandum in scriptis deducere intendebant;At vero post impetratum assensum(sic vt oretenus conuenerãt)stipulari Tiberius differebat, quamobrem Io. Hieronymus petijt in Sacro Consilio condemnari filium ad obseruandam conuentionem, & pro eius maiori certitudine ad illas cautelas conficiendum, quas verbo pro-
1 miserat, fuitq; ea supplicatio commissa Regio Consiliario Petro Paulo Theodoro, cuius doctrinam integritatem, & reliquas virtutes eximias recensere non desunt al) quos hoc decet magis quam me filium tanto patre cœlitus decoratum.

Itaque pendente hoc iudicio animaduertit Io.Hieronymus velle hunc filium,vt pecunia expeditius vti posset terram hanc vendere Marchioni Modunei, & ne ex hoc eueniret ipsum Io.Hieronymum, vel frustrari conuentione, vel pro eius obseruantia contra tertium dutius contendere petijt & obtinuit ab eodẽ causæ Commissario iniungi huic filio ne venderet neue quoquomodo circa ipsam Terram in consulto S. C. aliquid innouaret, cuius mandati iam expediti, & Marchio, & Tiberius notitiam habuere,et ad vitandam notificationem personalem (domi namq; fuit illico facta intimatio) tota die latitauerunt,donec venditionem accẽsis luminibus secunda noctis hora perficerent,in qua, et assensum mane sequenti impetrauerunt.

Dicebat actor hæc non impedire iudicium contra filium prosequendum, et sententiam (si obtinebit) etiam contra tertium exequendam, Et filius etiam resipiscens paulo post institit de tali contractu rationem non haberi, sed cogi Marchionẽ ad Terram restituendam, vt posset patri sicut conuenerant fidem seruare;Et processu in his omnibus compilato cum ob absentiã Theodori fuisset alij causa cõmissa ab actoribus requisitus aliqua scripsi, at cessante impedimẽto causa propè expeditionem reuersa est ad eundẽ, qui
2 tamen nolebat interuenire stantibus Regijs Pragmaticis prohibetibus Iudicibus interuenire,vbi patrocinantur cõsanguinei,vsque ad quartum gradum etiam affinitatis, vt in pragm.2.§.12. de cõmiss. & execut.& in pragm.9 §.2.de offic.Iud. & in titul. de suspic. offic.ial. in pragmat.4.& 6.

Verum Marchio de probitate eius viri confisus declarauit se contentari, & omninò velle ipsum interuenire, idq; sibi licere ex decreto Regiæ Cameræ, vnà cũ Collaterali Consilio de anno 1559. & ex declaratione Proregis D. Ioãnis de Zunica in anno 1580. prout legitur in di-
3 cta pragm.6. Et fuit ratio,quia licet suspicio ex vna parte possit per vtramque allegari,tum ne iudicium claudicet,vt in c.insinuante,vbi glos. in verb. consenserit,& ibi Butr. & reliqui de offic. deleg. tunc etiam quia illa cõfidentia in suspectum suspecta esset l.obseruandum, vbi Doct.ff. de iudic. Abb. & alij in c. accedens lo 2.vt lit. non contest. tamen hæc procedunt, vbi causa suspicionis est casualis quamuis esset ex culpa illam proponentis,vt per omnes relatos per Menoch. de præsump. lib.1. præsump.89. num.54.Sed vbi est voluntaria,& suspicatur fraus,non admittitur suspitio,sicut ex inimicitia adhunc finem procurata, vt colligitur ex Franch. & Præpos. in c. adhæc & in c.postremo de appell.tradit latè Farin. in sua pract. crim.q.53. quæ est prima lib.2.num.18.licet non alleget Ruuium in rubr. de donat. inter vir. & vxor.num.29.qui post Petr.de Oropes. nititur defendere opinionem contrariã,

quæ

quæ nullatenus est recipienda tanquam fauens delictis, & fraudibus contra bonum commune,& Reip.tranquillitatem, & bene loquuntur alij per eundem allegati in testibus,& in Iudicibus, ad quos a testibus in hoc arguitur. Et quia electio aduocati est voluntaria, & faciliter potest adesse hæc fraus ad euitandam disputationem num quis aduocatum aliquem ideo sumpserit, vt ex hoc abstineat Iudex consanguineus, facta est declaratio,vt aduersa parte consentiente non abstineat, quæ quidem ratio colligitur ex verbis illius declarationis in dict. pragm.6.circa finem.

Sic Theodorus votauit, at ego vlterius in
4 causa nolui interuenire, sicut numquam penitus causam aliquã assumpsi, in qua patris votum desideraretur, nã aut partes interuentum eius recusabant, & melius erat alteram me patrono,quam ambas tali Iudice carere, aut contentabantur,& tunc patrocinari filium coram patre,vnum iudicabam ex ijs,quæ non admodum decẽt quamuis liceãt,nec omittam quod,& fortè clientibus nocuissem patre in dubijs pro suo zelo in aduersũ declinaturo,& ego etiam pro eius reuerentia erubuissem, tunc præsertim valdè iuuenis qualem paucos post annos me relinquit è cœlo(vt rationabiliter credo) firmius protecturum.

Itaq; alijs collegis patrocinantibus iunctis aulis orta fuit sententia quam in fine annotabimus, & credam ab ipsis collegis doctiora fuisse addita, sed quæ ego scripseram hæc sunt,videlicèt.

In hac causa tria quęruntur.Primò si potest Io Hieronymus obtinere in sua conuentione non modo contra Tiberium filiũ, sed etiam contra Marchionem qui Terram emit. Secundò si debet nulla declarari vẽditio Terræ Marzani facta per Tiberiũ de Ianuario dicto Marchioni Modunei. Tertiò si ex hac nullitate (quatenus nullitas declaretur) potest Marchio obtinere condemnari Tiberium venditorem ad totalem euictionem, quã promisit, vel solum ad restitutionem pretij vnà cũ interesse relaxata per ipsum Terra vna cum fructibus.

Quò ad primum clarum est quod exceptis
5 quibusdã casibus particularibus de quibus per glos. & Doct. in l.1. C. de iur. emphyteot. (inter quos casus noster nõ reperitur) validæ sunt cõuentiones verbo inhitæ l.contrahitur vbi Bar.ff. de pignor.l.cum res C.de probar. per Doct. in l.pactum C. de pac. & in specie de contractu circa feudalia tàm inter directum Dominum, & concessionarium, quam inter alios tradit Ias.in dict.l.1.C. de iur.emphyt.num.53.in fin.& nu.67. post Bald.in rubr.C. de condict. ex leg. num.4. Card & Aluar. in c.1. quid sit inuest.Cam.in c. Imperialẽ fol.8. col.2. in fin.& col.3.Surd.in cons.144.nu.114. Rosental.de feud.tom.1. sub tit. quibus modis feud.acquirat cap 6.quæst.4.in princ.Pet Greg. de concess.feud.paõ.2. quæst.4.num.4. & tunc scriptura necesset ad substantiam, sed ad probationem negotij,vt per glo.in l.cõtractus in v. ib. in scriptis C. de fid. instr. latè Vrsill. ad Afflic. in decis.39. num.6. Mascard de probat.conclus.610.Thes.in decis.117. Et cõsequẽter valida est cõuẽtio test bus cõprobata inter pręfatos patrẽ,& filium.

Nec assẽsu Regio indigebat licet fuerit impetra tus super cautelis conficiẽdis. Non enim solet Collaterale Consilium assentire,nisi in contractibus scripto celebratis, & deseruisset ad obligandum ipsum feudum pro obseruantia conuentionis, sed ipsa conuentio oretenus perfecta firma est absq; assensu. Non.n.aliquod ius formatum conuentio tribuit neque possessionem sicut tribueret vsusfructus l.nec fructuarius,vbi glos. & Bar.C.de vsu, & habit. vnde constitui non potest absque assensu,vt per glos.in const.Hac ædictali in glos.1. in fin.sed pactio est,vt
6 liceat patri ex filij permissione vita durãte fructuum exactionem habere,quę cõmoditas exigendi longè distat ab vsufructu quoad initium, quoad commoditatem,

tem,& quo ad finẽ,vt per Castr.in consil.455.ad primum nu.7.vol.2. latè Caualc.in trac.de tut.& curat.sub tit. de vsufruc.mulier.relic. num. 180. 181. & 183. Iaſ.in l.cũ filio nu.158. ff.de leg.1. Arius Pinel in l.1.de bon.Mat.in 2.par. num.40.Gam.in decis.265.num 2.&3. de quibus fructibus filio rationem reddet,& sic exiget acquirendo, vtique fructus, sed de illis rationem redditurus,
7 quasi procurator non reuocabilis vita durante in quibus terminis specificè loquuntur Castrens. & Caualc.supradicti. Similiter nõ poteſt considerari illud ius in re qđ oritur ex perceptione fructuum vltra decennium,quæ proinde non permittitur absque assensu, nam Doctores hoc aduertentes loquuntur in locatione vltra decennium sicut prædicta glos. in constit. Hac ædictali. Afflic. in constit. Constitutionem Diuæ memoriæ col.7. verſ.Item quæro.Gomeſ.ad leges Taur. in l.40.nu.84.Gam.in decis.222. nu.3. & sic intelligitur Bald. in l. voluntas C. de fideicom. In casu nostro vltra quod vita Io.Hieronymi nimis excedentis annum quinquagesimum æstimatur à iure minus decennio ex text.in l.hæreditatũ, alias ætatum computationi, ff. ad l.Falcid. Hanc enim æstimationem seruandam alibi cẽsui, prout seorsum ea scripta poterint annotari,ne hoc in loco doctissimi Patres in his quæ scolas redolẽt
8 nimium detineantur. Tamen quoad articulum nõ mirum si ad longum tempus prohibetur locatio, quæ similiter sicut vsufructus transfert possessionem naturalem,vt per Ant.Gamm. in decis.265. Ant.num.2. & consequenter cum lõgo tempore etiam vtile dominium, vt per Alex.in l.si filio, §. si vir in quinquenniũ num.23. & 24.ff. solut.matrim.per iura ibi allegata,quòd etiam expendit Afflic. in dict.col.7. in verſ.concludo ergo, vnde nec posset obligari feudum pro locatione etiam ad tempus modicum substinẽda,vt per Bart.in d.§.si vir in quinquennium, num.3. sed Io.Hieronymus in casu nostro neque Hypothecam, ex tali cõuentione potest acquirere nec ius in re,neque verum vsumfructum,neque possessionem, & alia iura conductionis, sed solam illam assistentiam,& solam cõmoditatem fructus percipiendi, de qua in l.defuncta §.Sẽpronio,ff. de vsufruc. & quemad.quis vtatur,iuxta declarationem Bar.in l.fundi Trebatiani num.1.ff. de vsufruc.leg. Afflic.in decis.252. in 1. dubio. Qua ratione in terminis iuris cõmunis prohibitus rẽ alienare non prohibetur obligare pẽsiones,vel fructus eius-
9 dem pro tempore quo apud obligantẽ est permansura l. codicillis §.instituto ff. de leg.2. Idemq; in decimis, & in rebus minorum tradit Afflic.in dic.col.7 & in proprijs terminis feudalibus,vt liceat vita durante fructus feudi concedere firmat Andr. in const.constitutionem diuę memoriæ in verbo transactionis, quare vigore ipsius constitutionis talis concessio non reuocabitur, vt per Frecc. de subfeud.lib.2.in 15.limit.Et dixerat etiã Io.Fab.in §.item seruiana col.6. nu.30. in verſ.quid de ipso feudo Instit.de act. & Paris.de reint. in cap.incipienti quæro nouissimè nu.13.& 14.fol.mihi 151. Alex.in consi.18. col.1. vol.1. & ferè in casu nostro Io.Bart. de Scaramp. inter consilia feudalia in consil.111. num.2. Tiraquell. de retrac.lignag. §.1 glos.7. num.47.cap.in c.Imperialem col.32. & ibi Cam.fol.17.col.3.cum seqq.Ann.in constit. constitutionem diuæ memoriæ num.245.

At vero iuxta prædicta inquit Marchio,qđ
10 si conuentio feudum non tangit,potuit ipse Tiberius Refutatarius vti verus Dominus feudum vendere cum assensu, & nihil ad nouum emptorem de illa conuẽtione, ex qua poterit Io.Hieronymus contra filium agere ad interesse. Et hæc vera sũt, sed cum fuerit mota lis, & cõtestata super eius conuentionis obseruãtia,sequitur vt contractum fuerit vitium
11 litigiosi, quod quidem contrahitur per solam citationem, vbi agitur iure domi-

nij,

nij, vel quasi, vel actione personali ad vniuersitatem. facta autem contestatione contrahitur etiam in actione personali ad certam rem, vt per Doct in l. à Diuo Pio §. si super rebus ff. de re iudic. præsertim Alex. col. 4. Ias. col. 3 Hercul. optimè col. pen. post Bar. & alios in l. si. ff. & C. de litig. Guid. Pap. in decis. 337. & 474. Afflic. in decis. 39. & 331. & in cōstit. eorum fraudibus Ias in consil. 43. in 2. dubio vol. 1. Imol. & Felin. in c. Ecclesia, & in c. dilectæ de appell. Peregr. de iur. fisc. lib. 4. tit. 6. num. 10. Qui vltimus est casus noster dum petita fuit obseruātia conuentionis pro exactione fructuū, quorum dominium exigēdo acquirebatur. Non enim dico pro acquirendo vsufructu, quod est pars domin'j, vt per Peregr. in d. tit. 6. num. 3. & hoc non fuit conuētum, neq; in hoc potuisset Prorex assentire, sed dico, qd erat actio ad fructus, qui tamen per exactionē veniebant acquirendi, non custodiendi, aut solummodo possidendi, vt fit satisfactum fit traditis per Peregr. in supradicto nu. 10. & Didaco Couar. in lib. prac. quęst. cap. 15. num. 6. & Ias. in dicto consil. 43.

Quod quidem vitium litigiosi operatur, vt ipsa conuentio nihil minus seruanda sit contra emptorē si & prout condemnabitur venditor, cum quo solum præsens iudicium sufficit terminari, iuxta dispositionem nostri capituli conuentus, & de iure communi tradunt ferè omnes prædicti, & Bald. in l. 1. post num. 7. C. commun. diuid. & in c. aduersus nu. 2. versi sed quid si reus de excep. Bar. in l. qui petitorio num. 3. ff. de reiuend. & in l. 3. §. fin. ff. de alien. iud. mutand. caus. fact. Aymon. in cons. 142. num. 12. Cæphal. in cons. 64. num. 19. cum seq. vol. 1. & in cons. 195. num. 15. 16. & 17. vol. 2. Quæ omnia tāto magis procedunt in Regno, in quo per capitulum conuentus videntur ampliari huiusmodi dispositiones iuris communis dicendo eas procedere in quocumq; iudicio, Imo etiam in limitationibus positis per Afflic. in constit. eorū fraudibus, in quibus non contrahitur vitium litigiosi, & in specie in actione personali, ex qua condemnatio veniret exequenda in bonis, tunc licet vbi fraus est solum in alienante agere oporteret reuocatoria ex §. itē si quis in fraudem instit. de actio. tamen si fraus est in vtroq; cōdemnabitur solummodo alienans, & fiet executio contra emptorem, sicut diximus in ꝓprio vitio litigiosi, sic verior, & æquior iudicatur opinio Bald. in l. ob maritorū col. pen. C. nè vxor pro marit. sequuntur Castrens. Ias. Hercul. in sup. adic. §. si super rebus, & latè Cap. in decis. 128. num. 9. cum seq. vbi sub nu. 11. docet fraudem dici in emptore per solam scientiam litis moræ, idemque repetit sub num. 12. circa med. Et ibi etiā commemorat quod hoc casu circa hanc circumstantiam est audiendus possessor; Et sic prudenter in casu nostro decreuit S.C. procedi cum venditore audito etiā possessorē, quod quidem non fecisset, quo ad articulos supponentes vitiū litigiosi. In quo sufficit illud notō iū facti permanēs, nēpè alienatio post litē motam, vel post litem cōtestatam, vt ex hoc procedatur cū solo conuēto, & eo condemnato fiat executio contra nouū possessorē, vt supra diximus. Sed quia in instātijs Io. Hieronymi vltra effectus ex vitio litigiosi, proponitur etiam præsens articulus propter scientiam Marchionis; Ideo circa talem scientiam oportebat ipsum audiri, iuxta doctrinas modo relatas; Et quia nunc Marchionis scientia plenè constat, sequitur vt ex omnibus prædictis articulis seruanda sit præfata conuētio ad beneficium Io Hieronymi, etiam contra Marchionem.

Subsequenter videndum est quid iuris sit quo ad validitatem, vel nullitatem ipsius venditionis, & porro cōtra Io. Hieronymum videntur obstare hæc eadem quæ 12 in sui beneficium dicebamus, scil. seruāda est sibi conuentio ab emptore quemadmodum seruaretur à venditore, ergo nihil ad ipsum extare venditionem, vel annul-

annullari, tollit autem actionem excep-
tio tua non interest l. si patroni §. si fidei-
commissa, vbi Ang. & l. fin. ff. ad Trebell.
l. cum seruum, vbi Bald. C. de seru. fugit.
l. is cui cum l. seq. in §. idem scribit, & l. is
cuius interest, ff. de furt. ergo nec potest
sine actione experiri l. si pupilli §. videa-
mus, vbi Bart. ff. de negot. gest. Et simili-
ter respectu Tiberij dum ob assensum
impetratum cessat reuocatio vigore cõ-
stitutionis Regni, videtur quod de cæte-
ro venire non possit contra factum suũ
13 ex regula l. si creditoribus C. de seruo
pignor. dat. manumiss. cum traditis per
Bart. in l. post mortem ff. de adopt. Et in
specie (quatenus ponderatur præcedens
Iudicis perceptum ne venderet) est do-
ctrina Bart. in l. post contractum num. 6.
ff. de donar. dicentis, quod ipsemet qui
alienat contra legis prohibitionem non
reuocat.

Contrarium tamen dicendum est, quia si
venditio est nulla expedit Io. Hierony-
mo ipsam nullam declarari, non modo
pro faciliori obseruantia suæ conuẽtio-
nis, sed etiam vt ipsa Terra quam à suis
maioribus obtinuit in suis posteris con-
seruetur l. si emptionem vbi glos. notat
ff. de minor. latè Ant. de Burgos in c. 1.
14 num. 23. de empt. & vend. Eodemque
modo si venditio est nulla idem vendi-
tor remãsit Dominus, & rem suam ven-
dicat. Præfata enim doctrina Bart. in l.
post contractum procedit in venditione
facta in fraudem creditorum, quæ valida
est l. si sciens ff. de cõtrah. empt. & pro-
inde alienans non reuocat, licet talis re-
15 uocatio creditoribus concedatur, vt ibi
glos. sicut, & alienãs nulliter, nè sibi cul-
pa prosit non agit ad aliqua recensita
per Bar. in l. fin. in fin. C. de litig. sed ipsa
res quæ nulliter alienata permansit in
dominio alienantis, nihil impedit, vt ab
ipso Domino vendicetur. Et in hoc ve-
rè, & propriè loquendo non dicitur ve-
nire contra factum proprium, quia non
dicitur facta venditio, si venditio nulla
est; Et propterea ab eodem vendicari u-
quit Imper. in l. quicumque C. de agr.
& cens. lib. 11. Quamuis Doctores ex
eo quod apparenter videmus quemquã
contrahere dicant, si contractus nullus
est, licitum esse venire contra factum
proprium, idest contra illum actum de
facto intentatum, & sic procedunt dicta
per Bar. in d. l. post mortem, & in dict. l.
post contractum, Afflic. in decis. 335. in
2. dubio Castr. in cons. 58. vol. 2. & in l.
per diuersas C. mand. & in l. fin. C. com.
deleg. Alex. in cons. 93. vol. 2. Menoch.
in cons. 89. num. 77. Gam. in decis. 222.
num. 4. Peregr. in dist. tit. 6. & Reg. de
Pont. impressus post hæc scripta in de-
cis. 28. num. 35.

Quod autem contractus inhitus cõtra præ-
16 ceptum Iudicis sit nullus, & dominium
ex eo nullatenus trãsferatur est casus in
l. si sciens ff. de contrahen. empt. vbi Bar.
notat, & habetur in l. filius familias in §.
Diui ff. de leg. 1. & in præcepto Iudicis de
non alienando est glos. punctualis in l.
prospexit in verb. legislatoris, ff. qui & à
quibus. Aduertendo quod iusta causæ,
& causæ cognitio requirũtur in senten-
tijs quæ magnum afferunt præiudicium
ex multis, & præsertim quia ab eo-
dem Iudice reuocari non possunt, & vt
reuocentur ab alijs opus est tempore,
& labore quod non est in interloquuto-
rijs statim reuocabilibus ab eodem iudi-
ce, si quid iustum replicatur l. quod ius-
sit ff. de re iud. Et proinde ad instantiã
alicuius in hoc interesse prætẽdentis nec
modo interesse adeo considerabilis, si-
cut in casu nostro, sed etiam valdè leuio-
ris, potest Iudex præsertim si de aliena-
tione dubitatur illico alienationẽ prohi-
re, sicut vnanimiter concludunt in dic. §.
Diui, Bar. nu. 16. & in final. verb. Imol.
col. 2. Alex. num. 29. & 30. Ias. in prima
repet. num. 77. & in 2. repet. num. 117.
Qui post Alex. affert eundem Bart. in l.
pater filiũ in §. Iulius Agrippa ff. de leg. 3.
vbi loquitur de prohibitione testatoris,
in qua Alexandro, & Iasoni visa est eadẽ
ratio, sed de prohibitione Iudicis loquun-
tur

tur prædicti, & etiam Crot. in d.§. Diui num.163.& 164. & latè Ferdin. Loaz. num.181.in verf.6.quærit Bar.post Bal. in l.fin. in princ. C. de pact. inter empt. & vend.Imol.in l.si quis ita §.ea lege ff.de verb.oblig.& ferè omnes in l.ea lege C. de cond. ob cauf. & multa similia ad casum nostrum habentur per Bursat. in conf.100. nu.22.23. & 24. vbi ponderat tanto magis hæc procedere si interesse ob quod petita fuit prohibitio alienationis, fuerat iam in iudicium deductum,sicut in casu nostro; Ex quibus omnibus annullata venditione restituenda est Terra Tiberio vẽditori, & seruanda est conuentio ad beneficium Io.Hieronymi.

Reliquum est differere quid dicendum sit respectu reconuentionis propositæ per Marchionem Modunei, qui in casu annullationis contractus laudat in Authorem Tiberiũ venditorem, & in casu euictionis petit condemnari Tiberiũ ad totale intetesse, & in hoc saltim prætendit iustam causam fouere; Primo ex regul. legis si fundum sciens C. de euict. Vbi etiam sciens venditorem non posse vendere rem,& sibi cauens de euictione,ex-
17 presse rectè agit, & glos. in l.quemadmodum de agric. & censit: sic etiam tenet loquendo in illa prohibitione alienationis. Secundo facit l.& si is, & ibi Doct. C.de præd. minor;Vbi licet non teneat alienatio rei minoris, & rei dotalis,tamen maritus, vel alius venditor tenetur de euictione.Infert ergo ex prędictis,quod licet contractus non valeat, quo ad dominij translationem,tamen Tiberius sit obligatus ad euictionem.

His tamen non obstantibus in casu nostro concludendum censeo,quod non sit locus euictioni. Nam verior, & cõmunior conclusio est genericè in omnibus contractibus,quod vbi cõtractus est nullus,
18 & à iure reprobatus,tũc nec euictio debetur, glos. in l. Imperialem in princ.in verb.ex empto vbi quod procedit etiam si expresse sibi caueret emptor de euictione Lipar.qui multa refert ad Andr. in cap.1.§. ad hoc de pac.Iur. firm.post Curt.in 4.par. in tract.de feud.& etiam Andr.in cap.1.§.commercium in fin.de prohib.alien.per Loth.Bal. in d.l.Imperialem num.22.& in c.1.de Allod.nu.4. & melius Capyc. in §.feudotũ, emptores in Inuest.feud. vbi firmat ex contractu nullo emptorem non agere de euictione sibi promissa, & reddit rationem, quia dum contra legem mercatus fuit in pœnam sui delicti debet euictione carere,& in verb.feudorum euictiones limit.10. Vbi quod opinio:Præpos. & Aluar.in d.§. adhoc de pac. iur.firm.
19 est verior,& habet hæc opin. pro se generalem regulam,vt annullato cõtractu principali sit annullata omnis clausula accessoria,sicut renunciationes,constitutum euictio,& alia cõsequutiua ad principalem contractum, vt latè Tiraq. de iur.constit.possess.in par.3. limit.7. qui latissimè differuit, & proindè alios huc non transcribo.Siquidem ibi sub nu.28. nominatim loquitur de euictione cum cũ de alijs accessorijs, quę similiter nulla sunt nullo existente contractu principali.Ad plenum loquutus fuerit nu.12. 15.& 16. Et postea num.29. cum seqq. Liquet ergo quod sola nullitas contractus sufficit ad annullãdam similiter euictionis promissionem, iuxtà opinionem magis receptam cũ quamplurimis consimilibus, quæ Tiraquell. enumerat comprobatam.

At vlterius procedendo dico, Nos esse in fortioribus terminis, quando enim lex
20 resistit personæ alienanti,sine dubio nõ debetur euictio,nec quodlibet pactũ tãgens feudum quantumuis cum pœna,& iuramento promitteretur, sicut in alienationibus feudorum absq; assensu tradunt omnes supradicti, & Frecc.in lib.2. de subfeud.in 12.limit.ad cõstit.& pluries Camer.& ita passim seruatur. Nam statuit l.Imperialem,vt nulli liceat alienare, & sic resistit personæ ob publicam vtilitatem,vt ibi. Idemq; est si resistit ne

in fraudem alicuius alienetur, nã tũc habemus aliam vulgatam decisionem glos. communiter sequutã, quod emptor nõ agit de euictione, nec ad pœnam promissam, Nam si libertus in fraudem patroni alienauit, quia lex resistit prohibendo liberto, quod non alienet dicit glos. in l.3. in verbo Fauiana ff si quid in fraud. patroni quod emptor ex eo contractu, nec pro euictione, nec pro pęna agere potest quando incipit locus esse reuocatoriæ alienatorum in fraudem quod est mortuo liberto, & sic fortior est casus noster dum habemus Iudicis
21 prohibitionem, quæ legis prohibitioni compa atur per Bar. in l. cum lex nu. 5. de fideiuss. Imol. & Butr. in c. cum contingat num. 18. de iur. iur. Et vt obseruetur ipsa prohibitio viget vtraq; ratio supradicta, & publicæ vtilitatis ne præcepta superiorum contemnantur, & ne Io. Hieronymo aduersus pacti obseruantiam fraus huiusmodi adhibeatur.

Nec omicto quod in casu nostro sicut em-
22 ptor tenetur restituere fructus quos percepit ex re non sua, ita non negamus restitutionem pretij cum interesse, sicut ita seruari inquit Capyc. in d. vers. feudorũ emptores col. 2. vers. vidi seruari loquẽs de pretio. Et est ratio, quia annullato cõtractu remanet illa pecunia penes vẽditorem sine causa, & consequenter venit restituenda ex æquitate l. si & me, & Titium ff. si cer. pet. idq; est quod dicitur. vtrinq; agi etiam ex contractu resoluto, vt in l. cum autem in §. Iulianus, ff. de ædilit. ædic. cum similibus, vt per Barb. in cons. 3. vol. 2. vnde glos. in const. constitutionẽ diuæ memoriæ in verbo nullam cũ ministerio inquit quod recuperat simplex pretium, quod intelligitur ad excludendam euictionem non ad excludendum interesse pretij ne contra text. in l. emptorem in §. quid autem in vers. ibidẽ ait ff. de act. empt. careat emptor, & re, & pretio dũ restituit fructus, vt per Frecc. de subfeud. lib. 2. in cap. qđ incipit à Regnicolis, num. 26. & paulo post in supradic. limitatione 12. nu. 37. Sed Marchio vlterius prætendit quod Tiberius condemnetur ex pacto apposita in dicta vẽditione ad totale interesse, & sic ageret ex contractu inhito contra pręceptum Iudicis, & consequenter ageret ex delicto, quod est impossibile.

Insuper dum iste contractus fuit prohibi-
23 tus, ex qua prohibitione fuit nulliter gestus, ipse idem venditor potest vendicare, vt obseruet Iudicis mandatũ, argum. c. si quis præsbyterorum de reb. Eccles. non alien. cum traditis in l. post mortem de adopt, sicut iã probauimus quod faciens aliquid contra legem, potest ipsemet venire contra factum suum, & reuocare; ergo in actu, qui fit lege permittente non cadit euictio, sicut in minore inpugnante ea quæ gessit, & in muliere proponente Velleianum, & in terminis l. 2. de rescind. vend. vt concludit Frecc. de subfeud. in explicatione contrit. constitutionẽ Diuæ memoriæ lib. 2. nu. 15. fol. 48. Idemque est vbi alius reuocaret similiter lege permittente, sicut agnatus qui præfertur, vt in c. 1. §. porro p quos fiat inuest. & in c. 1. §. Titius. si de feud. defunct. milit. Debetur .n. euictio oriẽs ex causa extrinseca extra contractum ad euersionem dispositorum in ipso cõtractu, non autem quando oritur occasione eiusdem contractus, uel quia ob eius nullitatem nihil actum est, & omnia remanent, vt per prius, uel quia ob eius validitatem cõceditur à lege abdicatio aliqua cui partes contrahendo se submiserunt sicut declarant Hartm. Pist. de feud. lib. 2. par. 1. quæst. 10. Zifuent. ad leges Tauri in l. 70. quæst. 20. in fin. Andreas Fachin. in lib. 7. controuers Illustr. c. 14.

His sic fundatis. Respondebo contrarijs, ex quorum resolutione fiet etiam clarior conclusio prædicta.

Non obstat ergo l. si fundum sciens, nam in l. prædicta contractus tenuit, & fuit
24 ualidus, quia res aliena uendi potest l. rem alienam de contrah. empt. sic illum tex. intelligit, & restringit Andr. in const.

sit.constitutionem Diuæ memoriæ in verbo nullam omninò, & ex cōtractu validio non est mirum si promissio euictionis tenuit, sic dicit Andr. in d.§.cōmercium in fin.& Imol.in l cum vir nu.11. de vsucap. qui vlterius loquuntur de amissione pretij ad beneficiū fisci, quod nihil ad nos, sed ad nos actinet, & fundauimus ex contractu nullo non subsistere promissionem euictionis.

Non obstat 2. quod in prohibitis alienari teneat promissio euictionis, vt in vendi-
25 tione rei minoris, vel rei dotalis factis cū fideiussore ex traditis in l. & si is C. de præd. minor. Nam lex in dictis casibus volens fauere certis personis, prohibuit, ne res in alium transferatur, & alienetur, & sic non prohibuit contractum in totū, sed tantùm translationem dominij in alium, & tunc quia obligatio alterius personæ non tangit effectum prohibitionis, reuocatur alienatum ad beneficium minoris, & mulieris, promissores autē de euictione tenentur, sic distinguit Alber. in d.l.cum lex in verf. si exempta est à venditore ff. de fideiuss. vbi distinguit, an fuerit prohibitus contractus, an vero dominij translatio, vt primo casu contractus sit penitus nullus. Secundo vero remaneat valida promissio, quādo emptor erat ignorans, quod etiam cessat in casu nostro, vbi fuit sciens, & particeps doli, & latius hanc distinctionem concludunt Speculat. in tit.de empt.& vend.§.tertio loco num.10.verf.sed in casu Abbas, & Antonius de Butrio in c.cum contingat
26 de iur. iur. vbi quando lex resistit contractui, contractus est penitus nullus, nec ex eo oritur naturalis, nec ciuilis obligatio, vnde nec potest accedere fideiussor; fuit hæc conclusio Bar. in d. l. cum lex num.4.verf.vnde lex; Modo in casu nostro decretum Iudicis prohibuit contractū, quia iniunxit Tiberio quod ad venditionem non procederet in cōsulto Sacro Cōsilio. Ergo ex dicto cōtractu prohibito nulla obligatio remanet valida, maximè ad beneficium scientis, vt post antiquiores, considerat Alberic. etiam in secundo casu, vt supra accedente scientia vtriusque.

Quinimmò quando prohibitus alienare, vel se obligare contrahit, & adhibet secum fideiussorem, & prohibitus vtitur nullitate contractus discutitur si fideiussor insolidum tenetur, ex regul. tex. in l.si Titius, & in l. Marcellus, vbi Bart. & alij ff. de fideiuss. & sunt exempla proposita per Marchionē in quibus aliqui tenent, quod alius non gaudet nullitate contractus cōcessa prohibito, sed prohibitus concordant omnes quo ad nihilum tenetur, vt patet ex discursu glosarum, & Doctorum in dic.l.si Titius, & in l.& si is C.de prǽd.minor.in l.in causæ cum l.sequenti ff. de minor. & in l.si pupillus, ff.de arbitr. Alex.in conf.66 in fin.vol.4. Afflic.in decis.206. Fabian. in trac.de empt.& vend.in 6.quæst. princ. col.16. Vnde in casu nostro cum Tiberius sit prohibitus, si cōtractus ex prohibitione declarabitur nullus, non potest ipse remanere obligatus de euictione, sicuti teneri posset, alius per eum fortè adhibitus, vlrà quod etiā in casibus per Marchionē propositis plures Doctores tenuerunt contrarium, vt per Specul. in tit.de compet.iud.adhib.§.1. col.11. & de empt.& vend.in §.tertio loco nu.10. Imol.in d.l.cum vir, & in c.cum contingat, Guid.Pap.decis.562. Rom. in sing. 645. Hippol.in singul.125.& 507.& in rubr.de fideiuss.fol.16. Paris.in conf.16 vol.2. Bologn.in conf.36. Fabian. vbi supra, & alij Doct. sequentes regulā quod sublato contractu principali cessent omnia accessoria.

Item considero quod in casu nostro, dum est prohibitus contractus venditionis cū mandato directo in personam Tiberij, quod non procedat ad venditionē, cen-
27 setur etiam prohibita promissio euictionis, quæ est de natura contractus venditionis, & tanquam inclusa in ipso cōtractu venditionis, venit etiam non promissa, vt per glos.in l.pacta conuenta de cō-

trahen.empt.Ita considerãt Dec.in consil.185. Nam dum fuit prohibitus contractus venditionis censetur prohibita euictionis promissio annexa, & inclusa de natura contractus in ipsa venditione. Imò vltrà defectum potestatis adest etiam
28 defectus voluntatis, dum in facto probatum est quod emptor,& venditor cõsuluerunt peritissimum aduocatũ interrogãtes num preceptum illud domi notificatum uenditionem impediret,& audito quod non impediebantur,nisi constita præcepti notitia,tota die donec desero contraxere latiuerunt ad euitandum personalem illius præcepti notificationẽ, ex quo infertur quod uim habente præcepto non contraxissent,ergo detecta notitia,ex qua oportet præceptũ illud suum operari effectum sequitur,ut contractus redactus sit ad casum,in quo contrahere noluerunt, & consequenter etiam ex defectu uoluntatis nihil operabitur quicquid in eo contractu continetur ex regula l.non omnis ff. si cer. pet. & sic euanescit euictionis promissio ex defectu potestatis, et uoluntatis. Deo gratias.

Fuit per Sacrum Consilium declarata venditio nulla, & proinde Terra restituta, vna cum fructibus rebabito pretio cum interesse. Et Tiberius in reconuentione absolutus etiam visa annotatione, & allegatione sequenti.

SVMMARIVM.

1 *Legis hæreditatũ computationi ff.ad leg. Faleid. plena declaratio.*

2 *Legislator non respicit particularia, sed vniuersalia.*

3 *Aetatis æstimatio eodem modo fit in bisque debentur ad vitã,siue sint alimenta,siuè vsusfructus, siuè vsus, siuè habitatio.*

4 *Afflict. decis.34. discutitur, & ponderatur, & num.5. & 6.*

5 *Aetatis æstimatio in his,quæ debentur ad vitam eodem modo fit, siuè debeantur ex vltima voluntate,siuè ex cõtractu.*

6 *Lex siquis argentum in §. fin autem donator C. de donat. declaratur.*

7 *Oppositiones ad articulum in præcedentibus allegationibus firmatum.*

8 *Contractus alioquin permissus corruit deficiente assensu eum quo partes contrahere voluerunt.*

9 *Assensus non expeditur super conuentione, quæ in scriptis non redigitur.*

10 *Assensus expeditus in memoriali per verbum fiat validus est infra biennium concessum ad illum redigendum in formam probantem.*

11 *Assensus super contractu facto non validat faciendum necè contra.*

12 *Refutatio an valeat cum aliqua reseruatione,& quid verè sit, & eius effectus.*

13 *Refutatio pura habet assensum legis, Aliæ indigent assensu hominis.*

14 *Dispositio de fructibus feudi facta à Dño feudi valet,secus autem si fit in actu refutationis, & ratio differentiæ.*

15 *Andreæ theorica declaratur dicentis refutationem valere cætera pacta non.*

16 *Pragmatica dicta nouem capitum quomodo est intelligenda quoad sm caput.*

17 *Successoris nomine an & quando vltrà primum comprehenditur etiã ulterior.*

18 *Inutiliter aliquid esse ad finem de quo agitur,vel non esse idem sunt.*

19 *Assensus qui & qualiter intelliguntur prohibiti in pragm.9. capitum sub c.5.*

20 *Vsusfructus alienatio an inducat diuisionem feudi, & eius effectus.*

21 *Clausula ex nunc pro tunc sequuta morte quid importet.*

ALLEGATIO IV.

Pro eisdem in eadem causa.

In Dei Nomine Amen.



Visis retroscriptis allegationibus vnus ex Dominis peritissimus opposuit sequentia, & prius voluit annotationem in ipsis allegationibus mentionatam num.7. desumptam

ex aliquibus scriptis nostris tunc nō ex-
plicitis, vbi dum agebamus de differen-
tijs inter vsumfructum, & vsum adest
capitulum sequens, videlicet.
Sed vbi alimenta vsusfructus, vel vsus, vel
habitatio est ad vitam,& occurrit pro li-
quidatione falcidiæ,vel ex alia causa æsti-
mari valorem vsusfructus alimentorum,
vsus, vel habitationis iuxtà longiorem,
1 vel breuiorem vitā habentis aliquid isto-
rum non video quomodo glos. in l. hæ-
reditatum computationi ff. ad legē Fal-
cid.in princ.& in verb. Vlpianus vult ex
illo text. vno modo extimari vitam ali-
mentarij, & alio modo vsufructuarij,
quæ distinctio in illo tex. non fit. Sed
cum Vlpian. ætatum computationē sta-
tuisset (quā ob rem loco illius verbi hæ-
reditatum,potius ętatum computationi,
illius legis initium per Iurisconsultum
scriptum fuisse crederē)& loquutus fuis
set de alimentis, quia forte de alimentis
erat quæstio in eo loco, vbi Vlpian. hoc
scripserat,vel forte agēs de Falcidia quę
certa est in legatis certis,agens postea de
legatis incertis qualia sunt alimenta,quę
morte finiuntur, statuit quantitatem ali-
mentorum æstimari plus,vel minus, iux-
tà vitam longiorem,aut breuiorem, vitæ
autem breuitas,aut diuturnitas etsi nun-
quam sificè nec distinctè, tamen morali-
ter,& confusè plus,vel minus iudicatur
ex corporis habitudine,valetudine, apti-
2 titudine,& similibus,sed hæc in particu-
laribus,quæ non respicit Legislator, vt
per Arist.in 5.Ethic.& in l iura ff de leg.
Est & alius modus vniuersalis, qui spe-
ctat ad Legislatorē, nempè vt dijudicet
ex ætate,& hunc modum tradit,& exor-
nat Vlpian. prospiciens aliquem viuere
aliquando vsque ad annos octuaginta,
aliquando plus sæpè minus,& ob incer-
titudinem,iuxta maiorem,vel minorem
distantiam ab ipsa meta prædicta dijudi-
cat sic moraliter vitam pro medietate
temporis deficientis,aut plus, vel minus
quemadmodū sibi vero similius videtur
ex ætate in qua alimentarius reperitur;

Eoq; pulcherrimo (quantum rei obscu-
ritas admiserat)discursu expedito,subdit
ex rationis idemptitate idem in vsufru-
3 ctuario.Idemq; dixisset in habēte vsum,
vel habitationem semper enim est eadē
ratio,sicut doctissime respondebat And.
Maricond. apud Afflict. in decis. 34. in
princip.
HocVlpiani computum subiungit Maximus
4 Iurisconf. author illius legis solere aliter
& expeditius obseruari. Et ex hoc,num
abroget maximus Vlpiani discursum, &
num ex hoc nouo vsu antiquetur præce-
dens relatus per Vlpianum,& num adsit
defectus,& absurditas omictendo casum
post annum 60.& admictēdo adeo bre-
uem æstimationem vitæ agētis annū 59.
dicetur inferius, nunc vero ad id quod
agimus dum Vlpiani computum in casu
alimentorum, & postea in casu vsusfru-
ctus retulerat Maximus nō subiūgit ap-
probationē vnius capitis, & reprobatio-
nem alterius,sed genericè subiūgit aliud
computum, quod similiter refertur ad
vtrumq; præsertim cum non adsit ratio
differentiæ,non enim ex qualitate credi-
ti, sed ex ætate potest vita longior, aut
breuior dijudicari. Vltrà quod ille fauor
alimentorum quem glos. considerat nō
subsistit, nam diuersimodè in diuersis
ætatibus nūc longior æstimatur vita iux-
tà computum maximi,nunc longior iux-
tà computum Vlpiani.Quare ex rationis
idemptitate nulla omninò facienda est
differentia,quoad ætatem dijudicādam,
num debeātur alimenta,vel vsusfructus,
vel vsus,vel habitatio.
Sed an facienda sit differentia num aliquid
5 prædictorum debeatur ex vltima volun-
tate,vel ex contractu,& faciendam non
esse dicebat Maricond.in loco prædicto,
cui miror reliquos Dominos (sicut ibi
scribitur) contradixisse ex tex.in l.siquis
argentum in §.fin autem donator C. de
6 donat. Primo enim non est credendum
Imperatorē diuersum censere debitum
ex contractu, vel ex vltima voluntate ad
hunc finē de quo agimus cuius respectu
nulla

nulla penitus adesse potest ratio differẽtiæ,& proinde terminis tex. in l.hæreditatum vtuntur, ibi Alex. & alij etiam in cõtractibus. Secundò nimis esset irrationabile eadem mẽsura quindecim annorum metiri, & æstimari vitam cuiuslibet siuè adolescenti,siuè decrepiti. Et tertio reditus de quibus in eo tex. fit mentio intelligũtur per Afflic. vitalitij quod ibi non dicitur imò contrarium,nam donati simpliciter intelliguntur perpetui, & illa æstimatio in quindecim annos alium habet sensum, nempè quod Imperator cũ sua validitate firmasset illas donationes,siuè redituum, siuè seruorũ statuens illas compleri declarat,neq; peiores dari seruos oportere, nec meliores, sed mediocres,eodemque modo redditus non constitui super fundis melioribus,neque peioribus,sed super mediocribus.Quod si donator seruis careat pretium pendat, illudq; statuit quindecim solidorum. Si uero fundum non habet quem redditui submittat præstet quantitatem ex qua possit talẽ redditum sibi donatarius cõparare; Et hãc quantitatem iubet esse ipsum reditum quindecim annorum, ita quod pro annuis ducatis 100. sors erit duc.1500. Ex quibus congruenter præsupponitur comparari annuos duc.100. ad rationem sex cum duobus tertijs pro centenario,quæ quantitas pro interesse dotium statuitur ex nostro iure municipali sub tit.de iur.dot.in consuet. incip. hæredesq; viri,& est quantitas parum distans ab vsura illa semisse,quæ apud antiquos frequens erat,vt per Hermol. Barbar. in castigat.ad Plin. lib.14. cap.1. in secunda æditione. Et hoc diuersum est ab æstimatione durationis eorum, quæ morte finiuntur in quibus attẽditur dic. l.hæreditatem,& in hoc vltra Doct. ibi, legendus est Francisc. Conn.in cõment. iur.ciuil.lib.4.cap.6. & Iacob. Cuiac. in tom.1.sub tit.de diuers.temp. præscrip. cap.34.Neq; hæc abrogantur in contractibus p Imper.in d.§. sin autẽ donator, sicut dicebat Afflic. in quem lapidẽ offenderant etiam vetustiores,& exinde multa deduxerũt quę examine indigent, sed neq; illa discurere locus hic exigit, neq; audeo tot noua differere. Alij forsan pauca ista nunc allata corrigent, aut ex istis ad alia hinc descendentia latius, & exornatius progredientur.

Nunc deueniendo ad oppositiones quarũ
7 supra meminimus idem Regius Cõsiliarius peritissimus dixit mihi duo in hac causa sibi negotium facessere. Primo, qđ videtur eosdem patrem, & filium credidisse illam conuentionem assensu indigere,& voluisse cum assensu contrahere. Assensus vero expeditur super cõtractu faciendo qui non est subsequutus,& sic deficit cõtractus. Secundo deficit assensus qui non est expeditus in forma probanti,nec vlterius potest expediri, dum Tiberius cum asſẽsu iã expedito in forma probanti alienauit in Marchionem. Asſẽsum autem requi videtur colligi ex progressu, & decisione causæ Federici Tomacelli, qui refutauit cum clausula ex nunc, pro tunc sequuta morte, & assensum in hoc impetrauit, cumq; postea dubitaretur de ipsius assensus validitate obtinuit Fiscus in Regia Camera declarari assensum nullum quasi expeditum contra formam Pragmaticę nouem capitum quæ est 4.sub titul. de feud. cap.5. Postea in reclamatione fuit assensus declaratus validus. Et contentio fuit num illa dilatio exequẽdi effectum refutationis in tempus mortis,importabat retentionẽ vsusfructus formati, sicut Magnus Feudista Regens Fornarius tunc pro Fisco defendebat,& in prima instantia obtinuit ex ꝓhibitione dictæ Pragmaticæ, an vero importaret simplicem tenutam, & fructuum recollectionem,in quo casu assensum præstare Proregibus non prohibetur, & hoc importare defendebant Aduocati ipsius Federici,& sic in secunda instãtia facta relatione per Reg.Cam. in Consilio Collaterali obtinuerunt assensum declarari validum tanquam præstitum in casu per Regiam Pragmaticam

non

non prohibito. Ex quibus infert, quod dum tãtopere in ea causa disceptabatur num potuit Prorex in eo contractu assentire, multo magis doctissimi Iudices, & Aduocati scientes refutationem assensu non indigere, dixissent etiam assensu non opus esse in ea clausula importante habitationem, & fructus vita durante si hoc dici, & defendi posse dijudicassent.

Cõsideratio doctissima, & subtilissima multa continet, quibus tamen aliqua ex parte in primis allegationibus responsum est, vbi diximus conuentionem oretenus perfectam fuisse, illamq; fundauimus, & scriptura, & assensu nõ indigere, diximus etiam quod ad maiorem certitudinem intendebant de ipsa conuentione cautelas confici, & super cautelis conficiendis ex abundanti impetratur assensus, nõ er-
8 go dicatur voluisse contrahere cũ assensu quo deficiente deficit cõtractus quãuis alioquin assensu nõ indigeret, vt per Loffred. in cons. 17. num. 54. cum seqq. Camer. in c. Imperialem fol. 55. col. 4. & fol. 56. lit. B. Nam absq; assensu cõtrahere voluerunt, & conuentionem perfecerunt, quæ quidem nõ irritatur ex eo qđ voluerint postea ad maiorem firmitatem saltim ad euadendam hanc disputationẽ assensum etiam obtinere, & tunc scriptura vtilis erat ad memoriam certius conseruandam, erat autem necessaria pro assensu obtinendo, qui super conuẽtioni-
9 bus oretenus (ne ambiguitas in posterũ oriatur) pro Collaterale Consilium nõ expeditur in quam conformitatem non dicitur in memoriali ipsas partes velle contrahere, sed inijsse conuentionem, quam intendunt scripto mandare, & super talibus cautelis conficiendis assensus petitur, & obtinetur.

Et quamuis expeditus nõ sit in forma pro-
10 banti, dum expeditus legitur in memoriali per verbum fiat operatur vtiq; infra biennium cõcessum ad illum redigendũ in formam authenticam, vt per Bald. in l. humanum ff. de leg. per Felin. in c. Rodulphus num. 26. de rescrip. per Afflic. in decis. 253. Sed eo non vtimur, quia cautelæ nõ sunt subsequutæ vtimur autẽ conuentione quam perficere voluerunt, & perfecerunt absque assensu, & sic tollitur prima difficultas quæ adesset si cum assensu, & non aliter contrahere voluis-
11 sent. Item secunda difficultas quod assensus super contractu facto non validat faciendum nec è contra, vt per Camer. post And. in cap Imperialẽ fol. 54. col. 3. & 4. Frecc. de subfeud. lib. 2. quæst. 11. & alij, cessat dum vtimur ista conuentione valida sine assensu, si quidem in allegationibus opinor fuisse plenè probatũ, qđ ipsa cõuentio iã pfecta, nec scriptura indiget, nec assensu; sed scriptura vtilis fuisset ad memoriam, & necessaria pro assensu obtinendo. Assensus vtilis fuisset ad cautelam vberiorem, necessarius autẽ ad obligationem feudalium pro obseruantia conuentionis.

Non obstat quod hic articulus in illa causa Tomacelli deductus non reperitur, nam si ibi refutatarius post perfectam refutationem promisisset habitationem, & fructus sicut in casu nostro certo credam quod eius aduocati defendissent, sicut nos defendimus assensum ad validandã huiusmodi promissionem non requiri,
12 sed illa fuit reseruatio in actu refutationis, qui casus à casu nostro nimis distat. Quoniam refutatio siuè dicatur abdicatio refutantis, siuè præmatura successio, siuè constitutio proximioris in locum suum, quibus terminis refutatio describitur per Andr. in c. 1. de eo qui fin. fec. agnat. & in cap. 1. §. sed & res col. 2. per quos fiat inuest. per Bald. in c. 1. §. & si libellum de alien. feud. patern. & in consil. 300. num. 1. & 2. vol. 2. per Loffred. in c. 1. §. Titius si de feud. defunc. milit. in paraphrasi ad vers. si vero sine Domini voluntate circa finem per Camer. in cap. Imperialem fol. 31. col. 1. semper in idem reincidimus, vt debeat esse pura, & simplex ponens cessionarium in locum cedentis taliter, & eo modo, prout transiret in illum si ipse refutans tunc decederet

deret, vnde non admittitur vlla reseruatio, sicut defendere conabatur Sacc. in cons. 3. num. 375. cum sequent. Nam cōtrarium, nempè nullam reseruationem admitti concludunt omnes prædicti, & etiam Frecc. in lib. 2. in 17. limit. Loffr. in consil. 3. num. 11. circa finem, Camer. in d. cap. Imperialem fol. 33. col. 3. Præs. de Franch. in decis. 3. num. 9. latè Lypar. ad Andr. in cap. 1. de alien. feud. patern. num. 3. in verb. Proximior Reg. de Pont. in cons. 12. num. 1. cum sequent. Obstat enim refutanti non eo modo, quem lex permittit, regula illa quod potui nolui ex vt in l. multum interest C. si quis alter. vel sib.

Et proinde illa refutatio Tomacelli nō simplex, & pura, sed cum reseruatione prę-
13 dicta nō habebat assensum legis, vt per Camer. in c. Imperialem fol. 24. col. 4. & fol. 31. col. 2. & indiguit assensu hominis qui iam fuit impetratus. Et sic ille casus cum sua decisione quā pro se affert Cōsiliarius de Ann. in consil 39. nu. 19. est valdè differens à quæstione illius consilij vbi differit num huiusmodi refutatio assensu indigeat, in casu vero Tomacelli assēsus aderat, & necessarius præsupponebatur, nā in prima instantia præsupposita assensus inualiditate succubuit. In secunda præsupposita assēsus validitate victor euasit. Et hæc quoad refutationem, quæ permissa est sub certa forma qua nō seruata corruit, conuentio vero de qua nūc agimus non habet legis resistentiam, & à Doctoribus communiter approbatur.

Secunda ratio differentiæ est, quia vbi quis
14 est iā Dominus feudi, siuè illud quæsierit ex præcedenti simplici refutatiōe, siuè alio modo, si postea disponit de fructibus tamquam separandis non tangit feudum, idemq; est in concessione habitationis, sed feudum ipsum liberum, & immune remanet penes ipsum, & sic liberum perueniret ad Dominum in casu deuolutionis, & liberum in casu alienationis transiret ad alium singularem successorem, solumq; ipse disponens, & eius hæres vniuersalis qui dicitur eadem persona cum defuncto tenetur permittere, vt concessionarius fruatur illa commoditate tanquam burgensatica, & percipiat illos fructus tanquam burgensaticos nō constituendo ius in re, & dato nouo successore qui hæc non permitteret, renetur promittens ad interesse, quia disposuerat burgensatica non tangendo feudum, vt per Camer. in cap. Imperialem fol. 17. & 18. cū alijs adductis per Consil. de Ann. in d. cons. 39. nu. 8. cū seqq. & colligitur ex omnibus Doctoribus adductis in præcedentibus allegationibus ad fundandum talem contractum assensu non indigere.

Sed quādo talis reseruatio fit in actu refutationis tunc per indirectū tangitur feu-
15 dum. Falsa si quidem est aliquorum intelligentia ad Andr. in c. 1 §. & si libellū Ant. num. 6. de alien. feud. patern. & in const. Constitutionem Diuæ Memoriæ col. 3. dicentium per illa verba (valebit refutatio cætera pacta non) sustineri refutationem reiectis alijs pactis, nō enim hoc intendit Andr. sed cum disputasset num sit etiā sublata refutatio per const. abrogantem omnes pactiones circa feudalia, concludit non abrogari refutationem, per quam nō dicitur aliquem alienare, sed potius se ipsum abdicare, vnde proximior subingreditur Cætera autem pacta non valere, si hoc intelligimus genericè de alijs pactionibus, & contractibus qui non sunt refutatio, sana est doctrina, & exclusa à prohibitione remanet refutio modo sit pura, & simplex, vt supra diximus, si vero intelligimus illa verba, vt non valeant alia pacta apposita in ipsa refutatione similiter sana est doctrina, sed hinc non sequitur, vt reiectis pactis valeat refutatio, sed imo, vt ob pacta prohibita corruat etiam refutatio ratione indiuiduæ volūtatis l. 1. & 2. C. de donat. quæ sub mod. l. 1. & 2. & l. si vt proponis C. de cond. ob caus. declarant optimè Loffred. in consil. 3 num. 18. & Camer. in cap. Imperialem fol. 30. col. 3. & 4.

& 4. cum multis seqq. quos Vltramontani omnes referunt,& sequuntur,& alij quoq; Regnicolæ,vt per Tho. de Marin. de feud lib. 1. tit. 2. num. 122. cum seqq. Quare magna est differentia dum in casu nostro idem promittẽs remanet Dominus feudi in nihilo alterati, sed acquisitio feudi ex refutatione pactionata penderet ex validitate,vel inualiditate illius pacti. Et sic necessarius est assensus hominis qui remittẽdo rigorem illius simplicitatis quam requirit lex refutationi assentiens; refutationi etiam pactionatæ pactisq; insimul tribuit firmitatem.

Ex quibus patet quod ille casus differens est à casu nostro,& cõsequenter præfata optima consideratio in illo casu non applicatur ad casum nostrum, nec applicaretur quamuis iustior esset (quod nimis vereor) prima illa sententia,quæ nõ modo virtualiter declarauit assẽsum requiri,sed etiam assensum præstitum declarauit inualidum. Dixi autem me dubitare hanc sententiam esse iustiorem, quia illa Regia Pragmatica prohibet Proregibus assentire in nouẽ casibus nimis rationa-

16 bilibus pro interesse Fisci,& partium, & proinde non est adeo seuerè intelligenda, iuxtà literam,vt negligatur ipsius Pragmaticæ ratio,atque finis. Sic in secundo capite prohibet assentire si feudatarius careat successore,& licet ex multis

17 defendi posset appellatione successoris intelligi de primo tantum, vt in l. qui liberis in §. hæc verba, vbi Doct. ff. de vulgar. & pupill. tamen quia successor potest etiã intelligi vltra primum l. qui per successionem ff. de regul. iur. licet nõ ita propriè, sed ex verisimili ratione, vt ibi Dec. & Cagnol. & in analogis interpretamur, iuxta verisimilitudinẽ, vt p Alex. Raud. de Analog. lib. 1. ferè per totum, præsertim cap. 5. 6. & 9. Idcircò dum verisimilis,imò certa ratio prohibitionis assentiẽdi in illo casu est ne frustretur Regia Curia proxima spe deuolutionis,fuit rectissimè per Regiam Cameram in Collaterali Consilio decisum ipsam Pragmaticam cõprehendere casum quando alienantis successor desperatus esset de suo successore, vt per Reg. de Ponte de potest. Proreg. in titul. de assens. §. 3. nu. 11. cum seqq. tunc enim est eadẽ ratio; Idq; ex multis comprobat, quibus addo ponderationem verborum ipsius Pragmaticæ prohibentis assentire, vbi alienans caret certo successore, quibus verbis excludit casum dubiũ qualis esset, in alienante iuuene qui potest nubere, & filios procreare, ergo secundus successor, qui sub verbo analogo successoris comprehendi potest ex verisimili mẽte Legislatoris ob rationis identitatem magis comprehẽdetur in casu istò ob rationis maioritatem dum feudi deuolutio nõ est in ambiguo, sed est iam certa ex successione iam desperata, & addo fortius, qđ dũ Pragmatica ad assentiendum requirit alienãtem habere successorem certum tanto magis excludi debẽt habentes vnum successorem de succedenre sibi iam desperatum, nam isto pręmoriente, tunc alienans primo etiam successore absque dubio careret, quod non est si primus successor habet habereue potest succedentem sibi, Hic enim, vt plurimũ esset etiam succes-

18 sibilis alienanti. Et sic ex multis in casu huius Pragmaticæ nõ est habenda ratio de successore inutili ad impediendã deuolutionem, sicut eodem modo iudicari aliquid non esse, vel esse inutiliter ad id quod agitur probatur in c. inter corporalia, vbi glos. in verb. inutilẽ de transl. Episc. in c. 1. vbi Alciat. in 4. notab. de præscrip. glos. in l. fin. C. ad leg. Flau. de Plagiar. ex quo multa deducuntur, vt per Roland. à vall. in cons. 9. num. 34. vol. 1. & in cons. 96. num. 35. cum seqq. vol. 3. Catell. Cot. in memorial. in verb. Vidua Couar. pract. q. c. 7. col. 3. in vers. Et in hoc Barbat. & Felin. in c. significantibus de offic. deleg. 1. Ias. in l. fin. ff. de offic. eius.

19 Similiter quia nimis Regis interest habere vassallum certũ, & in casu seruitij vel deuolutionis reperiri apud feudatariũ feu-

 dum

19 dum integrum negat Rex in 5. cap. eiusdem Pragmaticæ assentiri, vbi feudū fieret plurū insolidum quia alter in altero ex vsu traheretur, item vbi fieret diuisio, quia
20 tunc solueretur integritas; Idemq; si diuideretur vsufructus, quia siuè tunc dicatur diuisio feudi secundum Loffred. in consil. 3. nu. 12. siuè non sm̃ Bologn. in consil. 6. num. 24. cum seq. satis est quod in casu seruitij, vel deuolutionis à fructuario impediretur proprietarius, eisdēq; occurrētibus in proprietario expectaret directus Dominus mortem fructuarij, vt in l. Statius Florus in § Cornelio Felici ff. de Iure Fisci. Similisque ratio est in quarto casu huius quinti capitis, vt mox dicetur. Quam ob rem licet apud feudatarium disponentem de fructibus separandis remaneat feudum integrū, tamen feudum ex refutatione cum prædicta reseruatione, ob voluntatem indiuiduam non acquiritur, nisi cum obseruantia reseruationis, & sic respectu directi Domini nihil interest causari, vel nō causari ius in re dum ex tali reseruatione oriuntur eadem inconuenientia, nam in casu seruitij, vel deuolutionis à refutante, feudū apud ipsum non reperitur, & in casu deuolutionis, vel seruitij à refutatario, feudum apud ipsum nō reperitur, nisi cum obseruantia reseruationis, & cōsequenter directus Dominus habet vassallū cū feudo sic inutili durante vita refutantis, cū reseruatione fructuum, sicut si vsumfructum formalem sibi retinuisset.
Et hoc admisso quod illa clausula ex nunc,
21 pro tunc sequuta morte importaret solummodò fructuum reseruationem, sed porro importat etiā exercitium iurisdictionis, & assensus validat etiam obligationē ipsius feudi, quæ semper in huiusmodi contractibus apponi solet pro obseruantia conuentionis. Et denique hoc videtur prouisum in supradicto quarto casu quinti capitis, vbi ex eisdem rationibus conseruandi certitudinem feudatarij, & feudi integritatem prohibetur assensus in alienatione retento dominio.

Idem vero est alienari cætera retēto dominio, vel alienari dominium, & reliqua retineri, quod quidem refutatio cū prædicta clausula operatur. Et proinde hūc casum crederem comprehendi in prohibitione secundi capitis supradicti cui satis fuit ex benignitate Catholicæ Maiestatis dispensari ad beneficium filiorum in casu Matrimonij, vt ex gratia inter capitula fidelissimę Ciuitatis in anno 1557 impressa etiam in pragm. 7. sub tit. de feud. Et hæc quæ obseruanter ponderauimus in reseruationibus, & pactionibus in actu acquisitionis, magis confirmāt validitatē conuentionis circa fructus inhitæ ab eo qui est iam feudi Dominus, & sic contrahendo, nec directè, nec indirectè feudum tangit, & cessant omnia inconuenientia supradicta.

Deo gratias.

SVMMARIVM.

1 *Interesse tertiarum passim liquidatur ad rationem quinque pro centenario, & habet eandem anterioritatem à die instrumenti.*

2 *Solutiones fieri intelliguntur in causam expressam, vel subintellectam, iuxta declarationem hic positam.*

3 *Solutiones in dubio fieri intelligūtur prius in vsuras, & postea in sortē principalē.*

4 *Debitor annuorum introituum non est debitor sortis principalis, sed ipsorum introituum donec contractus non rescinditur.*

5 *Solutio præsumitur in causam duriorem. Dicitur autem causa durior, vbi debitum est magis antiquum, vel magis damnosum, vel magis explicitum, vel magis certum, vt in num. 6. 7. 8. & 16. Et prædictorum ratio num. 9.*

10 *Creditor an & quando tenetur partem debiti exigere, & num. 24.*

11 *Creditor non tenetur exigere partem sortis, Integram vero sortem similiter exigere non tenetur absq; vsuris, cuius*

regulæ ratio ponitur sub num. 18. cum sequentibus.

12 *Creditum exigere non integrum, sed in pluribus vicibus incommodum est, & num. 23.*

13 *Vsura alias vsuras non producunt, sicut nec interesse aliud interesse, vt supra num. 6.*

14 *Debitor nõ præsumitur soluere in causam in quam soluere non potest.*

15 *Tertias oblatas tenetur creditor recipere, quantumuis prætenderet illarum interesse.*

16 *Solutiones intelliguntur pro debito certo, & liquido, non autem pro incerto, & non liquidato.*

17 *Causa non expressa intelligitur in dubio eadem cum ea, quæ fuit alias expressa.*

18 *Sortem non integram, vel integram absque vsuris respuere posse creditorem, & posse vsuras petere, & oblatas debere recipere cur sancitum fuerit declaratur cum numeris sequentibus.*

19 *Glosa in l. 1 ff de solut. affertur, & declaratur.*

20 *Lex dura est aliquando, sed numquam non rationabilis.*

21 *Lex exorbitans ab alijs iuris regulis habet in illo casu prouiso rationem particularem.*

22 *Vsuras non soluens, vel vsuras exigens quomodo, & quando sunt odibiles.*

23 *Solutio vnius debiti certi in pluribus vicibus incommoda est nec tenetur creditor illam recipere secus autem si tota prætensa quantitas non est certa, vel si sunt plura debita distincta, & nu. 28. & 29.*

24 *Sors & vsura constituunt vnum debitum, & non duo.*

25 *Sortis & vsuræ connexitas, ita vt constituant vnum debitum, & non duo plenè probatur.*

26 *Vsuras posse per creditorem peti, & per debitorem solui absque sorte oritur ex communi præcedente consensu vtriusq; quod non est respectu sortis.*

27 *Creditor exigens quantitatem excedentem vsuras (si aliud non exprimitur) in eo, quod excedit vsuras extinguit sortem.*

28 *Vsura si non sunt certa, sed illiquida, & litigiosa tunc solutum sine causa extinguit sortem.*

29 *Solutio non declarata causa extinguit sortem vnius debiti (si ad hoc sufficit) potius quam vsuras alterius debiti.*

30 *Solutio non declarata causa extinguit sortem potius quam pœnam incursam, vel interesse decursum ob ipsius sortis retardatam satisfactionem.*

ALLEGATIO V.

Pro aliquibus Creditoribus Comitissæ Sarni.

In Dei nomine Amen.



Visa relatione creditorum Comitissæ Sarni quidam ex illis, ad hoc vt securius, & facilius suum creditum cõsequantur duo pro nũc opponsit aduersus aliquos creditores; Et circa vnumquemque, ex ipsis articulis seiunctim scribemus, & scripta dabimus ad hoc, vt Sacrum Consilium, prout sibi videbitur ab vnius, vel alterius decisione exordiatur.

Primò aduertũt in præfata relatione referri quantitates sortis principalis, & tertiarum, & etiam interesse ipsarum tertiarũ ad rationem quinq; pro centenario, & cum eadem anterioritate, & hoc non impugnatur, nã quoad sortem principalẽ, & quoad tertias sumus inclaris, quo vero ad interesse tertiarũ quantitas quinq; pro centenario passim admittitur de stylo Sacri Consilij, vt per Præs. de Franch. in decis. 254. & dixi pro Horatio Losfr. in alleg. 40. Tẽpus vero licet fuerit aliquando propositum num attendatur ex mora non solutionis tertiarum, tamen quia ipsa mora præuidetur, & prouide-

tur in instrumētis in quibus tali casu promittitur refectio damnorum, & interesse cū generali hypotheca pro omnibus obseruandis, idcirco vltrà theoricam Alex. Nicol. & aliorum reperitur etiā in hoc Regno, & in pluribus alijs fuisse pluries decisum interesse quoq; deberi cū hypotheca à die instrumenti, ita Reg. de Pont. in decis. 34. nu. 46. & 53. Rot. Auenion. in decis. 146. nu. 8. Cacher. in decis. 129. Barz. in decis. Bonon. 108. & apud Hispanos sic decisum, testatur Gaspar. Rodriq. de annuis reddit. lib. 2. quæst. 20. Negamus tamen quantitates quæ in ipsis relationibus continentur, in quibus pecuniæ omnes medio tempore solutæ imputantur in extinctionem ipsius interesse prius, & reliquum in extinctionem tertiarum. Defendimus autem prius extingui tertias quæ sic interesse non produxerunt, & consequenter à nonnullis quantitatibus presens patrimonium subleuabitur.

Sunt enim regulæ satis notæ, quod vbi debitor soluens causam exprimit, causa illa
2 attenditur indistinctè l. 1. in princ. & l. si ex pluribus similiter in princ. ff. de solut. Quod si debitor nō declarauit tunc attenditur, num declarauerit creditor, sed cum distinctione, vt eius declaratio fuerit in continēti, & vt accesserit debitoris voluntas specifica, vel presumpta nempè vt fuerit in illam causam quam debitor verisimiliter elegisset, prout Iurisc. prosequitur in dict. l. 1. 2. & 3. de solut. declarat glos. in l. 1. in verbo cōuertitur C. eod. & Bar. in l. cū ex pluribus la seconda num. 1. ff. eod. Quod quidem licet frustratorium visum fuerit Hugoni dicenti huiusmodi declarationem nihil posse vltra id quod sine ipsa ministerium legis operaretur glos. tamen Cyn. Bald. & Salycet. in l. j. in fin. C. de solut. declarant posse aliquid operari, & hi duo non sunt casus nostri.

Tertius est casus noster quando in actu solutionis nihil est expressum, & tunc prima (vt aiunt) facie videtur solutionem intelligi prius in causam interesse, ex regula tex. in l. 5. §. apud Marcellum ff. de solut. in l. 1. C. eod. & in l. si vsuras C. de
3 vsur. quibus iuribus cauetur in dubio solutiones intelligi prius in vsuras, & postea in sortem. Et ne videatur obstare quod in hoc casu interesse non est sortis principalis, sed tertiarum, respondetur
4 quo in vēditionibus introituum annuorum venditor durante contractu non est debitor sortis, sed tertiarum, & interim ipse tertiæ, quæ debentur principaliter dicuntur, & sunt verè sors principalis, & proinde pariunt interesse, iuxtà tradita per Pres. de Franch. in decis. 254. nu. 12. Anna Pater in singul. 261. & Reg. Consiliar. eius filius in consil. 48. num. 18. Idque vltrà dicta per eos colligitur ex theorica Socc. in cons. 41. num. 7. vers. si ergo vol. 4. Post Anchar. in regul. necessariū col. 3. vers. sed hic de reg. iur. in 6.

Prædictis tamen non obstantibus puto solutiones prædictas tertias eo tempore
5 debitas sine dubio extinxisse multæ enim sūt Iuris regulę quæ huic positioni adaptantur quarum prima sit quod solutio in dubio intelligitur in causam antiquiorē d. l. 5. in princ. & l. creditor. §. Valerius ff. de sol. declarat Alex. in cons. 85. nu. 1. vol. 3. clarum est autem quod in ordine temporis debētur prius tertiæ, & postea interesse tertiarum præcedens ex mora ipsarum debito tempore non solutarum quam regulam ad huius casus decisionē in specie affert Ruin. in cons. 49. col. fin. vol. 5. & Rimin. in cons. 297. nu. 5. vol. 2.

Secunda regula adaptatur ad casum nostrū
6 in quo fortius atq; durius est debitū tertiarum ex quibus oritur interesse, quam debitum interesse, ex quo aliud interesse non producitur, vt per Præs. de Franch. & alios supradictos; Et proinde in duriorem causam solutio iudicatur l. 3. 4. 5. & 6. l. si quid ex famosa l. cum ex pluribus la prima ff. de solut. in quarum aliquibus declaratur etiam durius esse illud debitum ex quo maius damnū proficiscitur declarat etiam Bar. in l. cum ex pluribus

la seconda nu.2.vers. quandoq; ff. eod. Rom.in cons.94.col.1.vers.Primo quia, Dec.in l. 51. in duabus num.3. ff.de regul iur. & ibidem Cagnol.num.6.Præs. de Franch.in decis.164.num.15. in fin. & latè Menoch. in consil.121.num.39.
Tertia regula adaptatur quia durius quo-
7 que dicẽdum est debitum tertiarum pro quibus faciliter, & explicitè exequi potest ex sola productione instrumẽti cum pactis exequutiuis at vero pro interesse agendum est via ordinaria. Hoc põderat Bar.in d.l.cum ex pluribus num.2. vers. quinto dicitur,& in specie Corn.in consil.295.vol.3.Præs. de Franch. in d. decis.164.nu.15.in princ.Grat in respons. 54.lib.1.nu.62.Menoch.in d.cons. 121 num.40.& tanto magis in hoc Patrimonio in quo passim decernebatur, & cõminationes fiebant,vt tertiæ soluerentur alias procederetur ad contractum rescissionem.
Quarta Regula adaptatur quod debitũ tertiarum erat certum respectu quantitatis
8 annuæ promissæ iuxta formã instrumentorum,quæ certa quantitas, & explicita solui potius credendum est quam interesse illiquidum, & incertũ multos post annos iudicatũ;Et iudicatum etiã diuersimodè,vel pro lucro cessante ad rationem quinque pro cẽtenario ex præfato stylo Sacri Consilij, vel ad maiorem rationem ob damnum passum, & ad huc multò post facti sunt calculi quãtitatum pro ipso interesse diuersimodè prætensarum,quæ omnia tanto magis præsumi faciunt solutionem in causam certè, & explicitè quantitatis, vt per Corn. in d. cons.295. per Riminald.in d.cons.297. probatur in l.si is cui S.Flauius, ff.de solut.Surd.in decis.318.num.7.& per Io. Vinc.de Ann.in sua allegat. 54. in fin.& Latius in alleg.112. num.7.8. & 9. vbi sic inquit fuisse decisum,& sic authoritas aliarum decisionũ, & omnes in hoc traditæ Iuris regulæ decidũt casum nostrũ.
Reliquum est respondere alteri regulæ desumptæ ex S. apud Marcellum cum concordantibus quæ huic videtur,è diametro aduersari imputans solutiones prius in vsuras quã in sortem quæ durior est, & antiquior,sicur glos.aduertit in d.l.1. ff.de solur. Sed facilis est solutio nam si potest debitor extinguere debita diuersi generis cẽsetur in dubio illud extinguere quod magis expedit, expedire autem colligitur ex prædictis,vt extinctũ intel-
9 ligatur debitum, primo damnosius; secundo exigibilius; tertiò certius, & in his ratio est euidens, quarto antiquius in quo ratio esse potest quod in dubio præsumitur quisquis legibus,se conformare l.si duo, vbi Bald. notat, ff. de acquir. hæred. lex autem ab anterioribus exorditur l.2. ff. qui potior: si vero durius non valet extinguere clarum est q̃d tunc leuius extinguetur.
10 Quare omissa pro nunc disputatione an & quando teneatur creditor partem debiti recipere de qua latè per Alex. in l.quidam existimauerunt,ff.si cer.pet.post Bald.in l.si plures col.6.C.de cond. insert.Paul.in l.2.in prin.ff.de verb.oblig. Rom.in l.legẽ C.de natur. liber.Matth. not.83.glos.& Doct.in l.in his S.1.ff.de solut.& in l.si constat C. de compensat. Bologn.in reper.S.Cato in q.45.Verum
11 est ad id quod nunc agimus quod debitori sortis, & vsurarum nusquã permittitur inuito creditore extinguere partem sortis,nec etiam integram sortem sine vsuris,l.tutor,S.Lutius ff.de vsu.l.si vsuras, C. eod. & consequenter si debitor soluit integrum creditũ, vel si aliter soluit ex conuentione expressa cum creditore sumus in claris sicut etiã si expressè discordarẽt esset ipsa pecunia restituenda, prout ex l.2.ff.de solut.firmat Cyn. in l.1.C.eod.num.4.in fin.dixerat etiam glos.in l.1.ff.eod.quam refert, & sequitur Bar.ibi num.8.
At si soluitur, & recipitur quantitas aliqua non expressa causa tunc præsumitur creditorem recipere in causam sibi vtiliorẽ ex regula l.cũ de indebito ff.de probat.
12 Vtilius autẽ est recipere pro vsuris rum

nc

13 ne sors diuidatur quod incōmodum esse dicitur in l. planè ff. famil. Hercisc. rum etiā quia sors parit vsuras. Ex vsuris vero aliæ vsuræ non expectantur l. fin. C. de vsur. l. si non sortem in princ. ff. de cond. indeb. Et similiter præsumitur debitorē
14 nō soluisse in causam in quam non poterat sic declarant glos. in l. si vsuras in verb facultatē C. de vsur. Clarius Cyn. in l. 1. C. de sol num. 2. & ibidem Salyc. num. 3. in 6. oppos. Bar. in l. 1. ff. eodem num. 9. & reliqui omnes præsertim Imol. Ruin. Rimin. & Ann. in eisdē locis in quibus mox illos afferemus, & sic rectissimè in hoc casu procedit regula, vt prius extinguantur vsuræ, & postea sors quam creditor sine vsuris recipere non tenetur, sicut & rectissimè in casu nostro dicendum est prius extinctas fuisse ter-
15 tias quarum exactionem creditor impedire non potest quantumuis interesse prætenderet, prout firmat Imol. in d. l. 1. col. 2. ff. de solut. Et dum Bar. ibidē nu. 9. docet speciale hoc esse in vsuris, vt pro illis intelligatur facta solutio, & non pro sorte, sequitur quod in reliquis stabit regula, vt solui illud possit quod est onerosius, sequitur optimè Ruin. in d. cons. 49 nu. 9. vol. 5. Riminal. in cons. 297. nu. 5. cū seq. vol. 2. Anna in d. alleg. 112. n. 6.

Clarior autē est casus noster in quo nemo ex creditoribus interesse prætensum liquidauerat, pauci debeti obtinuerāt, aliqui nec petierant, adeo quod nemo potuisset tunc exequi impetrare aduersus hoc patrimoniū pro debito, non adhuc certo nec liquidato; & sic absq; vlla cōtrouersia procedunt præfatæ decisiones S.C. vt solutio non intelligatur pro debito incerto, & illiquido sed pro certo, & liquido, iuxtà tradita in d. l. quidam æstimauerunt, & per Ant. Gomes. variar.
16 resolut. Tom. 2. cap. 10. nu. 9. Cum qua certitudine concurrunt etiam aliquæ solutiones exprimētes solui pro tertijs quæ non modo pro ipsis quantitatibus clarè sunt, sed cum nihil vnquam pro interesse solutum sit indicant reliquas solutio-
17 nes causam non exprimentes debere intelligi in eandem causam quam idē soluens exprimere consueuerat l. si seruus, §. fin. ff. de leg. 1. l. pediculis, §. argento ff. de aur. & arg leg. Et concurrunt etiam aliæ prædictæ regulæ debiri anterioris, & durioris, & hoc sufficit pro casus nostri decisione.

Veruntamen (nam, & quæ subiungam conferunt etiam ad clariorem casus nostri dilucidationem) pro ipsius articuli totali intelligentia, cum dixerimus debitorem sortis, & vsurarum per indeclaratā solutionem prius extinguere vsuras claram quoque, & breuē assignauimus rationem, quia vsuræ pasti n exigūtur sortē vero sine vsuris recipere creditor non tenetur, & in hoc Doctores omnes con-
18 cordes sunt. Sed quare hoc sancitum fuerit, vt liceat creditori petere vsuras, & respuere sortem quæ integrè cū vsuris non exoluitur in hoc Doctores insudant. Nam iura omnia permictunt debitori soluere, imò & sic in dubio soluisse præsumūt debitum durius vel anterius, quale sine dubio est debitū sortis respectu debiti vsurarum, quæ & posterius oriuntur, & alias non producunt vsuras, vt dictum est.

Difficultas aduertitur per glos. in verbo facultatem per Bar. & alios in locis prædictis, sed in assignatione rationis valde dissentiunt.

Primò enim glos. in l. 1. ff de solut. in glos.
19 magna in fin. dicit aliquos duriores extimare vsuras, quia redditur quod nō fuerat habitum sicut sors, vt proinde oculus erui videatur. Hæc ratio iocosa magis est quā seria, nā quid vtile sit magis quisq; prospicit quam nugas, quare non solum a Bar. ibi num. 9. sed etiam ab ipsa glosa ratio hæc contemnitur, sed neque alia affertur. Alij conrēdunt pro ratione esse voluntatem cum sit prouisio ab alijs iuris regulis deuia, & exorbitās, & Authorem huius positionis vellent Bart. eo quod in l. 1. ff. de solut. num. 9. dixit qđ licet sors sit causa durior tamen solutū

accepto

accepto fertur prius in vsuras propter
expressam Principis constitutionem.
Hinc inferentes, vt Bar. voluntati magis
quam rationi tribuerit constitutionem
iuris regulis nō conformem. Sed illatio
non subsistit nā paulo post ipse Bar. hu-
ius constitutionis rationē inquirit. Quic-
quid autem senserit Bar. verum est, quod
Rum. in d. cōs. 49. in fin. in vers. & prop-
terea, nec nō Imol. & Rimin. in locis prę-
dictis clarè dicūt esse prouisionem à iu-
ris regulis exorbitantem, & addit Ann.
in d. num. 6. in fin. quod quāuis dura in
suo casu seruanda est l. prospexit ff. qui
& à quibus.

Hæc positio examine indiget. Primo enim
20 si intelligunt hanc duritiam, & à regulis
iuris exorbitantiam non aliam rationem
habuisse quam simplicem voluntatē ad-
mittimus quidem in iure aliquid durum
reperiri, sed nihil quod Legislatori non
videatur rationabile, tales sunt leges pę-
nales viros mutilātes, aut occidentes, sed
rationabile est, sic Reip. tranquillati pro-
spicere. Sic venæ sectio ad salutem, sic
bonorum ademptio pro bono publico,
sic legionum decimatio, & similia, & ipsa
lex prospexit dura est, sed rationabilis, vt
per And. in const. si damna Clandestina.
Et quamuis euenire possit (quando ho-
mines tandē sumus) vt notetur aliquan-
do Legislator sicut illa constitutio nota-
tur ab Andrea, & sic de aliquibus iurib⁹
feudalibus, & de pluribus Longobardis,
tamen nūquam fit vt Legislator aliqua
ratione bona, vel mala non moueatur, vt
per glos. in l. non omnium ff de leg. tra-
dit optimè Francisc. Connan. in cōment.
Iur. ciuil. lib. 1. cap. 1. col. 3. & 4. & cap. 8.
col. penult. & final.

Potest & secundo hæc positio intelligi, vt
21 hæc prouisio in vsuris habeat rationem
particularem deuiantem à prædictis ra-
tionibus, & regulis vniuersalibus de de-
bitis durioribus, & antiquioribus, & in
hoc sensu Doctores ipsi optimè firmant
non excedere casum statutum, nec trahi
ad exemplum, vt in l. quod vero ff. de leg.
in l. 1. ff. de const. princ. Alex. in con-
sil. 125. num. 3. in fin. vol. 1. per Felin. in
cap. si quando de rescrip. Sed hoc non
soluit quæstionem qua quærimus, quæ
sit ista ratio particularis, mouens ad sic
disponendum in vsuris contra disposita
in alijs debitis, iam quod & causam ad
sic disponendum adesse, & istam ratio-
nabilem fuisse credendum est in iure
nostro semper vndiq; ratione suffulto.

Tertio loco Bartol. in d. l. 1. num. 9. inquit
quod ratio potuit esse odium debitoris
qui passus est vsuras currere sua mora.
Quæ verba indicant cespitanter fuisse
prolata, nec Bar. intellectum decebat ipsi
rationi acquiescere, sicut nec Imol. ibi ac-
22 quiescit. Nam tale odium posset fortè
considerari in vsuris pęnalibus, ex mora
non soluentis, vt in l. fin. C. de vsur. rei
iudic. vbi in pęnam statuitur cursus vsu-
ræ centesimæ, quæ maior est omnibus.
In vsuris vero conuentionalibus, vt in l.
eos C. de vsur. nihil odij esse potest ad-
uersus debitorē donec soluit vsuras, nec
sortem restituit. Quinimò passim vide-
mus creditoribus displicere si integer
debitor sortem restituat; & odibiles po-
tius ipsi fęneratores legi sunt l. improbū
ff. ex quibus caus. in fam. irrog. Minad. in
decis. 17. dixi latè in alleg. 40. Et potius
aduersus fęneratores fenebres leges fuis-
se latas recēset Liu. de Bell. Maced. lib. 5
& aliquādo eosdē bonis in publicum re-
dactis mulctatos refert Decad. 1. lib. 10.
Atq; ita ex ratione vigente solum in vno
casu oriri non potuit dispositio casus re-
liquos contrariam rationem habentes
comprehendens.

Denique glos. in l. si vsuras in verb. faculta-
tem in final. verbis, C. de vsur. tangit aliā
solutionem, quam tacita glo. multis ver-
verbis explicat Cyn. in leg. 1. C. de so-
lut. num. 2. Dicunt autem (vt clarius de-
23 claretur.) Verum esse quod integri de-
biti partita solutio est creditori incōmo-
da l. planè ff. famil. Herc. & proinde
tale debitum quod non negatur, aut sine
calumnia negari non potest nō tenetur

creditor

creditor recipere nisi integrũ,ita est tex. in d. l. quidam extimauerunt secundum veriorem,& magis communem intellectum,vt per glos.ibi, & reliquos supra relatos qui etiam fauore libertatis tributorum, & alijs de causis afferunt limitationes,quæ casum nostrum non tãgunt.

Sed certè tale est debitum sortis, & vsurarum ergo &c. probat Cyn. minorem ex connexitate, quia vsuræ oriuntur ab ipsa sorte,& sortem augent,ita vt iã non sint bina debita,sed vnum. Et sic in l.tutor.§.Lucius cum similibus ff.vsur.cauetur non teneri creditorem recipere sortem absq; vsuris,quod quidem statui nõ potuisset si plura essent debita,& nõ vnũ l. 1.cum multis sequentibus, ff.de solut. quas ita intelligit glos. in l. si vsuras in verbo facultatem in fin.C.de vsur.

Præsupponitur autem cõnexitas debiti per Iurisc.in §.Lucius,nam videmus fortem 24 producere vsuras,quæ proinde dicũtur fructus ciuiles, vel industriales, vel conuẽtionales quibus nominibus appellantur per Bal. in l. pro onerib. C. de iur. dot.in c.cum omnes num. 10. de const. Couar. var.resol.lib.1.cap.3.Hier.Laur. in prælud.ad l.in fideicommissariam ff.ad Trebel.Præs.de Frãch.in decis.13.nu.3.

Etenim ex humana adinuentione, & in-25 dustria lex ciuilis, vel conuentio elicit vsuras ab ipsa sorte sicut natura fructus ab arbore de quibus non amotis idem iudicatur quod de ipsa arbore l. fructus ff. de reiuendic.l.si vsufructuarius,ff.quibus mod.vsufr.amit.l.in singulos in fin. ff.de ann.legat. Verum,& ipsa huius debiti connexitas habet locum insignẽ quẽ Gell.obseruauit ex Varron.in lib.3.de lingua lat.vbi fœnus (inquit) quasi fœtus cum nihil aliud fœnus sit quam fœnebris pecuniæ partus. Et porrò in pecudũ fructu fœtus sunt §.in pecudum inst. de rer. diuis. fœtus verò gregem augent nõ autem nouum gregẽ constituunt l. grege,ff.de leg. 1. §. si grex inst. eod. simili que modo vsuræ fructus fuẽt,& debitũ augent non autem nouam debiti speciẽ producunt ; & cum ipsæ vsuræ , siuè ex conuentione,siuè ex legis prouisione certæ sint,sequitur, vt tale debitum vnicum, & certum non sit extinguibile per solam sortis solutionẽ, nisi in simul soluantur vsuræ, & hæc est ratio decidendi in §. Lucius.

Sed quare huius debiti vnitas impedit so-26 lutionem sortis absq; vsuris non autem impedit solutionem vsurarum absque sorte? Ratio est cõmunis consensus debitoris,& creditoris,quia fœnebris pecunia ad hoc datur,vt soluantur vsuræ donec sors ipsa restituatur, vt in d.l.eos cũ simil.quæ omnia in hoc Regno, & alibi pluries specificantur in instrumẽtis quibus nominatim cauetur tertias solui debere quadrimestres , vel semestres , vel annuas sortem vero absque integris tertijs non restitui.

Et hinc oritur ratio propositæ quæstionis, Nam vnitas debiti suaptè natura operaretur,vt integrum debitum sortis,& vsurarum solui oporteret, vt in §. Lucius, Soluuntur autem vsuræ absque sorte ex voluntate creditoris paciscentis exactionem certis temporibus,quę voluntas dũ non adest etiam respectu sortis remanet sors sub regula tradita in l. quidam extimauerunt , vt pro parte solui non possit tamquam debitum vnicũ quod non negatur,vel absq; calumnia negari non po-27 test. Quod si debitor quãtitatem soluit non excedentem vsuras sumus in claris. Si verò pecuniam soluit excedentẽ quãtitatem vsurarum potest vtique creditor vsuras recipere, & reliquum dimittere ; At si vltrà vsuras recipit alias quãtitates, & nihil exprimitur tunc ne indebitum exigatur præsumitur debitorem, & creditorem velle, vt pro illa quãtitate excedente vsuras sors extinguatur,iuxtà tradita in simili per Aymon. in cons. 158, nu. 13.Magon.in decis.Lucens.5.nu.22. sicut vbi solũmodò sors deberetur creditor licet partem recipere nõ cogatur, tamen si partem recipit pro ea parte sortis creditum extinguit l.vbi fideiussor ff.

de

de solut.l.si stipulati sunt mihi §.fin.vbi glos.Bar.Alber.& Paul.eod.tit.Et ex his nimis euidens apparet ratio quare solutio causa non declarata extinguit prius vsuras, & postea sortem in d.l.1.cum simil.C.de solut.

Hinc aliqua inferuntur, quæ articulum ipsum,& in simul casum nostrum magis di-
28 lucidant. Primò infertur hoc procedere in vsuris certis,& liquidis;nam si incertę sunt, & absq; calumnia litigiosæ potest iure debitor illas non soluere, & cogere creditorem ad recipiendam sortem,iuxta terminos rex. in l. quidam extimauerunt, & consequenter ex regulis supradictis solutum tacita causa extinguit sortem quæ durior est, & cuius receptionē non poterat creditor denegare.Quod si ea quantitas non integram sortem absumeret non ex hoc dicemus voluisse debitorem soluere vsuras quas non debere contendit contra regulam l. cum de indebito,sed potius cōfidere,vt sæpè euenit,non dissentire creditorem plures solutiones recipere. Creditor autem qui sic recipit neque in contrarium protestatur censetur, vt supra dixi huic præsumptæ soluentis voluntati acquiescere.

Secundo infertur hoc procedere quando vnicum est debitum sortis, & vsurarum,
29 sed si plura essent debita, tunc pecunia sufficiens ad alicuius sortis extinctionem censetur prius talem sortem extinguere quantumuis alterius sortis vsuræ liquidę essent,& indubitatæ. Ratio quia sors est durior, nec potest à creditore denegari eius extinctio quamuis ex alio credito sibi deberentur vsuræ. Ita pulchrè Cyn. in d.l.1.C.de solut.in fine in 4.quæstione,& est ex mente glos. in d. l. si vsuras in verb.facultatē in finalibus verbis, vbi approbat distinctionem si vnum est debitum,vel plura. Et Ant.Gomes.in præfato cap.10.sub tom.2.var.resol.nu.5.

Tertio,Infertur optima ratione,Imol.Ruin. & reliquos supradictos firmare non idē esse,vbi vltra sortem debetur pœna, vel
30 interesse. Si quidem vsuræ,vt dictū est, absque vllo facto extrinseco, sed ex sola conuentione, vel ex legis dispositione sunt fructus,vel fœtus ipsius sortis,& sicut sors iudicantur, nec ex eis nouū debitum cōstituitur licet idem sortis debitum augeatur. Pœna vero,vel interesse habent eorum principium distinctū, vnde oriuntur,nempè inobseruantiam,vel moram.Et licet in instrumētis adsit obligatio cum hypotheca pro pœna, vel interesse casu quo deberentur tamen euenire potest,vt non debeantur.Et sic pœna nō oritur ab ipsa sorte ex instrumentali cōuentione sicut oriuntur vsuræ,sed oritur post modum ex inobseruantia si inobseruantia intercedit; Et similiter interesse non oritur ab ipsa sorte sicut tertiæ vigore solius instrumenti,sed incipit oriri,ac deberi postmodum ex mora, si mora contrahitur,& cōsequenter pœna,vel interesse habent principia distincta, & constituunt nouum debitum distinctum, quamobrem in § Lucius cum multis similibus dicitur,vel præsupponitur vnitas debiti sortis,& vsurarū: Non autem habemus iura ex quibus idē colligi possit respectu sortis,& pęnæ,vel respectu sortis, & interesse; Imò formulæ instrumentorum, quæ vt plurimum iuri conformantur statuunt ne sors absq; integris tertijs restituatur, sic præsupponentes vnicum esse debitū sortis,& tertiarum.At nihil tale dicitur respectu interesse quantumuis magnū esset, & certum, & liquidatum quia verè est debitū distinctum,requirens distinctam petitionem, & condemnationem ex mora, aduersus quam etiam defensio competit, vt per Affl.in decis.20.Ex quibus cōcludimus solui posse, vel sortē cum tertijs,vel solas tertias absq; interesse illasq; in dubio solutas fuisse præsumi, idq; licet interesse certum esset ac liquidatum, sufficit enim esse creditum distinctum sicut dictum est in secūda illatione, & vbi debita sunt distincta procedunt absque controuersia regulæ supradictæ debiti anterioris, & durioris. Deo Gratias.

Sacrum Consilium decreuit præfatas solutiones cedere in extinctionem tertiarum.

SVMMARIVM.

1 *Creditorum genera mentionantur Comitissa Sarni. De qua disceptatur num illis hæreditario solum, vel proprio quoq; nomine se obligauerit.*

2 *Minor sic obligatur ex contractu tutoris, sicut maior ex contractu proprio, declara circa vtilia, vel indifferentia, non circa damnosa. Quid autem in dubijs? remissiuè. Et quid in damnosis cum decreto? vide num. 3.*

3 *Minoris tutor, vel curator sicut donare non potest, ita nec potest ei dari curator ad actum qui sapit donationem; que nec etiam cum decreto validatur.*

4 *Decretum debet habere iustam causam, & iusta causa in decreto præsumitur si contrarium non apparet.*

5 *Minor donare potest ex causa. Et quæ dicatur causa sufficiens remissiuè.*

6 *Bona stabilia vendi est interesse considerabile, præsertim si venduntur ex necessitate, & tanto magis si fuerunt prædecessorum in num. 7. & 8. (solet.*

7 *Venditio ex necessitate vili pretio fieri*

8 *Maiorum bona ne distrabantur tale interesse iudicatur, vt sit causa restitutionis in integrum.*

9 *Minorum bona stabilia ob æs alienum vendi iura permittunt propter beneficium ipsorũ ne interesse excedens fructus fundum absorbeat, sed requiritur decretum, vt num. 15.*

10 *Minores obligari de persona ius nimis abhorret.*

11 *Hæres cum beneficio l. & Inuentarij binas repræsentat personas, nempè propriam, & hæreditariam.*

12 *Mulier se obligans proprio nomine pro debito hæreditario videtur fideiubere, & ideo iuuatur velleiano.*

13 *Expressum quod non est non censetur aliquem voluisse.*

14 *Sacrum Consilium censetur iudicare secundum opiniones in eo tribunali approbatas.*

15 *Minorum bona quamuis distrahantur ex iusta causa, tamen requiritur decretum, quia est de forma.*

16 *Introitus super bonis immobilibus iudicantur bona immobilia.*

17 *Debita super bonis immobilibus requirũt solemnitates necessarias in alienationibus bonorum, nam ipsa debita operantur eorundem bonorum venditionem.*

18 *Velle quisquis ea præsumitur, quæ de iure licent, & non aliter.*

19 *Promissio soluendi tertias etiam de propria pecunia, & quod in defectum intelligatur facta venditio etiam super alijs bonis quid operetur.*

20 *Decisiones Minad. 25. & Præsid. de Franch. 648. declarantur.*

21 *Interpretatio admittitur in ambiguis non in claris.*

22 *Obligatio proprio nomine, vbi adest, quod non est considerabile si adsunt, vel non adsunt bona hæreditaria, quamuis hæreditarium sit debitum pro quo hæres cum beneficio l. & Inuentarij, se obligauit multis authoritatibus, & decisionibus comprobatur contra Monticul. merito in hoc reprehensum à Fanutio.*

23 *Promissio obtemperandi laudo, vel soluendi legatum satis adimplentur si arbitramentũ, & dispositio non impugnantur offerendo satisfactionem, prout ius vult in bonis hæreditarijs, nec oportet offerre bona propria, dum debitum non est proprium, nec fuit superaddita obligatio soluendi proprio nomine.*

24 *Promissio vbi clara est seruatur quantumuis damnosa eueniat promittenti.*

25 *Obligatio proprio nomine concepta non est alteranda cum additione verborũ, quæ sensum corrumperent.*

26 *Nouatio dicitur ob nouam obligationem qua inducitur, præcedens vero, vel non extinguitur, vel extinguitur ipso iure, vel ope exceptionis, prout hic declarat.*

27 *Nouationis effectus consideratur circa obligationem antecedentem si fuit, vel non fuit extincta, sed præsupponitur noua obligatio dijudicanda, iuxta formam*

mam noui contractus desuper inhiti. Quare talis effectus non est considerabilis quãdo ambæ obligationes sunt penès eundem,sed quando sunt penès duos prout in casu Angeli, in consil.31.

28 *Obligatio quæ renouatur ab hærede(optima est cautela) vt exprimatur si fit proprio nomine, vel nomine hæreditario, prout Doctores aliqui aduertunt.*

29 *Obligatio dicitur contracta proprio nomine non solum vbi hoc claris verbis exprimitur, sed etiam vbi adsunt verba æquipollentia.*

30 *Expressum dicitur nõ modo id, quod exprimitur per verba illud propriè significantia, sed etiam id quod habetur ex verbis, vel coniecturis æquipollentibus.*

31 *Verba vbi non sunt clara recurritur ad coniecturas, & præsumptiones plus, vel minus vrgentes.*

32 *Obligare se insolidum idem est quod obligare se proprio nomine.*

33 *Inuentarium præstat beneficium ne quis teneatur in solidum, sed pro viribus hæreditarijs.*

34 *Promittens integrè soluere non gaudet beneficio inuentarij.*

35 *Causæ existentia, vel non existentia est magni ponderis ad dignoscendum vtrũ hæres voluerit, vel noluerit propriam obligationem superaddere.*

36 *Velleiano dispensare solent ex causa Proreges Excellentissimi.*

37 *Verba debent aliquid operari, & nec syllaba esse otiosa.*

38 *Ratificatio omnem præcedentis contractus defectum purgat.*

ALLEGATIO VI.

Pro vno ex creditorib. in prçcedẽti Allegatione mẽtionatis.

In Dei Nomine Amen.

SCripsimus in Allegationibus præcedentibus occurrentia circa primum dubium propositum intèr creditores Comitissæ Sarni;

1 Nunc venio ad secundum dubium pro cuius intelligentia sciẽdum est Comitissam prædictam hæredem esse patris, ac matris, materna, bona pauca sunt, sed explicita, Paterna sunt multa, sed magno ærè alieno grauata. Et cum tertiæ non exiguæ deberentur vrgebant creditores pro venditione bonorum. At verò huius Comitissæ Balius suadebat expectari donec perficeretur ad Turrim Annuntiatç opus illud molẽdinorum ex quibus magni reditus sperabãtur, & ne creditores aliqui conquererentur, quibus multæ tertiæ debebantur obtulit pro eisdem tertijs in sortem redactis tot annuos introitus vendere ad rationem septem pro centenario, quæ quantitas iustum interesse in hoc Regno existimatur. Et sic quindecim cõtraxere, quorum quatuordecim nihil aliud in eorum contractibus agendum curarunt, nisi vt exprimeretur tertias ad talem quantitatem ascendere, quam prçmanibus Comitissa non habẽs, & cupiens satisfacere dat in solutum tot annuos introytus super quibusdam corporibus, & indefectum super omnibus alijs bonis cum promissione solutionis tertiarum, etiam de propria pecunia. Vnus vero cuius dictus Aloysius Caracciolus est cessionarius alias cautelas adhibuit ad acquirendã etiam proprio nomine obligationem. Videndum est ergo num præfati quatuordecim talẽ obligationem acquisierint. Et cũ defenderimus non acquisiuisse videndum restat, num eædem oppositiones obstent etiã Aloysio quem solum inter prædictos eadem Comitissa non dissentiente defendimus. Et hac in re nuda veritas est inquirenda, & simpliciter explicanda tum vt veritas ipsa sincerius pateat tum etiam quoniã, quæuis exageratio pro alterutra parte alteri obestet.

Et porro exclusio illorum prodest in consequentiam Aloysio, vt in bonis Comitissæ minores habeat concurrẽtes. Directè verò impugnantur per eandem Comitissam dicentem obstare creditoribus potestatem, & voluntatem. Potestatem

 inquit

inquit obstare eo, quod non ipsa cōtraxir, sed eius Balius; Er licèt regulariter
2 ita obligetur minor ex contractu tutoris sicut maior ex contractu proprio, l. apud Iulianum in vers. Ego puto ff. quibus ex caus. in poss. ear. l. 1. §. 1. & alibi sæpè in tit. de adminiſtr. tutor. tamen hoc intelligitur in contractibus vtilibus, vel indifferētibus, vel saltim dubijs num vtiles sint, vel damnosi l. Præses, vbi Doctor. C. de transact. l. pactum curatoris, vbi glos. & latè Salyc. C. de pact. l. cōtra iuris in fin. vbi glos. final. ff. de pact. Bar. in cons. 12. cum cæteris de quibus latè per Dec. in cons. 297. num. 5.

Et adhuc disceptatur num in casu dubitatis requiratur decretum, vt per Tiraquell. de retrac. lignag. §. 1. glos. 14. num. 67. sed contractus qui sapiunt donationem omninò prohibētur d. l. pactum curatoris C. de pact. l. contra iuris §. si curator, ff. eod. l. ab agnato, & l. fin. ff. de curator.
3 furios. Quare sicut generalis tutor, vel curator in donationibus authorari non potest ita nec specificè dari potest curator ad donandum quia daretur ad actū de iure impossibilem, vt per Bald. in l. 1. C. si aduersus donat. Nec modo tutoris simplex authoritas, sed nec decreto Iudicis roborata opitulatur, vt per Alex. in consil. 125. col. 3. in vers. 4. & vltimo, & in vers. Vnde omnis vol. 1. Afflic. in
4 decis. 87. vers. & ideo. Decretum namq; habere debet iustam causam l. magis puto §. nō passim ff. de rebus eorum.. Quæ iusta causa verum est in dubio præsumi ad esse in decreto sicuti post Speculat. in tit. de empt. & vendit. in §. Nunc dicendum vers. & breuiter sciat, & post Bald. & Imol. tradit Alex. in l. sciendum ff. de verb. oblig. col. 67. & in d. cons. 125 volum. 1. sub num. 5. vbi Apostilla recēset reliquos, sed præsumptio cedit veritati, quæ nimis clarè patefacit simplicem donationem non posse habere iustam causam, prout inquit Iac. de Butr. in l. 1. C. si aduers. donat. & ibid. Bal. & Paul. Mont. de iur. tutelar. cap. 33. num. 325. cum seq. Donare namq; est perdere d. l. contra iuris, vbi notatur ff. de pact.

Dixi simplicem donationem, nam si aliqua
5 subest causa iam non est simplex donatio, & ex illa causa si sufficiens est, substinetur l. si consensit ff. quib. modo pign. vel hypot. soluit: sufficiens vero causa quæ sit, si in iure expressa reperitur sumus in claris si non reperitur, tunc ad expressarum similitudinem arbitrabitur Iudex, vt latissimè per Alexand. cum Apost. ibidem in consil. 203. volum. 2. & in l. si quis, id quod colum. 4. ff. de iurisdict. omn. Iudic. Felin. in cap. pastoralis col. 1. de rescrip. Menoch. de arbir. Iud. in prohem. & pluries in eo trac. Exprimuntur autem causæ aliquæ sufficientes in Iuribus relatis per glo. in l. fin. in verb. vtilitate ff. de curat. fur. & latius per Montan. in c. 32. nu. 133. & d. c. 33. num. 331. cum seqq.

Hinc creditores defensionem assumunt, dicunt enim illas tertias nequaquam fuisse otiosas, sed ex illis interesse fuisse debitum. Et nihilominus quamdiu in fortem non redigebātur potuissent pro illis procedere ad exequutionem, & venditionē bonorum debitricis. l. ob æs alienum C.
6 de præd. minorū. Quod autem venditio bonorum stabilium sit interesse considerabile patet ex solemnitatibus pro venditione bonorum stabilium introductis, vbi de minoribus agitur in eodem titul. C. de præd. minor. & per Afflic. in decis. 249. Et specificè interesse ob pignus distractum notat Iurisconſ. in l. nummis
7 ff. de lir. iurand. Fortius autem in venditione ex necessitate, quæ nō nisi vili prętio emptores inuenire solet l. & si æquo
8 ff. de leg. 1. Vltrà interesse affectionis in rebus maiorum quas proinde nullo pacto alienari posse apud Lucrenses cautū fuisse commemorat Arist. in lib. 2. Polyt. cap. 5. Et est tale interesse in iure nostro, sic à lege consideratum, vt ex hoc restitutio concedatur in l. si emptionem, vbi glos. notat ff. de minor. latè Ant. de Burgos in c. 1. de empt. & vend. num. 23. Ex

quibus

quibus inferunt creditores voluisse Comitissam se in solidum obligare, idq; potuisse ex causis prædictis, præsertim cum decreto S. C. super ipsis contractibus interposito, cuius proprium est dubia confirmare, vt supra diximus.

At vero Comitissa, & potestatem negat, & voluntatem se ipsam proprio nomine obligandi, & præmittit illas in solutum dationes, etiam cum sola ipsius hæreditario nomine obligatione fuisse creditoribus vtiles sibi damnosas, nam interesse tertiarum liquidatione indiguisset, quæ passim, vt plurimum ratam quinque pro centenario non excedit ipse vero tertiæ in sortem redactæ alias iam pariunt tertias, & liquidas, & septẽ pro centenario. Quamobrem huiusmodi cõtractibus superaddere propriam obligationem esset mera donatio quæ prohibetur.

Nec videtur considerabile periculum venditionis bonorum paternorum. Nam talis venditio sine causa ideo prohibetur, quia pecuniæ difficilior est conseruatio, sed pro iustis causis in ea l. ob æs alienũ, vbi glo. & signanter pro debitis exoluẽdis bonorum stabilium venditio nominatim permittitur. Pecuniæ siquidem interesse, vt plurimum fructuum valorem excedit quo fit, vt sæpius modicæ pecuniæ debitum magni valoris fundum absorbeat. Spes verò molendinorum construendorum erat incerta, & dubium remanet num vtilius fuisset fundos aquã, & alueos pro magna parte constructos cum hac spe vendere, vel retinere spem dubiam, & oportere adhuc alias quantitates non exiguas ad opus perficiendum erogare. Et tandem, inquit Comitissa bonorum augmentum prodesse etiam creditoribus, vt eorum credita certius, & facilius consequantur. Et sic in contractibus ipsis creditorib. vtilibus, nõ oportebat, & consequenter non potuisset Balius superaddere nouam obligationem quæ saperet prohibitam donationem, vt dictum est, præsertim in hoc genere obligationis, quæ si non intelligitur nomine hæreditario, comprehenderet, & bona propria, & personam, quod quidẽ obligationis genus in pupillis iura nimis abhorrent, vt per Mont. de iure turel. c. 30. num. 104. post Ang. & Port. in §. 1. inst. de Author. tut.

Nec decretum S.C. Vllo modo confirmare posset obligationem proprio nomine
11 cum enim debitum sit hæreditarium, & ipsa sit hæres cum beneficio legis, & inuentarij repræsentat personam propriã, & personam hæredis, vt per Franch. in decis. 246. qui cæteros affert, & sic quãuis esset maior, & se ipsam obligaret pro debito hæreditario videretur pro ipsa hæreditate fideiubere, cõtra prohibitiones de iure communi, ex Velleiano Senatus Consulto, nominatim in nostris
12 Pragmaticis, atque strictius repetito, & in specie mulieris propriam obligationẽ pro debito hæreditario annullari ex Velleiano, tradit Præs. de Frãch. in dec. 313. num. 4. legibus vero, & Pragmaticis dispensare spectat ad Principẽ nõ ad S.C. in quo iustitia ministratur secundum leges non autem legibus abrogatur.

Et sicut non potuisset ita nec credẽdum est, quod voluerit S.C. dispensare, Imò neque opinari poterat hoc peti. Tum quia videbat notabiles differentias in illo solo contractu cum Authore Aloysij, cui se voluit proprio nomine obligare, vt infra dicetur, & ex hac differẽtia optimè opi-
13 nabatur S.C. in reliquis contractibus de propria obligatione nõ fuisse actũ iuxt. regul. l. vlt. in §. sed & varietatis C. de caduc. toll. per And. in c. Imperialem, & in const. in aliquibus in princ. & alibi sæpè, Tum etiam quia in decisione Minad. 25. & Præs. de Franch. in decis. 648. in fortioribus terminis iudicatum fuerat non adesse obligationem proprio nomine,
14 & in dubio credimus S.C. sequi opiniones in suo tribunali receptas, vt per Affl. in decis. 190. in fin.

Et quia in dubio etiam pro minoribus interpretamur ea, quæ minus lædunt dicẽdum est, quod satis videbatur Sac. Cons. in

in recompensam patientiæ quæ, & ipsis creditoribus, vtilis erat ob spem augendi patrimonium debitoris, decretum interponere super illa tot introituum, licèt hæreditarioi um tantũ assignatione, quæ fęnus liquidabat, & augebat, vt supra diximus, & in hoc fœnoris augmento decretum illud suum operabatur effectum, & insimul in alienatione rei minoris, quę
15 nulla esset absque decreto quod est de forma quantumuis adsit iusta causa, & pupilli vtilitas l. magis puto, §. si æs alienum ff de rebus eorum. Et ita communi voto decisum testatur Affl. in decis. 187. vers. Ideò fuit, In conformitatẽ Bar. Bal. Alber. & aliorum quos ibi retulerat in vers. sed certè, & vers. sed idem. Nec du-
16 bitamus de introitibus super re immobili venditis idem iudicari quod de re immobili, tales enim introitus inter immobilia computãtur l. iubemus la 2. vbi Bald. nu. 1. C. de sacros. Eccles. Idẽ Bald. in l. 1. in 2. notab. C. de suffrag. & in l. hac ædictali §. his illud col. j. C. de secud. nupt. Bar. in l. fin. col. 1. C. de vend. rer. ciuil. lib. 11. Laurent. de Fano in rubr. de reb. Eccles. non alien. in 6. in 20. quæst.
17 Et ex istis venditionibus deuenitur ad ipsorum bonorum immobilium venditionem, vt post And. in const. siquis post litem tradit Afflic. in decis. 285. circa med. in vers. Nec requirebatur. Et ex his patet quod S. C. Nec voluit nec potuisset obligationi proprio nomine authorari. Balius quoque sicut diximus quod non potuisset, ita nec voluit talem obli-
18 gationem inducere. Quisquis enim prę sumitur ea velle, vel nolle, quæ de iure licent, vel non licent, l. si duo, vbi Bald. notat, ff. de acquir. hæred. Ruin. in consil. 145. num. 9. vol. 3. Paris. in consil. 7. num. 26. vol. 2. Præsertim ille vir insignis Regens meritissimus qui præfatas iuris conclusiones callebat optimè. Et qui vbi ex iustis causis hoc voluit cum Authore Aloij illud apertissimè expressit, vt mox dicetur.

Similiter partes ipsas nullatenus credi potest voluisse propriam obligationem induci. Idq; ex eisdẽ rationibus modo relatis. Videbãt enim prædictas decisiones Minad. & Franch. Et tamen non expresserunt obligationem proprio nomine talibus verbis, quę euaderent intelligentiam in ipsis decisionibus admissam. Et frustra nunc recurrunt ad illa verba tunc apposita ad alium finem, nempè, vt in defectũ censeatur venditio super omnibus alijs bonis, cum promissione etiam de propria pecunia. Istæ enim clausulæ
19 passim in venditionibus annuorum introituum apponuntur ad euadẽdam dubitationem si fortè corpus illud debitoris super quo venditio facta est aliquo modo deficeret. Et etiam ad facilitãdam exactionẽ etiam de alijs introitibus proprijs idest non illis contrahentibus venditis, nam & proprij sunt introitus hæreditarij non venditi, nec oportet intelligere de non hæreditarijs dum ista verba operantur in bonis hæreditarijs effectus illos pro quibus apponi semper consueuerunt, præsertim stante istorum verborum intelligentia tunc recepta, & tanto minus in præiudicium minoris.

Quæ minor ætas commemorat aliam ponderationem, nempè quod pro eius ratihabitione in maiori ætate subsequenda non mentionatur dispensatio Velleiani, sine qua propria obligatio in muliere non substineretur, vt dictum est, nec credendum hæc latere tot contrahentes accuratissimos eorumque Aduocatos eximios, stante etiã exẽplo authoris Aloysij cum quo volentes partes propriam obligationem induci, verbis illam inducentibus vsi fuerunt. Imò ab illis nec postea ratificatio obtenta fuit, nec vllo modo petita; Ex quo clarius intelligitur nõ cogitasse illos contrahentes de obligatione proprio nomine, quæ nõ dispensata, & à maiori ratificata non substinetur. Cogitasse autem ad illam fœnoris certitudinem, & augmentum cũ obligatione nomine hæreditario, pro qua sufficit cõtractus Balij, cum S. C. decreto, & authoritate,

ritate, & hæc quoad istorum exclusionem à prætensa obligatione proprio nomine.

Cæterum quoad authorem Aloysij nihil videretur scribendum stante clarissima obligatione proprio nomine, sed quia aliquibus licet malè sentientibus adhuc videtur posse aliquod dubium oriri ex
20 authoritate S.C. ut per Minad. in decis.25. & per Præsid. de Franch. in decis.648. non pigebit articulum latius, & pro uiribus clarius explicare.

Commemorans primo, quod interpretatio
21 fit in ambiguis, ut per Bald. in cap. cum venissent nu.3. de Iudit. Vbi autem uerba sunt clara non admittitur uoluntatis interpretatio l. ille aut ille §. cum in uerbis, ff. de leg.2. Nulla autē uerba possunt clarius propriam obligationē exprimere quam dicendo se proprio nomine obligare, & proinde saluatur decisio Minadois 25: ubi non exprimitur se obligasse proprio nomine, imò in discursu illius decis. sub num.2.4.& 7. semper fundare couatur quod noluerit se proprio nomine obligare. Ergo si obligatio proprio nomine exprimebatur nihil in hoc dubitasset, prout nihil dubitat circa executionem in bonis proprijs, quæ pro laudi executione obligauerat.

Sed quemadmodum ponderat sub num.7. & in finalibus verbis, quia solutio non fuit promissa proprio nomine, imò apparebat partium intētionem non fuisse, ut compromittens in aliquo læderetur potuit salua ratione recti sermonis intelligi illa promissio eo modo quo minus læderet, nempè, ut debitum hæreditariū ad quod ex laudo condemnaretur non ulterius impugnetur, uerum ipsum laudum exequutioni demādetur quatenus bona hæreditaria extarent. Satis enim laudo obtemperat, & promissam executionem adimplet qui in laudo decisa nō impugnar, sed illius permittit executionem, prout ius vult, nempè quatenus est in bonis hæreditarijs dum ex causa hæreditaria condemnatio orta est.

Præses verò de Franch. verum est quod in illa decis.648. præsupponit obligationē proprio nomine, sed cognoscitur illam decisionem fuisse ex improuiso ad relationem Magnæ Curiæ in quibus causis S.C. negotijs occupatissimum nō potest aliquando maturitatem illam adhibere, quam solet eximiam in suis causis originarijs, quod patet quia nihil ibi discutit de his quæ ipse idem doctissimè proposuerat in sua decis.323. & mouetur solū ex authoritate Minad. qui vt dixi præsupponit non adesse obligationem proprio nomine, & in toto discursu fundat quod nec etiam talis obligatio subintelligitur. Hinc patefaciens quod sufficeret obligatio proprio nomine non solū expressa verum etiam subintellecta. Nos autem vtrūq; caput latius prosequemur.

Et primo licet mihi videatur quod differe-
22 re num obligatio proprio nomine trahatur ad bona propria sit idē, quod differere num intelligatur facta obligatio proprio nomine quando proprio nomine facta est, tamen ne deficiant Doctores dicentes quod tali casu nō inquirimus num adsint, vel non adsint bona hæreditaria, sed qui proprio nomine se obligat, sic etiam cum effectu nō modo vt hæres, sed etiam proprio nomine, & in solidum tenetur rogo videantur Angel. in consil.31. in 2. quæst. Corn. similiter in consil.31. num.11. vol.3. Dec. in consil.137. num.4. vers. Et ista conclusio & consil.300. num.8. post Calder. & alios, vt ibi, & etiam in cons.436. nu.12. & in Auth. præterea num. item 12. C. Vnd. vir. & vxor. Aret. in cōs.148. Socc. in cons.160. lib.2. Bologn. in cons.59. Boer. in decis.53. in fin. Crauett. in consil.214. num.7. latè Iacob. in l. fin. §. in computatione C. de iur. deliber. Balb. in c. Rainaldus de testam. fol.46. vers. non obstat Menoch. de præsump. lib.4. præsump.109. nu.48. Roland. à vall. in tract. de inuentar. quæst.183. & latius Fanut. in eod. tract. iuxta nouam impressionem complectentem multos tractatus de inuentar. quæst. 243. num.110. Surd. in decis.297. nu.10. & in consil.191. nu.26. vol.2.

vol. 2. Et aduertatur quod idem Præses vbi de hoc maturius agit in ea decis. 323 affert ad hoc rationes Fanutij quibus nõ respondet nec poterat respõdere, & subiungit qualiter eodem modo ipsis Fanutij rationibus, per Monticulam nõ replicatur in suo Antifanatio in quo nimis conatur Fanutium totis viribus oppugnare.

Imò ex eisdem rationibus testatur Consiliarius Rouitus Vir doctissimus in eius commento ad Pragmaticam primam de Arbitris nu. 46. sic obtinuisse pro Marchione Oriæ, contra Io. de Figheroa, qui se proprio nomine obligauerat. Idemq; postea decisum est pro Donna Hippolyta Pappacoda contra Comitem Pacenti. Et per prius idem decisum fuisse testatur Vrsil. ad Affl. in decis. 399. in final. verb. Et etiam in alijs tribunalibus sic decisum testatur Surd. in dist. decis. 297. & in dist. consil. 191. vol. 2. afferentes text. ineuitabiles in l. cum hæredibus quã latè inducit Angel. in dist. cons. 31. in fin. & in l. si hæres pecuniam, & in l. qui ita in §. si dandum ff. ad Trebell. Adeo quod in hoc concurrunt iura, & rationes, ac decisiones quamplurimæ, & Doctorũ classicorum omnium authoritates, aduersus quos vt solũ Fanutium impugnaret ausus est insurgere Sebast. Mont. in tract. de inuentar. c. 10. quod quidem secundum nouam impressionẽ est caput 233.

Sed absque vlla dubitatione loquutus fuit sic immaturè nec viderat præfatos Doctores quorũ nõ meminit, nec prædicta iura & rationes ponderauerat dum illis aliquo pacto respondere non conatur; Imo reprehensus in hoc, & in alijs à Fanutio scripsit antifanatium in quo vt dixi toto conatu se defendit in reliquis articulis per Fanutiũ oppugnatis, in hoc autem se non defendit: quia non potuit.

Imò sic immaturè loquutum fuisse patet ex duabus rationibus quib⁹ solis innititur, & tamen ipsarum altera est satis friuola, altera non oportuna. Primo enim inquit quod nemo præsumitur sibi præiudicare ex regula l. cũ de indebito ff. de probat. Sed responsio est satis clara quod præsumptio cadit in re dubia sicut in initio præmisimus, & propterea dixi quod illa promissio apud Minad. in decis. 25. po-
23 tuit intelligi, vt obediatur laudo ab eo non appellando sed condemnatio in eo contenta pro debito hæreditario potuit exequi solum in bonis hæreditarijs, quia non fuit promissa solutio nomine proprio, & in dubio sumi potuit interpretatio minus nociua. Et similiter qui promisit soluere legatum (si tamen nomine proprio obligationem non addidit) satis adimplet si legantis dispositionem non impugnat, & solutionem offert in bonis hæreditarijs, & sic de similibus, prout declarant Cyn. Bal. Ang. & Castr. in l. fin. C. ad leg. Falc. Affl. in decis. 199. in fin. ad quod sunt text. pulcherrimi in l. 1. §. si quis sub cautione ff. vt legar. nomin. caueat, in l. 3. vbi glo. ff. de fals. caus. adiect. legar. & in l. Mæuio §. à me ff. delegat. 2.

At vero vbi clara est promissio tunc non al-
24 teratur quamuis damnosa cognoscatur, alioquin omnes donationes fideiussiones, & similes damnosi contractus penitus reijcerentur, & cũ obligatio proprio nomine in casu de quo agimus sit adeo clara, vt per verba clariora fieri sit impossibile clarum est etiam, vt eius effectus nequeat impediri. Et consequenter illa intelligentia, vt operetur obligatio pro-
25 prio nomine quatenus adsint bona hæreditaria, non esset interpretari, sed corrumpere cõtractum ipsum qui ex verbis clarissimis conceptus fuit contractus purus, & nunc euaderet conditionalis superaddendo ea verba per contrahentes non apposita, nempè, vt obligatio proprio nomine intelligatur dummodò adsint bona hæreditaria, & non aliter. Quod quidẽ nulla ratione licet, nec talis additio defendi posset, neq; vlla in hoc affertur authoritas præter Minadouum, qui (vt latè discussi) nullatenus obligationem proprio nomine præsupponit.

Altera

Altera consideratio nouationis, quam di-
26 cũt nõ facilè fieri nullo modo est opportuna ad id quod agimus, si quidē disceptatio nouationis non tangit nouum contractum, imò præsupponitur noua obligatio iam producta ex nouo contractu, & tunc quæritur vtrum sit extincta obligatio præcedens per hãc nouam obligationem, à qua nouatio inducitur, & denominatur l. 1. §. nouatiò, ff. de nouat. Et distinguitur nũ aliquando nouatio non inducatur, idest, vt per eã non extinguatur obligatio præcedens si hoc actum nõ est in constitutione nouæ obligationis, & si verè hoc actum est expressè extinguatur ipso iure, si actum vel tacitè repellatur ope exceptionis, vt in l. fin. C. de nouat. in l. 2. vbi glos. ff. eod. latè Alex. in consil. 13. & 72. vol. 2. & in l. quicquid astringendæ in fin. ff. de verbor. obligat. Afflic. in decis. 44. circa med. in primo argumento in vers. & confirmatur Dec. in consil. 400.

Et hoc est considerabile quando sunt duo
27 quorum alter teneri posset, vt hæres, & alter nomine proprio ex contractu suo, prout euenit apud Ang. in dict. consil. 31. vbi facta restitutione vniuersali fideicommissarius ille non teneretur, vt hæres si hæreditaria obligatio ex nouo cõtractu per hæredē gesto ex vi nouationis fuisset extincta, ad quod rectè cõsiderat supradictum effectum nouationis. At vero ad iudicandam qualitatem nouę obligationis nõ intrant termini nouationis, quę præsupponit existentiam nouæ obligationis, & ea pręsupposita nouatio solum versatur circa extinctionem, vel non extinctionem obligationis antecedētis, sed qualitas nouæ obligationis est cognoscenda, & iudicanda ex forma ipsius cõtractus, & ex verbis contrahentium. Quę quidem in articulo proposito dum specificant obligationem proprio nomine, vt ex hoc producãtur effectus obligationis proprio nomine, concordant tot iura, & rationes, & huius Sacri Cõsilij aliorumque Tribunalium decisiones, & Doctorum auctoritates.

Verum pro alijs causis, quæ nõ essent adeo
28 clarè nõ pigebit tãgere aliud caput obligationis proprio nomine non expressè, sed ratione aliqua subintellectæ, & in hoc sicut clara est obligatio proprio nomine in articulo præcedenti, & è contra simpliciter sumus in claris, vbi exprimitur se obligare nomine hęreditario quorum vtrumq; tangit Præses de Franch. in illa decis. 313. in fin. post Io. Dilect. de art. testand. in rubr. de acquir. hæred. caut. 9. & per Mont. in dic. cap. 233. num. 8. Ita etiam libenter assentior, vt in dubio credamus contrahentes obligationem hęreditariam quæ minus damnosa, est potius renouasse quam nouam proprio nomine induxisse, vel saltim esse talem obligationem intelligendam, vt induxerit aliquid quod minus præiudicet, sicut diximus in promittente laudi obseruantiam, vel legati solutionem, quæ promissiones operantur, vt laudi arbitrium, & legati dispositio non cõtrouertãtur, non tamen extenduntur, vt soluantur etiam de proprio vltrà vires hæreditarias. Sed vis est vt insistamus huic positioni, nempè vt talis minus nociua obligatio intelligatur in dubio sicut in casibus prædictis, non autem vbi sumus in claris; Nam in claris (vt dixi) non cadit interpretatio.

Sumus autē in claris, quod voluerit aliquis
29 se proprio nomine obligare non modo, vbi clarè hoc expressit sicut in articulo pręcedenti, sed etiam si colligitur hoc ex alijs verbis, quę non possunt aliter intelligi salua ratione recti sermonis.

Nã & expressam dicitur quod habetur ex
30 verbis, vel coniecturis æquipollentibus, vt latè per Afflic. in decis. 44. circa med.
31 in vers. Ad hoc respondetur, & sic circumspectus Iudex, vbi cessat verborum claritas ponderabit circumstãtias, & cõiecturas hinc inde ad dignoscendum vtrum quis voluerit, vel noluerit se proprio nomine obligare, iuxta regulã præsumptionum plus, vel minus vrgentium, vt in cap. tua de sponsal. per Innoc. in c. quia verisimile de præsump. per Bar. in

l.cum de indebito in princ.ff.de probat. & in l.diuus col.2.ff.de in integ.rest.per Bald. in l.siuè possidentis C. de probat. & in l.Pachumęuius ff. de hæred. iustit. per Menoch.de præsump.lib.1.quęst.6. cum sequent.

Duas tamen clausulas quæ non rato in hu-
32 iusmodi contractibus legi solent,tāgunt Doctores in specie, & ex illis cōcludunt obligationem proprio nomine induci, quarum altera est vbi quis dixit se obligare insolidum,ita punctualiter Corn.in cons.31.vol.3.num.11.in vers.Quod & clarius,& ipso non recensito idem firmat Vrsill.ad Afflic.in decis.399.in finalibus
33 verbis.Et est ratio,quia dum inuentariū hoc beneficium confert,vt quis non teneatur in solidum sed pro viribus hæreditarijs sicut legitur in l. fin. in pluribus versiculis C. de iur. delib. sequitur per necesse, vt exprimens se velle teneri in solidum,significet tali beneficio renunciare,& per consequens velle se proprio nomine obligare.

Altera clausula est si expressit velle soluere integram summam de qua agitur,
34 Nā si bona hæreditaria sufficiunt sumus in claris, si nō sufficiunt oportet supplere de proprio, nec aliter saluari posset ratio recti sermonis, vbi solutio non fieret integra, sed diminuta. Ita colligitur ex l.fin.C.ad l.Falcid.tradit Vrsil.in dict. decis.399.in fin. & annotarunt in dict.l. fin.Cyn.Bal.Castr.& Ang.qui posterior est notandus, quia tradit regulam quod in dubio simplex promissio intelligi debet nomine hæreditario,vt minus lædat, non autem sumus in dubio,quando exprimitur obligatio nomine proprio, & hoc dixit in cons.31.Similiter nō sumus in dubio quando adsunt prædictæ clausulæ, & hoc dixit in dic. l.fin. in conformitatem reliquorum quos supra retulimus.

Ex quibus omnibus casus noster multipliciter est in claris; Adest namq; promissio proprio nomine. Item clausula in solidum. Item promissio soluendi integrè. Et vlterius mentionatur hanc propriam obligationem fieri intuitu nōnullorum beneficiorum, & etiam quia ille cōtrahens ex hac causa eidem Comitissæ dimittebat ducatos sexcentum in circa ad quos fuerat cōdemnata pro interesse tertiarum, & alia ad eius beneficiū
35 fecerat, & in dies facerere poterat. Est autem magni ponderis existentia,vel nō existentia alicuius causæ ad dignoscendum num voluerint partes nouam obligationem induci testibus eisdem Minad. in ea decis.25.num.7.& Franch.in sua decis.323.num.3. circa fin. Vrget enim vtrinq; eadem regula legis cum de indebito, vt nec credatur quemquā se obligare sine causa,nec etiam credatur quēquam suum ius gratis dimittere,sed potius intuitu nouæ obligationis ex nouo contractu acquirendæ.

Conuincit vltimo illa clausula, vt hæc omnia ipsa Comitissa maior facta ratificet prçuia Regia dispensatione ad Velleia-
36 num,quæ aliquando, per Proreges Excellentissimos concedi solet teste Præs. de Frāch.in decis.623. col pen.& final. Neq; talis dispensatio poterat ad aliud deseruire, nisi ad obligationem proprio nomine pro debito hęreditario,vt in supradicta decis. 323. num.4. optimè declaratur. Et sic talis clausula, quæ aliud operari non poterat, oportet necessario obligationem proprio nomine præsupponere ex regula text. in l.si quando ff. de leg.1. in c. si Papa de priuileg. in 6.
37 Quam regulam,vt non modo integra oratio, sed vt nec verbū,nec syllaba esse debeat otiosa ampliat glos.in c.solitę in verb.tāquam de maior.& obed.Abb. in cap. ex multiplici col. fin. de Decim. Bald.in rub.C.de contrah.empt.num.9. Aret.in §.idem iuris num.54.instit.de except.Dec.in l.1.num.3.in fin.C.de pact. Quibus omnibus pensatis, & Prorex Excellentissimus eiusq; Collaterale Consilium Velleiano dispēsauit,& S.C. ipsi contractui suam præstitit auctoritatē,& ipsa Comitissa maior facta,& nupta

ta contractum ipsum accedente etiam
38 consensu viri, ac soceri amplissimè ratificauit, ex qua ratificatione defectus omnis vbi adesset, sicut hic non affuit, penitus suppleretur l.1.& 2. C. si maior. fact. ratum habuerit latè Afflic. in decis.285. Deo gratias.

Sacrum Consilium ex occasione etiam aliarum causarum intendit istos articulos decidere iunctis omnibus aulis, & interim parū instatur pro expeditione ad instantiam supradictorum quoniam patrimonium hæreditarium cuius est Commissarius doctissimus, ac prudentissimus Regius Consiliarius de Georgio ex eius summa diligentia tale est effectum, vt iam huic cessionario, & multis alijs non sit necessaria obligatio proprio nomine.

SVMMARIVM.

1 *Paragium Hyppolitæ Carapha tam habito respectu ad promissionem quam ad valorem bonorum paternorum discutitur.*

2 *Paragij debitum non inducit hypothecam super feudis, & vide num.6.*

3 *Vita militia habet hypothecam super feudis, & proinde agitur contra tertium, numero 7.*

4 *Hypothecam inducit illa dictio super.*

5 *Separatio bonorum an habeat locum in feudis, & latius in allegatione 81.*

8 *Paraginm consequitur mulier contra tertium possessorem in subsidium, iuxtà formam hic traditam, cum numeris sequentibus.*

9 *Condictio ex lege ad aliquid operatur, vt non possit illa res alienari in præiudicium personæ cui talis condictio competeret.*

10 *Fraus quæ est necessaria in reuocationibus alienationum in fraudem creditorum non requiritur, vbi agitur de consequutione Paragij pro qua vigore actionis in rem scripta, siuè condictionis sufficit quod ipsa alienatio mulierē damnificaret, & fraudaret.*

11 *Notoria si sunt requisita necessaria ad agendum pro paragio contra tertium fiet contra illos exequutio absque alia probatione.*

12 *Paragij exactio contra tertium multis decretis, & Doctorum traditionibus comprobatur.*

13 *Interesse Paragij habet eandem naturā, & exigitur eodē modo, sicut sors principalis, & sic etiam in alijs creditis, & num.15.*

14 *Interesse etiam quoad bona subiecta fideicommisso est eiusdem naturæ, sicut sors principalis, & ratio assignatur.*

15 *Sors principalis cum eius interesse eodem modo petitur, siuè adsit, siuè non adsit promissio, & num.13. & num.17.*

16 *Dos promissa habet hypothecam in bonis promittentis etiam pro interesse, & alimentis. Est autem casus indubitabilis si adesset instrumentum cum ipsis clausulis.*

17 *Interesse vt debeatur cum anterioritate sortis principalis non diuersificatur à qualitate bonorum, nec ab existentia, vel non existentia promissionis.*

18 *Tertiæ debentur cum anterioritate à die vēditionis ipsorum introituū quamuis sors fuisset per prius debita, quæ & prius cum eadem sua anterioritate producebat interesse.*

19 *Assensus Regis Catholici validans obligationes dotales super feudis comprehendit ipsarum dotium interesse.*

20 *Capitulum Regis Catholici, & subsequentia circa assensum ad obligationes dotales comprehendunt omnia ipsas dotes concernentia iuxta instrumenta.*

21 *Terminus non datur necessario, vbi non petitur, & multò minus in causis graduationum.*

ALLEGATIO VII.

Pro Donna Hyppolita Carrafa.

In Dei nomine Amen.

1 Ecocto D.Antonio Carrafa comparuit in S. C. in bãca Figliolæ Elionora Marchesia eius vxor petendo dotium assecurationem,& similiter cõparuerunt alij creditores, ac proinde expositis venalibus, & demum venditis suis bonis feudalibus, & commissa graduatione fuit in ea graduata D.Hyppolita Carrafa eius soror pro suo paragio à die Instrumenti, in quo fuit sibi promissum; Verum quia in eodem Instrumento fuerat reseruata anterioritas petijt ad maiorem cautelam graduari à die mortis paternæ, & ne debilitaretur quãtitatem in Instrumento promissam excedere verum paragium deduxit auditis creditoribus valorem hæreditatis paternæ quo inspecto liquet paragiũ debuisse liquidari multo plus quã in duc. 2600 in quibus partes illud liquidauerunt, & tandem præuijs relationibus per decretũ Sacri Consilij prouisum est D.Hyppolitam graduari à die obitus sui patris pro quantitate in Instrumento dotali contenta.

Hoc item deciso & respectu tẽporis, & respectu quantitatis, de qua vna cum interesse factus est calculis; Dum instatur pro liberatione opponunt ipsimet creditores, quod pro paragio nõ datur hypotheca super feudalibus, & qđ proindè ipsi licet posteriores debent præferri dum contraxerunt cum D.Antonio, & in suis contractibus impetrauerunt assẽsum allegantes ordinariam theoricam Andr. de Isern. in constit. in Aliquibus col. 5. & Neapod. in cõsuet. Si qua mu-
2 lier in verbo de bonis,qui dicũt pro paragio non esse lege cautum,vt detur hypotheca super feudis,& proindè nõ posse agi pro eo contra tertios possessores, vt in l.fin.in fin.vbi Bar.ff.de contrahen.
3 empt. licet agatur pro vita militia, pro qua est interpretatum dari hypothecam ex c.Regni.qđ incipit alienationis actus, vbi statuitur vitam militiam deberi super
4 feudo,ex qua dictione (super) inducitur hypotheca l.Codicil is §. instituto ff. delegat.2. sicut hæc examinat Afflic. in decis. 162.

Verum pro parte D.Hyppolitæ responde-
5 tur; Primo,vt Domini iudicantes considerent si verior est opinio, vt etiam in feudis locũ habeat separatio bonorum, prout vna cum Io.Vincentio de Anna contra Consiliarium de Georgio firmat Reg.de Põte in tract de potest. Proreg. sub tit.de refut. feudorum §.8. de quo tamen ego dubito, vt alibi scripsi.

Secundo omissa disputatione, an similiter
6 detur hypotheca pro paragio,dum vita militia,& paragium à pari procedunt, & sicut ratione exclusionis datur secundo genito vita militia,ità similiter ratione exclusionis datur mulieri paragium, vndè Andr.in alio loco simpliciter,& indistinctè dixit paragium, & vitam militiam esse onus feudi nempè in c.1.§.quid ergo num.6.vers. vel esset onus de inuest. de re alien fact.Tamen quauis sumpta opinione quæstio est vtilis quando tertius possessor vult se defendere à muliere petente paragium, cui est consultum super alijs bonis hæreditarijs; Nam si
7 paragium est onus mulier agit directo cõtra tertium possessorem pro paragio, sicut secundogenitus pro vita militia, si vero non est onus, tunc pro paragio tertius possessor tenetur solummodò in subsidium condemnato prius hærede,
8 & facta discussione bonorum paternorũ audito ipso tertio possessore, iuxtà formam traditam per Andr. vt in dicta cõstit. in aliquibus col.5.& 6. & per Affl. in decis. 162. circa med. & per Grãmat. in decis. 90. & per Afflic. in constit. in ali-

aliquibus col.10.vers.6. quæritur. Non enim negari potest quod mulieri si non competit hypotheca pro paragio cõpetit saltim actio personalis in rem scripta, vt per Camer.in cap.Imperialem fol.50. lit.D. sic intelligens And.in §.quid ergo vbi loquitur de vita militia, & de paragio,& vigore talis actionis in rem scriptæ tenetur quilibet feudi possessor non hypothecaria in corpore feudi, sed occasione feudi per eum possessi, iuxta text.in l.metum §.cum autem ff de eo, quod met.caus.sicut declarat Camer. in loco prædicto & Alex.in l.1.§. si hæres num 1. in fin ff ad Trebell. & quatenus
9 competeret solum condictio ex constitutione, sicut declarat Loffred. in paraphrasi ad Andr.in d.c.1.in §.quid ergo de inuest.de re alien.fact. tamen in eius præiudicium non potuit frater alienare, vel obligare l.2.vbi glos.C.de debit. ci-
10 uit.lib.11. Et propterea non est necesse quod frater in alienatione habuerit animum verum, vel præsumptum fraudãdi sororem, sicut dicebat Marius Saxus relatus per Salern. in consuet. si qua mulier in add.quę incipit qm fol.mihi 208. Nã talis animus est nimis inuerisimilis, & sententia ibi relata contra tertios possessores nihil tale indicat,& similiter alia tria decreta,quæ mox referam nihil tale prospicere potuerunt, vt patet ex processibus in quibus nihil huiusmodi est probatum nec articulatum, sed sufficit præiudicium oriens ex ipso facto nempè ex alienatione ex qua mulier suo paragio contra mentem constitutionis frustraretur,& fraudaretur.

Et consequẽter si tale præiudicium est no-
11 torium, puta quia per cõfessionem partis constat non adesse alia bona,& quod feuda super quibus mulier vult sibi satisfieri fuerunt paterna tunc condemnato hærede fit executio directè contra tertium possessorem,si verò hæc nõ constant,tunc datur curator hæreditati, qui si audito tertio possessore conuincitur de tali præiudicio mulieri ex alienationibus illato reuocat alienationes, & bona alienata in præiudicium mulieris, vt super illis sibi satisfiat, sic in casu nostro persimili tradit Pereg. de fideic. art.40. num.41.Et in casu nostro hęc est forma post Andr. tradita per Afflic. in præfata decis.162. & in d. vers.6. quæritur, vbi addit idem esse si pars confitetur, vel si negat calumniosè, & in casu nostro concurrunt duo prædicta requisita quæ tollunt disputationem, ità vt non sit opus reuocatoria.

Sumus enim in facto notorio tàm respectu præiudicij D.Hyppolitæ, cui non est cõsultum super alijs bonis stante decoctione D.Antonij, & graduatione, ex qua apparet multis creditoribus non posse satisfieri,& notorium est bona, de quorum prętio nunc agitur fuisse paterna per scripturas publicas; cum relatione auditis creditoribus;Et sic quadrat prædicta decisio Afflic.162. vt exequi possit contra tertium possessorẽ, quod etiã decisum fuisse per Regem Federicum refert Loffred.in d.c.1.§. quid ergo de inuest. de re alien. fact. in prima paraphrasi in fine, vbi non oportet ponderare legatum quod forte ibi interuenerat in conformitatẽ paragij debiti, sed absq; assensu, nam cum assensu daretur hypotheca,& esset casus indubitabilis,ideoq; nec potest talis sensus dari ad Andream paulò ante ibi relatum,& è contra sine assensu non poterant feuda obligari eo tempore ante Regem Catholicum qui hoc dotibus Neapolitanorum indulxit, sed fuit decisio ex sola prouisione constitutionis. Et ad idem legatur Afflic. in constit. in Aliquibus num 24.Vrsill. ad Affl.in d.decis.162.& Gram.in dec.90. in princ. & in processu etiam præsentauimus copiam trium decretorum S. C.
12 in quibus decisum fuit exequi pro paragio contra tertios possidentes bona, quæ fuerunt patris mulieris agentis pro paragio, in subsidium tamen, & super bonis ad eos peruentis post mortem patris, & ab ipso patre causam non haben-

habentes, quæ requisita, vt dixi iam constant in casu nostro; Imò casus noster valdè magis de plano procedit, dum non modo sumus in facto notorio quod sufficere dictum est, sed hæc omnia sunt etiam decisa, & patefacta auditis eisdem creditoribus, cum quibus processu legitimè compilato fuit decisa quantitas paragij habito respectu, adhæc bona, de quorum prætio nunc agitur, & fuit decisum tempus anterioritatis, & facta, ac discussa graduatio, ex qua liquet decoctio D. Antonij, & quod multi creditores non poterint sibi satisfieri; quod si pro satisfactione paragij huic filiæ posset contra tertium exequi, vel feudum reuocari à tertio possessore qui dominiũ acquisiuisset, iuxtà terminos supradictos, multò magis pro tali paragio præfertur mulier super prætio feudi paterni in cõcursu creditorum qui acquisiuerunt hypothecam contrahendo cum filio, dum contra eos nõ est facienda executio, vel reuocatio, sed in banco extat prætiũ bonorum paternorum de quibus paragium debebantur.

Hæc autem quæ diximus de sorte principa-
13 li procedunt similiter pro interesse tamquam pro accessorio habente candem naturam, & proindè cum eadẽ anterioritate secundum communem opinionem, iuxta text. in l Lutius ff. qui pot. in pign. habeant, de quo per Iac. de Aren. & per Bar. in l. si cum dotem §. fin autem ff. solut. matr. Bal. in l. vnic. in §. & vt plenius C. de rei vxor. act. firmat latè Rip. in l. priuilegia in octaua ampliat. ff. de priuil. cred. post Dec. in l. pecuniam in primo notabili ff. si cert. pet. cum alijs latè traditis per Tiraq. in l. si vnquam in verbo reuertatur C. de reuocã. don. per Vrsill. in addit. ad Afflic. in decis. 162. circa finem, & per D. de Franch. in decis. 374.
14 nu. 5. vbi specificè loquitur de interesse paragij contra tertium possessorem. Et licèt in decis. 613. latè discurrens videatur inclinare, vt hoc non procedat quoad bona subiecta fideicommisso, ad hoc vt non sit in manu possessoris præiudicare fideicommissario subsequenti, tamen hæc ratio nõ est particularis in hoc casu, nam similiter est in manu debitoris non soluere tertias creditoribus anterioribus in præiudicium subsequentium, vel aliorum habentium interesse in suo patrimonio quod ab excrescentibus tertijs absorbetur. Et proinde huiusmodi fideicommissario, vel alteri ob consimile interesse nõ negarem posse instare, vt possessor passim exoluat tertias, quæ nõ solutæ suum patrimonionium absorberẽt. Sed in bonis cuiuslibet generis, & in præiudicium cuiuscumque si adest debitum sortis, & sors cum interesse, vel vsuris est idẽ debitum licet Piguius, vt dixi in alleg. 5. oportet interesse habere eandem naturam eandemq; anterioritatem, & alias euerteremus text. in d. l. Lutius, vbi Bar. & Ang. notant interesse in omnibus regulari à sorte principali, & sic in ea decis. 613. noluit S.C. decidere quinimò idem Præs. in fin. refert Petr. de Gregor. tenere, vt regula tex. in l. Lutius procedat etiã in feudo ex pacto, & Blasc. Lanc. addit fuisse ita decisum per illud Tribunal M.C. Verè enim qualitas bonorum non potest, quoad hoc inducere differentiam.

Quæ dicta volo pro veritate articuli. Nos
15 enim sumus in feudo hæreditario, & dũ fundauimus debere ex hoc prætio solui Paragium sequitur idem fundatum esse, quoad interesse ex regula supradicta, sic (vt etiam diximus) recepta communiter, & de interesse etiam loquitur vnum ex tribus decretis supradictis. Et conformes sunt decisiones tàm in hoc Regno, vt per Franch. & Vrsill. supra relatos, & latius per Reg. de Pont. in decis. 34. num. 46. vbi considerat non esse applicabilem distinctionem conditionis casualis, vel potestatiuè, quã extra Regnũ, vt per Osasc. in decis. 129 num. 11. Barz. in decis. 108 Roder. de ann. reddit. lib. 12. quæst. 20. Idemq; firmauerant Cannet. in c. volentes sub cap. incip. & non erit otiosum

num. 18.

num.18.& Cordub.in l. siquis à liberis §.si quis ex his nu.78.ff.de liber.agnosc. Franc.Bald.in tract de pignor.c.10.pōderando Bart.& Angel.in dict.l.Lutius, & So.c. in consil.41. vol.4.

Augetur ratio sic decidendi pro Donna
16 Hyppolita, quia in die 11. Iulij 1586. (quo tempore inspecto iam liquere incipit quod similiter intrat D.Hyppolita in quantitate ad præsens liberanda) fuit idem paragium in suo matrimonio sibi promissum,& in dotē constitutum;quæ quidem promissio operatur hypothecā etiam pro interesse futuro debendo ex mora, & etiam pro alimentis debendis ratione dotis secundum veriorem opinionem quam contra Bal.nouell. firmat Negusant. in 2.par. in 4. membro in 7. amplat.quem sequitur, eumq; appellat doctissimum Camer.in cap. Imperialem fol.52.col.1.vbi dicit hanc esse communem,& contraria procedere in interesse, quod non venit de natura obligationis, sicut in contractibus stricti iuris,non autem in contractibus bonæ fidei præsertim in dote, in cuius obligatione de sui natura venit interesse,& illos sequuntur Cordub in dict.§.si quis ex his num.38. vers.quinto extenditur, & D.de Franch. in d decis.613.num.4.5.& 6. Quorum doctrina sufficit attenta sola particula promissionis,quæ est in processu,licèt ex integro instrumento nouiter reperto, (quod tamen in processu non præsentatur ad euadendam dilationem petendi terminum aduersus illud)& non tanquā ex noua scriptura, sed tanquam certius declarante particulam promissionis in processu existentis,quā & credere oportebat continere clausulas solitas de quibus,& Notarij censentur rogati, tollitur disputatio etiam secundum Bal.Nouell. qui in trac.dot.in 6.par.in 7.priuil. in final. verb. dicit quod tollitur omne dubium, si in Instrumento adest obligatio bonorum cum clausula, & pro damnis, & interesse, quæ obligatio cum tali clausula legitur in Instrumento prædicto à cuius prothocollo desumpta fuerat particula in processu præsentata.

Quamuis hæc solum addidi,vt cum prædi-
17 ctis authoribus me conformarem. Ego enim in eo debito quod producit interesse nullam quo ad id quod agimus video rationem differentiæ si additur, vel non additur ipsius interesse promissio. Quod enim fecit aliquibus rationē dubitandi, fuit num anterioritas quoad interesse debeat attendi à die more,quia tunc incipit deberi, & prius nō debebatur.Et hoc mouebat Frecc.in lib.2.de subfeud.q.20. & alios, vt per Molphes. ad consuet.par.6.sub tit.de iur.dot.q.3. nu.24. sed hoc cessante ex ratione prædicta quod interesse non dissimilatur à debito principali quod habet anterioritatem pro se,& pro suo interesse,sequitur idem esse interesse oriti ex natura debiti,vel vigore promissionis. Et de debito absq; promissione loquuntur ferè omnes supra relati sub num. 13. Imò quoad hoc posset promissio potius præiudicare quemadmodum per Regiā Cameram in Collaterali Consilio me patrocinante fuit de prætio terræ Roccę satisfactū Marchioni Petræ eiusq; fratribus de sorte principali,&interesse decursō cum anterioritate à die ipsius debiti patrati, vsque ad tempus in quo ille debitor pro ea quantitate vendidit creditori tot annuos introitus. Nam ex tunc in antea istæ tertiæ iam non debentur, tāquam partus illius debiti ob moram non soluentis,sed incipiunt deberi de per se ex nouo contractu,& sic non amplius accessoriè ad primum debitum,sed principaliter ex noua conuentione, ex qua sicut melior efficitur conditio creditoris respectu liquiditatis,& certitudinis tertiarum ex tunc in antea,ita anterioritas ipsarum tertiarum non potest,nisi à die ipsius contractus exoriri.

Verū est, quod in casu nostro prodest pro-
18 missio, nam sicut pro sorte principali cū eius interesse fuit contracta hypotheca super bonis burgensaticis vigore dictæ

pro-

promissionis,Ita etiã à die dictæ promissionis pro dote, orta fuit etiã hypotheca super feudalibus vigore capituli Regis Catholici in fauorem Neapolitano-
19 rum, & hoc tum ex conclusione prædicta,nempè quod interesse venit de natura obligationis dotium,& proindè assensus validans obligationẽ validat insimul, quicquid venit de natura ipsius obligationis, sicut specificè in casu nostro concludit Camer.in d.fol.52.in princ.quem sequuntur Cann.Cordub.& D.de Frãc. in locis prædictis,& latè Dominus de Ponte in cons.64.nu.18. cum seqq. vb ità inquit pluries fuisse decisum. Tum etiam,quia in Instrumẽto prædicto adest specialis promissio circa interesse, & capitulum Regis Catholici de anno 1505
20 num.20. Et aliud capitulum concessum per Cæsaream Maiestatem de anno 1540. quod est nu.7. Confirmant omnia contenta in instrumentis dotalibus circa ipsas dotes, sicut in ipsis capitulis expresè dicitur seruata la forma delli loro Instrumenti, & declarant Frecc. in lib.2. de subfeud.quæst.12.num.17.& 18.& Camer.vbi supra.

Deniq; quoad ordinem nulla adest dubietas,nam sumus in graduatione; Et clarũ est quod in Iudicijs graduationum calculantur tertiæ siuè interesse, iuxtà instrumẽta, & deducuntur quãtitates quæ ostenduntur receptæ, idque sine impartitione termini, sicut nec impartitus fuit respectu aliorum creditorũ in hoc prætio concurrentium. Et multo minus impartiẽdus erat in casu nostro, in quo isti creditores toties notificati multa dixerunt,& opposuerunt,nec tamen vnquam petierunt terminum,in quo etiam patet quod post decisam paragij quantitatem, nunc vltrà exceptiones præsentatas continentes iuris articulos nulla vlterius ex facto potest oriri defensio, nec tenetur
21 Iudex dare terminum nõ petenti,vt per Marant. in secunda parte sextæ partis in tertio actu principali,& Vant.in tract.de nullitate,sub titulo de nullitat.ex defect. proces. num.41. & tanto minus in iudicio graduationis, vt dictum est. Adeo quod post tot dilationes debet ex hoc prætio D. Hyppolitæ assignari quantitas contenta in calculo pro paragio, & interesse decurso, & non soluto.

Deo gratias.

Decretum fuit quod D.Hyppolita præferatur creditoribus fraternis pro capitali salua prouisione faciẽda,quoad interesse,& paulo post idem obtinuit pro interesse. Post hæc impressus est Consiliarius Rouitus ad Pragmat qui in tit. de feud. in prag.24. multa scribit in hac materia,& in specie, cum non potuisset euadere exequutionem contra tertium possessorem obtinuit saltim exequi in fructibus, & pro rata bonorum. De quo secundo articulo ego etiã non dubitarem, nam Paragium debetur ex tota hæreditate, sed quo ad primum esset considerandum,vbi mulier instaret, vt possessor in vna vice integrum Paragium solueret,vel feudum dimitteret, aut cogeretur ad vendendum,nam ex actione in rem scripta tenetur soluere dum rem detinet, vt supra deduximus.

SVMMARIVM.

1 *Lana vbicumque sita legata fuit,& quæritur an debeatur etiam tincta sicut deberetur etiam neta.*
2 *Lanę & lini plura genera remissiuè.*
3 *Versicolores,& versicoloria quid sint, & quid significent declaratur.*
4 *Lanæ vel lini versicoloribus legatis non continentur ea quæ ex materia in aliã formam redacta sunt.*
5 *Ius nostrum nullam penitus repugnantiã continere an vsquequaque sit admittendum.*
6 *Contrarietas omninò nulla solummodò in sacra Scriptura reperitur.*
7 *Compilatores iuris ciuilis ex tot tantisq; voluminibus excusantur si in aliquo defecerunt.*
8 *Contradictionem (si omninò in conciliabi-*

lis

lis apparet) melius est fateri, & verius sequi potiusquam contradictorijs legibus vim inferre quæ germanum sensum euerterent.

9 *Glosa distinctio, & conciliatio ad opinionem Pauli, & Vlpiani examinatur.*

10 *Nummi non continentur appellatione argẽti quamuis diceretur omne argentum, & quamuis diceretur argentum factum, & num. 27.*

11 *Verba clara non admittunt interpretationem aliter quam verba sonant, & communiter intelliguntur.*

12 *Mens si constaret contraria verbis claris, nec mens, nec verba seruarentur.*

13 *Verba ambigua recipere possũt diuersam interpretationem ex probatione mentis.*

14 *Lanæ appellatione continetur, vel nõ continetur tincta iuxta voluntatem proferentis.*

15 *Destinata res ad aliquid iudicatur sicut illud ad quod destinatur.*

16 *Legatum non est intelligendum, vt redatur inutile etiam si oporteret verba impropriari.*

17 *Verba omnia dispositionum ita operari debent, vt nec syllaba remaneant otiosa.*

18 *Indefinita non semper æquipollet vniuersali, & num. 22.*

19 *Omne non semper comprehẽdit quicquid formatum est ex materia eui adijcitur, & num 21.*

20 *Dictio tantum non semper ita restringit, vt consimilia non admittat.*

21 *Marmor omne, aut omne argentum si legatur quid continetur.*

22 *Indefinita regulariter æquipollet vniuersali, & quomodo hoc a Doctoribus declaratur.*

23 *Adiectiuum non solet referri nisi ad substantiuum proximè præcedens.*

24 *Dixit vbi voluit ergo, vbi omisit noluit argumentum, est quo sępè vtitur Andr.*

25 *Substantia naturaliter perempta per introductionẽ nouæ formæ quid operetur, vt in exemplis bouis mortui, vini quod acuit, & ligni conuersi in cinerem.*

26 *Forma ex arte aliquando sic immutat subiectum, vt ad pristinum dari possit regressus, aliquando sic immutat, vt dari non possit, & quid inde sequatur.*

27 *Pecuniæ vsus est eius consumptio, & ideò aut aurea, aut argentea, aut Aenea sit non ita iudicatur, sicut reliqua, ex auro, argento, aut ærè confecta.*

28 *Color qui tamquam accidens potest esse, & abesse non immutat substantiam coloratі.*

29 *Labeonis Iurisconsulti laudes ex Tacito, & Pomponio.*

30 *Hypotheca extinguitur extincta re hypothecata, at non extinguitur si res ipsa quoquo modo immutaretur.*

31 *Lini appellatione continetur etiam tinctum.*

32 *Dispositio hominis idiotæ sic intelligenda est, sicut inter idiotas communis est sensus.*

ALLEGATIO VIII.

Pro Antonio Scalerio.

In Dei Nomine Amen.

1 MOriens Patruus Antonij Scalerij suis filijs relictis hæredibus, reliquit, & huic fratris filio suam lanam vbicumq; sitam. Hęc sunt verba testamẽti, nec aliud exprimit, & verum est lanam non esse modicæ quantitatis partim ex proprijs ouibus tonsam partim diuersis in locis comparatam si quidem (quod inferius pro iustitia causæ põderabimus) magnam vim pannorum ad mercaturã in illis exercendam confici instituerat, ac proinde prius quam infirmaretur diuersis coloribus eandem lanam tingendam dederat, & tẽpore eius mortis ferè omnis tincta reperta est. Hanc deberi ex legato negant hæredes authoritate Vlpiani

ni dicentis si cui lana legetur id legatum videtur quod tinctum non est; idq; ter aut quater repetit in ea l. si cui lana ff. de leg. 3. Subdit enim lanæ appellationem eatenus extendi placet quatenus ad telam peruenit, & sciendum est fucidam quoque contineri, & lotam si modo tin-
2 cta non sit. Et cum postea aliquot lanæ, & lini genera commemorasset, ac dixisset eadem, vt plurimum tingi (quæ omnia latius explicauerat Plin. in histor. natural. lib. 20. c. 1. & aliqua tangit. Alciat.
3 ad eand. l. in lib. 2. prætermiss.) subdit Vlpian. quæstionem de versicoloribus, siquidem ex verbo color formantur discolor, & versicolor, & in plurali apud Plin. & alios versicolores versicoloriæ, & versicoloria. Et aliquando adiectiua, vt apud Virg. Aeneid. lib. 10. Astur æquo fidẽs, & versicoloribus armis, vbi seruius interpretatur pictis, quia res quoquomo do à proprio ad alium versa colorem dicitur versicolor, Aliquando substantiua, prout in d. l. si cui lana, & in l. pediculis §. labeo, de aur. & arg. legat. Quibus verbis non modo prædicta, quæ ex vno in alium colorem versa sunt verum etiam significantur ea, quæ ex varijs coloribus constant. Et similiter vel adiectiuè, vt noster Maroni proximus de part. Virgin. lib. 1. versicolore per auras Fulgentem pluma. Vel substãtiuè, in quo sensu scribit Liui. de bello punico interdictum fuisse mulieribus, ne versicoloribus vestirentur.

Cum ergo genericè versicoloria comprehendant quicquid de vno in alium colorem immutatũ est ne deciperemur opinantes etiam texta quin, & etiam inuestes peristoma, velaria, inque similia redacta versicolorium appellatione contineri, patefacere voluit Iurisconf.
4 sub ea generalitate hæc omnia non contineri quæ in aliam formã redacta aliud proprium, & elegãs nomen adepta sunt. Non enim vlterius dicitur cupressus, aut lana post nauem, aut vestem exinde constructam, sed dicitur nauis cupressea, & vestis lanea l. sed si ex meis in principio ff. de acquir. rer. domin. Et veluti (inquit Vlpian.) lanẽ appellatio eatenus extenditur quatenus ad telã peruenit, & proinde neq; tomentũ continet, nec vestes, & similia valetudinis, vel cõmunis vsus, vel delitiarum gratia comparata, sic versicoloribus legatis ea comprehenduntur, quæ tincta sunt, & neta, quæ tamen neq; detexta neque contexta sunt, idest neq; præcisa, neq; à texente perfecta licet nõ præcisa, & iugo adhuc inuoluta, vt in l. vestimẽtum ff de aur. & arg. legat. Quod autem inquit, & neta non est copula necessario requirẽs esse tinctam, & netam, sed ponitur, & pro etiam ampliatiuè. Nã quemadmodum supra dixerat lanę appellationem continere lanam etiam netã sed non tinctam eodem modo nunc tradit versicolaria continere lanam etiam netam, sed tinctã, & nihil minus in præsenti articulo adhuc repetit lanæ appellatione versicolaria non contineri, Adeo mordicus defendit lana legata id legatũ videri quod tinctum non est.

E contra pro legatario vrget responsum Pauli in d. l. pediculis §. labeo ff. de aur. & arg. legat expresè dicentis non desinere lanam tinctam, lanam esse, & proinde lana legata versicolaria contineri, vbi ad verbum versicolaria supplendum est lanea, nam serica, vel linea clarum est quod minimè continerentur. Itaque respectu lanæ versicoloris de qua nunc agimus, quid dicemus?

Primum quidem ab adolescentia (verum
5 fateor) blandiri nunquam potui Iustiniano in l. 2. §. contrarium C. de veter. iur. enucleand. firmiter asseueranti contraria in sua compilatione non reperiri, & licet loquatur de suo Codice, intelligitur cõmuniter etiam de Institutionibus, & Digestis, quoniã omnem Reipub. sanctionẽ in institutionibus, Pandectis, & Codice comprehensam purgatam esse inquit in prohem. ff. in princ. vbi glos. purgatam exponit à contrarietatibus, Quodquidẽ de singulis voluminibus intelligitur nam

clarum

clarū est sequentium legum multas esse correctorias præcedentium solumq; exigitur in vnoquoq; volumine contradictionem nō reperiri, idemq; de authenticis affirmatur. Et certè mirum est, vt tāta iuris consultorum voluminum, & cōstitutionum copia diuersitas contrarietas, & perplexitas ad hanc ordinatam deduci potuerit consonantiam, ità vt ferè omnis apparens contradictio rationabili distinctione concilietur. Verū si quid omninò conciliari non potest excusabile est cum sit perrarum, & hoc quidem ipsemet Imperator Paulo ante indulgendū dixerat humanæ imbecillitati quæ naturaliter inest, & omnium habere memoriam diuinum est non humanum.

Et optim è loquitur hanc enim in omnibus
6 consonantiam solūmodò in sacra Scriptura Authore ipso Dei spiritu cōscripta veneramur: In cæteris ferè numquam. Idque (reliquis Authoribus omissis) experientia docet apud veteres, & apud subsequentes Iurisconsultos non modo inter ipsos verum etiam sibi ipsis sępius aduersantes tenatius autem retinere solemus quæ ipsi scribimus probamus ac diffinimus quam apud alios lectitata, si-
7 cut in l. fin. ff. de distrac. pignor. immemor fuit compilator quod eandem legē registrauerat in l. Arbiter eod. tit. quod & Bar. animaduertit, & aliam notabilem compilatorum inaduertentiam commemorant glo. Salyc. & Paul. in l. rem alienam ff. de pignor. act. iuncta l. si Titio ff. de pignor. Similiter posuerunt compilatores Vlpiani commentum ad ædictum ædicti verbis non recensitis in Lab hostibus in §. sed quod simpliciter, vbi glo. illud diuinare conatur ff. ex quibus cauf. maior. Eodemq; modo mirum non est si in tanto librorum numero contradictionem aliquam compilatores nō aduertere. Præsertim quia, & si multa sunt receptiora nihil tamen apud Iurisconsultos ita absonum perlegebant, vt offenderentur, & respuerent. Nec quisquam ex vetustioribus Iureconsultis minus habuit quam cōpilatores emunctas nares. Hinc fortè aliquid contradictorium reperitur, & huius generis pauca quædam cęperam annotare cum postea legi Franciscum Baldui: eadem, & alia huc spectantia in suo Iustiniano latius comprobantem. legi, & Couar. in lib. 1. variar. resolut. cap. 3. num. 7. vbi alia cōtradictio videtur sibi insolubilis, quamobrem vbi tale quid incidit omninò assentior esse totis viribus insudandum,
8 vt vel distinctiones à Doctoribus traditas defendentes, vel nouas excogitantes textus omnes à mutuis impugnationibus eruamus, verum vbi hoc tandem agnoscitur impossibile, satius est contradictionem fateri, & quid verius sit expēdere quam infirmas adhibere distinctiones quæ vtriusque textus germanum sensum euerterent.

Et porro in casu nostro non parum vereor huiusmodi esse textus prædictos nimis enim affirmatiua, & negatiua clara est vtrinque, sed prius intueamur qualiter tex. ipsi à Doctoribus cōciliantur, Nam, & ex hoc discu: su huius legatarij iustitia clarius cognoscetur.

Primo glos. in ea l. si cui lana, in princ. fate-
9 tur quod inspecta naturali significatione lana legata continetur tincta, vt in §. labeo, nam & lana tincta lana est vt ibi, & in l. sed si, ex meis in fin. ff. de acquir. rer. domin. sed in l. si cui lana non debetur tincta considerata voluntatis interpretatione. Hæc distinctio vera est, sed hisce iuribus in applicabilis. Si enim glos. vult in hoc textu particulari, ex voluntate disponentis lanam tinctam non contineri, nullum verbum hic legimus ex quo talis voluntas eliciatur, & proindè in hoc sensu intellecta per Bar. in §. labeo, reijcitur quia hoc est diuinare. Potest, & aliter hæc glos. intelligi nempè, vt non se restringat ad hunc textum particularem in quo absque fundamento diuinaret dum nihil in eo potest colligi speciale imò semper loquitur generaliter, sed vt etiam generaliter velit glos. ex vi sermo-

nis lanam tinctam lanam esse, vt in d.§.
labeo,& §.fin. sed quia tincta iam deser-
uit vsum puræ lanæ ad strangula pului-
nos, & similia. Et dirigitur ad aliquod
opus exinde formandum quod quidem
non vlterius lanæ appellatione contine-
bitur, sed nomẽ proprium sortictur, pro-
ut de vestibus, & nauibus dictum est.
Idcircò ipsa tinctura secundum glos. ex
interpretatione voluntatis efficit, vt lanę
appellatione nunquam tincta contineа-
tur. Et hoc congruit verbis Vlpiani non
diffinientis casum particularẽ, sed gene-
ricè affirmantis si cui lana legetur tinctã
non contineri, & genericè similiter hoc
pluries repetit.
Et simile videmus quod nummi argentum
10 esse non desinunt, genericè tamen argẽ-
ti appellatione nummi non continẽtur,
etiam si dixerit omne argentum,& quã-
uis dixerit argentum factum id quæ non
ex vi sermonis, nam,& nummi argentum
sunt, sed quia non facilè quisquã argen-
ti numero nummos computat l. cum
aurum l.quintus la seconda §.1. ff. de
aur.& arg.legat. sicut etiam in d.l. quin-
tus §.pen.& in l.& si nõ sunt, §.lectum,
& alibi siuè ex quo argentum alteri rei
deseruit vel ob nobilem formã adeptã,
aut propter vsus immunditiam (sic enim
intelligenda est litera in d.§.pen. quam
vis accursius aliter exposuerit) quædam
argentea argenti numero non continen-
tur; Et hic apud me verus est sẽsus istius
glos. ad Vlpianum.
Verum neque hinc euaditur contradictio,
Paulus enim nõ modo inquit lanam tin-
ctam lanam esse, sed progreditur ex hoc
inferens, vt proinde simpliciter lana le-
gata, & versicolaria debeãtur quodqui-
dem ab Vlpiano non admittitur.
Dixi autem veram in se esse distinctionem
11 quoniam & si in verbis claris non inqui-
rimus mentem loquentis, sed verba ipsa
sic intelligere oportet sicut communiter
intelligũtur l.labeo in fin. ff. de supellec.
legat. l.pediculis §.argento ff. de aur. &
argent.legat. adeo quòd si constaret de
12 contraria mente talis dispositio stulta,&
pro nõ scripta iudicaretur l.4 ff. de leg.j.
13 latè Socc.in regul. 120. tamen in ambi-
guis, vt plurimum in eisdem verbis ex
cõiecturata voluntate multa diuersimo-
dè continentur; vel non continentur, vt
in l.ligni ff. de leg.3. l. Plautius in vers. si
non appareat in l.quintus §.1. & in d.l.
pediculis § argento de aur.& arg.leg.&
in l.labeo.§ sed de his de suppell.legat.
14 cum latè traditis in l. non aliter, & in l.
ille §.cum in verbis ff. de leg.3. & in spe-
cie quoad lanam idem Bar. licet in iuri-
bus prædictis videatur sibi hanc distin-
ctionem diuinare, ad l.si cui lana, tamen
in l.si pluribus.ff de leg.2.nu 6.in vers.si
vero, fatetur veritatem distinctionis cla-
rè dicens appellatione lanæ contineri,
vel non contineri tincta n iuxta volun-
tatem proferentis.
Hæc fauent nimis nostro legatario qui, &
patre carens, e pauper, & patruo obse-
quentissimus ab ipso,& charitare, & pa-
terno affectu diligebatur. Præsertim quia
ipsum proprijs filijs non admodum te-
naciter prospicere oportebat filiæ nãq;
dote recepta ipso viuente iam nupserãt,
Tribus filijs patrimonium non dixerim
opulentum, sed sufficiens relinquebat,
Præter quod illorum primus legum, ter-
tius medicinæ Doctor secũdus Belgico
bello honorificè vacans indicant fuisse
incongruum illis negotium perficiendũ
relinquere cui vacare non poterant quin
potius credere est sperasse patrem, vt ar-
mis,& literis non modo commodè viue-
rent, sed, & patrimonium passim auge-
rent. Hunc autem pauperem fratris fi-
lium quem sibi mercaturæ negotijs in-
struendum adiunxerat credendum est
voluisse idem negotium ad sui commo-
dum peragere quod secum inceperat, vt
sic & eius paupertati consuleret, & per
eum negotiatio in qua cadere solet affe-
ctio perficeretur, & aliter neque verisi-
militer negotium perficeretur, vt modò
dixi nec legatarij paupertati cõsuleretur
lanam relinquens, quæ satis modica est
seclusa

seclusa tincta, imò ex alio reduceretur ad quantitatem nullius considerationis.
15 Nam si noluisset testator cõprehendere lanam tinctam, missa quoque ad tingendum ex destinatione patrisfamilias, nec deberetur, vt per Alber. in d. l. si cui lana ex regula l. pen. de milit. testam. cũ simil. Et sic legatũ redderetur ferè inutile quod
16 non est dicendum etiã si oporteret verba impropriari ex textu insigni in l. qui concubinam, §. qui hortos cum glos. fin. ff. de leg. 3. quem textum nobis ampliat, & exornat Ias. in cons. 173. nu. 13. vol. 2. præsertim ad beneficium legatarij consanguinei, vt per innumeros relatos per Cçphal. in consil. 81. num. 16. vol. 1. & hinc alia insurgit ineuitabilis coniectura. Nam legans lanam vbicunque sitam clarum est quod voluit lanam comprehendere etiam extra domum existẽtem, sed omnis lana extra domum non ad aliud missa est nisi ad tingendum (& iam tempore testamenti pro maiori parte tincta reperiebatur, & completa fuisset nisi tinctores apud quos ob eius diuturnam infirmitatẽ nemo institerat ad alia diuertissent) ergo voluit tinctam quoque nõ
17 excludi alias frustratoria, & nihil operãtia redderentur verba illa, vbicunque sitam contra text. in l. si quando ff. de legat. 1. in c. si Papa de priuileg. in 6. quam regulam, vt nec verbum, nec syllaba esse debeat otiosa ampliat glos. in c. eum soliciæ de maior. & obed. Bald. in rubr. C. de contrah. empt. num. 9. Abb. in cap. ex multiplici col. fin de dec. Aret. in §. idem iuris num. 54. instit. de excep. Dec. in l. 1. num. 3. in fin. C. de pact.; Et ex his glos. distinctio quoquo modo intellecta decidit casum nostrũ pro legatario quatenus admittit ex vi verborum comprehendi tinctam, sed excludi ex voluntatis interpretatione dum in casu nostro pręfata omnia in facti nota latius ponderata cõcurrunt ex quibus potius comprehendi, ex disponentis voluntate colligitur, & iuxta voluntatem comprehendi, vel non comprehendi. docet etiam Bar. in loco superius allegato.

Aliam distinctionem prædictæ omninò cõtrariam post Mart. affert. Bar. in eisdem Iuribus eandemq; posuit Dyn. in rubr. de regul. iur. in secunda declaratione in vers. Item si lana, & inquiunt verbum lana tinctam non comprehendere, & sic procedere Vlpiani traditionem, comprehendere tamen etiam tinctam apud Paulum quia in eo testamento legitur verbũ
18 omnia quod est generale hinc inferens qđ aliquando indefinita vniuersali non æquipollet. Et hæc quidem distinctio similiter prodest huic legatario ad cuius beneficium ponderauimus verba illa, vbicunque sitam in quibus ex facto pǽdicto põderauimus necessario comprehendi tinctam nec verba ipsa potuisse intelligi de non tincta, & sic efficacius il-
19 lam includunt, quam verbum omnia, quod in effectu non semper comprehẽdit eandem materiam aliquo modo immutatam, vt in d. l. Quintus §. 1. de aur. & arg. legat. & hoc similiter sufficit pro casus nostri decisione in quo habemus verba non modo æquipollentia, sed clarius denotantia testatoris voluntatem, additis præsertim tot alijs vrgentissimis coniecturis quas modo retulimus.
Veruntamen quia dixi dubitare me num illi textus concilientur addere oportet quid est ex quo præsens quoque distinctio non substineatur occurrit autem. Primò, quia nimis innitur generalitati il-
20 lius verbi, omnia cui non oportet omninò fidere; Nam sicut illa dictio taxatiua tantum non ita restringit, vt consimilia non admittat l. ob æs alienum, vbi glos. C. de præd. minor. declarat Couar. variar. resol. lib. 4. c. 21. nu. 3. circa med. Macer. var. resol. lib. 2. cap. 28. ita illa di-
21 ctio generalis, omnia, non ita extendit, vt semper omnia eiusdem materiæ contineat, vt per Rom. in cons. 456. num. 2. per Cæphal. in cons. 117. nu. 6. cũ seqq. vol. 1. probat enim Dyn. in loco prædicto quod omne marmor continet omnia marmorea siuè statuas, siuè quid quid aliud ex marmore formaretur, qđ non

non ita est legato omni argento in quo non continetur argentea pecunia, vt su pra annotaui; Et tamen indefinita prolatio argenti plura continet quam indefinita prolatio marmoris l. quæsitum §. illud ff. de leg.3.

Quare in huiusmodi diffiniendis aut quærimus legem, & respectu lanæ non habe-
22 mus aliam legem differentiã constituentem si proferrur vniuersaliter, vel indefinitè, imò regula est in contrarium, nempè vt indefinita æquipolleat vniuersali l.fin. C.de hæred.vel act.vend l.1.§. generaliter, ff.de legat.præst.l.1.§.cum Vrbem ff.de offic.præfect. vrb. Bar. in l. omnes populi quæst.6.ff.de iust.& iur.& in l.j. de reg iur.Andr.in cap.1.col.2. de cap. qui cur.vend.Camer.in cap.Imperialem fol.33.lit.H.Couar.variar.resolut.lib.1. c.13. Menoch. in consil.173. num.26. Nec licèt limitationem desumere ex hoc eodem textu de cuius intelligentia disceptatur. Aut limitationem fundare volumus ex traditis generaliter per Doctores inuestigantes num semper adsit eadem ratio,& conditio, vt per glos.& Dyn.in d.rubr.& latissimè per Bar. in d. l.de quibus de legat. & in l.1.§.fin.ff.de ventr.in poss.mict.Cyn.& Bal. in l.2.C. de lib.& posth. idem Bald. in cons.180. vol.1.lo. Andr.in c.vt circa de elec.in 6. Et tunc apud prædictos, & reliquos de hoc differentes inuenitur tãta perplexitas, vt satis sit diffinire casus particulares ab illis propositos, non autem possumus ex illorum disputationibus certam regulam desumere, quæ hunc vel alium casum indubitanter decideret.

Secundo, dubia mihi redditur hæc distinctio ex eo quod verbum omnia in §. la-
23 beo non refertur ad lanam nec adiectiuum referri solet ad aliud quam ad substantiuum proximè præcedẽs l.Plautius eod. titul. imò videtur, quod vbi voluit pluries hoc adiectiuũ apposuit ergo, &c. l.1.§.sed neq; C.de veter.iur. enucleãd.
24 quo arguẽdi genere pluries vtitur And. in c.1.de contr.inter domin.& empt.& alibi sæpe. Tertiò nimis obstat argumentatio Pauli nihil ponderantis generalitatem, & solummodò vim facientis in proprietate sermonis inquiens quasi lana tincta, lana non sit, quibus verbis miratur si quis hoc negaret, & infert quod lana legata, quamuis non expressis versicoloribus debetur etiam tincta ex proprietate sermonis quoniam, & lana tincta lana est.

Quæ quidem ratio si contra dictio admitteretur meo iudicio cõuincit etiã Pauli responsum esse rationabilibus, si quidem in entibus materialibus reperiuntur sub-
25 stantia, & accidentia. Et porro substantia non immutatur, nisi per introductionem nouæ formæ propriæ sumptæ, quæ dat esse rei, sicut ignis intrinsecus agens in ligno indit. in eo formam ignis, vt sic nõ vlterius substantia ligni, sed substantia ignis inibi reperiatur. Hoc vbi euenit clarum est nouum corpus minimè contineri appellatione eius, cui successit, & proinde mortuo boue quod legatum fuerat nec corium, nec caro deberetur; Idemque dicimus legato vino quod post modum acuerit, idemque in cinere ex legatis lignis, & postea casu combustis, & similibus, vt in l.mortuo boue ff.de leg. 2. in l. si quis vinum §. item acetum ff. de trit. vin.& oleo legat.per Bar.in l. 1. C. de erogat.milit.annon. lib. 12. per Bald. in l.2.in fin.C.de per. & cõmod. rei vend.

Et hoc in operibus naturæ, sed & ars licet
26 interius nõ immutet sæpè tamẽ sic operatur exterius, vt naturam ipsam nouas formas edentem imitetur sicut in statuis ex rudi marmore in vestibus ex lana, in nauibus ex lignis. Et reliquis huiusmodi in quibus neque ex arte datur regressus ad eorum initia, sicut non datur in natura de priuatione ad habitũ, & propterea (vt iã dixi de nauibus, & vestibus) non continentur appellatione materiæ ex qua formantur quæ similiter est ratio traditorum per eundem Paulum in l.qui res §.aream ff.de solut.continentur autẽ formata ex materia, quæ ad sua potest redigi.

redigi initia, vt in d.l.quæsitum §.illud. Et hæc est ratio aliorum iurium quæ recenset glos.fin.in l. & atlicinius ff.de seruit.
27 rust. prædior. licet aliud sit in nummis, extra tione (vt hoc obiter dixerim) supra relata, quę est subobscura, sed efficacissima nam vasis alijsue rebus aureis, aut argenteis vtimur saltim ad ornatum, & in vsu adest decus, & oblectatio, ob materiæ, vel operis excellentiam, pecuniæ verò docet Arist. in primo polyt.cap.7. vsum non esse, vsus enim est eius consumptio. Qua de re inquit Iurisc. quod non facilè quisquam argenti numero nummos computat, idest non habentur tanquam argentũ in quo terminatur intentio Domini, non enim tenetur, & carũ est, quia pretiosum, vel quia ad vsum, vel ad decus magistraliter elaboratum, sed dirigũtur nummi ad alia comparanda cum ipsorum consumptione, vnde nec ipsorum qualitas aurea, vel argẽtea, sed ipsorum æstimatio consideratur in l.nummis, vbi glos. notat in verbo æstimatio ff. de in lit.iurand. Et propterea indigent nomine speciali, & nec argenti facti appellatione continentur nisi euidenter, appareat loquentem contra sensisse, vt in illa l.Quintus §.1.
Hæc discutiũtur circa materiam, vel intrinsecus ex natura, vel extrinsecus ex opificè in aliam formam translatam ex quibus patet quod vestis lanea, siuè pannũ iam ex arte nouam formam assumpsit, &
28 proinde lanæ appellatione non continetur color autem qui est accidens, & consequenter potest esse, & ab esse citra subiecti corruptionem non potest efficere (Paulus inquit) vt lana tincta, lana nõ sit. Labeo similiter quem patriæ in pace
29 decus appellat Taci. annal. lib.3. in fin. & sapientia in (idem est quod filosophiã) radicitus calluisse testatur Pomponius in l.2.§ labeo ff. de origin. iur. præfatos dialecticæ terminos comprobat in l. sed si ex meis in §.fin. ff. de acquir. rer. domin. dicens nihil interesse inter lanam purpura intinctam, & eam quæ in lutum & cænum cecidisset, ideoq; pristinum colorem perdidisset.
Sic etiam substantia rei extincta extinguitur
30 hypotheca l.sicut ff.quibus modis pign. vel hypothec.soluit. At durante substantia durat hypotheca quantumuis ea res alteretur, vel immutetur l. si fundus §. si res ff. de pignor. declarat Nicol. in tertio membro sextæ partis num.9. Hæc enim accidentia non mutant substantiã, Imò considerabilius accidens est contractio, vel extensio, & nihilominus idem Vlpian. post Sabinum in eadem l. si cui lana inquit contineri lanam netam, & stamen, & subtegmen. Et paulò post vult
31 contineri linum tinctum. Et profectò inter linum, & lanam quoad hoc nullam video differentiæ rationem. Et procederent hęc ex proprietate sermonis quãtumuis prolati à legum conditoribus, & iurisperitis, iuxta declarationem Rom. in consil.23. Tantò magis in dispositione facta per Idiotas inter quos communiter appellatur lana siuè tincta, siuè non
32 tincta, & per consequens intelligenda est dispositio qualis inter idiotas communis est sensus l.si cum ante, vbi Cyn. C.de donat.ante nupt. Cum notatis in l. quod si nepotes ff.de testam. tutel. iũct. l.1.C. de contrah. & commit. Stipulat. tradit Alex. in consl.44.num.7. vol.5.

Deo gratias.

Sic decisum fuit pro legatario, & (vt postea audiui) non discussit S. C. proprietatem verborum. Quia sufficiens sibi visa fuit coniectur ata mens disponentis.

SVMMARIVM.

1 *Querelandi ius de iure communi non habet mulier, & in Regno neque tale ius habent viri; nisi prosequantur iniuriam suam, vel suorum.*

2 *Vxor comprehẽditur sub numero suorum respectu viri, at non è contra, quia defendi*

fendi vxores à viris, nō viros ab vxoribus æquum est.

3 *Mulier non agit pro iniuria viri viuētis, sed bene agit pro morte viri, non tamquam de suis, sed tanquam pars sui corporis.*

4 *Vir & vxor sunt duo in carne vna, & quid soluto matrimonio.*

5 *Vidua quæ potuit querelare de morte viri, si transit ad secunda vota perdit hoc ius, & in Fiscum transfunditur.*

6 *Sanguinis ratione si qua competunt excipiuntur ab hæreditate.*

7 *Accusandi, vel remittendi ius non competit ratione hæreditatis, sed ratione sanguinis.*

8 *Sanguinis ratione si qua competunt exercentur etiam repudiata hæreditate.*

9 *Pecunia habita ex remissione non ponitur in inuentario tanquam prouenient ex iure competenti ratione sanguinis.*

10 *Pragmatica circa remissiones quare sit condita, & eius interpretatio.*

11 *Querelandi ius disceptabatur de iure communi quibus competebat, vel non competebat, & quid si erant plures in eodem gradu, quas ambiguitates voluit Regia Pragmatica diffinire.*

12 *Querelandi ius spectare ad eos qui succederent ab intestato non autē ad successores ex testamento, ratio, mens, & verba Regiæ Pragmaticæ demonstrant.*

13 *Querelandi ius non competit affinibus si affinitas contracta est post offensionem.*

14 *Pragmatica circa ius querelādi remouet duas difficultates, quæ erant de iure ciuili.*

15 *Querelandi, vel remittendi ius ex Regia Pragmatica non potest comprehendere hæredes extraneos, sed hæredes sanguinis ad quos defertur hæreditas, iuxta declarationem hic positam.*

16 *Fœminæ concurrentes cum masculis in eodem gradu, an habeant ius querelandi.*

17 *Hæres in materia querelandi, vel remittendi etiam in statutis mentionatus intelligitur non de hærede scripto, sed de hærede sanguinis.*

18 *Hæres dicitur solummodò qui est hæres vniuersalis, nam particularis excepto quod non tenetur recipere de manu hæredis vniuersalis, in reliquis omnibus habetur pro legatario.*

19 *Vsufructuarius relictus omnium bonorū non dicitur hæres, etiam non dato alio hærede instituto.*

20 *Dispositio bonorum ab alijs perueniorum etiam quod esset integra hæreditas ab alio perueniens non inducit institutionē vniuersalem, sed dicitur dispositio particularis.*

21 *Relictum omnium bonorum (dato alio hærede vniuersali) non inducit institutionem.*

ALLEGATIO IX.

Pro Mutio Pisanello, & socijs.

In Dei nomine Amen.



SVfficit Mutio Pisanello, & socijs habere pacem, & remissionē à Fratribus quondam Horatij Cerroni, qui filios non reliquit, nec vlterius requiritur etiam remissio Lucretiæ Bosco, quæ fuit vxor dicti
1 Horatij respectu, cuius est declarandum sibi non comperere actionem, nàm tanquam mulier non habet ius querelandi, nisi prosequatur iniuriam suam, vel suorum l. vxor, & l. de crimine C. qui accus. non poss. quod quidem in Regno, & in viris generale est per ritum Mag. Cur. num. 14. qui incipit, Item quod nullus Laicus, & tradit Marant. in suo speculo in 6. dist. num. 39. & in 6. par. princ. sub capite de Inquisitione num. 52. sub quibus verbis licèt vxor comprehendatur respectu mariti, non
2 tamen comprehenditur maritus respectu vxoris, quia defendi vxores à viris, non viros

viros ab vxoribus æquum est l. 1. §. fin. & l. 2. ff. de iniur. At quia militat hæc ratio viuente viro, à quo defenditur, sed cessat vbi mors viri insecuta est, meritò eo casu competit mulieri accusatio ex doctrina Odoffr. in l. sororem C. de his,
3 quibus, vt indig. Nõ quod maritus suorum nomine comprehendatur, cùm non sit de numeratis in l. lege Iulia ff. de testibus. Sed quia ipsa eadem fuit offensa quasi pars corporis viri ex effectu matrimonij, cuius vigore iam duo sunt, vnà caro cap. admonere 33. quæst. 2. prout declarat Cyn. post Iac. de Rauen. in l. de
4 crimine C. qui accusar. non poss. vbi sequitur præfatam opinionem Odoffred. Idemq; affirmat Bald. in rubr. C. eod. tit. num. 35. vbi respondet tacitæ obiectioni; nempè quòd licèt per mortẽ alterius sit solutum vinculum matrimonij, cuius vigore iudicabatur vna caro, tamen vno superstite matrimonium dicitur pendere ad quod allegat tex. in §. 1. post princ. in verb. nuptialibus in Auth. Neq; virũ &c.
Sed quoniam in eo tex. hoc esse dicitur, donec superstes seruauerit pudicitiam, Ideò practica introducta est, quod tran-
5 seunte muliere ad secunda vota, non vlterius sibi ius querelandi competit tanquàm vxori argum. l. fœminæ ff. de Senat. Et l. Mulieres, vbi Bar. C. de dignit. lib. 12. & idem Bar. in l. quoties num. 1. C. de priuil. scol. eodem lib. 12. Et quod transiens ad secundas nuptias in materia de qua agimus perdat ius suũ sunt doctrinæ punctuales Petri de Plaza in epitome delictorum lib. 1. cap. 45. in princ. in vers. Quam sententiam, sequitur Io. Baptista Baiardi in quæst. 58. num. 61. & eius actio ad Fiscum transfunditur, vt per Præsid. de Franch. in decis. 257. in fine.
Verum est, quod accusatione legitimè proposita, licèt postea desistat ex defectu potestatis, vel voluntatis; Nihilominus reperitur acquisitum Ius Fisco, per quẽ procedetur, vt per Bar. in l. inter Accusatorem in final. verb. ff. de publ. Iud. latè Boss. in suo tract. crim. in tit. de accusat. nu. 14. Idem Bar. in l. transigere nu. 29. C. de trãsac. Sed respectu Fisci habemus indultum, quoniam hæc mulier trãsiuit ad secunda vota ante expeditionem indultus, & sic indultus postea superueniens omnia Fisci Iura amplissimè dimisit, & aboleuit, vltra quod quãdo adhuc esset in viduitate, tamen respectu Iuris remittendi attendi deberet gradus proximior ex vocatis ad successionem, vt infrà dicetur.
Superest videre, si quod Ius ipsi Lucretiæ remanet vigore testamenti ipsius Horatij, in quo prætendit se fuisse hæredem institutam, & certè nullũ Ius ex testamento prætendere potest. Primò, quia tale Ius non competit hæredi ex testamento nisi vbi est cõiuncta proximitas sãguinis. Secundò, quia verè Lucretia non est hæres, sed legataria, & hæredes sunt fratres instituti.
Quoad primum nota est regula, quod ea,
6 quæ competunt ratione sanguinis excipiuntur ab hæreditate l. filius, qui patri ff. de vulg. & pup. subst. l. fin ff. vnde leg.
7 Sed ius accusandi, vel remittendi non competit ratione hæreditatis, sed ratione sanguinis l. quęsitum ff. de sepul. viol. Bar. in l. damni §. Sabini nu. 2. ff. de dam. infect. cum alijs mox annotandis. Ergo ab illis exercetur, quibus competit ratione sanguinis nulla habita ratione, si sunt, vel non sunt hæredes, prout latè declarat Dec. in c. in præsentia num. 57. de probat. vbi docet hoc ius exerceri posse
8 etiam repudiata hæreditate cùm sit ab ipsa hæreditate alienum, & etiam refert Feder. de sen in q. 174. incip. ego putarẽ cum alijs relatis per Pręs. de Franch. in decis. 611. latè Farinac. alia cumulans ad materiam in sua pract. crim. in q. 14. præsertim num. 19. cum sequentibus.
Vndè & quando hæreditas fuisset adhita
9 non deberet poni in Inuentario pecunia fortè peruẽta ex huiusmodi remissione, cùm habeatur ratione sanguinis ex reg. tex. in l. pro hærede §. fin. ff. de acquir. hæred.

K

hæred.pro vt tradit Ruin. in l.4. §.Cato ff.de verb.oblig. Et tale ius non competere nisi ratione sanguinis tradunt Bar. Bald.& Alex.in l.filius,qui patri ff. de vulg.& pup.& ibid.Ias.num.21.cum ceteris,de quibus latè per Crot.in d.l.4.§. Cato nu.150.in prima repet.ff. de verb. oblig. & per Hypol. Rimin. in l. qui se patris num.82. C.vnde liber.

Et cùm hæc procedant de Iure communi
10 multò magis in Regno vigore Regiæ Pragmaticæ,quæ est octaua, in titulo de compositio. & est facta propter duo.

11 Primò ad vitandum perplexitatem,quæ erat de Iure communi circa intelligentiã personarum, quæ comprehenduntur in illo verbo suorum,dùm sancitum est, licere vnicuique suam,vel suorum prosequi iniuriam de qua interpretatione habetur latè per Salyc.post glos.in l.si fœmina C. ad Turpill. & per Marant. in 6. parte principali sub capite de Inquisitione num.54.Secundò est facta ad tollendum dubium,si vno,vel pluribus in eodem gradu remittentibus,sunt ceteri audiendi,vt per Bar.in l.lex Cornelia ff. de iniur.per Bald. in l.1. col.2. C.de rapt. virg.& per Abb.in c. cũ oporteat col.2. de accus. qui inclinant, quod sic quoniã iniuria videtur facta omnibus de cognatione,sicut inquit Bar.in d.l.lex Cornelia nu.1.& latè Maran. in loco prædicto num.51.& ex hoc oriebatur magna cõfusio; Vnde prudentissimè in Regia Pragmatica declarantur,& restringuntur personæ, cum quibus de remissione, & concordatione agendum est. Et in hoc se conformat cum opinione Doctorum magis communi, & magis æqua, vt late per Gomes.in tit.de homic.num.61.

Hæc autem declaratio nullo modo intelligi
12 potest,vt in ea comprehendantur hæredes testamentarij, nàm esset contra omnia Iura quæ tale ius tribuunt proximioribus in sanguine,sicut dictum est, & esset contra omnem rationem, nam iniuriam prosequi permittitur Ipsimet offenso,& postea consanguineis, qui cum eo sunt offensi plus,vel minus,iuxtà sanguinis proximitatẽ,prout declarãt DD. prædicti, & etiam Bald. in Rubrica C. qui accus. non poss. num.32. & Bar. in l.cũ scimus C. de agric. & censit.lib.11. & idem Bar.& Bald.in l.transigere C.de transac.propter quam proximitatem tãquam magis offensi dicuntur magis idonei,vt habetur per Præs. de Franch. decis.382.num.7. Vnde si attenderemus hæreditatem ex testamento posset dari casus,in quo extraneus,qui in nihilo fuit offensus præferretur agnatis quãtumuis proximis,qui in persona defuncti fuerũt offensi, & è cõtra hæres qui hoc nomen
13 adipiscitur post mortẽ, nullo modo fuit offensus, ad quod est doctrina pulcherrima Bald. in dicta Rubrica C. qui accus. non poss. num.35. vbi dicit non posse affines accusare,vel remittere,si affinitas est contracta post offensionẽ,quia tempore offensionis nihil ad eos,qui nõ erant affines,quæ theorica est meo iudicio pũctualis respectu hæredis testamẽtarij, dùm clarum est,quod ipse post offensionem, immò post mortem offensi incipit esse hæres.

Verba denique ipsius Pragmaticæ in conformitatem Iuris, & rationis prædictæ
14 sunt valdè clara, Non enim vocat etiã extraneos, qui fortè instituuntur hæredes, sed de consanguineis vocat proximiores, ad quos defertur hæreditas, & sic remouet primum dubium de intelligẽtia suorum, vocat autem illos solum, & non reliquos remotiores,& ad proximitatem gradus addit qualitatem, vt sit successibilis quod intelligitur ab intestato,vt mox dicetur.

Talia autem verba non possunt comprehẽ-
15 dere hæredes extraneos,quia satis expressè vocati sunt proximiores de consanguineis, & hoc idem non perfunctoriè, sed quinquies eadem verba repetuntur ab illis viris doctissimis,qui fuerunt conditores,& dùm subdit, ad quos defertur hęreditas intelligunt de delatione ab intestato,& sic intellexit Sacrum Consilium

in

in d decis 611. Et sic intelligere oportebat, nã successio ab intestato est vniformis, & alias pragmatica esset defectiua, non decidens casus, in quibus stantibus consanguineis instituerentur extranei; Sed pragmaticæ conditores comprehẽdunt omnes casus iuxta consanguinitatis proximitatem, quę semper est vniformis, & in illis verbis nempè ad quos defertur hæreditas loquuntur ad maiorem declarationem more Iuris consultorum, qui non connumerant hæredes ex testamento, si quidem illi iuxtà testatoris voluntatem esse possunt, vel consanguinei, vel extranei, sed faciunt lineas immutabiles ab intestato, vel descendentium, vel ascendentium, vel Collateralium, & pro graduum propinquitate deferunt hæreditatem sicut totus est titulus Instit. de hæred. quæ ab intest. defer. In Regno autem attendimus delationem hęreditatis secundum iura ipsius Regni, in quo masculi fœminis in aliquibus successionibus præferuntur, & proindè in eodem gradu attenduntur solummodò personæ ab intestato succedentes, ita Carauit. in ritu 272. Baiard. in d. quæst. clar. nu. 58. & 59. & Ott. Vulpell. in tract. de pace quæst. 11. & Luc. Foll. in eadem Pragm.
16 num. 39. cum seq. Imò ex alijs etiam de iure communi aliqui excludebãt, fœminas in eodem gradu, quod quidem, & in Regno adaptari posset respectu personarum, in quarum successione nõ est sancita discretio sexus. Sed hæc positio nõ est admittenda ex traditis per Rip. in §. Cato num. 105. & latè Tartagl. in pragmatica vltima de composit. num. 20. qui intelligendus est de iure communi, nam in terminis dictæ pragm. 8. benè loquerentur iuxta prædicta.

Defertur itaque hæreditas primo agnatis, & cognatis, & deniq; etiam vxori excluso Fisco per l. 1. C. vnde vir. & vxor. & ex hac ratione in defectũ omnium agnatorum, & cognatorum competeret vxori ius querelandi, vel remittendi, vt per Parid. de Put. in tract. de sindic. sub tit. de potestate, & officio Sindicatorũ in c. incip. vltimo circa prædicta num. 25. fol. mihi 42. ad quod etiã tendunt dicta per Præf. de Franch. decis. 382. num. 5. 6. & 7. & num. 10. sed admittitur in viduitate ex ratione supradicta, quia pars corporis, & adhuc præferri filios deciditur in illa decis. 382.

Et intantum verum est quod non attẽditur
17 hæres ex testamento, sed hæres, ad quẽ ratione sanguinis defertur hæreditas ab intestato, quod si statutum requirit pacẽ ab hæredibus defuncti, quo casu videretur debere intelligi de hærede scripto, iuxtà proprietatem sermonis ex regula l. quamdiù potest, ff. de acquir. hæred. tamen cùm tale ius sit distinctum ab hæreditate, sicut dictum est, sequitur, quod verba statuti intelliguntur de hærede sanguinis non autem de hęrede bonorũ, prout post reliquos tradunt Octauian. Vulpell. in tract. de pace, quæst. 11. & 23. & Farinac. in pract. crim. q. 14. in secunda ampliatione num. 19. & 20. Qui casus est valdè fortiòr, nàm verba nostrę Pragmaticæ non vocant hęredes, sed cõsanguineos proximiores, ad quos defertur hæreditas, quæ verba sonãt vocationem de iure iuxtà proximitatem sanguinis, quam modò considerauimus, & ità eam Pragmaticam intelligit Tartaglia in commento ibi num. 21. & 22. & in eisdẽ terminis Iul. Clar. in q. 58. num. 70. cum sequent.

Quoad secundum quod Lucretia non sit hæres patet ex lectura ipsius testamenti in quo instituti sunt Fratres, & illis in effectu cõpetit integra hæreditas, quæ est Ius vniuersale continens actiones, & passiones, augumẽta, & diminutiones, & sic
18 de singulis, vt in l. Item veniũt ff. de petit. hæred. Et hæres est ille penès quem residet hoc Ius vniuersale non autem alius, ad quem peruenirent bona particularia licèt maiora; Vndè nihil ad rem põderare, quod multa bona sunt relicta ipsi Lucretiæ per Institutionem particularem, cùm non ex hoc desinat haberi pro

legataria l. quoties C. de hæred. Instit.
Et titulus institutionis particularis solùm
sibi prodest, vt non teneatur recipere de
manu hæredis, in omnibus autem non
est aliud, quàm legataria, vt per Doct. in
d. l. quoties, & Ias. in l. non est dubium
col. 2. C. de leg. Ripa in l. 1. num. 16. ff.
quotũ legat. Bar. in l. ex facto la seconda
ff. de hæred. instit. Menoch. de adipisc.
poss. in 2. remed. nu. 64. vbi sub nu. 66.
19 & 67. loquitur etiam de vxore relicta
vsufructuaria omnium bonorum, vt non
per hoc sit hæres licèt alius hæres non
esset institutus, & Tiraq. in tract. le mort.
Saisit. par. 2. declar. 4. num. 11. & latè
idem Menoch. in loco prædicto in quarto
remed. q. 19. nu. 132. Siquidem omnia
disposita in dicto testamento ad beneficium
Lucretiæ sunt relicta particularia, nempè Quella parte che poteua
disponere delli beni paterni, e materni.
Item nelli beni acquistati da lui, Item in
tutto quello li competeua sopra le rob-
20 be lasciateli da suoi fratelli. Quotiescunq; enim
Testator disponit de rebus,
quæ ab alio peruenerũt in ipsum Testatorem,
talis dispositio censetur de rebus
particularibus, ita Bar. in l. cùm filius §.
Lutio Titio ff. de leg. 2. per tex. in l. cogi
§. sed si miles in vers. & quãuis ff. ad Trebell.
Imò si quis instituit hæredem Titiũ
in hæreditate sibi obuenta à Patre suo,
adhuc talis institutio esset de re particulari,
ex quo hæreditas testatori obuenta
respectu hæredis est quid particulare,
Paul. de Castr. in d. l. cogi §. si quas nu. 3.
ad Trebell. Dec. consil. 69. nec dicatur,
quod in effectu talis Institutio continet
omnia bona Testatoris, nàm si sic gene-
21 raliter locutus fuisset Testator; dicendo,
lego vxori omnia bona mea dato hærede
vniuersali adhuc vxor esset legataria,
& ratio est, quia in tali legato nõ veniũt
bona quærenda post Testamentum, ita
Crot. in rubr. ff. de leg. num. 16. per text.
in l. fin. §. 1. ff. de leg. 2. & est doctr. Bal.
in l. si ita ff. de aur. & arg. leg.
Si enim testator in casu nostro instituit
particularem hæredem vxorem in rebus
obuentis ex successione paterna, materna,
& fraterna, & in bonis quæsitis, & talis
institutio continet quid particulare
ex quo ab alijs bona obuenerunt, & respectu
bonorum quæsitorum non comprehenduntur
quęrenda. Ergò vxor non
est hæres, sed hæredes sunt fratres, qui
generaliter fuerunt instituti, in quos iura
actiua, & passiua deuenerũt, &c. Et proindè
ex omni iure dictam Lucretiam debere
excludi, audientiam denegari, &
successiuè dictũ Mutium, & socios gaudere
debere Regio generali Indultu frãtibus
remissionibus obtentis à veris hæredibus
sanguinis, & bonorum, prout
sic speratur, &c. Deo gratias.

Sic iudicatum fuit gaudere Mutium, & socios Regio indultu non obstantibus prætensis per Lucretiam supradictam.

Post hæc scripta impressus est Consiliarius Rouitus ad eandem pragm. & Reg. de Pont. de Potest. Proreg. loquens de prædictis in tit. 1. §. 4. num. 16. cum sequentibus qui videri possunt ad maiorem huius materiæ declarationem.

SVMMARIVM.

1 *Princeps dicitur quisquis cæteris ita præest vt superiorem non recognoscat.*

2 *Principum duplex est potestas altera ordinaria, altera quæ à nonnullis dicitur absoluta.*

3 *Potestas absoluta verè est solùmmodò apud Deum Opt. Max. impropriè verò dicitur etiã apud Principes, & horũ ratio.*

4 *Potestas omnis à Deo est qui & illam filio suo dedit vndique absolutam in cælo, & in terra.*

5 *Principibus terrenis, & si supremam, attamen limitatam tribuit Dominus potestatem.*

6 *Princeps absoluta potestate vtitur solùmmodò ex causa, & sic non simpliciter ad libitum, sed iuxta legis permissionem,*

nem, & num.11. & num.70.

7 Principi licèt ex sola conscientia quicquid licèt Iudici ex causa cognitione, & alia multa licent supra leges.

8 Princeps ex eo quod est lex animata, esse debet iustus, & rationabilis sicut ipsa lex.

9 Alex. in cons.216. vol.2. declaratur.

10 Princeps qui potestate (quod Deus auertat) abuteretur non exerceret potestatem sibi diuinitus, vel humanitus concessam.

12 Princeps si quid agit contra ius diuinum, vel naturale sine iusta causa peccat, & actus corruit, si contra ius positiuum peccat, & actus tenet, & nu.14.

13 Causa iusta existente ius diuinum, vel naturale non impugnatur, sed declaratur.

15 Impotentia malè agendi, siuè intrinseca, siuè extrinseca auget perfectionem, sed intrinseca est excellentior.

16 Principatus quo tempore, & ad quid fuerit institutus, & nu.19.22.&24.

17 Homines ab agresti vita ad consortium redacti nonnulla instituerunt.

18 Bonorum particularium quæ nullius sunt acquirebatur, & nunc acquiritur dominium ob priuatam vtilitatem, quod secus est in principatibus, & num.seq.

20 Principes aliquando electi à Deo Optimo Maximo, aliquando ab ipsis populis, & qualiter.

21 Principatus iusti ad solam electionem reducuntur.

22 Electio Principum esse potest expressa, vel tacita.

23 Principi multa tribuuntur ad decus, & ad felicem gubernationem, & nu.25. 59. & 60.

24 Principatuum præcipuus finis est felix gubernatio.

26 Princeps nec potest Regnum diuidere, nec eligere successorem alium quam de sanguine Regio proximiorem, & in eodem grudu natu maiorem, & num.63.

27 Subingressio in linea descendenti datur in infinitum quoad successionem in bonis particularibus, non autem in Principatibus, & ratio differentiæ cum numer. seqq.

28 Ducatus Montis Leonis fideicommissum institutum cum expressione subingressionis.

29 Oldrad. in cons.94. defenditur à reprobatione Camerarij cū distinctione, vt ibi.

30 Filius primogeniti si maioris ætatis esset quam patruus ex omnium consensu præfertur illi.

31 Principis bonum priuatum augent omnia sibi vetita ob bonum publicum.

32 Princeps necessitate vrgente alienare potest etiam regulariter alienari prohibita, & num.41.43.45.51.65.&69.

33 Princeps in dubio præsumitur vti potestate ordinaria.

34 Princeps habet bona triplicis generis quorum alienatio prohibita, vel permissa discutitur in numeris seqq.

35 Principis bona propria sunt multis modis, inter quos numerantur excadentiæ si tamen occurrunt in bonis quæ tempore concessionis erant, propria nā aliter reuertuntur ad pristinam naturam, & num. 36.

37 Principum introitus sunt ipsorum proprij iuxta intrascriptam declarationem.

38 Principes decet liberalitas non prodigalitas. Et quæ sit liberalitas in Principe declaratur in num. qq.

39 Virtus tenet medium abhorrens extrema, & quod sit virtutis medium.

40 Magnificentia exerceri potest à principibus, non à priuatis personis.

42 Liberalitas Principis in quibus bonis collaudatur.

43 Principum bona demanialia quæ sint, & quomodo illorum alienatio permittitur, vel prohibetur in num.seqq. & ex quo contractu num.51. & quid ex necessitate, num.52.

44 Introitus Regales non minui, sed potius augeri expedit ex multis rationibus.

46 Princeps regulariter (vbi non adest cōtraria prouisio specialis) vtitur iure priuati.

47 *Bona destinata ad certum vsum non sunt ad alium transferenda.*

48 *Alienationis magna, vel paruæ distinctio in prohibitis alienari non admittitur.*

49 *Donatio vltima si præcedentes redit immodicas quid dicendum in priuato, & quid in Principe.*

53 *Andreæ theorica in constit. dignum plenè declaratur.*

54 *Clausula ex certa scientia indicat vsum potestatis absolutæ.*

55 *Iusta causa quæ sit, ex qua potest princeps alienare demania, & num. 70. & 71.*

56 *Causa iusta alienandi esse non potest, vbi corona nimium læditur ex alienatione qua proinde tali casu numquam permittitur.*

57 *Vassallorum consensus necessarius esset, vbi vellet princeps alium sui loco constituere se abdicando, alias seruatur distinctio introscripta, & in num. 68. & 69.*

58 *Donatio Constantini fuit vera, & valida ex quadam specialitate quæ firmat cōtrariam regulam extra illum casum.*

59 *Subditorum alienatio affert preiudicium vniuersale ipsi coronæ, & particulare ipsis vassallis ob duplex interesse, & num. 61.*

62 *Princeps non potest se eximere à suprema potestate erga vassallos illis inuitis.*

63 *Rex Catholicus iustissimè non permisit in hoc Regno diuisionem nec extraneū principatum, quod & seruare omnes Reges tenentur, & horum ratio.*

64 *Vassallis non permittitur præiudicare Domino circa ius vassallagij in earum personis.*

66 *Vassallorum interesse maioris subiectionis in eorum alienatione quomodo est considerabile, & num. 68.*

67 *Mediolanensis consuetudo circa vassallorum subiectionem alteri deferendam est corruptela, quæ à minus iusta origine ortum desumpsit.*

70 *Potestas absoluta vt exerceatur à Principe requiritur causa nimis vrgens, & necessaria.*

71 *Causa iusta præsumitur in vsu potestatis absolutè, vbi contrarium clarissimè non apparet.*

72 *Potestatis supremæ vsus vix creditur vbi euidentissimè non constat voluisse Principem illa vti.*

73 *Catholicum Regem nostrum inuictissimū certo confidimus in hoc casu potestate potestate absoluta non vsurum.*

ALLEGATIO X.

Pro Ciuitate Cosentiæ in causa venditionis suorum Casalium.

In Dei nomine Amen.



Causa hæc merito grauissima iudicatur tum ob ipsius litis æstimationem, tum etiā quia omissa discussione aliquorum priuilegiorū quibusdam Casalibus concessorū de quibus doctissimè Domini Collegæ loquuti sūt defendere instituimus articulum generalē, quod nō licet Principi de potestate ordinaria suos vēdere vassallos demaniales, quem articulum asserit Fisci patronus esse pro se nimis clarum, & nimis augere Regiam dignitatē.

Nos autem vtrumque negamus asserentes opinionem pro nobis esse iustam equā, et receptissimam, Magisq; Regis seruitiū præferre, siuè eius coronæ Maiestatē, siuè Regnorum soliditatem, & fęlicem gubernationem intueamur.

Vtrumq; vt pateat commemoro prius qua-
1 liter apud Principem (tali nomine comprehenditur quisquis cæteris ita præest, vt superiorem non recognoscat, vt in c. in Apibus, 7. quæst. 1. & in clem. vnic. in vers. nisi Regum, & Principum, vbi glos. de Baptism. latè Suar. in alleg. 6. nu. 13.)
2 duplex reperitur potestas, quarum alteram legalem, & ordinariam, alteram legibus

bus absolutam appellant Bald. in l.2.C. de seruit.& aqua,& in l.fin.vbi ferè omnes reliqui C.si contr.ius,vel vtili.publ. Angel.in l. item si verberatum §.1.ff.de re iudic.& in l.Antiochentium ff.de priuileg.cred.Ias.in l.si quis §.si is pro quo num.10.ff.quod quisq; iur.Curt. Iun. in cons.1.num.19.& cons.174. nu.8. Canonist.in cap. quæ in Ecclesiarum de const.Multi in pluribus locis,quos recēset cap.idem firmās in decis.166.nu.12. & 13.& benè Paul.in l. si testamentum C.de testam.& Andr.pluries in cap.1.§. fin.de cap.qui cur. vend. & in c.1. quæ sint regal.in verb.Flumina, & in verbo Bona.

Et quamuis aliqui moderniores vtantur alijs verbis magis proprijs,tamen idem est
3 sensus; Inquiunt enim potestatem absolutam reperiri solummodò apud Deum Opt.Max. qui potest, quicquid vult, & sic est potestas,vndiq; absoluta,at non potest velle, malum, & sic est potestas vera, & ordinata; Hoc autem non posse mala nō oritur ex extrinseca cohertione, sed ex propria infinita perfectione, quæ non admittit imperfectionem;Homo verò,qui potest velle,quæ non licent, non est capax liberæ potestatis, & pro suo
4 velle absolutæ, omnis enim potestas à Deo est,qui illam filio suo, in quo similiter nihil erroris adesse potest,dedit vndiq; absolutam in Cœlo, & in Terra Matth.cap.vltimo,& Ioann. cap.13.ter-
5 renis verò Principibus quantumuis supremam, attamen limitatam tribuit potestatem iuxtà legis diffinitiones, vt per Alex. in cons.216.vol.2.post Arist.in 3. Polyt.cap.vlt.& fatentur idem Andr. in locis prædictis,& ferè omnes reliqui su-
6 pra relati,dum asserunt posse Principem tali absoluta potestate vti solummodò ex causa;Ergo non pro suo libitu,sed similiter ex legis permissione ,tribuunt enim leges minoribus Iudicibus potestatem
7 quandam,maioribus autem maiorem, sed Principi maximam,ex qua potest ex sola conscientia, quicquid possunt Iudices cum causæ cognitione, & alia multa supra leges,quæ non licent Iudicibus,licent sibi ex hac plenitudine potestatis,vt ipsi declarant præsertim Paul.in dict. l.si testamentum Luc.latissimè in l.fin.de locat.præd.ciuil.col.4.in 18. ratione cū
8 sequentibus; Ipse est enim lex animata §.fin. in auth.de consul: sed eadem ratio, quod est lex animata, indicat vsum huiusmodi supereminentis potestatis requirere causam iustam,& rationabilem sicut legem esse debere, dicitur
9 in cap. erit autem lex 4.distinct. Qua in re cautè legendus est Alex. in eo quod fortè culpa impressoris,legitur in d.consil.216.num.16.& 17. vol.2. nam contradiceret veritati,& doctrinis per ipsum allegatis, & sibi ipsi in princ. consilij,&
10 nu.19.& 20.Etenim (quod Deus auertat) qui pro sua potentia iniusta perageret audiret tex. in cap.scelus 2.quæst.1. glos. in psalm.50. in verbo tibi soli peccaui,& glos.& Doct.in clem. vnic. de Baptism.Thom.in 1.2. quæst.97. art.4. Et pluries in eo libello (si eius est) qui inscribitur de Regim.Princip.Andr.in prohem.const col.5.Innoc.in cap.innotuit de elect.Abb.in c.de multa de præben.Lucam in l.qui fundus C. de omn. agr.desert.lib.11.latè Fel.in c. quæ in Ecclesiarum de const.num.25. Parid. in tract. de sindic. sub cap. de excess. reg. col.3.Doct.in l.fin.C.si cōtr.ius,vel vtil. publ. & alios dicentes, quod tunc sua potentia abuteretur non autem vteretur potestate sibi diuinitus, vel humanitus attributa;Sic declarant Couar.var.resol. lib.3.cap.6.nu.8.Fort,Garz. in l.Gallus §.& quid si tantum num.290.Arius Pinell.in rubr. C.de rescind.vend.nu.25. Cotal.in l.frater à fratre ff.de condit.indeb.num.71. Alciat. respons.23. lib.5. num.21.

Qui vt dixi loquuntur magis propriè, sed antiquorum idem est sensus nempè, vt
11 potestas ordinaria legum tramites non excedat, suprema verò eadem lege permittente possit, sed non debeat, nisi ex causa

12 causa exerceri; Atque hinc oritur, vt si quid Princeps quantumuis de plenitudine potestatis ageret sine iusta causa contra ius diuinum, vel naturale, quorũ vtrumq; certum est, & immutabile tunc peccaret, nec tale gestum subsisteret; Di-
13 xi absque iusta causa, nam tali causa existente nõ impugnatur, sed potius declaratur ius diuinũ, vel naturale, in quibus semper prospicitur maius bonum, prout dixi in allegatione pro fidelissima Ciuit. quæ est 16. circa finem; Si verò aliquid ageret iniustè, & sine causa cõtra ius po-
14 sitiuum, peccaret vtique & ipse, & qui talibus gestis vteretur, sed ad vitandum scandala controuertendi gesta per Principem circa ius positiuum, quod est variabile, & cuius ipse Princeps est moderator; Hoc vtiq; in foro fori firmum esset, & sic seruandũ prout concludit glos. in l.fin.ff.de const.Princ.Abb.in cõs.84. in 1.par.vol.j.& benè colligitur ex And. in constitutionum Probem.col.5.in fin. & col.6.declarat D.Thom. in 1.2.q.96. art.4.& 6.habetur in c.non est voti iuncta glos.extra de vot. Et cæteris recensitis comprobat Couar.in dict.lib.3. c.6. num.9. Et in Epit.de matrim.cap.6.§.9.

Istis positionibus addamus sententiã Aug. contra faustum in eo libro, quem contra ipsum nominatim composuit, vbi docet impotentiam bene agendi malam esse, sicut bona est impotentia faciendi mala, qua glorificati, & in gratia confirmati coronantur, & sic ad malum impotẽs est Deus ipse, prout supra dixi, & declarat D.Thom.in 1.par.quæst.25.art.3. Et li-
15 cèt excellentia huius impotentiæ sit vbi est intrinseca, tamen & extrinseca mali prohibitio perfectionem addit non autẽ potentiam debiliorem c.faciat 22.q.2.l. fili us qui ff.de cond.instit.Oldr. in consil.93.col.2.And.in c.1.col.2.de contr. inter dom.& empt.Innoc. in c. fraternitatis de frigid. & malef. & in c.accedens de concess.præbend.ad quod multa per Aym.in cons.241.nu.20.vers.Nec Princeps ex quibus omnibus sequitur maiorem esse perfectionem Principis agere non valentis, quæ sibimet nõ expediunt.

Videamus ergo si potest, vel non potest Princeps, & insimul si expedit sibi, vel nõ
16 expedit homines demaniales alienare; Pendẽt hæc ex cognitione Principatus, cuius à priuatorũ Fortuna nimis est dissimilis ratio; Si quidem inter primos homines ab vno Adam descendentes Principatus esse non poterat eo tẽpore quo, pęcora, & agri, et ea omnia, quæ fortunę bona appellamus non secus, atque aer, & imbres erant comunia, Donec perspi-
17 catiores quidã indignè ferentes, vt agerent homines quasi bruta vitam agrestẽ intellexere insimul vitæ cõmunionem dulciorem futuram, atq; commodiorẽ, vt per Arist.in 1.Polyt.c.2. et per Tull. de Amicit.circa princip. Atque sic rudes illos, et penè ferinos per agros fusos cęperunt blanda, oratione allicere, et sequentes in vnum adducere, Idq; est qđ de Orfeo, et Anfione antiquitas fabulabatur; Tunc contractus commercia, et alia nonnulla, quæ prius non aderant, postmodum in cõmunione vitæ necessitas edocebat, vt in l.ex hoc iure ff.de iustit. et iur. Inter quæ duo commemorãtur, de quibus præsens est sermo, nempè dominia distincta, et Regna condita.

Duo hæc eodem iure, eodemq; tempore cœperunt; sed diuersa fuit origo, diuer-
18 sus finis; Nam dominia rerum, quæ in bonis erant nullius ab occupante acquirebantur, vt ibi declarat glos.et in §. singulorum instit.de rer.diuis. Sicut et nũc in bonis, quæ nullius sunt procedit text. in §.item Lapilli inst.eod.titul. Et huius acquisitionis finis erat, et nunc est commodum acquirentis, et habentium cau-
19 sam ab ipso. Regnorum autem dominia non sicut lapillorum, et pecudum acquiri poterant, nec quisquam potuisset suo fratri inuito esse superior; quod et inter bruta eiusdem speciei non accidit; Verũ quia meum, et tuum adinuẽtum litibus, et discordijs præbebat causam, Rixę diuersimodè in comunione vitæ oriebantur,

tur, nec minus extrinsecus ab hostibus, vel prædatoribus vexabantur expediens visum fuit confusionem illam dirigere, & aliquem ingenio excelsiorem, vitaq; & moribus præstantiorem eligere, qui ciuiles controuersias sedaret, & externas iniurias prohiberet, & sic diuersa fuit origo, nempè nō proprius actus acquirendi, sed ab alijs facta Principis electio prout ex verbis sacræ Scripturæ colligit Bar. de reg. Ciuit. num. 11. in vers. At enim & Arist. in primo Polyt. cap. 4. cū seq. Cicer. de inuent. lib. 1. Patr. de instit. Reipubl. lib. 1. cap. 3 Et habetur in iure nostro in l. 1 ff. de cōst. Princip in §. sed & quod Principi inst. de iur. nat. gen. & ciuil. & in l. 1. vers. cum enim C. de veter.
20 iur. enucl Fuit autē facta electio aliquādo ab ipso omnium Domino, qui sic dignabatur apud Hebræos 1. reg. cap. 10. cum sequentibus reliquæ ab eisdem populis, vt latè per Couar. pract. quæst. c. 1. num. 1. & 2. & 4. dum quot quot populi fœ lere iungebantur vnicum sibi Regem eligebant, vt inquit glos. in dist. l. ex hoc iure in verb. condita, & ibi Paul. nu. 15. & annuit Iurisconf. in l. 2. de orig. iur.
21 Solius autem electionis meminimus, nā quamuis, & electione Principatus acquiri possint, & successione, & iure belli vindicatione, & tirannide, tamen explosa tirannide in 4. Polyt. cap. 2. & lib. 5. c. 10. quæ nec nominetur in Republ. Christiana præsertim sub Regibus iustitię exemplaribus reliquum est, vt successor pacificus, vel iusto bello vindicans ad primū legitimè electum, à quo ius trahitur deducantur, vt per Couar. in dist. cap. 1. & per Vasq. contr. Illustr. lib. 1. cap. 47.

Et electio iusta regulam text. in l. Paulus ff.
22 rem rat. haber. intelligitur tàm expressa, quam etiam tacita per pacificam, & diuturnam subiectionem, & obedientiā, per quam præsumitur approbari illum Principem, iuxta conditiones ad Principes, & populos spectantes altrinsecus, sicut post August. & alios probat Andr. in prælud. feudor. q. 2. num. 30. Aymon. in consil. 54. num. 4. & sic hominum principatus ab acquisitione bonorum originem habet diuersam, & etiam finem, nō enim priuatum commodum, sicut rerum acquisitio, sed totius communitatis bonum incluso præcipuè ipso Principe respiciebat; sic Principi honor, diuitiæ, obe-
23 dientia, & reliqua tribuuntur enumerata per Apost. ad Rom. cap. 13. quæ ipsum decorāt, simulq; idoneum reddunt
24 ad fœliciter gubernandum; Quæ fęlix gubernatio est primitus inspecta, ac necessa ius finis institutionis Principatuū, sicut vnanimiter disciplinarum omnium Sapientes memoriæ prodiderunt; Sic Plat. pluries in libris de leg. & de Rep. pluries Arist. in lib. 5. Ethyc. & in 3. Polyt. c. 11. Xenophon. in vita Cyri lib. 1. Cicer. de leg. lib. 2. et offic. lib. 1. et in orat. pro lege manilia, Plutarc. in eo libell. cui nomen Principem debere esse doctum Senec. in lib. de clem. et de consolat. ad Polib cap. 26 Aelian. de variar. Histor. lib. 2 Quo tendit illud Ouidianū in 2. Metamorph. lætus erat, mistoque oneri gaudebat honore.

Item ex nostratibus glos. in clem. vnic. de Baptis. And. in proem. cōst. col. 2. 3. et 5. circa fin. et col. 8. et 13. Bar. in trac. de Guelf. et Gibell. nu. 9. et iterum in tract. de Regim Ciuit. nu. 1. 3. 7. et 8. Luc. de Pen. in l. militaribus C. de decur. lib. 10. Alber. et alij subsequentes in l. decernimus C. de Episc. et Cler. Oldrad. in consil. 94. Gregor. Lop. et alij in l. 1. & 2. par. 2. lib. 1. Card. in Clem. pastoralis de re iudic. Abb. in cap. intellecto nu. 3. de iureiuran. Nicol. Boer. de author. Magn. consil. in addit. magn. num. 131. Calcan. in consil. 327. lib. 1. cum cæteris latè relatis per Marc. Mant. in lib. 1. loc. com. c. 112. per Fulgos. in cons. 61. per Curt. Iunior. in cons. 170 per Ferdin. Loaz. in cons. pro March. de Velez fol. 54. nu. 65. per Vasq. contr. Illustr. lib. 1. cap. 47. Pluries Bouad. in eius Polyt. & alij recentiores.

Sed præcæteris Theologorum scola ita

ita hoc firmat, vt acerrimè inuehat cōtra eos, qui hanc veritatem quoquomodo glosare, vel adumbrare niterentur, quasi contra Apost. qui ad Rom. cap. 12. testatur illos pro communi bono præesse in sollicitudine, Quæ verba ampliat Imper. in l. bene à Zenone §. pen. C. de quadr. præscrip. Sic portare orbē idest (exprimendo continens pro contento) homines in orbe viuentes, & consequenter hominum subditorū necessitates glosat Gregorius in Iob. lib. 8. cap. 13. & similia leguntur in lib. Iud. c. 8. 1. Reg. cap. 10. Isaiæ c. 40. Ezechiel c. 34. Ex quibus, & alijs sacræ Scripturæ locis nomen Regibus designans ministerium tribuentibus Pastorum, Rectorum, & Protectorum confirmatur Homeri sententia, Regnum esse Imperium suaptè natura paternum. Adstipulatur Cassiodor. Epistolar. lib. 4. Epist. 42. Quod et ipso Regis nomine designari latinè à regendo docet Iurisc. in l. 1. in vers. regimentis ff. de offic. præfect. prat. Isid. in libr. Etymolog. in verb. Reges Græcè autē à Basi, in quo populi requiescāt obseruat Gregor. in prædict. cap. 13. & lib. 24. cap. 20. concordant in hac sententia August. non semel de Ciuit. Dei lib. 2. & lib. 4. c. 3. Chrisost. homil 6. ad Popul. Antioch & ad Apost. in 2. ad Corint. serm. 15. Th. in 2. 2. q 185. Et de Regim. Princ. c. 15. Aegyd. Rom. in eod. tract. quem latè prosequitur Bar. in tract. de regim. Ciuit. Bernar. in Epist. ad Eugenium Papam latè Dom. Sot. de iust. & iur. lib 1. quæst. 5. art. 1. & iterum lib. 4. q. 4. artic. 2. Alphons. de Castr. de potest. legis Pœnal. lib. 1. c. 1. Alphons. Guerrer. in Thes. Christ. relig. cap. 54. num. 1. 19. & 52. Quos præter morem (paucis enim vt plurimum soleo, & vetustioribus inniti) volui nunc paulò diffusius recensere, vt intelligatur indubitatam esse hanc veritatem, quæ Basis est nostri discursus, nempè quod Principum potestas principaliter tendit ad bonum commune, & pro communi bono adin-
25 uenta est; Et proinde ex regula l. 2. ff. de iurisd. omn. Iudic. & l. ad rem mobilem ff. de procurat. concludunt Thō. Aegid. Bar. Oldrad. Couar. Sot. vterq; Alphōs. & alij nonnulli ex recensitis, vt omnis potestas, & amplissimè ea omnia concessa fuerint, quæ perfectam, & fęlicem gubernationem coadiuuant, & sic è contra.

Ex qua radice multorum dignoscitur ratio, quæ prima (vt aiunt fronte) videntur regulas cōmunes effugere, quarum duas; aut tres notatu dignas, quæ magis prædicta confirmant breuiter annotemus; vt ecce bona sua (nam ad sui commodū sunt quæsita) diuidit donat, & moriens legat quisquis, prout vult debitis tātum portionibus, siuè naturaliter, siuè priuata
26 aliqua lege non fraudatis; Princeps verò, nec Regnum diuidere, nec alium eligere potest successorem, quam filium, eumq; primogenitum, quia Regni vnitas necessaria est ad commune bonum; & quia sanguis Regius, isq; proximior semel prospectus fuit ad discordias cōfusiones, factionesq; vitandas, & quia inter pruximiores eiusdem gradus ætate maior prudentia creditur excellētior, prout hæc omnia post Arist. in 7. Polyt. latè probantur per Oldrad. in d. cons. 94. & in cons 231. circa fin. Bald. in l. fin. ff. de rer. diuis. & in Auth. hoc amplius C. de fideicom. & in prohem. feudor. sub cap. incip. Aliqua sed pauca in vers. An Rex Guid. Pap. in decis. 376. & 387. Innoc. in cap. grādi de suppl. negl. prælat. And. & Affl. c. in const. dignum, Couar. in locis prædict. & Doctor. in c. licet extr. de vot. & in c. intellecto, vbi Abb. num. 5 de iure iurand.

Similiter quia amor descendit, vt satisfactū
27 sit huic naturali voto, quo ad bona priuatorum, quæ ad proprium, cuiusq; cōmodū acquiruntur statuta est subingressio in linea descendenti in infinitum, ita vt nepotes succedant vna cum filijs S. cū filius de hæred. quæ ab intest. defer. §. si igitur in auth. eod. tit. & in auth. vt fratrum filij in rubr. & nigr. & etiam ius primogenituræ in descendentibus à primogenito

mogenito conferuetur fecundum veriorem opinionem, quæ mox dicetur; Et ex hac fpecifica ratione exprefsè in Maioratu Ducum Mõtisleonis fuit ifta fubingreffio petita, & fic per Imperatorem
28 Carolum V. Inuictiffimum conceffa, & declarata in fuis priuilegijs de an. 1526. & 1533. Sed in Regnis, in quibus attenditur bonum commune ceffat fictio reprefentationis, ficut latè deductum fuit per modernos Sapientes in eorum allegationibus, & confultationibus circa fucceffionẽ Regni Lufitaniæ, quas vidi manufcriptas, & vnũ impreffum eft feriosũ Confilium Michaelis de Aghir; in cuius fecunda parte num. 181. cum multis fequentibus, & num. 310. talem in Regnis reprefentationis fictionem excludit, ita vt ex veritate, ficut inter fratres, ità etiam inter patruũ, & filium fratris quantum ius primogeniti infpiciamus natu maiorem, qui habilior eft ad regimen, vt per Luc. de Pen. in l. nepotes in verf. Hanc materiam C. de his qui num. liber. lib. 10. Ac proinde quo ad Regnorum fucceffionem cogitãdum eft fi contra bonum cõmune fieri potuit lex, de qua per Couar. in lib. 3. variar. refol. c. 5. col. fin. Sed potius iuftiffima cenfenda eft fententia Summi Pontificis pro Roberto contra filium primogeniti, quam obtinuit in anno 1309. in Ciuitate Auenionis, vbi tũc Apoftolica Sedes refidebat; Quæ fententia nullo pacto in fucceffione fubditorũ lata fuiffet; ficut idem Robertus in eadẽ ciuitate, & fimiliter cum interuentu Cardinalium prętulit filium primogeniti cõtra patruum in fucceffione Comitatus Sancti Seuerini, prout legimus apud Oldrad. in conf. 224. in princ. & in final. verbis, in quo confilio vna cum alijs ibi recenfitis Oldrad. ipfe ita confuluit, qui
29 tamen in fuccefsione Regni contrarium affirmauerat in conf. 94. col. 6. in princ. Quam de re dum allegatur in hoc confil. 94. per Camer. in cap. Imperialem fol. c. col. 1. in princ. non meretur reprobari in eodem fol. c. col. 4. in fin. ex communiori opinione Doctorum in c. 1. de nat. fuccefs. feud. dum ibi Doct. loquuntur de fuccefsione fubditorum, in qua fpecie Oldrad. idem confirmat in confil. 224. & fic de regulis non recognofcentibus fuperiorem intelligendus eft Frecc. de fubfeud. in differentijs inter feuda regalia, & reliqua in different. 9. & 33.

Et cum hac diftinctione, quæ oritur ex fententijs Pontificis, & Regis, tunc approbara per talem Iurifconfultum eo tẽpore fcribentem, conciliare poffumus Doctores innumeros in hoc articulo inuicẽ diffidentes, & innumeras rationes, pro vtraq; parte afferentes, quas inter vetuftiores latè recenfent Oldrad. in dic. confil. 224. & Luc. de Penn. in l. 1. C. de priuil. eor. qui in facr. Palat. lib. 12. Et inter mopernos Couar. in dict. cap. 5. Grãmat. in decif. 1. Tiraq. de iure primog. quæft. 40. & alij recentiores; Quæ diftin-
30 ctio confirmatur ex illa cõclufione, abfq; controuerfia recepta, quod fi filius primogeniti effet patruo maior natu ipfe fuccederet ex eadem ratione communis boni, quod à maiori natu fperandum eft, vt per omnes relatos per Tiraq. in loc. prædict. num. 6.

Ac denique omiffis alijs corollarijs, quæ innumera afferri poffent, ex eadem radice communis boni oritur non poffe alienare quædam mox annotanda, & (ne promiffi obliuifcamur) cum eifdem impotẽtijs præcipuè fęliciorem gubernationem refpicientibus, annexum eft etiam maius
31 bonum eiufdẽ Principis: Maior eft enim fui principatus foliditas dum Regna integra conferuantur, & ab ipfis, eorumq; defcendentibus fęliciter gubernantur. Eximitur etiam Princeps à moleftia importunè petentium, prout illos naufeat Imperator in l. 1. in §. fed quoniam C. de petit. bonorum fublat. lib. 10. Et maiori affectu coniunguntur animi fubditorum, qui perpetuò feruiẽt fuo fanguini, & minus timent à Principe diuite tributis extraordinarijs vexari, ficut bene

confiderat Honorius Papa in fuis capitulis circa præfens Regnum, & propriè in eo, quod incipit, ficut autem collectę, cuius meminit Lipar. ad Andr. in c. Imperialem num 44. circa fin. lit. B. Neq; ex
32 hoc vrgens neceffitas viam reperit præclufam, occurrunt etenim iura Principũ facilitati, prodigalitati, aut alteri nõ laudandæ ad alienandum procliuitati, At verò vbi pro fua confcientia dijudicaret fœlici gubernationi expedire aliquam alienationem, etiam de alias prohibitis permittetur vtiq; vt infra dicetur; ficut & medicus pro faluando corpore membrũ affligit: Qua in re talia mihi oretenus differenti dixit iocosè minifter quidam poffe tales claufulas in vendirione iftorum cafalium apponi ex quibus vrgens neceffitas, & proinde fupremæ poteftatis vfus eliciatur, cui ferio refpondi, nec dubitare me talia, & maiora licere Principi ex iufta caufa, nec meum effe inquirere, fi talis iufta caufa in cafu noftro adeft, fiuè non adeft. Hoc munus eft illorum, qui Regi confulunt, eofque reuerenter exoratos velim vt vbi talia occurrunt cogitent, ac perpẽdant, quæ & qualis effe debeat iufta caufa, quæ in Principe excitet plenitudinem poteftatis, vt infra dicetur num. 70. Nunc verò in hoc tribunali ad iuftitiam miniftrandam erecto, in quo ius fuum perfectiffimè vnicuique tribuitur, & in quo Fifci patronus petijt declarari licitum effe Regiæ Curię ifta cafalia vendere, non aliud inquirendum eft mihi, nifi an venditio iftorum cafalium licita fit Regiæ Curiæ de pote-
33 ftate ordinaria, quæ in hoc Tribunali profpicitur, atque feruatur, & qua in dubio ipfe Princeps vti præfumitur l. fi quando in Princ. C. de in offic. teftam. l. bonorum, vbi Bald. C. qui admit. notat Innoc. in cap. innotuit de Iud. Alex. in conf. 216. num. 10. vol. 2. Bald. in l. 2. C. de commun. rer. alienat. Angel. in l. bene à Zenon. C. de quadr. præfcript.

In quo articulo alienationum de poteftate ordinaria, vel de poteftate abfoluta cõmemoro quod huiufmodi alienationes circa triplex Principis patrimonium funt
34 confiderabiles. Primo, quo ad bona propria; Secundo quo ad bona, & iura demanialia Regno annexa. Tertio, quoad vaffallos fibi immediatè fubiectos.

Bona propria habet Princeps non vti Prin-
35 ceps, quæ Andr. in c. Imperialem nu. 49. appellat de dominio non de demanio, & alibi appellat bona patrimonialia non fifcalia, nempè in prohem. conft. col 13. in verf. non obftat veluti aurum gẽmas, & alia mobilia, & etiam immobilia non ipfi Regno vnita, fed aliundè peruenta, ficut Tiberio ex fucceffionibus, quas refert Tacit. annalium lib. 2. fic legata fit deuolutiones, vt §. fin. in auth. vt nulli iud. fic excadentię, quæ multis ex caufis occurrunt, vt per Andr. in cap. Imperialẽ in § præterea Ducatus num. 49. in verf. illa, quæ excidunt; Modo tamen fint bona, quę alias fuerãt feparata, vt per Aym. in conf. 54. num. 1. poft Soc in conf 4.
36 col. 4 in fin. vol. 3. Nam fi erant de demanio non potuerunt concedi ad libitũ vt infra dicemus, fed folum ex caufa, prout fubdit Andr. in eod. num. 49. & tunc illa fpes reuerfionis eft eiufdem naturæ, ita quod eueniente deuolutione ipfa res tamquam de demanio non alienabitur, nifi fimiliter ex iufta caufa, vt p Andr. in conft. Dignũ in verf. Sed quid fi vna iuncto verf. fed certè. Sic hoftium
37 fpolia, vel Thefaurũ ex reditibus fuperfluis collectum poft fumptus fœlici gubernationi neceffarios, & vltrà oportunè conferuandum pro Regni tuitione, cum quibus circumftantijs eft intelligendus Andr. permittens liberam difpofitionẽ de fructibus in §. ex eadem lege nu. 10. circa fin. de leg. Corrad. & ibi Affl. nu. 4. Sic ex ipfis reditibus fuperfluis comparata, & fimilia, in quibus clarũ eft, quod fi quilibet rei fuæ, eft moderator, & arbiter idem dicemus de Principe, vt per Andr. in §. præterea ducatus num. 45.
38 verf. Quantum ad id. Imò multò magis idem licet Principi quem fummopere, decet

decet liberalitas modo non sit prodigalitas, quoniam & Principes non eximuntur à regula, nè quid nimis, nè fortè dum beneficare autumant dissipare dicantur, sicut Diocletiano ex Epicarmo exprobrauit Plutarc. in vita Publicolæ, tenet si
39 quidem virtus semper medium abhorrës extrema penès, quemcumq; vt inquit Filos. in 2. Ethyc. probat latè D. Thom. in 1.2. q.64. Sed verum est quod sicut declarat idem Filos. & Tho. in ea q.64. art. 2. hoc medium non est rei, sed rationis, & sic medium in Principe iuxta maiorem sui animi, & opum exuberantiam excedit extremũ alicuius priuati, in quo talis largitus esset vitium prodigalitatis,
40 & è contra in Principe erit laudanda liberalitas, & sępè etiam laudabilis magnificentia, quam exercere non valent homines in minori fortuna cõstituti, vt per Arist. eiusque interpretes in 4. Ethyc. Thom. in dict. q.64. artic. 1. ipsi enim, & multum dantes parum dare videntur l. sed & si §. 1. vbi glos. ff. de Iudic. Oldrad. in cons. 159. circa fin. in vers. nec obuiat magnitudo, facit tex. cum glos. in c. & si quæstiones de Simon. & de donatione talium bonorum patrimonialiũ specificè collaudatur Tiberius apud Tacitum in prædicto annalium lib. 2. de quibus etiã est celebris sentẽtia Adriani quam refert Paulus Iurisc. in l. vnic. ff. de Portion. quę
41 liber. damnat. conced. ille enim filijs decedentium malebat bona sibi relicta ap-
42 plicari, prout in eius vita annotat Spart. Idemq; de Antonino Pio refert Iulius Capitol. Et in hoc Domitianus (alioquin improbus Imperator) laudatur per Suet. in illius vita cap. 9. Et similiter in talibus bonis specificatur, & approbatur largitio ab Imperatore in l. 1. in fin. C. de petit. bonor. sublat. lib. 10. modo ex importunitate non processerit, vt ibidem dicitur, & huc tendit Andr. in c. Imperialem in §. præterea ducat. num. 49. dum existente legitima causa vult etiam deueniri ad demanialia in defectum patrimonialiũ, & clarius Bar. in 1. constit. ff. in princip. num. 14. vers. sed si quis, atque de hac liberalitate in istis bonis exercenda intelligendi sunt Doctores, qui ad liberalitatem, & magnificentiam Principes exortantur, vt in l. cum multa, vbi Doct. C. de Bon. quæ liber. Inn Archid. Ioan. Mon. & Io. Andr. in c grandi de suppl. neglig. Prelat. Oldrad. in cons. 252. Andr. in c. 1. §. huius autem num. 5. ex quibus caus. feud. amitt. Luc. in l. fin. C. de præd. ciuil. lib. 11. Io. Andr in add. ad Speculat. de Iurisd. omn. Iud. in vers. vidisti col. 2. ign. in l. donationes la 2. C. de donat. inter vir. & vxor. Barbat. in consil. 18. col. 2. Francisc. Marc. in decis. 87. par. 1. nu. 15.

Et sic conciliabitur contentio, quam inter Sapientes nusquam conciliari dicebat Bald. in consil. 277. prout illum refert Afflic. in prohem. const. quæst. 24. circa fin. Nam quo ad ista bona, quæ penès Principem sunt omninò libera non modo disponi ad sui libitum, sed laudatur liberalitas, & magnificẽtia, & procedunt authores prædicti; Quo verò ad alia bona, quæ non sunt omninò libera, non potest omninò libera esse dispositio, & procedunt tradita per alios Doctores mox annotandos; Et sic in specie distinguit Io. de Plat. in l. prædia col. fin. in 7. argum de locat. præd. fiscal. lib. 11.

Secũdo igitur habet Princeps bona dema-
43 nialia annexa Regno, quæ nõ aliter adipiscitur nisi cum ipso Regno, & pro fęlici gubernatione ipsius Regni à prædecessoribus sunt retenta, vt per Andr. in c. Imperialem num. 48. Et hæc habet sicut ipsum Regnum, vt per And. in rubr. quę sint Regal. & quasi vnum corpus, vt inquit Bald. in Prohem. feud. in 1. diuis. in vers. Et ideo quæ latè probauimus possideri non simpliciter pro bono Principis, sed pro bono communi incluso prę-
44 cipuè ipso Principe; Suadet autem publica vtilitas, nè regales introitus minuãtur; sed potius augeantur, vt sic valent Princeps Hostes facilius debellare subditos minus vexare, bene merẽtes commodius remunerari, & reliqua huius generis

neris peragere, quæ à ditiori Principe perfectius fieri possunt ad beneficium totius Regni, cuius Regimen est sibi cōmissum, prout consideratur in d. c. Honorij, & per Andr. in c. Imperialē nu. 48. & 53. Bar. de regim. ciuit. nu. 12. Quarè
45 illos Regales introitus ad illud cōmune bonum destinatos non potest Princeps ad sui libitum minuere, & elargiri, vt in const. Dignum vbi Andr. in princ. & in c. Imperialem num. 49. à contrario sensu, cum alijs latissimè relatis per Io. ign. in l. donationes ff. de donat. inter vir. & vxor. per Neuiz. inter cōsilia Brun. in cons. 12 num. 64. cum multis sequentibus, & per Affl. in prohem feud. q. 24. col. 2. vers. Ex quibus infertur. Imò, & quia pecunia semel consumitur bona verò stabilia, iura, & introitus permanent, vēditio quoque ad libitum non permittitur talium bonorum, quæ debent suæ coronæ perpetuò deseruire, sicut etiam de Pontificibus statuitur in c. non liceat Io 1. 12. q. 2. Sic passim docebant omnes Regni sapientes, prout refert Andr. in c. Imperialem in §. præterea ducatus num. 44. in vers. oritur, & in const. Dignum circ. fin. inquiens quod mouebantur ex rationibus prædictis allegando etiam tex. in l. oēs C. de fund. patr. & c. 1. Epis. vel Abb.

Neq; hæsitemus circa verba Andr. quæ ibidem in vers. & hoc, videntur contradictoria, nam ipse loquitur de potestate, quam vocant absolutam, vt infra dicam; Illi verò sapientes loquuntur, sicut nunc loquimur de potestate ordinaria secundum, quam eorum sententia non habebat contradictorem, inquit enim sic dicere omnes Regni peritos, & de potestate ordinaria idem firmat Andr. ibi nam se remittit ad se ipsum in c. Imperialem, vbi hoc clarè docet in loco prædicto, & iterum à contrario sensu sub num. 49. in vers. Posset tamen, & dum loquuntur ita simpliciter, ita etiam simpliciter sunt intelligendi, vt de potestate ordinaria nihil per Principem alienetur, quoad demania sicut videtur sentire Bal. ponderans, qđ iurant nihil diminuere in prælud. feud. in cap. incip. expedita in vers. In contrarium, & verè illa verba, quæ leguntur in cap. intellecto, vt iura Regni conseruentur illibata non videntur posse admittere quamlibet diminutionem, quæ verba vltià locum prædictum ponderat etiā Bal. ibi, & Abb. num. 3. Luc. in l. quicumque col. 3. vers. & not. & col. 4. per totam C. de omn. agr. deserr. lib. 10. cum alijs latè relatis per Affl. per Neuiz. & igneum in locis prædictis.

Princeps enim vbi specialis legum prouisio
46 in contrarium non reperitur vtitur iure priuati l. item veniunt §. in priuatorum, vbi glo. ff. de petit. hæred. l. quod placuit ff. de iure fisci, Ias. in l. stipulatio ista §. alteri in princ. ff. de verb. oblig. Tiraq. de retract. lignag. §. 1. glos. 14. num. 100. nō autem reperitur vt Princeps contra regulam tex. in l. fin. §. sed quia C. commu.
47 deleg. bona destinata ad certum vsum transferat ad alium vsum præserrim ipsa bona extinguendo, quod euenit dum alienantur, imò contrarium in iure colligitur, quo ad ista bona demanialia destinata ad vsum adeo necessarium, qualis est viuere Regium, & bonum Regni regimen cū alijs benè consideratis per And. in d. num. 44. in vers. & ex his, & nu. 53. In princ. dum loquitur de potestate ordinaria, vsque ad vers. Dic quod si dicat &c. vbi incipit loqui de potestate absoluta, & per Luc. & alios supradictos.

Nec admittēda est distinctio si alienatio est
48 modica, vel magna iuxta illam Pontificiā permissionem quam refert Luc. in l. 1. de cap. ciuæ censib. eximend. col. 4. in princ. inquiens illam esse Alexandri vj. & permittere alienationem demanij, vsque ad annuum reditū vnciarum viginti, sed illam reperire nunquam potui; vnum scio quod talis mensura, numquam fuit obseruata, nec seruari potest, nam si adest iusta causa alienandi potest tunc vti potestate suprema, vt mox dicetur, & tunc ridiculū esset credere, vt necessitas eueniat semper talis, cui adæquatè occurri

possit

possit cum pecunia ex venditione talis reditus exigenda. Si verò iusta causa nō vrget, esset alienatio merè voluntaria, quę de potestate ordinaria sicut totum ita, & partem auferre non debet l. quæ de tota ff. de reiuendic. vltrà quod ex multis alienationibus modicis deueniretur ad vnam magnā, quę ab omnibus prohibetur, sicut considerat optimè Luc. in d. l. quicumque col. 4. in vers. interdicta, & col. 5. in vers. sic enim cū reliquis, vt per Neuiz in dict. cons. 12. nu. 66. circ. med. & sic applicantur tradita per Socc. in l. ait prætor col. 1. ff. de iure iuran. per Ias. in l. siue ff. de cond. sin cauf. & per Tiraq. de retrac. lign. g. §. 1. g'o. 7. nu. 40. & 46.

Quod si in multis alienationibus modicis
49 seruaretur id quod per transennam, & potius proponēdo dixit Andr. in const. Dignum in vers. vbi autem nempe vt ex vltima donatione, quæ præcedentes redit immodicas omnes corruerent, tunç maius esset inconueniens possunt enim ista vsu recipi inter priuatos, vt in glos. quam allegai in l. 1. C. de inoffic. test. sed vult dicere de inoffic. donar. in glos. magna in vers. idem ergo, & in tex. per glo. relato in l. si libertus in fin. ff. de iur. patr. sed in principibus, vt eorum largitas nūc teneat cras infirmetur; vtq; validitas gestorum ab ipsis subiaceat scrupulosè huiusmodi futuræ inquisitioni, & deueniatur ad examen adeò incertum, & ex quo totus mundus litibus inuolueretur, porrò hæc omnia vitanda sunt, vt per Afflic. in decis. 190. in vers. & si secus per text. cum ibi traditis in l. Cæsar ff de publ. & vectig. in §. illud in auth. const. quæ dign. in l. benè à Zenone C. de quadr. præscrip. in l. cum multa C. de bon. quæ lib. & in l. pen. C. de dona. inter vir. & vxor. Quæ in simili videntur inconuenientia eidem Andr. in c. 1. quæ sint regalia in verb. condemnatorum num. 49. Ex quibus tutior videtur opinio, vt de potestate ordinaria nihil alienet iuxta sapientes supra relatos, quibus adhæret Apost. alios addens ad Alex. in cons. 5. num. 19. vol. 5. & hęc sentētia ampliatur etiā in dispositionibus ex testamento per Corf.
50 de potest. Regia q. 8. per Neuiz. in dist. cons. 12. num. 64. per Perus. in rubr. de testam. lib. 6. col. 30. vers. Prohibētur testari Reges, & contrarium dicentes intelliguntur in alienationibus de potestate suprema ex iusta causa, vt nunc dicemus.

Neq; ex hoc tollitur infeudatio, aut alia
51 cōcessio pro seruitio, vel pro adhoa, vel pro alia præstatione, tunc enim non minuitur demanium, sed mutatur, & fortè augetur genus reddituum, vt per Oldr. in cons. 199. circ. fin. per Aym. in cōs. 54 nu. 2. claud. de Seill. in tit. qui feud. dar. poss. col. 3. vers. & hæc regula Afflict. in prælud. feud. q. 24. col. 2. vers. & nunc dico sicut, & bona Ecclesiæ taliter conceduntur §. emphyteosim in auth. de nō alienan. & hæc passim fieri de potestate ordinaria, colligitur etiam ex traditis per Camer. cum iuribus, & Doctoribus ibi relatis in cap. Imperialem fol. 6.

Neq; etiam præcluditur via remedijs opor-
52 tunis vbi necessitas eueniret supplet, enim tunc suprema potestas, ex qua potest, & vendere, & donare ex iusta causa, quæ semper requiritur in vsu potestatis, quam nuncupant absolutam, vt infra dicetur. Verum est enim quod nec decet Principem liberalitate carere, quæ virtus est, & præsertim in Principe collaudāda, nec semper dona coronam, diminuunt imò præbent sæpè anzam, vt opè beneficijs affectorū plus exaltetur, & augeatur. Pecunia quoque vltra exigibilem ex reditibus est aliquando necessaria, in quibus casibus donare, aut vendere non est contra bonum Regimen, & proinde circa demania consulit solummodò Honorius atq; suadet in capitulo supradicto, & esse suasionem notat And. in c. Imperialem num. 44. vers. vndè Honorius, nā iusta causa vrgente illis non vtens potius ipsi bono regimini aduersaretur, prout declarat Ioan. à Turrecrem. in d. c. non liceat 12. q. 2. Qua de re, & ipsa demania donat. aut vendit Princeps ex iusta

causa,

causa, sicut Andr. in cap. Imperialem sub num. 49. in vers. posset tamen permittit militi strenuo donari demanialia, si bona libera non adessent sicut explicat claud. de Seisell. in tit. qui feud dar. poss. col. 4 in vers. illud tamen, & sic etiam loquitur Capyc. in decis. 166. num. 5. 6. & 7.

Et sic intelligitur Andr. supra relatus in
53 const. Dignum in vers. & hoc, vbi loquutus fuerat de permissa alienatione demanij cum clausula ex certa scientia, quæ indicat vsum potestatis absolutæ ex iusta causa, vt infra dicam sub num. 55. & subdit quod hoc, idest hoc quãdo accidit, tollit idest non practicabilem redit opinionem omniũ peritorum, qui prohibent alienationem demanij, prohibent autem de potestate ordinaria (vt modo dixi) nam prohibitio cessat de potestate suprema, nisi in enormem læsionem coronæ, prout ipse paulò ante dixerat, & nos etiam plenius mox annotabimus.

Hæc autẽ intelligentia clarior reditur, quia immediatè ad illum versiculum And. ibi de tota hac materia se remittit ad se ipsum in § ex eadem lege de leg. Corrad. vbi magis differit de alienatione in præiudicium vassallorũ, de qua infra loquemur, & etiam se remittit ad se ipsum in §. præterea ducatus, vbi prius quærit de alienatione in præiudicium coronæ, & postea de alienatione, quæ continet etiã præiudicium vassallorum à nu. 44. vsque ad 50. & quo ad primam quæstionem, de qua nunc agimus dum sub num. 44. formiter quærit an Princeps possit alienare demania, adducit multa pro parte negatiua, quæ omnia, vt diximus procedunt de potestate ordinaria. Arguit postea pro parte affirmatiua, dicens quod omnia sunt Principis, vt in l. benè à Zenone, sed hoc intelligit Andr. quo ad protectionem, vt mox dicetur; non enim alienat bona alterius, nisi ex causa, vt per Doct. in c. quæ in Ecclesiarum de constit. latè Vasq. contr. Illustr. lib. 1. cap. 5. ergo similiter in alienatione demanij requirit causam, causa verò requiritur in vsu potestatis absolutæ, vt infra dicetur, nam bona propria alienat, vt quilibet ad libitum ergo ex illa lege incipit And. loqui de potestate absoluta, Idque confirmatur ex argumento subsequẽti, dum inquit quod inalienabilia alienantur ad huc iussu Principis, vt in l. apud Iulianũ quæ est 41 §. fin. ff. de leg. 1. qui iussus in eo tex. sine dubio est de potestate absoluta, præsertim circa Campum Martium forum Romanum, & ædem sacram, iuxta tex. cum ibi traditis per Doct. in l. Idem Vlpianus in fin. ff de excus. tutor. Ac deniq; allegat Ius Regni in const. Dignum
54 vbi annullantur concessiones demaniorum nisi factæ ex certa scientia, quæ clausula indicat vsum potestatis absolutæ, prout Bald. & Paul. notant in l. si testamentum C. de testam. Quam clausulam ad hoc ponderat Andr. in eadem const. in princip. & in vers. Item nota, & glos. ibi in lit. A. & confirmat Afflic. in l. Imperialẽ in §. præterea Ducatus in 3. notabili num. 46. in vers. Bene fateor post Andr. ibi num. 53. in vers. Dic quod si dicat vbi incipit loqui de potestate absoluta, de qua etiam loquitur Bal. in præl. in d. cap. quod incipit expedita, sicut illum ponderat, & sequitur præp. ibidẽ col. 9. in vers. Respondeo secundum Bal. Ias. ibidem num. 80. cap. in decis. 166. num. 6. & 7. Alex. in cons. 216. num. 24. Imol. in l. Barbàrius ff. de offic. prætor. & in l. quidam consulebant ff. de re iudic.

Et sic alienat Princeps demania de plenitu-
55 dine potestatis ex iusta causa, quæ autẽ sit iusta causa discutitur per Doct. latè relatos p. Aym. in cõs. 241. col. 17. in responsione ad quintum argumẽtum, vbi nititur nimis coarctare confidentiã, quæ de Principum veritate, & prudentia habenda est, nec eius positiones in hoc probantur per Doctores allegatos per ipsum, & per Claud. de Seisell. in suo specul. feud. in titul. qui feud. dar. poss. col. 5. & 6. qui facit tria membra primo si causa iusta apparet, & sumus in claris. Secundò, si sumus in dubio, & tũc præ-

sumitur

ſumitur cauſa iuſta, vt per omnes Doctores recenſitos in verſ. aut verò. Tertio inquit quod ſi nõ apparet iuſta cauſa alienatio nõ tenet, & in hoc omninò diſſentio, nã poteſt eſſe cauſa iuſta, ſed occulta, & ſic etiam ſumus in dubio, & in dubio præſumitur iuſtam cauſam adeſſe, vt ipſe admittit, & nos inferius dicemus.

At verò quia nulla cauſa vrgens, adeò eſſe poteſt, vt exuperet damna, & inconuenientia, quæ orirentur ex graui præiudicio Regiæ dignitatis, eiuſq; Regni cum notabili diminutione Principatus, idcircò tali caſu fieri prohibẽtur, & factæ annullantur tales alienationes quantumuis
56 iuratæ, & de plenitudine poteſtatis cum euidẽter ceſſet iuſta cauſa, in qua ſupremæ poteſtatis vſus fundari debet, & ſic procedit tex. in c. intellecto de iureiur. & dicta per Andr. in d. §. Præterea ducatus num. 44. in fin. & num. 45. & 53. & in conſt. Dignum in verſ. vbi autem Inn. & Abb. in d. c. intellecto Bald. in prælud. feud. col. 7. verſ. in contrarium, & ibidẽ præpoſ. col. 10. verſ. Niſi infeudatio Bar. in l. prohibere §. planè num. 5. ff. quod vi aut clam. Io. Andr. ad Specul. in tit. de inſtrum. edit. in §. nunc autem in verſic. Quid ſi Imperator, & in c. Abbate ſanè in princ. de ſent. & re iudic. in 6. Luc. in l. 1. de cap. ciu. lib. 11. claud. de Seiſel. in tit. qui feud. dar. poſs. col. 4. in 2. limit. Afflic. in c. Imperialem in §. Præterea ducatus in 3. notab. num. 46. in verſ. Ex quo patet vbi tamen ſuperfluo ponderat non adeſſe conſenſum vaſſallorum, dum præſupponit notabilẽm diminutionem coronæ, quæ ſufficit ad inualidandam diſpoſitionem, imò illa verba, videlicet ſine conſenſu vaſſallorum inducerent argumentum à contrario ſenſu, vt cum eorum voluntate ſubſiſteretur, quod eſſet falſum.

Conſenſus etenim vaſſallorum eſſet neceſ-
57 ſarius, vbi vellet ſeipſum Princeps abdicare, & ſui loco alium conſtituere, ſed retenta ſuperioritate, quo ad alienationes ſi coronam enormiter lædunt non ſubſtinentur ſiuè conſentiant vaſſalli, ſiuè diſſentiãt, ſi verò non adeò lædunt poſſunt fieri de poteſtate ſuprema ex iuſta cauſa, & etiã tunc conſenſus, vel diſſenſus vaſſallorum non conſideratur, de poteſtate verò ordinaria nè fiant alienationes ſufficit bona eſſe demanialia, & hæc ratio magis viget in ãlienãdis vaſſallis demanialibus inuitis, in quibus vltrà intereſſe vniuerſale, cadit etiam intereſſe proprium, ſicut hæc omnia patent ex ſupradictis, & ex alijs infra dicendis.

Atque ex illis duabus rationibus dimi-
58 nutionis coronæ, & mutationis Principatus oritur vetus illa quæſtio circa donationem Conſtantini, de qua habetur in c. Conſtantinus 1. & 2. 96. diſt. vbi tamen inſcribitur Palea vndè aliquos illam negãtes recenſet Felyn. in c ſolitæ nu. 5. de maior. & obed. ſed illam ad verbum recitat Alber. in l. 1. §. 1. ff. de offic. præfect. vrb. & quod vera fuerit legẽdus eſt Auguſt. Steucus in eo libello quẽ cõtra Laurentium Vallam hanc donationem impugnantem priuatim, ædidit.

Quod autem fuerit valida conſiderantur quædam ſpecialia ad exemplum nõ trahenda, vt per Alex. in conſil. 24. num. 23. vol. 5. & Præpoſ. in prælud feud. col. 9. Claud. ibid. ſub tit. qui feud. dar. poſs. col. 5. ſicut adeò diuturna ſequentium Imperatorum, & populorũ approbatio potiſsimè verò ipſa Eccleſia ex multis rationibus acquiſitionis capax ſicut ex extrauag. unam ſanctã colligit Præpoſ. ubi ſupra, & teſtatur Imperator in §. ſi minus in Auth. de non alienan. & particularis, quædam diuina permiſſio, ut per Bald. in prohem. feud. ſub capite incip. expedita in uerſ. iſtam quæſtionem cum alijs latiſſimè recẽſitis per Felyn. ubi ſupra, & per Neuiz. in conſ. 12. inter Conſil Brun. num. 63. & Petr. Greg. de conceſs. feud. par. 5. q. 1. num 3. Quæ omnia confirmant extra hunc caſum adeo ſpecialem non poſſe alienari demania de poteſtate ordinaria; Poſſe autem de poteſtata ſuprema ex iuſta cauſa; Iuſtam ve-

rò causam esse non posse, vbi Principatus enormiter læderetur.

Tertiò habet Princeps proprios subditos,
59 & vassallos, in quorum alienatione consider atur non solum præiudiciũ vniuersale ob diminutionem coronę, cuius respectu procedũt ea quæ modo diximus, sed consideratur etiam præiudiciũ particulare ipsorum vassallorũ, vt per Andr. in c. Imperialem num. 47. in fin. est enim Rex subditorum Dominus, vt 1. Reg. c. 10. & in nouo testamento Matth. 22. vbi approbatur tributum, cuius pręstatio est probatio subiectionis c. omnis anima de cens. & latè per Apost. ad Rom. c. 13. & iure communi, vt in l. deprecatio ff. ad leg. rod. de iact. & alibi sæpè, & iure Regni, vt in const. Quia frequenter vbi appellatur Dominus personarum, quod quidem dominium supra diximus non
60 posse intelligi sicut bonorum, neq; sicut seruorum iure belli acquisitorum, sed iuxtà declarationem Bulgar. in l. benè à Zenone in verbo omnia C. de quadr. præscrip. quo ad protectionem, & iurisdictionem, quod etiam notat Andr. in prohem. const. col. 13. vers. nam nõ sunt. Et latius Bar. in 1. const. ff. in § omnem num. 3. Luc. in l. cum neque C. de incol. lib. 10. Ias. in l. cunctos populos nu. 10. sic quo ad protectionẽ nobis inuigilat, vt supra fundauimus, sub nu. 24. & quo ad iurisdictionem nobis vtitur pro seruitio totius Regni in partibus oportunis huius mistici corporis incluso præcipuè ipso Principe, qui est pars principalior, & membrum dignius tanquam caput, cui tot seruitia, & obsequia præstari dicitur 1. Reg. cap. 8. nec oportet illa intelligere de Rege tyranno, nam D. Thom. in 1. 2. q. 105. art 1 in respons. ad vlt. argum. loquẽs de illo tex. inquit quod bonus Rex absq; tyrannide tollit filios subditorum vt constituat illos tribunos, & centuriones, & multa accipit à subditis suis propter commune bonum procurandum, cuius loci meminit And. noster in prohem. const. col. 13. in vers. Authoritatem, nam absq; iusta causa parcius hæc permittuntur Exod. cap. 17. cuius verba cõmentat Bar. de Regim. ciuit. cap. 11.

Quæ & similia, vt diximus comprehenduntur in electione Regis tanquam necessa-
61 ria ad Regimen, quare in alienatione subditorum adest duplex ipsorum interesse vnum est interesse voluntatis, aliud est interesse maioris subiectionis, & dispendij. Interesse voluntatis nè inuitis populis alius dominetur, quam qui dominari debet est potissimum interesse, consideratum etiam vbi esset valdè minor ratio, vt per Andr. in c. Imperialem col. 1. vers. interest, & num. 47. in princ. & in const. personas in vers. & dictũ Camer. in c. Imperialem fol. 4. col. 4. post Paul in l. pro hærede in §. si quid ff. de acquir. hęred. Sal. in Auth. ei qui C. de
62 bon. author. Iud. possid. Sed tale interesse esset considerabile si vellet Princeps se penitus abdicare, & loco sui alium constituere, quod nullatenus posse concludunt Iser. in c. 1. §. ex eadem lege nu. 9. in fin. & num 10. de leg. Corrad. afferens simile de obsequio, quod cedi non potest l. si non sortem § libertus ff. de condit. indeb. & addens quod vsus contrarius esset corruptela, & in hoc loco respõdet ad ea quę proposuerat sub nu. 9. vsq; ad vers. Idem si partem, & paulò ante num. 10. considerat specificè hoc interesse voluntatis, latè Bal. in prohe. feud. in 1. dist. in vers. in contrarium vsque ad finem, nisi fieret diuinitus, vt ibi. Sic præscribi nullo modo potest exemptio ab hac superioritate l. competit C. de præscript. 30. vol. 40. annor. Ergo nec alienari l. alienationis verbo ff. de verbor. signif. quo arguendi genere vtitur Bal. in prohem. C. num. 10. nec esset considerabile fieri mutationem in melius ex regula l. fin. ff. de vsu, & habit. vt per And. vbi supra, & per Alex. in cons. 1. nu. 18. & in cons. 24 num. 22. vol. 5. Cam. in c. Imperialẽ fol. 6. lit. E. Ias. in prælud. feud. num. 77. Claud. ibidem sub tit. qui feud. dar. poss. col. 3. in prima limit.

Ex

Ex quibus iustificatur Catholicus, qui Regnum reuniuit Gallosq; expulit;Nam ob eiusdem Regni præiudicium,nec Regni diuisio fieri poterat, vt supra tetigimus;Nec supremum dominium in toto, aut in parte Regni abdicari,vt nunc dicebamus.

Fuit enim prospecta persona Prinripis Electi, vel diuturna obedientia approbati, eiusque descendentes ordine successiuo vacante Regno per mortem, vel per renunciationem, vt per Claud. de Seisell. in loco prædicto col.4. respectu quorũ, & cum hoc ordine se submiserunt homines,qui naturali iure non subditi nascebantur; Quapropter,aut hæc seruentur, aut remanet illa naturalis libertas, contra quam sine populi voluntate induci non potest Principatus alio modo, & in alijs personis à populo non prospectis: Hoc enim esset alterare ius naturale, qđ

64 non permittitur,vt supra tetigimus, sicut & vassallis non permittitur præiudicare domino circa ius vassallagij in earũ personis, vt in const. Quia frequenter.

65 Et de ista alienatione sunt intelligendi nonnulli ex innumeris Doctoribus relatis per Tiraquell.de retract.lignag.§.26. glos.1.num.78.circa alienationes vassallorum vim facientes in eorum consensu qui in hoc casu est necessarius præcisè; Nam alias retenta ista superioritate talis consensus (vt iam diximus) neque sufficit pro alienandis demanijs ex potestate ordinaria,neque præcisè impedit tales alienationes ex potestate suprema, sed bene difficultat,vt requiratur maior causa,prout mox subiungam. Si quidem dũ Princeps retinet supremum dominium, quomodocunq; alienet non dicitur mutari Principatus, sed dum voluerunt populi hunc Principem,hæc voluntas comprehendit quicquid expedit gubernationi,& consequenter si Princeps, cuius est iudicare quid expediat, vt per D.Tho. in 1.2.q.96.art.6.in solutione quæstionis circa finem,& q.197. art.4.habet iustam causam alienandi non excedit ius Principatus, & sic nõ intrat hoc interesse voluntatis,quod solummodò respicit Principatum.

Aliud verò est interesse maioris subiectio-

66 nis,& dispendij dum Princeps retinendo supremam potestatem alienat quædam particularia, & tunc multi casus cõsiderantur,nempè si alienat Princeps directum dominium alicuius feudi, quod ab ipso tenetur; Nam tunc superadditur uassallo alius superior ratione huius directi dominij recognoscendus,& maior esset subiectio si feudum consisteret in pluribus locis, & tunc pluribus fierẽt directi dominij concessiones.Hæc And. considerat in §.ex eadem lege num.9.in uers. Idem si partem, & colliguntur ex ipso text.& benè ibi notant Afflic.nu.1. & 2.Bal.Card.& Aluar. latissimè prosequitur, & multis cõsimilibus pbat Luc. in l.1.col.3.de c.ciu.prorũpẽs hæc vera esse sicut Euangeliũ,& concordant omnes, & clarè colligitur ex text. in c. Imperialẽ in § præterea ducatus in fin. ubi And.num.44.& 47.in fin.nempè ut nõ permittantur tales alienationes de potestate ordinaria, ex qua in hoc, & in alijs multis correspectiuè sunt ad inuicẽ obligationes inter dominum, & uassallũ c.1.de form. fidel.Andr. in c.Imperialẽ num.4 & alibi pluries sicut illum refert, & sequitur c.in decis.162.col.1.c. præsertim in d. §. ex eadem lege num.8. & ibi Afflic.num.2.& in I.Imperialem in §. præterea ducatus in 3. notab. num.45. & sic procedunt omnes relati per Aym. & quod ipse scribit in consil.54.num.3. per Ias.in prælud. feud. num.79. Quic-

67 quid in contrarium sit ex consuetudine Mediolanensi,quæ localis est, & corruptela nuncupatur per And.ibi,& meritò. Nã talis abusus ortum sumpsit ex subiectione, quam Imperator ordinauit in nonnullis suis uassallis ad Ducem, & ducatum Mediolani tunc nouiter erectum,quod quidem fieri de iure nõ potuisse consuluit Bald. illumque sequitur cap.in d.decis.162.num.4.

Et multo maior subiectio (quæ & affuit in
68 illa subiectione ad Ducatum Mediolanensem) cõsideratur, ubi alienantur ipsi vassalli, & conceditur etiam iurisdictio nimis grauans ob nouum dominum superaditum cum tali potestate, & cũ maioribus molestijs litigandi in sua curia, priusquam deueniatur ad Tribunalia Regia, & tanto magis cum concessione meri, & mixti Imperij, & cũ iurisdictione in pluribus instantijs, qñquidẽ Principi immediatè subesse libertas dicitur per Imper. in const. Personas, & hoc vltra dãnum bursale in subuentionibus permissis in const. quam plurium cum timore aliorum non permissorum, sicut in ipsa constitutione annuitur, & aliæ subiectiones sunt permissæ per Regiam Pragmaticam Regis Ferdinandi, quæ est prima in titul. de salar. in nouissima impressione, & aliquæ specificantur in ipsis inuestituris, prout vtrumq; aduertit Pisanell. (eius est, nãq; apostilla, sicut & aliæ suæ, & aliorum virorum Illustrium in eo volumine) in addit. Lypar. ad Andr. in c. 1. quæ sint regal. num. 54. in verb inuitis lit. G. Ex quibus omnibus vltra interesse vniuersale in alienationibus demaniorũ addito nunc particulari interesse vassallorum tanto magis talis alienatio prohibetur, vt per And. in dist. §. ex eadem lege num. 10. in fine Bald. ibidem in princ. Card circ. med. Aluar. num. 9 Afflic. latè num. 2. in fin. & nu. 4. in vers. bene fateor glos. in c. Imperialẽ in princ. & ibi And. num. 4. & num 45 in vers. vel vt alij, vsq; ad num 46. & iterum num. 47. in princ. et in vers. Homo ergo, et in const. personas in vers. et dicunt vsque ad fin. Afflic. in prohem. const. q. 24. col. 2. in vers. Benefateor latè Io. de Plat. in l. prædia col. fin. vers. et hanc secundam C. de locat. præd. fisc. lib. 11. vbi ad idẽ allegat And. de Barul. Luc. in pluribus locis relatis per Affl. in d. q. 24. col. 1. vers. cui adde Præs. de Franch. in decis. 17. cum alijs multis, vt per Tiraq. in supradict. §. 26. glo. 1. num. 78. et per Aym. in cons. 241. nu. 6. Et adhuc maius inconueniẽs esset in casu nostro ob dismembrationem Casaliũ à Ciuitate nobilissima, et de nostris Regibus optimè merita, quasi à capite dignissimo tollerentur membra contra ea quæ considerat Crauet. in cons. 318. circa fin. vol. 2. post Bal. in præludi. feud. num. 32.

Quæ omnia sicut ex prædictis rationibus procedunt optimè de potestate ordinaria, sic ob easdẽ rationes boni regiminis non procedunt de potestate absoluta ex iusta causa, ex qua passim fiunt, et illas fieri vident And. in const. Personas in final. verb. Afflic. in §. ex eadem lege de leg. Corrad. num. 2. in fin. Cãmer. in c. Imperiale fol. 71. lit. A. Luc. in l. 1. de cap. Ciu. col. 3. in vers. Quamuis contrarium, et latè Loffred. in sua paraphrasi ad And. in §. nec dominus de prohe. feud. alien. per Feder. Mastrill. in cõs. vnic. pro matre impresso post volum. j. decisionũ, et Blasc. lop. in cons. Vinc. ibi impresso qui etiã latissimè de alienationibus quæ faciunt Barones in quibus non intrant istæ dubietates, quia sub eadem corona parum differt subijci vni, vel alteri conuassallo. Sed quod nimis interest considerantur in alienatione de Rege ad Baronem quæ proinde non licet de potestate ordinaria, sed licere de potestate suprema vltra prædictos firmant omnes relati per Aym. in d. cons. 241. num. 5. in vers.

69 Quarto illud maximè, et in hac specie ipsum loqui de potestate ordinaria, non autem de potestate suprema protestatur Neuiz. in dist. cons. 12. num. 62. in vers. secunda ratio; Nam de suprema potestate licitę sunt quãdo iusta causa subest, quod quidem oritur ex principijs supra fundatis, et affirmant Bal. in prohe. feud. in 1. dist. in vers. commoda cum declaratione in capite subsequenti circa finem vers. vnde distingue, et applicatur etiam declaratio præcedẽs in vers. et si dicatur nempè quod erit contra ius, sed substinetur ex priuilegio sicut benè ponderat ibi Pręposi. col. 9. in vers. Respondeo. Priuilegiorum

uilegiorum enim cõceſſio ſpectat ad ſupremam poteſtatem ex iuſta cauſa,vt per Doct. in c. Priuilegium de reg.in 6. Afflic.in §. Præterea Ducatus in 3. notab. num.46.in verſ. Benefateor iuncto verſ. & ſic infertur Neuiz. in d. conſil.12. Et Io.de Plat.in d.col.fin.in fin.

Sed oportuit ſpecificare, et in nota facti latius recenſere magna inconuenientia reſpectu eiuſdem coronæ,et maxima damna, et incommoda reſpectu vaſſallorum ad hoc vt Rex ſanctiſsimus,et prudentiſſimus eiuſque Conſiliarij doctiſſimi,et oculatiſsimi ſciẽtes quod pro huiuſmodi alienationibus bonorum demanialiũ, et tanto fortius terrarum,et vaſſallorum oportet vti poteſtate abſoluta, et ſcientes quod (ſicut dictum eſt) vſus poteſtatis abſolutæ eſt diſpenſatio ad leges ordinarias perpendant, num alienatio in caſu noſtro præſeferat tantum commodum, et iuuamen ad fęlicem gubernationem,ut præferatur tot in conuenientibus damnis,et incommodis ſubditorũ, ita ut dicatur iuſta cauſa, quæ ex huiuſ-

70 modi minutiſſimis ponderationibus reſultare debet, et requiritur neceſſario ad diſpenſandum legibus ordinarijs, ſicut nos in principio tetigimus, et ſuo more ſolidę docet Diu.Thom. in 1. 2. q.96. art.6.et quæſt.97.art.1. et 2. in ſolutione quæſtionis,et art.4.Suar.de leg.lib.6 cap.18.num.16.ſumma Armill.in uerb. diſpenſatio Sor.de iuſt.et iur. lib.1. q.7. art.3.Butr.et Abb. in c.non eſt. de uot. et in c. de multa num.8. de præben.Bal. in prohem.feud.ſub cap. incip. aliqua ſed pauca in verſ.Tamen ipſe Ioan.de Plat.in l.2.C. ne fiſc.rem quam vendid. lib.10.And.pluries quem refert, & confirmat cap. in deciſ.166. num.5. & 13. Doctor.præſertim Dec.& Felyn.in cap. quæ in Eccleſiarum de conſt.Dec.in cõſil.112.Io.Baptiſta de Sãt.Seuer.in trac. de penſ.quæſt.19.Card.à Turrecremat. de Eccleſ.lib.2. cap.117. Iacob. Almain de poteſt. Eccleſ. cap.13. Ioan.Driedo. de libert.Chriſt.pag.204. Couar. in regul.peccatũ §.11.nu.3.& in Epitome de ſponſal.par.2.cap.6.§.9.nu.7. latè Loffred.in conſil.50.per totum præſertim num.84.& Loaz.in tract. de matrim. in ſecundo dubio Greg.Lop.in l.53. tit.5. par.5. in verb. El Rey: Et in tantum in

71 vſu plenitudinis poteſtatis neceſſaria eſt talis iuſta cauſa, quod in his quæ iam geſta ſunt de plenitudine poteſtatis pręſumitur affuiſſe iuſtam cauſam, tanquam neceſſarium antecedens,vt per Cyn.Iac. de Rauenna,& Bald. in l.reſcripta C. de precibus Imper.offer.Butr.in c. conſtitutus de religioſ. dom. Abb.in c.cum olim col.6. de re iud. Alex.in conſil.2.nu.20. vol.1. & conſ.216.num.23. vol.2. & in conſ.1.nu.37.vol.5.Imol. & Butr. in c. cum inter de renunciat. & in c. conſtitutus,vbi etiam Abb.de relig. dom.Claud. de Seiſſell.in tit.qui feud.dar. poſs.col.5. in fin. Felyn. in c. quæ in Eccleſiarum col.17. de conſt. Adeo vt impedita fuerit alienatio iam facta p Chriſtianiſsimũ Regem Franciæ, prout refert Neuiz. in diſt.conſ.12.in fin. & alia facta per ſereniſſimum Ducẽ Sabaudiæ, vt per Aym. in conſil. 241. in fine: illi enim domini Iudicantes crediderunt clauſulas illas de certa ſcientia, & motu proprio appoſitas fuiſſe de quodam ſtylo, ſed uere noluiſſe illorum Principes in rebus parui momenti vti poteſtate ſuprema,ex qua ſine dubio potuiſſent,nam aliter ridiculum eſſet credere illam paruã con-

72 ceſsionem potuiſſe coronam gallicam, et ſtatum Sabaudiæ,ita lædere,vt ex hoc iuxta regulas ſupradictas poteſtas,etiam ſuprema cohiberetur; et hoc vltra alias reſponſiones in dictis Cõſilijs per Aym. et Neuiz. ad prædictas clauſulas accommodatas; Vndè ſpes maior inſurgit nobis,qui non impugnamus alienationem iam factam, ſed oportunè occurrimus, nè fiat iuxtà regulam l.patre furioſo,vbi notatur ff. de his, qui ſunt ſui, vel alien.

73 iur. et ſic tales alienationes de poteſtate ordinaria non licere ſperamus,hoc iuſtiſſimum, et æquiſſimum tribunal pro certo

certo habiturum; Cæterum tantam Catholici Regiis nostri Maiestatem potestate suprema, qua vix vti oportebit, vbi nouorum Regnorum Deo dante quærendorum occurret occasio, nũc ex occasione tam minima in præiudicium fidelissimorum, & humilium vassallorum talibus præsertim Patribus consulentibus, nullatenus vti velle confidimus. Deo Gratias.

Fuit hec causa pluries discussa, lectis etiam doctissimis Allegationibus Regij Consiliarij, tunc Aduocati Primarij Io. Andrea de Georgio, & Camillus de Curte tunc Fisci Patronus, & postea ad supremos gradus ob sua merita euectus potissimum insistebat in consuetudine, sicut nunc legitur in suo diuersorio, sub cap. incipienti, licèt autem fol.6. num.38. Ego autem respondebam allegatas alienationes apparere de potestate suprema qua confidimus Regem in hoc casu nolle vti, & insistebam decidi quid iustum sit de potestate ordinaria atque ita Regia Camera, cum Collaterali Consilio acquieuit modico seruitio oblato quod refert dictus Regius Consiliarius in dicta allegat. quæ est 15. Cum promissione etiam Catholicæ Maiestatis ne vlterius de venatione istorum Casalium agatur.

SVMMARIVM.

1 *Legis hac edictali C. de secundis nuptijs materia contenta in aliquibus decretis Sacr. Consil. quæ declarantur, & afferuntur reliqua iura de hoc loquentia, & num.18.*

2 *Vitricus vel nouerca plus habere nequeunt ex dispositione coniugis quam vnus ex filijs primi matrimonij cui minus relinquitur; Quod quidem relictum intelligitur inclusa legitima non autem vltra legitimam, & num. seq.*

3 *Filius primi matrimonij potest habere ex dispositione materna, vel paterna plusquam vitricus, vel nouerca, sed non ex necessitate vigore l. Hac edictali quæ solum æqualat talem filium cum vitrico vel nouerca, & num.6.*

4 *Res debita inciud tur in pœna si non exprimitur pœnam statui vltra rem.*

5 *Verba legum debemus interpretari, non autem quicquam illis addere.*

6 *Legitima non diminuitur filijs ex dispositione l. hac edictali, sed neq; statuitur illam præcapi, & postea seruari cum vitrico, vel nouerca æqualitatem.*

7 *Actio duplex orta ex eodẽ fonte ad quantitates inæquales non exercetur pro vtraq; sed aut semel pro maiori, aut prius pro minori, & postea pro id quo superest, & num.9.*

8 *Legis hac edictali beneficium intelligitur quia auget portionem inclusa legitima non autem vt prius legitima detrahatur, & sic conciliantur glosæ hic relatæ.*

9 *Actiones siuè rei persequutoriæ, siuè pœnales quando dantur ad diuersas quantitates quomodo exercentur cum numeris sequentibus.*

10 *Secundis nuptijs non infertur pœna, sed leges ciuiles prouidentes filijs primi matrimonij seruantur tanquam iustæ pro filijs quibus secundæ nuptiæ solent esse damnosæ.*

11 *Legitima debita filijs de iure communi, includitur in medietate ipsis debita de iure consuetudinario in bonis antiquis.*

12 *Legitima includitur in feudo debito primogenito, & non debetur solum in allodio vltra feudum.*

13 *Legitima comprehenditur in nouem partibus debitis filijs de dote, iuxta consuetudinem Neapolitanam.*

14 *Legitima includitur in portione quam mulier, aut vir tenentur relinquere filijs, iuxtà aliqua statuta.*

15 *Opinio vnius Doctoris bonis rationibus fulcita debet multorum opinioni præferri.*

16 *Doctores enumerantur qui tenent in prouisione legis hac edictali comprehendi legitimam.*

17 De-

17 *Doctorum authoritas corruit qui mouentur ex glos. quæ non dixit illud ad quod allegatur.*

18 *Legis hac ædictali prouisio differt ab aliquibus statutis hic recensitis.*

19 *Vitricus, vel nouerca habent ex communissima opinione tantumdem quantum importat legitima, iuxta terminos legis hac ædictali, & postea disputatur de eo, quod remanet, prout superius est declaratum.*

20 *Vitricus vel nouerca, iuxta terminos legis hac ędictali habent æqualationem cum legitima non modo integrè relicta filio, sed etiam suppleta ex ratione hic posita.*

ALLEGATIO XI.

Pro Philippo Spinula.

In Dei Nomine Amen.



N præsenti causa in qua Dominus Collega doctissime scripsit, vt tangam nouiter excitata aduerto q͞d stante hæredis institutione facta in personam Philippi ab eius vxore relicta legitima filiæ quam habebat, ex primo matrimonio, duæ cadunt conclusiones quarum prima est nimium controuersa, sed verior mihi videtur opinio pro Philippo secunda est pro Philippo communissima.

Prima Conclusio est si in diuisione facięda vigore legis hac ædictali detrahit filia prius legitimam, & postea diuidit cum vitrico, vel diuidit æqualiter absque tali detractione.

Et in hoc primo pars inquit habere pro se

1 decisionem sententiæ declarantis ad hāc filiam spectare ne dum legitimam vti filiam, sed etiam portionem ob transitum suæ matris ad secunda vota; Hæc sententia nihil obstar, nam vti filiæ tribuit legitimam, & ob transitum matris ad secunda vota tribuit portionem, sed non specificat quam portionē imò inquit liquidandam tempore executionis. Certum est autem quod si non adesset transitus matris ad secunda vota nihil competeret vltrà legitimam, sed ob transitum ad secunda vota competit aliqua portio vltra legitimam, & hæc portio ab ipsa filia prætenditur, vt sit integra medietas eius quod remanet, Philippus vero prætēdit habere tantundem quantum importat legitima, & postea diuidere id quod superest, & hæc est differentia quam S.C. reliquit liquidandam, & decidendam.

Vlterius pars aduersa inquit habere consimilem, decisionem in causa illorum de Scarnato; Nos autem dicimus illam sententiam non posse trahi ad exemplum cum noluerit ibi S.C. decidere articulū in puncto iuris, sed iussit detrahi legitimam ex causis in S.C. discussis sic manifestè indicans non posse illam decisionē trahi ad exemplum pro decisione articuli, sed ex alijs causis tunc voluisse sic prouidere; Et causæ possunt colligi ex processu, prout in nota facti ponderauimus.

Articulus autem propositus circumscriptis alijs causis, sed de iure simpliciter nnm in diuisione faciēda vigore legis hac ędictali sit prius deducenda legitima dum videmus pro vtraque parte adesse Doctores oportet vtique vt S.C. pro suo more ponderet iura, & discutiat rationes ex quibus inclinet ad illam partem quæ sibi iustior esse videbitur, & porrò vt à legum pōderatione incipiamus, tria sunt iura, quæ de huiusmodi relictis verba faciunt nempè tex. in l. hac ædictali, & in l. quoniam præteritæ C. de secund. nupt. & in §. optimè in Auth. de nupt. quæ iura præsertim in dicto §. optimè rogo accuratè legi quoniam ex illorum ponderatione videtur mihi omnem tolli dubitationem.

Si quidem Imperator nullo modo voluit, vt

2 ex illa prouisione habeat filius plusquā vitricus sed bene voluit, & præ oculis habet prouidere ne vitricus, vel nouerca plus habeāt quam vnus ex filijs primi matri-

matrimonij cui minus relinquitur. Hoc autem euenit si victrico tantũ datur quãtum filio inclusa legitima si verò vltra hanc portionem daretur filio etiam legitima certè filius haberet plusquã victricus contra verba textus clarè dicentis, vt non plus habeat victricus quam vnus ex filijs.

Quod si intelligere volumus vt non plus
3 habeat victricus quam vnus ex filijs vltrà legitimã certè hic sensus non potest colligi ex textu,prout iacet sed oportet super addere illa verba nempè (vltrà legitimam)quæ bene sciuisset Imperator apponere si taliter statuere voluisset, sicut
4 illa apposuit in § planè inst.de act. dicẽs vt fur extra pęnã quadruplí ad rem ipsã teneatur sine qua expressione res ipsa non veniret vltrà quadruplum,sed in ipsa pœna quadrupli includeretur l. 2. in princ.vbi glos.notat ff de vi bonor.rapt. sic ergo in casu nostro idem dixisset.Sed hoc nullo modo dixit ergo,vel noluit,vt in §.fin autẽ C.de caduc. toll. vel se ex-
5 plicare ignorauit quod non est dicendũ nec licet nobis verbũ aliquod superaddere,vt per Bald.in l.1.col.2. C.quæ sit Long. Consuet.& in sua margarita in verbo interpretatio, & in l. si de interpretatione C. de leg. latè Alex. in consil.52.num.12 & 13.vol.4.

Imò aduertatur quod Imperator non obli-
6 uiscitur legitimæ vbi vult de illa mentionem facere, nam in l.hac ædictali,& in §. optimè cum dixisset non licere plus relinquere victrico quam vni filiorum cui minus relinquitur dubitans ne per hæc verba crederetur data potestas parentibus relinquendi quicquid minimum voluissent subdit statim,vt hęc minima portio filijs relinquenda non sit minor legitima hoc enim importãt verba ista prout declarat glos.iuncto textu in §.quoniam variè in verbo minus habente in Auth. quib. mod natur.efficiuntur sui.Ex quo clarè patet quod prouisio legis hac ædictali non diminuit legitimam item patet quod tribuit filio portionem æqualem victrico non autem tribuit hanc portionem vltrà legitimã,quæ intelligentia esset omninò contra verba,& contra mentem Imperatoris.

Vlterius vt ad actiones deueniamus certum est, quod filio in bonis patris sic disponentis competit duplex actio nempè prima ad legitimam de iure veteri secunda ad portionem ex nouo statuto in l. hac ædictali,sed similiter regula est quod vbi
7 competit duplex actio non vtraq; exercetur insolidũ, sed vel exercetur illa quæ plus tribuit, & tũc in illa remanet incorporata,& comprehẽsa alia actio quę tribuit minus, aut exercetur actio quæ tribuit minus, & tunc alia actio intentatur solum ad id quod superest tex. est ad litteram in l.qui seruum ff.de actio.& obligat. & in l.metũ in §.licet ff de eo quod met.caus.ex qua regula sequitur indubitanter quod prouisio legis hac ædictali tribuit aliquid vltra legitimam vsque ad æqualandam portionem relictam victrico.Et de hac portione loquitur sententia in casu nostro; Non autem vt vltra legitimam detur integra portio æquiualens quod quidẽ esset contra verba tex. in l.hac ædictali,& in §.optimè, & cõtra regulam prædictam satis generalem traditam in d.l.qui seruum,& hoc insolubili argumento in casu nostro, vtitur Anchar.cum cæteris per eum relatis in consil.101.num.2. in vers. volunt enim.

Et hinc conciliantur glosę in l.hac ædictali,
8 in verbo quippè,& in §.optimè nã glos. in §.optimè dicit quod filijs debetur legitima debita iure naturę,& etiam beneficium ex lege hac ædictali,sed non dicit vt hoc beneficium legis hac ædictali sit integrum vltra legitimam, vnde intelligi debet in eo,quod excedit legitimã iuxta regulam d. l. qui seruum, & sic non est contraria alteri glos. in l. hac ædictali in verbo diuidi quæ clarè docet,quod vbi victrico relinquuntur centũ,& filio nihil, ista centum æqualiter diuiduntur,ecce ergo quod in illis quinquaginta cõprehenditur legitima filij nam aliter si legiti-

ma præcaperetur non diuiderentur centum, sed illud quod remaneret deducta legitima, & ex eadem ratione alia glosa in l. quoniam præteritæ cum auth. seq. non tribuit querelã pro legitima quando filius vtitur pinguiori remedio legis hac ædictali, prout omnes istas glosas pro hac opinione ponderant Iacob. de Rauen. Cyn. Buttrigar. Bar. Bald. Salyc. & reliqui de quibus per Alex. omninò videndum in cons. 158. num. 9. vol. 5.

Imò non solum actiones rei persequutoriæ, 9 sed etiam si vna est rei persequutoria, alia pœnalis quando diriguntur ad rem impediuntur per cõcursum ita, vt ex vna tantum agi possit l. si is cui ff. de furt. & aliquando, & si agitur tanquam ad pœnã ipsa pœna non est vltrà sortem, sed in pœna sors comprehenditur sicut in quadruplo rei persequutionem cõtineri diximus in casu §. & maleficijs in vers. vi autem inst. de actio. & in l. 2. vbi glos. in verb in quadruplum ff. de vi bon. rapt. & si duæ sunt actiones pœnales maior intentata absorbet minorem minor autem ptius intentata locum relinquit maiori non in totum, sed in eo tantũ quod amplius est l. 1. ff. eod. tit. de vi bonor. rapt.

10 Quæ omnia ex abundãti dicta sint; Absit enim ex secundis nuptijs agi de pęna tanquam pœna, dicente Apostolo si vir moritur nubat mulier cui vult, & bene declarant Anchar. in d. consil. 101. nu. 2. & 3. & Alex. in d. consil. 158. Sed remanent solum ille dispositiones tanquam prouidentes filijs in casu secundarũ nuptiarum, quæ solent illis esse nociuæ, & ideo illis in hoc casu prouidetur pinguius.

Quod autem vtilior subsequens prouisio 11 semper comprehendat minorem antecedẽtem vltrà iura prædicta probatur ex omnibus cõsimilibus prouisionibus quas habemus in iure nostro, sic enim medietas bonorum antiquorum debita ex nostra consuetudine non debetur extra legitimam, sed in illa medietate, quæ est portio pinguior ex noua lege prouisa legitima ipsa antiquiori lege debita continetur, & ex hac ratione sequitur substineri dispositiones in reliqua integra medietate. Non autem detrahi prius egitimam, & postea medietatem eius quod superest, prout hæc omnia declarat Napod. in consuet. si aliquis moriẽs in verbo medietatem, & in consuet. filiusfamilias in verbo possunt Afflict. decis. 310. Capyc. decis. 208. Præses de Franch. in decis. 89. & 295.

Similiter feudum de iure Frãcorum, vel ex lege inuestituræ cautum est, vt spectet solum ad primogenitum, & quamuis sit patrimonium distinctum ab allodio in quo rationabilius poterat dubitari num 12 debeatur præcipuum salua legitima super allodio, tamen verum est non deberi extra legitimã, sed in ipsa pinguiori successione disposita ad beneficium primogeniti continetur legitima per prius debita vnde imputatur in legitimã, & si est hæreditatium confertur, vt de eo habeatur ratio pro rata bonorum, vt per Camer. in cap. Imperialem fol. 99. cum multis sequentibus præsertim fol. 104. Capyc. in decis. 199. Præses de Franch. in decis. 1. num. 22. cum seqq. & in decis. 4. 13 & 5. Idem dicimus quo ad nouem partes debitas filijs de dotibus iuxta cõsuetudinem Neapolitanam, nam in eis continetur legitima, nec detrahitur, vt per Franch. in d. decis. 89. post Napod. in cõsuet. & si testator in verbo disponere Minad. in constit. in aliquibus in 4 notab.

Similiq; modo iuxta illud statutum cuius 14 vigore tenetur mulier duas ex tribus partibus suæ successionis relinquere filijs in illis duabus partibus legitima cõprehenditur nec possunt filij detrahere legitimam per prius debitam de iure cõmuni, & postea duas partes vigore statuti, vt per Ant. Gabr. com. conclus. lib. 4. in tit. de secundis nuptijs conclus. 4. nu. 66. semper enim noua prouisio procedit solum in eo quod plus tribuit, ut latè probauimus.

Possem hic finem facere omissa Doctorum

N ponde-

pōderatione in præſenti articulo, in quo
15 hæc opinio tot iuribus, et rationibus fulcita quamuis ab uno tantum proponeretur contra multos prævalere deberet, vt in l. 1. §. ſed neque C. de vet. iur. enucleand. latè Camer. in cap. Imperialē fol. 54. Verum vt intelligatur contrariam
16 opinionem non debere dici magis communē rogo numerari, & ponderari Doctores qui noſtram partem veriorem eſſe firmauerunt iſti (ne legentes tedio afficiam) quo ad vetuſtiores ponuntur per Anchar. in d. conſil. 101. num. 2. & 3. & per Alex. in d. conſ. 158. num. 9. vol. 5. additis modernioribus per Theſaur. in decif. 184. num. 1. & 2. Et ſunt de ciuiliſtis Gloſæ, Iacob. de Rauen. Rayn. Petr. de Bellap. Cyn. Butrig. Bar. Bald. Salyc. Angel. Anchar. Caſtr. Alex. Iaſ. & alios adhuc addunt, & idem firmant Boer. Fanut. & Manſuer. ibi annotati. De Canoniſtis Innoc. Hoſt. Io. And. Anan. Abb. Felin. Nunc interrogo adſunt ne in vtroq; iure tot alij qui poſſint cum iſtis authoritate certare? Præſertim cum ferè omnes prædicti clament nō eſſe ab hac opinione recedendum quod & vltra prędictos repetunt Cuman. in conſ. 109. in 3. dub. Capr. in conſ. 74. circa fin Alciat. in l. in quartam circa fin. ff. ad l. Falcid. & Grammat. in conſ. ciuil. 153. Surd. in conſ. 91. & 422.

Quinimò eſt ſummopere ponderandum
17 quod Doctores omnes qui tenent contrariū relati per Theſaur. in d. decif. 184. & per Rolan. de lūcr. dot. q. 27. per Ant. Gabr. in diſt. art. 4. in 5. limit. mouentur ex authoritate gloſ. in d. §. optimè vndè dum oſtenſum eſt illam gloſ. hoc non dicere, & alias gloſas firmare opinionem noſtram ſequitur illam dubiam cum iſtis clarè loquentibus eſſe conciliandam eo modo quem ſupra expoſuimus, & ſequitur conſequenter, vt ceſſet authoritas illorum qui huic gloſæ innitebantur. Et illa ſola ratio cui innituntur deſumpta ex eadem gloſa nempè quod filio competit duplex remedium, habet ſuam intelligentiam, vt ſecūdum remediū operetur in eo, quod plus tribuit vltra primum, prout ex iuribus clariſſimis, & ex multis conſimilibus concluſionibus fundarum eſt, eodemq; modo Doct. illi, qui ſimpliciter verba gloſæ repetunt ſic intelligi debent, prout gloſ. intelligitur quibus demptis ſatis pauci, & numero, & authoritate remanent qui contrarium tenuerunt.

Aduertendo etiam quod quæſt. Rolan. 27.
18 eſt conſequutiua ad præcedentem, vbi quærit de diuiſione facienda vigore ſtatuti, & in eadem facti ſpecie loquitur deciſio Theſaur. 184. cum alijs per eos adductis qui caſus eſt longè diuerſus, nam ſtatutum in dubio intelligitur, vt non tangat legitimam ſicut aduertit idem author in illa decif. 184. nu. 3. Imò plus creditur ſtatutum in dubio fauere communi voto parentum ergà deſcendentes quod non eſt indiſpoſitione, quæ clarè ſtatuit de legitima, & de reliquis bonis, & demptis loquentibus in caſu ſtatuti, tanto remanent pauciores pro contraria parte in caſu diſpoſitionis. Non obſtātē do quod licet illa deciſio 184. ſic pro filijs tamen paulò ante nu. 6. fatetur quod opinio pro victrico eſt de iure vero quam in re non poſſum non conqueri, vt inferior à principe aliud de iure ſentiat aliud iudicet, vnde meritò multæ aliæ deciſiones etiam iunctis omnibus Iudicibus factæ ſunt poſtea ad beneficium victrici, prout filius Authoris ibi annotat in apoſtilla lit. B. col. 1. in verſ. Senatus tamen & col. 3. verſ. & cum iterum. Adeo quod meritò expectamus per noſtrum S. C. cuius authoritas Deo dante præualebit vbique decidi hunc articulum quem pro victrico credimus, & iuſtiſſimum, & veriſſimum ſiuè iura, ſiuè rationes, ſiuè Doctorum authoritates penſitemus.

Dixi hunc articulum nam pro eo quod nūc agitur dum pro nunc vult S. C. decidere ſolum ſi huic victrico eſt aſſignandum tantumdem quantum importat legitima calculata pro filia parum credo adeſſe

diffi-

difficultatis, siquidē disputatio cadit circa illud quod veniret diuidendum vltrà legitimam puta sunt vitrico relicta nonaginta, quibus æqualiter diuisis inter vitricum,& filium quęlibet portio consistit in quadragintaquinque iuxta diuisionem glos. in l.hac ædictali in vers.diuidi, si autem præcaperetur tertia pars nempè 30. pro legitima tunc quælibet portio esset medietas reliquorum sexaginta, & sic vitricus haberet solum triginta, cadit ergo disputatio in illis quindecim, nam iuxtà primum computum habet vitricus 45. iuxta secundum habet 30. Sed quod in istis 30. nulla cadat disputatio patet ex lectura eiusdem l.hac ędictali,& in §.optimè in quibus habetur pro absoluto,vt vitricus habeat tātumdem quantum minor portio filij,& quia minor portio filij, est legitima idcircò Doctores omnes quando filio relinquitur legitima tribuunt vitrico sine dubio
19 consimilem portionem,& postea in illo pluri disputant, vt supra sic vno ore tradunt innumeri quos refert Crauet. in consil.142.nu.5.& in cons.193. nu.12. Hier.Gabr.in cons.13.cum sequentibus & nu.25.& 26.vol.2. latius Ant. Gabr. commun.conclus.lib.3.in tit.de secund. nupt.conclus.4.num.34.in 11. ampliat. & Surd.in cons.422.num.22. & 23. vbi enucleat innumeras authoritates, & decis. idemque in Curia Romana testatur Fachin.lib.3. controuersiarum cap.67.

Et in hoc non video contradictorem, sed
20 aliqui controuertunt quādo filio relinquitur minus legitima volentes tantumdem solummodò dari vitrico,sed ex discursu prædictorū præsertim Ant. Gabr. & Fachin. patet non modo veriorem, sed etiam communiorem esse opinionē, vt & tunc habeat vitricus integram legitimam, non enim obstat consideratio Molphesij contrarium sentientis ad consuet. in 3.par.sub tit.de successs.ex testā. quæst.17.quia non est vera illa Doctorū contrarietas ad se ipsos. Illæ autem iuriū ponderationes, & aliæ considerationes tolluntur vnica ratione firmata per Doctores quos refert, & sequitur Aymon. in cons.193.num.12. & cons.194.nu.j. & 142.num.5. nempè quod etiam relictum videtur filio id quod à lege suppletur quasi, & à patre relictum nomine legitimè licèt errauerit in quantitate, prout legitur in Doctoribus supradictis, vnde remanet dubitatio quando cum illa minori quantitate relicta filio adiungitur taxatio, aut prohibitio plus petendi de quo per Hier. Gabr. in d. consil.13. num.17. & 18. & Ant.Gabr. in dicta 4. conclus.num.36.

Quæ omnia non cadunt in casu nostro in quo relicta est filię integra legitima, & consequenter tantūdem sine controuersia assignandum est ipsi Philippo, & in eo quod superest decernet S.C. num totum ad filiam spectet,vel inter filiam, & vitricum diuidendum sit in quo sunt opiniones hinc inde, vt per Ant. Gabr. in d.4. conclus. num. 56. & verius mihi videtur esse diuidendum stante adęquatione inter filium, & vitricum ad quam tendunt illa iura in l. hac ædictali in l. quoniam prætaritæ,& in §.optimè,quæ adæquatio non vltra legitimam,sed legitima comprænhensa intelligi debet,vt latè probauimus. Deo Gratias.

Obtinuit vitricus tantundem quantum importabat legitima, & postea circa reliquum decidendum lis apparuit inanis, quia dispositiones, & onera testamentaria illud absorbebant.

SVMMARIVM.

1 *Restitutio aduersus sententiam ex clausula generali, vel ex particulari beneficio pupillorum quomodo concedatur.*

2 *Absurdum vitandum considerabile est ad restitutionem, & alia ponuntur quæ restitutionem adiuuant.*

3 *Dispositio ad alterius interrogationem proponitur, & de eius validitate disseritur*

ritur in numeris subsequentibus.

4 *Dispositio ad pias causas neque scriptura indiget neque testibus vltra duos, vel tres etiam in vltima voluntate, sed an debeant esse rogati latè disseritur cum numeris sequentibus.*

5 *Dispositio inter liberos in multis æquiparatur dispositioni ad pias causas, & adhuc ibi minor solemnitas requiritur, num.9.10.11.& 12.*

6 *Testis se vltrò offerens suspicione non caret.*

7 *Testium rogitus in vltimis voluntatibus requiritur ad tollendam suspicionem testium se vltrò offerentium, & etiam ad cognoscendum animum deliberatum disponentis.*

8 *Rogitus testium etiam ad pias causas necessarius est saltem in dispositione verbali, & num.12.13.& 14.*

9 *Testium rogitus dispensatur in dispositione inter liberos.*

10 *Dispensatio suos fines non egreditur vt trahi possit ad alios casus.*

11 *Filijs prouidere oritur ex communi stimulo naturali, & adhuc cadit sub præcepto, & num.12.*

13 *Ius Canonicum in dispositione ad pias causas remittit solemnitates non autem respicientia certitudinem voluntatis.*

14 *Dispositio verbalis etiam de iure canonico per testes rogatos probanda est.*

15 *Animus deliberatus colligitur ex pluribus colloquijs.*

16 *Balbutiens ægrotus ita loquitur, vt vnũ pro alio verbo ab audiẽte æquiuocetur.*

17 *Dispositio præordinata ad stipulationem quantumuis non necessariam licet interim dicatur, & reiteretur, & etiam scribatur non tamen est dispositio, sed præparatio ad disponendum etiam in causa pia.*

18 *Dispositio num valeat ad alterius interrogationem est quæstio nimis controuersa.*

19 *Dispositio ad alterius interrogationem, vt substineatur etiam in causa pia saltim requiritur, vt præcesserit spontanea eiusdem dispositionis declaratio, & num.21.*

20 *Ægrotus faciliter inducitur ad disponendum, & alia considerabilia circa ægrotos hic, & num.22.*

23 *Delirium satis credibile in ægroto morti proximo ideo magis creditur testibus illud affirmantibus quam illud negantibus.*

24 *Delirium adueniens in accessione febris non recedit nisi cessante febre.*

25 *Reus vtitur pluribus defensionibus etiam contrarijs.*

26 *Missarum ob celebrationem quicquid sit de clericis sæcularibus, quo ad regulares habentes reditus non est austere procedendum.*

ALLEGATIO XII.

Pro Hæredibus Io. Francisci Frezza.

In Dei nomine Amen.



Camilla Frezza, & Pupilli hæredes Lucianæ prætendunt esse decidendum, quòd locus est petitæ restitutioni aduersus hanc sententiam nuper latam absq; debitis informationibus oretenus, & inscriptis ob culpã aduersarij, & proindè debere absolui stante maxima iustitia ipsorum, etiam pro eo quod apparet ex præsenti processu fic de industria cõpilato solũ cũ ipsis duabus virginibus negotiorum ignaris, tempore quo æducabantur in Templo virginum, vt ex intimationibus fol.2.& 3. cum sequenti; Et licèt fuerit animaduersum de cohæredibus fol.8. semper tamen Patres noluerunt intimare reliquas duas cohæredes nuptas, & de negotio informatas.

Vel saltim quatenus nunc dubitaretur de absolutione dictæ Camillæ, dictorumq; Pupillorum (quod non creditur) dicunt, ac

ac prętendunt esse prouidendum, vt pro decisione prędictorum expectetur compilatio Processus cum reliquis duabus cohæredibus, quæ hucusq; in hoc Processu auditæ non fuerunt, & semper petitus est ab illis terminus in causa, & Actores distulerunt, & differunt.

Est autē locus restitutioni, tum ob causam
1 non defensam ex facto Procuratoris aduersarij scripturas non restituentis, vnde interim ipsi conuenti suspicari non poterant causam expediri, quæ sola occasio iusta videri solet S. C. ad restitutionem concedendā, ex clausula generali si qua mihi iusta causa, &c. iuxta tradita per Doctor. in cap suscitata de in integra restitutione. Tùm fortius locus est restitutioni petentibus hoc Pupillis, quibus absq; alia causa extrinseca hoc remediū extraordinarium à lege conceditur, vt latissimè per Couar. pract. quæst. cap. 25. & de restitutione in iudicijs in hoc Regno loquitur Affl. in decis. 210. in princ. & in specie de restitutione aduersus sententiam S.C. idem Affl. decis. 356. Præses de Franch. decis. 86. col. fin. Qui tamen declarant, quòd causa restitutionis liquidò apparere debet ex eisdem actis, vel saltim per nouas scripturas in promptu præsentandas.

Porò casus noster restitutionem meretur ex eisdem actis, siuè tenorem sententiæ, siuè ordinem processus, siuè iustitiam causæ inspiciamus.

Et primò sententia (de qua agimus) quoniam quatuor sunt cohæredes, & ex illis duæ (vt modò diximus) pœnitus in processu auditæ non fuerunt, cōdemnat reliquas duas, salua prouisione facienda, si cōtra eas exequi debet insolidum, vel
2 pro rata. Hæc sententia quoquomodo exequatur, parit notabile absurdum. Si enim prouidebitur exequi pro rata, oportet cōpilari processum pro reliquis ratis cum cohæredibus, quæ si fortè absoluerentur absurditas appareret inter cohæredes, ex eadem causa, aliàs condēnari, alias absolui. Si autem prouidebitur exequi insolidum contra duas condemnatas, tunc maius erit absurdum, vt vel duæ soluant pro quatuor, vel repetāt duas ratas à reliquis duabus cohæredibus in iudicio nō auditis. Quarè si quid dubij adesset in absoluendis istis duabus in iudicio existentibus, optimum videtur pro decisione præsentis petitę restitutionis expectare compilationem processus cum reliquis cohæredibus.

Secundò restitutionem meretur ordo processus. Siquidem Procurator ex aduerso non solum in eius compilatione, prætermisit duas cohæredes de negotio informatas, sed consilium dedit suis testibus, vt tacerent quædam, ex quibus arguitur delirium Io. Francisci, qui prętenditur dispofuisse dicens non oportere deponere nisi ea de quibus interrogantur, prout deponit vnus ex testibus eiusdem Monasterij.

Insuper quando causa fuit primo loco expedita, eo quod negotium recens erat, & delirium Ioannis Francisci cognoscebatur haberi pro notorio inter Dominos de Aula: nè omninò sequeretur absolutio, dixerunt Patres debere saltim taxari aliqua elemosina, stante, quòd ibi corpus erat sepultum, & quia in hoc hæredes nō omninò renuebant taxata fuit elemosina satis condigna, & valdè maior, quàm suspicarentur, & tamen de vrbanitate omnes quatuor acquieuerunt, & soluere obtulerunt.

Atque in hoc ridiculum, quid euenit, sępè, quòd Monaci illam quantitatem recipere differebant. Sorores autem, eo quòd Monaci ad alia decidenda fuerant paulò post Capitulariter Cōgregati, certò credebant Capitulariter decreuisse non licere in foro poli huiusmodi sententiarum recipere stante præfato delirio, alijsq; multis contra hanc inanem dispositionem. Quare autem tacuerint ignoramus. Hoc certo scimus, quod siquidē interim defecerunt omnes, Domini illius Aulæ de prædictis informati, & super toto præsenti facto petita est eorundem Patrum depositio tanquàm principaliū, fol. 80. à tergo. Qua non obtenta, nec oblata,

oblata, neque in hoc prouiso, processum est ad secundariam causæ expeditionem, & orta est præsens condemnatio ad annuos ducatos centum pro præterito, & in futurum de qua conquerimur nimis iuistè.

Liber autem ponderare huius facti verisimilitudinem. Nisi enim delirium habitũ fuisset pro notorio, & nisi amicabiliter vtraque pars remisisset Sacro Consilio alicuius elemosinæ taxationem, quomodo in an fractu iudicij credibile est, voluisse Sacrum Consilium contra ordinẽ Regium Præsidẽ non accersi: e?aut quomodo potuisset diffinitiuę nõ absoluere, vel condemnare, sed elemosynam taxare quod quidem non Iudicibus neque arbitris, & vix arbitratoribus permitteretur.

Adeò, quòd ex hoc facto multa oriuntur, ex quibus restitutio est concedenda.

Tertiò in quo magis insistimus, quia lis to-
3 taliter finiretur, concedenda est restitutio attenta iustitia causæ apparẽte etiam ex hoc processu sic indefenso Siquidem prætendit Monasterium, quòd Io. Franciscus paulò antequàm moreretur fuerit interrogatus quid relinqueret Monasterio S. Dominici, & ipse respondit (cento ducati.) Et iterum interrogatus, se per vna volta, ò annui, respõdit (annui.) Hoc est quicquid Monasterium prætẽdit, nec à sæculo propositam credo similem dispositionem ad alterius binam interrogationem, cum vnico verbo sine scriptis à moribundo, ac delirante. Nunc autẽ circumscripto delirio, alijsq; ad factum pertinẽtibus videamus de Iure quid possint huiusmodi verba operari.

Est autem in iure exploratum, vt in disposi-
4 tionibus ad pias causas, nec scriptura requiratur, nec numerus testiũ vltra duos, vel tres c. cum esses, & c. relatum de testam. Bar. Bald. & cæteri in l. 1. C. de Sacrosanct. Eccles. Itaq; in casu nostro numerus est sufficiens, sed vltrà numerum, rogitus etiã est necessarius per l. hac consultissima C. de testam. & auth. rogati C. de test. Et hic rogitus in casu nostro non adest, sed an necessarius sit in causa pia. Sunt opiniones hinc indè, & partem affirmatiuam renuit Rom. consil. 306. in secunda ratione, Lapus alleg. 30. Franc. Aret. Bald. Paul. Castr. Ant. de Butrio, Panorm. Alex. & alij quamplures relati per Tiraq. de priuil. piæ causæ in 3. priuil. num. 1. Refert etiam nõnullos Boer. decis. 34. num. 5. & latè Barbat. in hac opinione resideas in d. cap. relatũ col. 4. Verùm idem Tiraq. in loco prædicto, & Couar. in d. c. relatum dicũt communiorem esse opinionem negatiuã, de quo ego dubito, quia præcedentes sunt mul-
5 ti, & de istis non requirentibus rogitum, aliqui loquuntur solũ in dispositione inter liberos, cui licèt in multis æquiparetur causa pia, tamen in hoc minor solemnitas requiritur inter liberos, ad quos bona spectarent etiam sine dispositione, prout considerat Rom. in d. cons. 306. Alb. in l. hac consultissima §. ex imperfecto in fin. C. de testam. & reliqui supradicti. Et insuper tex. in c. relatum clarè dicit, duobus vel tribus testibus requisitis, quæ verba DD. negantes rogitum interpretantur de requisitione ad deponendum, sed DD. contrarij clamant hãc esse interpretationem valde duram. Nec alibi reperiri hoc genus loquẽdi, vbi leges loquuntur de probatione per testes.
6 Clarum est enim quòd nemo deponit, nisi requisitus, & per examen interrogatus, alias se vltrò offerens suspicione nõ careret, l. quæ omnia ff. de procur. Vbi Ang. not. Et proinde iudicant magis cõgruam interpretationem, vt illa verba intelligantur de rogitu in conformitatẽ iuris ciuilis, & sic declaret Summus Pontifex non plura specialia induxisse, quòd lex abhorret, l. Meuius §. duobus, ff. de gat. 2. sed specialitatem in causa pia, quò ad numerum testium, non etiam quò ad rogitus solẽnitatem, sicut cõcludit And. de Besset. in l. 1. C. de sacrosanct. Eccles. num. 210. cum sequentibus.

Hæc opinio si verior videbitur Sacro Consilio

filio negotium est expeditum, sed quia in præsenti causa, vt verificetur iustitia notoria in supplicatione expressa, intendo procedere per conclusiones indubitatas, transeo ad clariora.

Et prima conclusio sit, quòd rogitus requiritur pro duobus, nempe pro solemnitate inducta ad tollendam suspicionem supradictam testium qui se vltrò offer-
7 rent, ac etiam pro dijudicando disponentis animo deliberato circa illam dispositionem, prout docet Bald. in Auth. quod sine num 3. C. de testam. sequuntur reliqui de quibus per Barbat. in cōsil. 87. col. fin. vol. 4. & per Andr. de Besset. in loc. prædict.

Hæc deliberatio, vt plurimum elucescit in testamentis, quæ scribunrur, aut scribi fiunt, leguntur, ponderantur, & multifariam versatur, disponens circa disponenda, priusquàm declaret illam esse suam vltimam voluntatem. Modò si hæc om-
8 nia deficiunt, saltim ad hoc vt pro subsistenda dispositione verbali, cognoscatur animus deliberatus oportet quod illa dispositio probetur per testes ad hoc rogatos. Iura sunt luce clariora in l. Pamphylo, §. propositum in verbo accersitis, & ibi glos. ff. de leg. 3. & in l. diuus, ff. de testam. milit. & in §. planè inst. eod. tit. de milit. testam. Quæ tria iura rogo tanto magis ponderari, quia ille rogitus expressus à Summo Pontifice per illa verba, Testibus requisitis exprimitur in §. propositum per illa verba, Testibus accersitis, & in l. diuus, per illa verba Testibus conuocatis, quæ verba repetuntur in §. planè Institut. de milit. testam. Et sic ista quatuor iura cōformia claudunt os. Nàm si tex. in cap. relatum loquitur in causa pia, Tex. in l. diuus, & in §. planè loquuntur in milite, eodemque modo, Tex. in §. propositum, prout ibi glos. notat, loquitur in militibus, & de illis intelligi, vt rogitus sit necessarius in conformitatem iurium prædictorū firmant etiā Iul. Clar. in §. testamentum quæst. 58. & Natt. in repet. l. Hac consultissima §. ex imperfecto nu. 64. C. de testam. Quibus quidem militibus in hoc illud idem atq; vberius indulgetur, quòd causæ piæ l. 1. vbi glos. & DD. ff. de milit. testam.
9 solum dispensatur in dispositione inter liberos ex doctrina Bald. in dicta auth. quod sine cum cæteris relatis per Tiraq.
10 in d. num. 3. circa finem, quorum nemo hoc idem extendit ad causam piam, & meritò nam dispensatio suos fines non egreditur, & reliqui casus remanent sub regula l. nam quod liquidè, ff de pen. legat. Item quia diuersa ratio est respectu filiorum ad quos bona peruenirent etiā sine dispositione, prout cōsiderant Do-
11 ctor. paulò superius relati. Item naturalis ille stimulus de quo in l amicissimos §. fin. ff. de excusat. tutor. indicat animum deliberatum, & hoc considerat
12 Bald. in d. auth. quod sine, & denique prouidere filijs cadit sub præcepto, sed eleemosyna est de consilio præter particulares casus necessitatis, prout vtrumq; docet D. Thom. in 2. 2. q. 32. art. 5. & 9. Ex quibus omnibus ea, quæ remittuntur in dispositione inter liberos extendi nō possunt sicut à Doctoribus non extenduntur ad causam piam.

Et rediens ad Doctores non curantes de rogitu in dispositione ad pias causas illi omnes, vt accuratè obseruaui, & aduertit etiam Tiraq. in 3. priuil. in princ. & Couar. in cap. relatum nu. 4. hac sola de causa prætermittunt rogitum, quia tenēt ius canon. prætermisisse in hoc scrupulosam solemnitatem iuris ciuilis; Ego autem omittens pro nunc dispositiones scriptas, vel scribi iussas, in quibus plura verba, plus tēporis, ac plures loquutiones indicare possunt animum deliberatum, restringo me ad dispositionem verbalem, in qua ad euitandas fraudes, aliaque inconuenientia commemorata in iuribus prædictis, statuta est certa forma probationis animi deliberati per rogitū testium, & hoc non perfunctoriè, sed per iura triplicata in l. diuus, in §. planè, &
13 in §. propositum. Atque in hoc, quod respi-

respicit certitudinem voluntatis nihil de iure canonico remittitur, prout latè examinat Couar. in c. relatum nu. 9. Etenim (vt euitetur æquiuocatio) licet magna fit quæstio, vbi integra voluntas non est perfecta, quia morte præuentus reliqua disponere nõ potuit, de quo per Tiraq. in loco prædicto in 7. priuil. vbi clariùs loqui potuisset, & fortè melius, quia etiã in illo casu opinio sibi cõtraria est communior, & (meo iudicio) verior. Tamẽ vt loquamur de casu nostro respectu perfectionis voluntatis circa disposita, nihil de iure canonico remittitur, nec remitti potest. Genus autem probationis huiusmodi voluntatis, benè potuisset immutari, sed immutationem in iure canonico nõ reperio circa dispositiones verbales, & iuris ciuilis correctio non præsumitur, vt latè dixi in alleg. 28.

Quarè dum tex. in c. cum esses, qui loquitur de dispositione scripta non commemo-
14 rat rogitum firmabo rationabiliter, vt subsequens tex. in c. relatum, in quo dicitur testibus requisitis intelligi debeat, vt saltim in relictis oretenus requiratur rogitus, nõ pro solemnitate, sed pro demonstranda illa animi deliberatione, quę necessaria est in conformitatem tot iuriũ ciuilium, quorũ verbis consimilibus vsus est Summus Pontifex sicut hoc in specie in dispositione verbali etiam in causa pia egregiè cõsiderat Corn. in cons. 319 nu. 6. circa medium vol. 4. vbi affert tex. in l. diuus, Mant. de coniect. vlt vol. lib. 2. tit. 11. nu. 14. Et in hoc non est contradictor, imò idem Tiraq. huius rogiti acerrimus expugnator in illo tertio priuileg. Tamen circa finem in vers. quod testes ideò debent esse rogati &c. coactus fuit concedere, quòd rogitus necessarius est, si nõ ad solemnitatem saltim ad probationem animi deliberati, & persistentis, verum in finalibus verbis videtur ipse cõcedere, quòd huiusmodi deliberatio, & persistentia potest aliundè probari in quo non insisto, quia nihil tale probatũ est in casu nostro. Benè aduerterunt Patres hanc ineuitabilem difficultatem vnde articulauerũt animi deliberationem, & persistentiam in pluribus colloquijs, sed nemo ex testibus hoc dicit.

Imò verum est, quod semper negauerat velle taliter relinquere, licèt fuerit pluries rogatus, prout deponunt primus test. fol. 24. super 4. & 5. secundus test. super 5. tertius test. super 4. & 5. quartus test. optimè super 6. Nec obstat, quòd Iulius Gaglianus dicit prius dixisse quingentũ, & postea cẽtum, quia dum lex pro dijudicando animo deliberato, & persistenti in dispositione verbali requirit plura colloquia, oportet illa fuisse diuersis tẽporibus, vt patet ex ponderatione tex. in l. diuus, & in l. Pamphylo §. propositum, aliàs non dicitur pluries factum, quod
15 fuit eodem momento; Nàm, & quæ incontinenti fiunt, dicuntur in esse. Item Iulius in hoc est singularis, vndè eius dictum, dictum nullius. Et credo, quòd dixit hoc, vel ad excusandam suam impertinentem interrogationem, vt coloraret, quarè interrogauit si illi ducati centum erant pro vna vice, vel annui. Dum clarũ est, quòd simplex relictum ducatorum cẽtum, intelligitur pro vna vice, vel quia (vt ipse idem dicit in secundo examine) lingua iam intumuerat, & fortè, vt mos est balbutientibus duplicãdo, & difficulter proferendo hoc verbum (cento) sonitum fecit quasi dixisset (cincocento.)
16 Sed quòd verè non dixerit aliud nisi semel duc. centum, deponunt reliqui tres contestes ipsius Monasterij. Adeò quòd in facto nulla remanet probatio talis dispositionis annuorum ducatorum centũ reiteratæ. Neque ad hoc animi deliberati, & per prius ad hoc dispositi, imò contrarium. Vnde clarissima remanet in casu nostro conclusio iam firmata.

Et tamen, vt hoc obiter commemorem, non simpliciter admittam Theoricam Tiraq. iuxtà sensum supradictum, nã illa copula in finalibus verbis, aut verè est copula, & non disiunctio, aut si est disiunctio oportet, quod intelligatur excepta dispositione verbali, in qua propter fraudes, &

alia

alia inconuenientia (vt modò diximus) statuta est certa forma probationis, quã non reperio posse adimpleri per æquipollens sicut requirentia scripturam, nõ probantur per testes. Nec è contra, & requirentia partes cur. non probantur per alios extra Cur. etiam fide digniores, & his similia, quæ breuitatis causa prætermittimus.

Secunda est cõclusio indubitata, quòd quçuis dispositio in casu nostro est inanis, dùm notarius fuerat in die præcedenti ad illam noctem per Io. Franciscum accersitus, & insimul cæperunt loqui de his, quç solemniter disponere destinauerat in mane sequenti, qua hora dixit notario vt reuerteretur, sicut deponit idem Notarius, & quartus test. Monasterij, & tertius & quintus.

Qui subsequuntur, dicentes quòd iuxta prædictum ordinem Notarius postea venit, & reperto manifestissimo delirio abijt, & paulò post languens expirauit. Hoc autem operatur Notarium expectare, vt quicquid interim fit per se non stet, sed ad Notarium prærordinetur, & quæuis dispositio etiam reiterata, etiam in scriptis redacta dispositio inte-
17 rim non est, sed discursus, & præparatio ad disponendum, ità etiam in causa pia voluit (solidissimæ auctoritatis) Oldr. in cons. 119. per totum sequitur Dec. consil. 159. col. 2. vers. quibus tamen non obstantibus, ac sequuntur communiter omnes copiosè relati per Couar. in cap. relatum in 7. intellectu num. 9. Vbi expendit plura iura, & per Gramm. in decis. 62. num. 15.

Tertia est conclusio indubitata, quòd in casu nostro non tenet hæc prætensa dispositio tanquam facta non per propriã, & spontaneam prolationem, sed per nudam responsionem ad interrogationem
18 alterius. Dixi in casu nostro quoniam non ignoro qualiter hæc quæstio simpliciter proposita, num valeat dispositio ad interrogationem alterius est de plurimũ controuersis in iure, eo quòd Pileus in eius quæst. 110. simpliciter dixit nõ valere, Accursius autem, in l. iubemus C. de testam. dixit valere, & vterq; tot habet sequaces, vt vix dignoscatur opinio verior, aut cõmunior, vt latè posuit Corneus cons. 1. vol. 4. Tiraq. vbi supra in 8. priuil. adeò quod author quidam iuris peritissimus in epitome ad consil. Alex. 12. vol. 1. dicat bonum esse si lege Imperiali quæstio dirimeretur, & suo iudicio lex deberet esse annullatiua talium dispositionum tanquam captatoriarum, & fraudem inducentium.

Verùm id, in quo omnes concordant, est, vt
19 si quando admittitur dispositio ad alterius interrogationem ita admittatur, & non aliter etiam in causa pia, si constat disponentem per prius illud idem sua sponte dixisse, de quo interrogatur. Ita vt interrogatio sit primeuæ spontaneæ voluntatis commemoratio iuxta formã clarissimè traditam in d. l. Pamphylo §. propositùm deleg. 3. non autem nouæ dispositionis inductio. Siquidẽ infirmo commemorare ea, quæ ipse dicere solebat est quodammodo amicabile officiũ. Sed pro nostro arbitratu proponere dispositiones ab alio faciendas temeritas est à legibus improbatissima. Et talis disponendi forma potius superstitio nuncupatur à Doctoribus, & modus aptissimus ad suggestiones, & fraudes. Præsertim in infirmo valetudine grauato, prout omnia considerat, & ità firmat Io. Andr. in addit. ad Specul. in §. 1. de testam. in quæst. quæ incipit quidam Pileus lit. F. col. 2. nu. 9. & in causa pia, Rom. in consil. 306. col. 2. vers. ego vero pro veritate, qui loquitur etiam, quòd dispositio fuisset scripta, & infirmo lecta, vbi præsumi posset maior deliberatio inter legendum quàm in interrogatione verbali, & tamen non aliter admittunt responsionem ad interrogata, nisi præcedens scriptura scripta fuerit de ordine disponẽtis. Sequitur optimè Soc. in cons. 229. nu. 7 per totum vol. 2. & cons. 92. col. 8. vers. sed premissis non obstãtibus num.

O mihi

20 mihi 17.& 18.vol.3.Qui ponderat quã
faciliter languens intellectu debilis malè
considerat quid velit,& ad uitãdas mo-
lestias interrogantium faciliter respon-
det,quòd sic,& multa similia satis opor-
tuna ad casum nostrum, in quo affuere
tot interrogationes, & importunitates,
nè dicã suggestiones ex indiscreta sedu-
litate tot interrogantium, de quibus lo-
quar in facto.Presertim ponderando re-
sponsionem ad vltima verba. Nàm si-
cut interrogatus, nùm illi ducati cen-
tum essent pro vna vice tantùm,vel an-
nui respondit (annui) sic è contra inter-
rogatus num essent annui,vel pro vna
vice,sine dubio respondisset, pro vna vi-
ce.quæ responsio esset magis accommo-
data ad proprietatem sermonis, dùm
simpliciter dixerat, relinquere ducatos
centum,quæ dispositio intelligitur pro
pro vna vice.Quis enim volẽs relinque-
re centum annuos, relinquit centũ sim-
pliciter. & expectat ab alio interrogari,
num sint annui?

Sed nunc ad ius rediens,quòd inanis sit di-
21 spositio ad interrogata absque requisi-
tis paulò ante mẽtionatis vltrà predictos
etiã in causa pia,firmat Corn.in cõs.319
num.5.circa med.vol.4.& cons.1.nu.4.
eod.vol.Nàm hoc genericè prohibetur,
vt per Hipp.de Marsil.in singul.suo 449
incip.Testamenta debent esse libera.Vbi
ponderat. Si disponẽs non expressit no-
men legatarij, Auctor prædict. omninò
videndus ad cons.12.Alex vol.1.in add,
sub lit.D.Ias. in l.Iubemus in finalib.ver-
bis C.de testam.cum ceteris per eos ad-
ductis.Non omittendo, quòd Ias.ibi se-
quitur,& commendat Rom.qui loquu-
tus fuit etiam in causa pia,quoniam præ-
dicta respiciunt non sollemnitatem: Sed
certitudinem voluntatis, vt in prima cõ-
clusione dictum est.

Factum etiam quoquomodo ponderetur, indicat vanitatem huius prætẽnsionis,siquidẽ prima responsio fuit de relinquẽdis ducatis centum, & si cum hac dispositione obijsset, centum solummodò deberentur.Quando autem fuit interroga-
tus. Nùm essent pro vna vice, vel essent
annui,& ipse respõdet hoc vnicum. ver-
22 bum (annui)vltra supradictam conside-
rationem de responsione ad vltimum
verbum nõ sine calliditate taliter inter-
rogãtis languentem defessum, ac mori-
bundum. Tamen dato, quòd in omni
salute, sic respondisset, quid per hoc de
certitudine responsionis?Certè hoc ver-
bum potest intelligi in vim dispositionis,
& potest intelligi in vim iracundæ respõ-
sionis,prout mos est fieri ad modum in-
terrogantis, videns requiri de faciendo
relictum adeò excessiuum,& dũ hoc ver-
bum potest habere duplicem intellectũ,
succedit regula, quòd Actore non pro-
bante reus absoluitur. Nec obstat,quòd
Iulius Gaglianus faciat mentionem de
tribus Missis in die,quòd dixit, vt adiu-
uaret intelligentiam de centum annuis.
Nàm in hoc etiam sicut in reliquis est in
verisimilis, vt languens moribundus, &
delirans hæc discurreret, & est similiter
singularis,quia nemo alius hoc dicit imò
eadẽ Portia,quæ tàm callidè stimulabat,
non tamen sciuit ita calidè deponere si-
cut Gaglianus. Nec affirmat de tribus
missis in die,sed quòd Ioannes Frãciscus
dixit *per tante Messe*, & hoc magis con-
gruit relicto pro vna vice. Vltrà quòd in
hoc cognoscitur animositas ipsius Ga-
gliani, vt infra dicam.

Quinimò hoc verbum dubium multò credibilius debet interpretari. Vt fuerit respõsio iracunda ad interrogationem impertinentem.

Primo, quia in dubijs pro reo.

Secundo,quia moriens relinquendo, quatuor sorores,nec habens,demptis oneribus,nisi valdè modicam facultatem, cognoscebat impertinentiam huiusmodi requisitionis.

Tertio, quia viri sic defessi, & moribundi, quando disponunt,aut alias loquuntur, pronunciant debili, ac submissa voce. Sed testes partis, videlicet. Secundus test. & tertius test. dicunt, quòd hoc

verbum

verbum (annui) protulit statim, & alta voce; quid ergò est hoc nisi intelligere, quòd hoc verbum protulit, cũ indignatione ad modum interrogantis, vt supra diximus, & sic absolutio sequi debet etiã circumscripto delirio.

Sed veritas est quòd in illa nocte omnis interrogatio, & omne verbum sibi magis nauseam dabat, quia morti proximus, & delirans nõ cogitabat quid dictaret, aut quid faceret. In quo delirio aduerto.

Primo, quod de delirio totius noctis loquuntur quinque contestes, testes autem partis sunt quatuor, de quibus vnus nẽpè scholaris Artis medicæ affirmat, quòd in illa nocte febris ascendere debebat ad delirium, ex quo aut colligimus deliriũ, quod ipse noluit fateri, vt infra dicam, aut saltem colligimus mentẽ delirio proximam stupidam languẽtem, & caliginosam. Item alius testis nempè Iulius fatetur illa verba, quæ demonstrant apertũ delirium, licet conatus sit quantum potuit Monasterium adiuuare, subiungẽdo, quòd non recordatur quantum temporis postea cępit delirare, intelligens ipse de delirio maiori, cũ paulò post dixit verba multa, ac valdè vesania. Sed certè ipse testis delirat, si ex primis prædictis verbis non intellexit delirium incepisse, dùm dixerat, & imaginaitus fuerat, quæ non erant, prout ex medicis tradit Suar. in eius alleg. 1. num. 6. Verùm in hoc etiam cognoscitur huius testis animositas pro monasterio, sicut in reliquis supradictis, in quibus semper est singularis, Duo autem reliqui nõ clarè dicunt non delirasse, & si dicerent sunt minores numero, 23 & etiam fide. Plus enim de iure in homine morti proximo creditur affirmantibus deliriũ quàm negantibus. Ita Socc. in cons. 229. ante num. 8. vers. Secundò põderat vol. 2. latè ac pulchrè Socc. iun. cons. 183. vol. 2. sequitur Mantic. de cõiect. vlt. vol. lib. 2. tit. 6 num. 6. Præsertim quia deponentes de delirio nituntur affirmatiuè, & ex consequenti succedit regula, vt plus credatur paucis affirmantibus, quàm multis negãtibus, testes enim deponẽtes delirium, viderunt multa gesta delirantis, audieruntq; verba vesania, quibus fortè negantes delirium non affuerunt, vt benè considerat Alex. in consil. 147. num. 15. vol. 7. latè Suar. in eius alleg. 1. num. 17.

Nec dicatur, quòd duo testes sunt mulieres consanguineæ, nàm familiaria per familiares probari oportet, & etiã frater carnalis est idoneus, vt Specul. in titul. de testam. in principio col. 2. vers. sed numquid frater glos. in cap. insinuante in verb. familiarem de offic. deleg. præsertim dum illæ dominę nullum in hoc Patrimonio habebant interesse, prout ibi Specul. considerat, & reliqui tres testes sunt laudati à testibus Monasterij nec etiam dicatur quòd ille Iulius Gaglianus etsi deponit de delirio ante prædicta verba, non tamen deponit de delirio in 24 eisdem verbis. Nàm apud medicos est exploratum non recedere delirium aduentum in accessione febris, nisi cessante febre, & in casu nostro post delirium, de quo loquitur Gaglianus in principio noctis semper habuit se in peius donec exorbirantius delirando vitam reliquit, & sic dùm negari non potest delirium præcessisse ista verba, oportet delirium durasse per totam noctem vsq; ad mortem, prout cum omni verisimilitudine, & veritate deponunt quinq; testes prædicti, & sic oportebat esse, prout congerit Suar. in d. alleg. 1. num. 19.

Atque ex prædictis, aut ius attẽdamus, aut 25 factum ipsumque factum secundum vtramque lecturam (sicut licitum est reis qui proponere possunt diuersas defensiones, & etiam contrarias, vt per Afflict. dec. 134.) sẽper absolutionẽ sequi oportet, & tamen hucusque stetit per Patres recipere illam eleemosynam toties oblatam. Et quo ad missas commemoro qualiter. Quicquid prouisum sit respectu clericorum non habentium aliundè, vt

O 2 com-

26 commodè viuant. Tamen respectu fratrum qui habent redditus, non debebat adhiberi tanta austeritas etiā ex eo quod legimus in Synodo Tridentina de celebratione Missarum sess.22.

Et tantò commodius respectu huius Monasterij habentis, prout audiui priuilegium amplissimum (vulgò dictum) mare magnum, cuius vigore, semel, aut bis rē diuinam facientes pro multis satisfaciūt ex dispensatione Pontificum, in vtroq; foro. Quæ omnia in prolatione illius sententiæ, quæ taxauit eleemosynam tunc aduertit Sacrum Consilium gratum etiā sibi fore ostendens nè sorores dissentirent; sed à Monacis, & auctoritati Sacri Consilij, & vrbanitati ipsarum sororum, parum corresponsum est. Vndè dùm illi sententiæ non acquieuerunt, absolutio nunc de iure sequi debet, remittendo eleemosynā ad totale arbitriū sororum, iam, quòd ex processu condemnatio sequi non potest. Deo gratias.

Sequuta fuit concordia iuxta eleemosinam primo loco taxatam.

Sententiam vero aduersus quam fuit petita restitutio refert Consiliarius Zizarellus nuper impressus in decis. 46.

SVMMARIVM.

1 *Velleianum quod obstat circa mulierum obligationes cessat fauore dotis, & antefati.*

2 *Donationis propter nuptias, & dotis communicata sunt ad inuicem Priuilegia, & proinde vtroque casu procedit auth. res quæ C. commun. de legat.*

3 *Consuetudinis dos, & quarta ratio assignatur, & ipsius dispositio declaratur.*

4 *Dotis repetitio requirit scripturam ad beneficium mulieris, ex quo nonnulla oriuntur, vt in numeris sequentibus.*

5 *Dos repetitur ab alijs, cum quibus non adest instrumentum dotale modo adsit cum vno.*

6 *Instrumentum dotale ad repetitionem dotis non requiritur pro forma, & proinde sufficit alia scriptura æquipollens: & quid si adsunt solummodò capitula matrimonialia.*

7 *Hypoteca an oriatur à die capitulorum matrimonialium, an verò à die matrimonij subsequuti tanquam à die purificatæ conditionis remissiuè.*

8 *Conditionis purificatio, absque alio actu positiuo firmam redit obligationem antecedentem.*

9 *Capitula matrimonialia sufficiunt ad petitionem antefati, si antefatum fuit ibi constitutum de præsenti, si verò fuit constitutum de futuro requiritur probatio adimplementi.*

10 *Obligatio naturalis, quæ oritur ex ipso facto, licet in iudicium deduci non possit ex defectu scripturæ, vel consimilis solemnitatis requisitæ de iure ciuili, parit tamen nonnullos effectus hic recensitos.*

11 *Sacrum Cōsilium in quo proferuntur sententiæ nomine Regio, potest sicut Princeps vti manu Regia, & condemnare solummodò ex obligatione naturali.*

12 *Peti si quid prohibetur absque scriptura, potest ipsa petitio in exordio litis impugnari; Quod si reus patitur litem contestari, & tanto fortius si patitur procedi ad vlteriora censetur huic specialitati renunciare, & decernetur, id quod ex alijs iustum videbitur.*

13 *Scriptura quando requiritur pro forma, & quid hoc operatur.*

14 *Scriptura quando requiritur solummodò ad probationem, & quid hoc operatur.*

15 *Scripturæ probatio requisita suppletur per depositionem quinque testium.*

16 *Antefatum an & quādo debeatur solum pro quantitate dotis recepta.*

ALLE-

ALLEGATIO XIII.

Pro Cleria Frassia.

In Dei nomine Amen.



Leria Frassia vxor quondam Michaelis Mormitis defuncto viro cum suas dotes rehabuisset, & antefati solutio retardaretur petijt condemnari Camillum Mormilem & Isabellam Billi coniuges, ac parentes dicti Michaelis ad soluendũ ducatos 5000. vna cum interesse pro antefato sibi promisso tẽpore matrimonij, & pro ipsis quantitatibus assistẽtiam præstari super bonis in iudicio deductis; Dato termino, & compilato processu in expeditione causæ duo pro conuentis opponuntur.

Opponitur primo, quod obligatio Isabellæ in effectu fuit fideiussio vndè obstat Velleianum, & Regia Pragmatica lata per Imperatorẽ de anno 1543. Ad hoc faciliter respondetur quod Velleianum locum non habet fauore dotis l si dotare, & l.fin.C.ad Velleianum vbi glos. notat cæteros casus, & quia dos, & donatio propter nuptias pari passu ambulant l.cũ multæ C.de don.ant.nup.& ad inuicem communicata sunt priuilegia, vt per Afflict.decis.154. sequitur, vt idem sit in antefato, si quidem tex.in auth. res, quæ C.commun de leg.æquiparat vtrumque casum, & dotis, & donationis propter nuptias, sicut vberius colligitur in Auth. vndè desumitur, & tradunt Socc. in regul.324. Guid.Pap. in decis 96. & 611. Curt.in cons.64.col.fin. Aymon.in consil.19.in fin.Crot.& Ferdin.Loaz.in repet.§. Diui; Nec vnquam fuisse dubitatum hoc casu cessare Velleianum testatur Præses de Franch.decis.182. vbi ponderat eandem esse rationem fauore matrimonij, quia sicut vir nõ nubit sine dote, ita, & mulier non nubit sine antefato, & circa reliqua maiorem adesse rationem in antefato, tum quia masculi dilectiores, ac expectatior proles ipsorum, tum etiã quia promissio dotis habet damnum certum, & præsens, promissio autem antefati continet damnum incertum, & futurum. Incertum quidem quoniam potest præmori vxor, futurum, nam expectatur mors viri.

Opponitur secundo de consuetudine dos,
3 & quarta vbi statuitur dotem, & quartã, absq; Instrumento dotali peti non posse verum ad hoc multipliciter respõdetur.

Et primo aduerto quod illa cõsuetudo nõ est inducta ad restringendum fauorem dotium, quibus omnia iura fauent, sed potius est fauorabilis, quia obuiat fraudibus consanguineorum, quãdo vellent decipere mulieres figurando dotes fictitias, quæ fraudes, ac fictiones difficilius fieri possunt quando interueniunt scripturæ: statuit ergo consuetudo, vt dos, & quarta non petantur; absq; instrumento ad hoc vt in ipso matrimonio fiant omninò instrumenta dotalia, in quorum cõfectione constituatur; & assignetur dos cum effectu; Patet autem consuetudinem esse fauorabilem, quia consuetudo subsequens statuit, vt contra huiusmodi instrumenta nulla probatio admittatur. Immò in codicibus vetustioribus cõsuetudo subsequens includitur, vt paragraphus eiusdem consuetudinis, quæ incipit
4 dos, & quarta; Et est ita exploratũ apud Sapientes Regni consuetudinem requirere scripturam ad aliquem bonum finem, non autem ad restringendum fa-
5 uorem dotis, quod si adest scriptura cum vna persona, potest dos peti ab alijs cum iuridicis probationibus, absque hoc speciali requisitio, hæc est pulchra decis. Afflict.332.

Et ex hoc eodẽ fonte oritur, vt non requi-
6 ratur instrumentũ dotale quasi pro forma, sed sufficiat alia scriptura æquipollens, ita est theorica Napod. in ipsa consuetud. circa finem in verbo instrumẽto dotali, vbi in specie loquitur de capitulis matrimonialibus aduertendo, tamen quod

quod non omnia capitula sufficiũt, quia vt plurimum in illis adest promissio de futuro; vnde aduertenter Napod. explicat; vt capitula loquantur de præsenti, ità vt contineant dotem datam, vel confessatam; Modo in casu nostro omissa disceptatione respectu dotium, in quibus non adest controuersia (quia iam hæredes viri bonam fidem agnoscendo permiserũt Cleriam illas retrocapere, vt dictum est) loquendo de antefato clarum est ex lectura capitulorum, quod antefatum non solum promittitur cõstitui, sed
7 constituitur ex nunc pro tunc sequuto matrimonio, quo casu licet sint controuersiæ circa hypothecam àn, & quando oriatur à die contractus, vel à die purificatæ conditionis, de quo latè per Nicos. in 4. membro 2. par. nu. 77. & in primo membro 5. par. nu. 14. Borg. Caual. decis. 15. par. 4. Boer. decis. 331. Rot. Auen. decis. 25. Gam. Lusit. in decis. 355. Præs. de Franch. in decis. 677. Surd. in decis. 6. Molfes. ad consuet. tom. 1. de iur. dor. quæst. 2. tamẽ respectu validitatis ipsius constitutionis clarũ est, quod non oportebat antefatũ, iterum constitui, sed constitutum erat sub conditione matrimonij contrahendi, qua conditione purificata
8 nihil vlterius requirebatur, sed constitutio antefati per prius facta firma remanebat l. 1. l. qui balneum, & l. potior ff. qui potio in pign. hab. l. grege §. final. ff. de pign. & l. cedere diem ff. de verb. & rerum signif. docet Afflic. decis. 61. ita quod in casu nostro militat prædicta
9 punctualis decisio Napod. quam ibi sequuntur Scipio Bucinus, & Ant. de Alex. in addit. immò ampliatur etiã quod capitula loquerẽtur de futuro, dummodò adimplementum probetur aliundè, & Bucinus admittit testes Ant. admittit aliam scripturam puta apocam banci; sed hoc dictum sit ex abundanti, quia constitutio antefati in casu nostro est de præsenti, & sic sufficit præsens scriptura æquipollens ex præfata doctrina Napodan.

Secundò dato, at nullo modo concesso qd ipsa consuetudo esset odiosa, & restrictiua fauorum dotalium, ita quod Instrumentum requireretur pro forma, tunc interrogo si dotis consignatio, & antefati cõstitutio aliundè apparet, sed Instrumenti confectio est ommissa quidnam
10 ex hoc orietur cõtra mulierem? Napod. respondet obligationem naturalem in hæredibus viri sine dubio remanere, cessare autem actionem ciuilem, qua possit experiri; Ita Napod. ibi in verbo peti, vnde tradit, & retinere posse, & compensare, & alia huiusmodi: Hinc sequentes Doctores addiderunt posse hoc casu haberi recursum ad Iudicem Ecclesiasticũ, qui nè committatur peccatum iudicabit ex bono, & æquo iusta obligationem naturalem procedendo ad denunciationẽ Euangelicam, vt per Canon. in c. nouit de Iud. per Feder. de Sen. in consil. 384. Verùm hoc casu non solum Iudex Ecclesiasticus ad vitandum peccatum, sed Princeps secularis etiam ex manu Regia, quæ innititur bono, & æquo condemnare similiter potest vbi videt obligationẽ naturalem licet cessat actio ciuilis, vt per Innoc. Butr. & Compost. In cap. quæ in
11 in Ecclesiarum de const. quę manus Regia licèt non spectet ad aliud tribunal, speciale tamen est, vt idem seruetur in S. C. eo quod repræsentat Regem, & sententiæ feruntur nomine Regio, vt in specie decidit Afflic. in decis. 120. in fin. latè, Alber. Bolog. in rubr. de verb. oblig. cap. 8. & 12.

Tertio respondetur quod licet potuisset
12 hoc opponi in principio litis, non tamẽ opponi potest post litem contestatam, & multò minus post compilatũ processum ex doctrina Bald. & Rom. in l. certi condictio in §. quoniam ff. si cert. petat. sequitur latè Cępoll. in caut. sua 253. Dec. in cap. 2. col. penul. in 11. limit. de probat. vbi magna Apost. Hypol. in rub. de probat. num. 59. in 8. limit. Purpurat. qui cæteros congerit in dict. §. quoniam num. 26. & Præs. de Franch. in decis. 278

circa

circa finem;& est ratio,quia consuetudo impedit petitionem,absq; instrumento, quando autem patitur iudiciū fieri,absq; instrumento videtur huic specialitati renunciare,nec iudicium debet esse elusorium,quia si hoc fuisset oppositum actor frustra tempus non consumpsisset, sed petijsset fieri instrumentum,cum quo ageret iuxtà tex. in l. si quis argentum S. fin.vbi Rom. & Sal.notant C.de donat.

Quarto denique respondetur quod omissa disputatione, vbi probatio restringitur ad scripturas ex conuentione partium, quam aliqui contēdunt esse præcisè obseruandam præsertim ob obseruantiam iuramenti licet aliqui contradicant, vt per Pręs.de Franch.in decis.361. Afflic. in prou.const.q.12.Foller.in Pragm. de cens.in verb.quæ quidē exceptio nu.57. tamen in prouisione legali iura requirentia scripturam non sunt odiosa,quasi restringentia veritatis probationem, sed sunt fauorabilia vti appetentia certitudinem veritatis.Hæc autem certitudo aliquando requiritur pro substātia actus, vt in constituenda emphyteusi l.1.C.de
33 iur.emph.secundum vnam opinionem, & in alijs casibus notatis per glos.in l cōtrahitur ff.de pignor.in quibus omnibus iura statuunt non fieri illud sine scriptura,prout inquit tex.in l.contractus C.de fid. instrum.vbi glos. notat in verb.in scriptis, & tunc requiritur scriptura vti forma à lege statuta pro constituendo illo actu, qui aliter non deduceretur in esse,& hoc non est in casu nostro,quia consuet. non dicit vt antefatum non cōstituatur sine scriptura; Aliquando vero (prout est nostra consuetudo) vult
34 lex,vt aliquid non petatur, vel nō probetur,nisi per scripturam, & tunc cōtractus est iam perfectus sine scriptura, prout notat Bart.in d.cta l.contrahitur,ff.de pign.& in l pactum C.de pact. & in l. cū res C.de proba.sed pro certitudine probationis requiritur scriptura; Verū quia sicut articulus probationis est fauorabilis,ità restrictio probationū esset odiosa, idcircò vtrumque finem respiciendo iurisprudētes hu.. decuere ūt, vt talis probatio possit fieri per æquipollens, & sic mitigāt rigorem restringētem probationes,sed pro æquipollenti non cōtentantur dicto duorum testium,vel trium qui sufficerent in omni contractu,sed exigūt numerum maiorem, & sic adimplent cū maiori certitudine probationis,ad quam
15 tendit scriptura. Hic autem maior numerus taxatur, æquipollenter in quinq; testibus, ità vt loco scripturæ sufficiat quinque testium depositio ex doctrina Cyn.in l.optimam C. de contrahen. stipula.sequitur,& cæteros refert Hyppol. in singul.157. & in casu nostro vltrà capitula matrimonial a dotis etiam receptio plusquam per quinque testes probata est,ac etiam per scripturas, nec insisto
16 in quantitate dotis receptæ, nam vetus illa quæstio num antefatum debeatur, solummodò pro rata dotis exactè cessat iam temporibus nostris in quibus receptum est iuxtà dotis promissionem debere virum agere,& promittentes vrgere, ipsam autem exactionem non esse considerabilem ad exercēdam promissionem antefati, stantibus clausulis passim in capitulis matrimonialibus appositis, nempè quod antefatum promittitur habito respectu ad dotes,& ex alijs iustis causis &c. cum alijs consideratis per eruditissimū Consiliariū de Georgio in alleg.45. num.11.& 18. & si forrè in illa causa dici potest quod aderāt etiam aliæ ponderationes, nuper articulus ipse decisus est in causa Baronis Pappasideri. Et petita restitutio in integrum aduersus sententiam fuit per idem S.C. respectu huius capitis denegata. Deo gratias.

Non videbatur S.C. in præd.ctis dubitare, sed Cleria compatiens dolori, & paupertati conuentorum quadam rata dimissa exegit reliquum,& fuit dimissio gratiosa, nam ad peius potuisset illos condemnari facere ad confectionem instrumenti,cum quo egisset, vt supra dixi in tertia responsione.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Contributio fit pro rata bonorum tàm feudalium quàm burgensaticorum habito respectu ad valorem ipsorum bonorum.*

2 *Legata relicta ab hærede sub nomine appellatiuo censentur repetita à substituto secus ab hærede sub nomine proprio, & hoc amplia, vt num. 3. & 4.*

3 *Hæreditas prò portione relicta hæredi grauato sub nomine appellatiuo si hæres deficit accrescit cohæredi cum onere, hæredis vero grauati sub nomine proprio accrescit sinè onere.*

4 *Grauatus nomine proprio cum effectibus huius grauaminis intelligitur quis, etiã si post nomen proprium additur nomen appellatiuum.*

5 *Prohibitio de non alienando quando transeat ad hæredem hæredis vide distinctionem, & declarationem cum numeris sequentibus.*

6 *Ratio generalis ampliat dictum.*

7 *Alienationis prohibitioni aliquando additur, vt non exeant de familia tanquam ratio finalis, aliquando tanquam prædicto futuri euentus, & vtroque casu diuersus oritur effectus.*

8 *Verba enunciatiua dispositionem, vel ampliationem non inducunt.*

9 *Verba dispositiua, vt bona conseruentur in familia inducunt ordinationem fideicommissi.*

10 *Prohibitio alienationis extra familiam dicitur realis, & durat apud quẽcumq;*

11 *Verborum proprietas est attendenda, & seruanda nisi expressè aliud sentire testatorem appareat.*

12 *Extensio de persona in personam fit vbi aliter dispositio non sustineretur.*

13 *Prohibitio facta hæredi nominatim non transit ad hæredem hæredis.*

14 *Societas ita morte finitur, vt neque ex pacto possint à contrahentibus obligari hæredes ad societatem cum declaratione, vt num. 16.*

15 *Pactum de non diuidendo hæreditatem infra aliquot tempus non obligat contrahentium hæredes, & declaratur consil. Dec. 441.*

16 *Societas an per mortem vnius dissoluatur respectu omnium, est vna quæstio in qua procedit decisio Minadoi, Alia est quæstio si obligantur hæredes paciscentium.*

17 *Coniecturæ considerabiles ad dignoscendum si testator voluisset, vel noluisset durare societatem.*

18 *Voluntas testatoris etiam expressa potest ex iusta causa non obseruari.*

ALLEGATIO XIV.

Pro Surianis Hæredibus in Burgensaticis.

In Dei nomine Amen.



IO. Baptista Surianus in eius vltimo testamento relinquit heredem vniuersalem in feudalibus Iulium Cæsarem Surianum eius filiũ pimogenitum, & in burgẽsaticis Fabium Surianum secundogenitum deinde inter cætera disposita in prædicto testamento adest infrascriptum capitulum.

Item detto testatore ordina, comanda, e vuole che li detti Giulio Cesare, e Fabio non possano spartirse ma debbano viuer in commune, & cõmunicare tutte l'entrate annue di detta heredità, tanto delle robbe feudali, quanto burgensatiche, vt supra, e di quelle debbano pagar tutti quelli debiti, ch'esso testatore deue tanto per dette dote, e legati fatti per detto testatore, quanto ancòra per qual si voglia altra causa, ò debito, che deue tanto se sono obligati li feudi quãto gli burgensatichi, & dopò haranno pagati tutti li debiti del cõmune stia à loro arbitrio come volno viuere, & cosi lassa, ordina, e vuole, sotto pena della priuatione dell'heredità.

Post

Post mortem prædicti Io. Baptistæ Testatoris mortuus est Iulius Cęsar sine filijs, & quia eo tempore reperiebatur Fabius Clericus, & proinde inhabilis ad successionem feudalẽ fuit mediante sententia Regiæ Cameræ cum interuentu S.C. declarata hæres vniuersalis in feudalibus Laura Soriana primogenita vxor Caroli Baronis. Lata hac sententia orta fuit controuersia inter hæredem in burgensaticis, & Lauram hæredẽ in feudalibus super contributione per eos facienda in solutione æris alieni relicti per Ioannem Baptistã Testatorem: Prætendebat enim Fabius qđ solutio erat facienda pro rata bonorum habito respectu ad valorem ipsorum, idque attenta iuris dispositione. E contra prætendebat Laura quod attenta prædicta dispositione testatoris solutio erat facienda pro rata fructuum burgensaticorum,& feudalium.

Regia Camera ab initio litis etiam ad instãtiam creditorum sequestrauit fructus verũ remisso negotio ad Sacrum Cõsilium fuit iũctis aulis prouisum quod fructus dissequestrentur præstita cautione per ambas partes de contribuendo in prædicta solutione ęris alieni pro rata ab eodem S.C. declarãda. Hæc declaratio nũc expectatur, videlicet num facienda sit contributio pro rata fructuum, vt hæres in feudalibus prætendit, vel pro rata valoris bonorum, vt prætendunt hæredes in burgensaticis quarum partes ego sustineo. Dixi hæredes, nã ad præsens prędictus Fabius iam decessit, & sic bona prædicta burgensatica ad reliquas eius sorores vigore substitutionis paternæ peruenerunt.

Ipsarum prætensio de iuris dispositione
1 nullam habet ambiguitatem si quidem contributionem debere fieri habito respectu ad valorem bonorum tradit Ant. de Alexandro in addit. ad Neapod. in consuet. si quis vel si qua fol. 111. post Guliel. de Cun. in l. hinc quæritur §. potest ff. de pecul. eamque opinionem per plures sentẽtias iudiciarias,& arbitrarias fuisse seruatam refert Capyc. in vulgata sua decis. 198. Frecc. in 3. lib. suff. in 13. differ. inter feudum hæred. & feudum ex pacto,& prouid. Præs. de Franch. decis. 1. num. 24. & 41. & in decis. 159. in princ. Io. Vinc. de Anna in all. 96. & 127. num. 34. Et Consiliarius de Anna in cõsil. 4. Zizarell. in decis. 31. de Ponte in consil. 13. num. 25. qui plures cumulant, & optimè omnium Camerar. in cap. 1. an agnatus in 22. q. num 154. quę opinio iam in Regno, passim seruatur licet quidam extra Regnum voluerit illã cõtrouertere qui dum non legitur non indiget responsione, quod æquiuocat in qualitate hæreditaria. Pars aduersa recurrens ad testamentum inquit, quod dum testator mandauit ex fructibus solui æs alienum voluit per cõsequens qđ pro rata fructuum fiat contributio, & licet prædictum legatũ loquatur in primis hæredibus prætendit de iure debere etiam extendi ad hæredes substitutos ex illa regula quod legata relicta ab hærede cẽsentur repetita a substituto de qua in l. licet Imperator ff. de leg. 1. & in l. cũ pater §. ab instituto ff. de leg 2. & hoc ratione prædilectionis instituti, vel ex natura subrogati, vt per D. de Franch. in decis. 58. num. 6.

At pro responsione aduertẽdum est quod aliquando legata siuè onera relinquuntur ab hærede sub nomine appellatiuo hæredis, & tunc cẽsentur in dubio repe-
2 tita à substituto, vt in d. l. licet, & ita hanc regulã intellexerunt Doctores omnes in d. l. licet, & in d. §. ab instituto quales fuerunt Odoffr. & Alb. vtrobiq, Bar. in d. l. licet nu. 4. & in d. §. ab instituto in princ. Castrens. in d. l. licet num. 3. & in d. §. ab instituto in princ. Bald. & Ioan. de Imol. vtrobique, & ibidem Cuman. nu. 1. Ang. in d. l. licet num. 5. Alex. ibidem num. 8. vers. nota quod legata Flor. ibidẽ nu. 8. vers. concludo ergo, & in d. §. ab instituto Iason in dicta l. licet num. 36.

Aliquando relinquuntur legata, vel onera ab hærede non sub nomine appellatiuo

hæredis,seù sub nomine proprio,& tunc non debentur à substituto casus est in l. si plures ff.de leg.3.vbi glosa ita conciliat illam l.ad text.in l. licet Imperator allegans etiam text.in l.Turpia §. fin.& l. si hæredes de leg.1.quam glosam communiter sequuntur dd.inter quos Bar. in d. l.licèt nu.4.vers. primo casu Alber. post numerum quartum vers. item quod habet Ang.num.5. vers.fallit, vbi relicta Pau.nu.9.vers.primo casu Alex.similiter num.9.vers.2.fallit, vbi respondet quibusdam per Raphael.Cuman. in contrarium adductis,& Ias.ibidem num.36.

Talis est casus noster siquidem in capitulo supra relato non est facta mentio hæredum sub nomine appellatiuo,sed in specie Iulij Cæsaris, & Fabij sub nomine proprio, & sic dicitur huiusmodi, onus nominatim iniunctum ex reg. tex. in l. nominatim ff. de leg.3.

Item ad hoc facit nam licet quando onera sunt relicta ab hærede sub nomine appellatiuo portio primi hæredis deficientis accrescat cum oneribus ex reg. tex.in l.si Titio,& Męuio §.Iulianus ff.de leg.2. cum traditis per Ioannem de Imola in l. Celsus §.fin.ff.de leg.2. & in d. §. Iulia-
3 nus num.2.vers. & intellige Bar. ibidem num.3. Fallit tamen quando onera sunt relicta ab hærede sub nomine proprio, nam tunc portio primi déficiétis nominatim grauati accrescit cohæredi sine onere tex. est in d.l.Celsus §.fin. ff. de leg.2.facit l.qui graui vtero ff.de iure codicill.voluit glos.in l.Titio, & Mæuio §.Iulianus ff.de leg.2. Odoff.in d.l. Celsus §.fin.Bar.in d.l.Celsus §.fin. num.3. & in d.§.Iulianus num.2.Bal.in d.l.Celsus vers.item allegatur,& in dicto §. Iulianus circa finē Io.de Imola in d. l. Celsus §.fin.num.3.vers.& sic,& in d. § Iulianus num.2.

Et adeò vera est hæc opinio quod licet post nomen proprium fuisset adductum no-
4 men appellatiuum attendi nihilominus nomen propriū expresse disponitur per Iuriconf. in l. si communis seruus ff. de stipul. seru. vbi glos. quam communiter Doct. ibi sequuntur, licet in hoc adsint aliquæ limitationes quas omittimus,tum quia omnes præsupponunt dispositionē in qua adsit vtrumq; nomen proprium v3.& appellatiuū quod in casu nostro non est, tum etiā quia & ipse limitationes essent casui nostro in applicabiles.

Vlterius autem deueniendo ad magis particularia dū dd.tractant illā q. an prohibitio alienandi facta hæredi transeat ad hæredem hæredis, in eam communiter
5 omnes incidūt in distinctionem quod aut prohibitio est facta hæredi simpliciter, vt puta prohibeo hæredi meo ne alienet, & in hoc casu porrigitur ad hæredem hæredis,aut est facta nominatim,& tunc non porrigitur originalis distinctio fuit Bar.in l.Lucius §.Sempronio ff. de leg.3.Alber.in d.l. Lucius in princ.nu.1. quē sequitur Io.de Imola in l.filiusfam. §.Diui nu.16.vers.ibi tamen ff. de leg.1. quem refert, & sequitur Alex. ibidem num.26.post Rom.in l.si quis filium famil.§.fin.nu.6.ff.de acquir. hæred. Ripa in dicto §. Diui num.110. & 111. qui loquitur in fortioribus terminis nempè quando fuisset facta prohibitio Titio hęredi meo,& sic vtrumq; nomen concurrebat,vel quādo dixisset prohibeo infrascriptis hæredibus quod vltimū dixerat Bar.in l.qui liberis §. hæc verba ff. de vul. & pupil. vel si adesset pronomē ipse hęres meus,Iason ibidem in prima lectura num.112. & in 2. lect. num.150. &151.Carol.Ruin.ibidē nu.146.dicens eam esse communem Alex.nu.51.Socc. Iun.nu.211.& ante eum Crot.in repet. §.Diui num. 131. Ferdin. Loaz ibidem num.188. & denique Bologn. ibidem num.274.Alex.cons.56.num.1. vol.1. Rom.cons.457.num.1.Tiraq.de retrac. conuent. §.1. glos.6. num.24. Ioannes Dilect. in tract. de arte test.in tit.8.de varijs testat.præcept.cautela 2.num.3.

Et quatenus pars aduersa ponderat Rom. in dicto cons.457. Ias.Ruin.Alex. Crot. Loaz.& Socc.iun.in d.§. Diui limitātes hanc

hanc conclusionem quādo adijcitur per testatorem ratio prohibitionis: ne bona exeant de familia præsupponens forsan pars aduersa posse hanc limitationem applicari casui nostro ex quo testator mādat debita solui ex fructibus quasi ex hoc speret bona libera, & integra duratura; Pro responsione aduertendum est, quod aliquando illa verba, vt bona non exeant de familia ponuntur pro ratione
6 dispositionis puta prohibeo hæredem alienare, quia volo quod bona remaneāt in familia, & in hoc casu, quia ratio generalis ampliat dictum l. cum pater §. dul-
7 cissimis ff. de leg. 2. prohibitio facta hæredi nominatim extenditur etiam ad hæredem hæredis vsque ad quartum inclusiuè, nisi adesset dictio in perpetuum, quæ perpetuaret prohibitionem, & iam prohibitio censeretur esse realis l. peto §. fratre ff. de leg. 2. & in isto casu procedit limitatio supradd. DD. quibus cōcordāt mox allegandi. Aliquandò verò illa verba proferuntur nō per modum rationis, sed tāquam enunciatiua cuiusdam futuri euentus quē testator sperabat sic posse euenire, vt puta volo ne Titius hæres hanc rem alienet ita enim fiet ne de familia sua exeat, & in hoc casu nullo modo extenditur ad hæredem hæredis tex. est expressus in l. pater filium §. fundum ff. de legat. 3. Sic declaratio limitationis prædictæ traditur ab eodē Rom. in dicto consil. 457. num. 1. à Io. Crot. in dicto §. Diui num. 135. quem refert, & sequitur ibid. Ferdin. Loaz. nu. 190. in vers. vlt. est notandū Ruin. cons. 89. nu. 21. vol. 2.

Sed ante omnes prædictos magistraliter ita distinguit Bar. in dicto §. fundum nu. 3. concludens quod quando verba sunt
8 enunciatiuè prolata nullam inducunt dispositionem, nec ampliāt prohibitionem per tex. in dicto §. fundum; idq; ex ea ratione, quia illa verba tanquam enunciatiua ne exeat de familia non ampliant prohibitionem quæ erat temporalis, vt per Bar. & Alber. ibi qui allegant ad hoc alium textum punctualem in l. Iulianus §. ex his ff. de leg. 3. quos refert Capyc. in decis. 108. num. 2. & licet contrarium sētiat in casu illius decisionis fundat opinionem suam præsupponendo quod illa verba testamenti stent dispositiue, vt ibi per eum num. 6. ac denique Euerard. de centum modis arguendi in loco à ratione legis larga num. 2. & per hæc iura Doctores in illa quæst. an per prohibitionem alienationis simpliciter factam inducatur fideicommissum inter homines de familia in casu mortis, vel tantum in casu alienationis, faciunt eandem distinctionem si in prohibitione aliena-
9 tionis adijcitur ratio per viam dispositionis, quia volo vt bona conseruentur in familia, & tunc censeatur inductum fideicommissum etiam in casu mortis per tex. in dicto §. fratre, aut enunciatiuè, & tūc videtur posita ad demonstrandum personas quarum contemplatione fuit prohibita alienatio ad validandam prohibitionem, & consequenter nō inducitur fideicommissum in casu mortis, sed tantum in casu alienationis, sic tradidit Soccin. Iun. post Crot. & alios in l. qui Romæ §. hæres num. 18. ff. de verb. oblig. & in cons. 57. 3. vol. nu 1. Alciat. in d. l. pater §. fundum de leg. 3. num. 2. & 3. Ferdin. Loaz. in d. §. Diui num. 199 & ibi Bologn. num. 302. ac demum Molin. de Hisp. primog. lib. 1. c. 5. nu. 16. & 17. Rol. à valle in cons. 43. nu. 42. vol. 1.

Attenta igitur hæc communi distinctione dico quod licet illis verbis de solutione æris alieni fuissent addita verba indicantia spem testatoris quod ex hoc bona erunt duratura, dummodò non fuisset expressio per viam rationis ad dispositionem vtique prohibitio quæ de sui natura est personalis, & non egreditur personam non ex illis verbis ampliaretur nec realis efficeretur, & tāto magis dum talis spes, vel consequentia non legitur, sed ex alijs verbis arguitur.

Secundò aduertendum est pro responsione

quod Doctores omnes qui limitant prędictam conclusionem ex ratione prohibitionis loquuntur quãdo ratio respicit bona, & sic est generalior prohibitione quæ tanquam facta hæredi nominatim est personalis, & ex generalitate rationis dicunt ampliari prohibitionem ex reg. tex. in d.§. dulcissimis. At in casu nostro illa verba quæ sequũtur de solutione æris alieni non respiciunt bona, sed illasmet personas nominatas Iulij Cæsaris, & Fabij: dicendo, che essi debbano pagar tutti quelli debiti, ch'esso testatore deue, &c. Vnde si dispositio est personalis, & ratio dispositionis est etiam personalis vtique non video quomodo possit recipere aliquam ampliationẽ, nec applicari supradictæ decisiones. Ad quod facit pulcherrima doctrina Paul. de Cast. in d.§. Diui nu. 9. dicentis quod si prohi-
10 bitio alienationis extra familiam respicit bona tunc dicitur realis, & proinde ad quemcumq; de familia transeant bona, erit ille prohibitus alienare extra familiã si vero respicit personã, quia prohibuit Titium ne alienaret extra familiam tunc ista prohibitio, non egreditur personam illius, & proinde si Titius alienat vni de familia, & ille postea alienaret extraneo, alienatio prima valeret quia alienauit vni de familia, secunda valeret etiam quia ille non erat prohibitus per tex. in l. pater filium §. quindecim ff. de leg. 3.

Hęc secunda responsio magnopere fulcitur ex illa vulg. iuris regula quod à proprie-
11 tate verborum nunquam est recedendũ nisi manifestũ sit aliud sentisse testatorem l. non aliter de leg. 3. cum concordantibus, vt in glos. Vnde cum in hoc casu tàm dispositio quàm ratio ipsius sit personalis, & loquatur in personis Iulij Cæsaris, & Fabij nullo modo estendi potest ad alias personas, substitutas, nam licet aliquando dispositio extendatur ex verisimili mente testatoris de casu ad casum, vt not. per Doct. in l. fin. C. de inst. & subst. & in l. Titius §. Lucius ff. de liber. & posthumis: quando tamen trac-
12 tatur de persona nunquam fit extẽsio de persona ad personã, nisi aliter dispositio non posset habere effectum, vt notabiliter dixit Aret. in l. Gallus §. & quid si tantum num 18. ff. de liber. & posth. quem refert, & sequitur Ias. in l. cum res num. 21. ff. de leg. 1. Hippol. de Mars. qui plures cumulat in sing. 499. incip. licet dispositio, & denique Io. Vinc. de Anna in alleg. 139. num. 4 qui innumeros fere Doctores ad hoc cumulat, licet Roland. à valle in cons. 43. num 49. vol. 4. non afferat qui eandem opinionem per plura confirmat.

Et proinde quando testator post prohibitionem alienationis factam hæredi nominatim subdit rationem dispositiuam, quia vult bona conseruari in familia: & sic constat de mente expressa testatoris circa conseruationem bonorum in familia quæ nõ posset sortiri effectũ si prohibitio alienationis non extenderetur ad hæredes, ideo iure optimo in infinitum Doctores supra relati dant illam limitationem per quã recedendo à proprietate vocabuli dixerunt prohibitionem de personali transire in realem; Quæ dum cessant in casu nostro nullo modo poterit applicari talis limitatio nec recedi à clara iuris dispositione quod prohibitio facta hæredi nominatim non trãseat ad
13 hæredem hæredis, prout bene in proprijs terminis huius limitationis firmat Socc. Iun. in cons. 163. num. 12. cum tribus seq. vol. 2.

Denique aduerto quod istud legatum non importat nisi indicere societatem inter Iulium Cæsarem, & Fabium, vnde seu verba testatoris insequamur siuè naturã societatis attendamus: non est dubium quod ista societas non trãsit ad hæredes.

Dixi primo si verba testatoris inspicimus siquidem vltra quod verba legati semper diriguntur ad personas, & proinde per ea quæ supra dixi ipsas non egrediuntur pondero modo illud verbum adiectum à testatore, ma debbano viuere in commune, quæ verba cum loquantur de vita non

non video quomodo possint applicari nec habere locum post vitam ipsorum, si enim societas in perpetuum inhita intelligitur donec viuunt socij ex reg. l. 1. & l. nulla ff. pro soc. iũctis glo. ibi a fortiori, idem dicendum erit dum expresse verba loquuntur de vita.

Dixi secundo, id probari si naturam societatis attendimus siquidem vera est conclusio de iure quod societas morte sociorum finitur, vt in l. verũ §. fin. l. actione
14 §. morte ff. pro socio, & proinde ad hæredes non transit etiam si expressè pactũ fuerit quod societas ad hæredes trãseat. Verba sunt Iurisconf. in l. adeò ff. pro socio. & licet prædicta iura loquantur in societate inita per contractum tamen præsuppono idem esse in societate indicta per testatorem, tum quia vbi lex non distinguit, nec nos distinguere debemus l. de pretio ff. de public. in rem actio. cũ simil. tum etiam quia validum est argumentum à cõtractibus ad vltimas voluntates, & è cõtra, sicut arguitur in § primo inst. de l. fus. can. toll. vbi glos. & dd. ad quod plura cumulat Euerard. in loco à contr. ad vltim. vol. Et nimis proxima ad casum nostrum est doctrina Io. Andr. in add. ad specul. par. 4. tit. de Iud. §. sequitur num. 2. circa finem addit: in vers. vidi dubitari post Oldrad. cõs. 241. qui dicũt quod si pater forte morti proximus duos filios iurare facit de hæreditate non diuidenda infra decennium, & eo nõ elapso
15 moritur vnus ex filijs, poterunt huius morietis filij prouocare patruum ad diuisionem non obstante etiam iuramento quos refert, & sequitur Ias. in l. si non sortem §. si centum num. 8. ff. de condit. indebit.

Non obstat consil. Dec. 441. quia vt ipse admittit sub num. 5. non potest fieri pactum nec iussio in testamẽto, vt societas duret vltra vitam, sed in eo casu societas morte extinguenda renouatur, & fieret noua societas quæ similiter morte extinguetur.

Nec adducatur decis. Minad. 30. Nam ibi
16 quæritur an mortuovno ex tribus fratribus inter quos testator indixerat societatẽ remaneat societas inter alios superstites vnde nõ poterit talis decisio applicari casui nostro: in quo tam Iulius Cæsar quam Fabius reperiuntur mortui, & dubitatur si hæredes ipsorum tenentur stare in communione. Inter quos duos casus magna adest differentia, si quidem dũm quæritur an societas morte vnius dissoluatur, etiam respectu superstitum inquit Iurisconf. in dicto §. morte quod soluitur respectu omnium, subdit tamen limitationem, nisi aliter cõuentum sit. At dum tractatur, si societas transit ad hæredem mortui dixit Iureconf. quod non etiam si expressè id esset conuentum sicut admittit ipse Dec. in dict. num. 5. & sic cum in primo casu prosit pactum, mirum non est si in dicta decis. ex voluntate testatoris durabit societas quoad superstites. Et in secundo casu in quo expressum pactum nõ sufficit minus poterit iuuari ex verisimili voluntate testatoris.

Et vlterius aduertẽdum est quod prædicta
17 decisio fundatur super cõiecturata mẽte testatoris, quod voluisset post mortem vnius filij durare societatem inter superstites, sed ista ratio ex præsumpta mente testatoris nullo modo applicari poterit casui nostro ex pluribus. Et primo quia attenta dispositione ipsius testatoris, ista communio fructuum bonorum burgensaticorum, & feudaliũ indicta inter duos fratres non erat durabilis post mortem ipsorum, vel alterius ex ipsis, si quidem testator voluit quod moriẽti vni ex prędictis duobus filijs alter succederet. Vnde attento hoc primo gradu substitutionis omnia bona tàm burgensatica, quàm feudalia deueniebant ad vnum, & proinde nõ erat locus cõmunioni quæ pręsupponit pluralitatem personarum: si verò attẽdimus secundum gradum substitutionis, quod si vterque decesserit, succedant omnes istæ septem sorores Surianæ, & cum illis Stephanus Sorianus pro

octaua parte, nequaquã erat locus huic communioni fructuum bonotum feudalium,& burgensaticorum, quia testator vocabat omnes simul ad successionẽ tam bonorum burgensaticorum, quàm feudalium. Et cũ iste casus, vt bona feudalia deuenerint ad Lauram primogenitam ex dispositione Iuris, nedum non fuerit præuisus à testatore, sed sit sequutus contra expressam mentẽ ipsius nullo modo poterit argumentari ex verisimili mente testatoris.

Secũdo dico quod si testator fuisset interrogatus an casu quo ista bona feudalia deuenirent ad Lauram primogenitam, & bona burgẽsatica ad omnes istas substitutas. Vellet quod dictorũ bonorum fructus communicarentur: vtique hoc negasset, tũ quia inter multas filias nuptas tot viris extraneis non poterat sperari illa concordia, quæ sperari poterat inter duos fratres simul viuentes, tum etiã quia finis conseruandi bona in familia cessabat bonis ipsis diuisis inter tot filias nuptas extraneis, & consequenter potius ex verisimili mente testatoris ista communio non erit extendenda ad hæredes substitutos.

Tertiò aduertendum est quod donec duo fratres viuebant insimul pro eorũ victu necessario modica summa fructuum indiguissẽt, & ex hoc prçcogitauit testator posse ex residuis fructibus singulis annis aliquam partem alieni æris extingui. At nunc dum ex dictis fructibus sunt alimenta præstanda septem sororibus, & sic vni consanguineo, & seiunctim, octo personis quarũ quælibet in sua domo proprio lares fouere oportet, atque interim æs alienum auctum est ob non solutionẽ tertiarum, & nũc potius damnosa esset ista communio stante maximè dissentione orta inter prædictas sorores vtique nedum cessat præsumpta meris testatoris, verum etiam si fuisset expressè indicta in hoc casu à testatore posset
18 modo ex hac iusta causa, ab ea recedi, ex his quæ scribit Oldrad. in consil. 241. nu. 2. & in consil. 349. Gram. in decis. 7. per tot. qui rogo videantur.

Patet ergo ex prædictis quod prædictum legatum, vel tanquam inducens onus, vel tanquam prohibitiuum alienationis, vel tanquam inductiuum communionis cum loquatur in personam Iulij Cæsaris, & Fabij nullo modo ad hæredes substitutos extendi debet, & proinde quod semoto legato hæredes teneantur (vt iuris est) ad contributionem pro rata valoris bonorum, & non pro rata fructuum. Deo gratias.

Sic decisum fuit fieri contritionem pro rata bonorum. Et ad articulum societatis videatur etiam Reg. de Ponte post hac impressus in cons. 90. vol. 2.

SVMMARIVM.

1 *Alienatio rei Ecclesiæ adhoc vt valeat requirit iustam causam, & solemnitatem.*
2 *Iusta causa alienationis rerum Ecclesiæ exponitur necessitatis, vel vtilitatis.*
3 *Surreptio adhoc vt vitiet actum oportet esse talis quod si fuisset expressa: gratia, aut nullatenus, aut durius concederetur.*
4 *Res Ecclesiæ solitæ concedi in emphytheusim semper conceduntur.*
5 *Valor rei (ad dignoscendum si adfuit læsio) est probandus tempore contractus. Non autem ex præcedentibus venditionibus.*
6 *Valor rei iudicatur ex præcedentibus, & subsequentibus venditionibus: intellige nisi adsit interuallum diuturni tẽporis.*
7 *Tempus diuturnum est annorum decem.*
8 *Valor rei probatur per ipsius redditum, & per venditiones eo tempore factas locorum in conuicinis existentium.*
9 *Causæ cognitio extra iudicialis sufficit in venditione rei Ecclesiæ: Nec in ea requiritur tãta sollemnitas quanta in re minoris nu. 10. Nec testium examen cum*

cum decreto in forma iudicij num.11. & 12.

12 *Solemnitas in venditione rei Ecclesiasticæ præsumitur interueniße per lapsum temporis ad plus triginta annorum, siuè intrinseca: quia præsumitur absque lapsu temporis: siuè extrinseca: cum lapsu temporis concurrente possessione, & scientia alienantis: & quid si ex lectura appareret non interueniße; & quid vbi non adest prouocatio.*

13 *Conditio debet adimpleri in forma specifica.*

14 *Diligenter: Aduerbium quid importet.*

15 *Reperietis verbum appositum in cõmissione quid importet.*

16 *Visura loci facta à Delegato multũ versatur ad validandam venditionem rei Ecclesiæ.*

17 *Clausula in rescripto posita, videlicet super quo tuã conscientiã oneramus, &c. operatur apices iuris esse remissas, & arbitrium boni viri electum.*

18 *Renunciare potest Prælatus, siuè Ecclesia hæreditatem, vel aliud ius querendum nondum tamen quæsitum, licèt sit delatum, & multò magis non delatum num.26.*

19 *Prohibitus alienare non prohibetur non quærere etiam in præiudicium creditorum.*

20 *Ius quærendum non est in bonis.*

21 *Donatio quæ inter virum, & vxorem est prohibita, non prohibetur quando continet remissionem, siuè renunciationem.*

22 *Qui non acquirit, non dicitur pati damnum.*

23 *Damnum; à diminutione patrimonij dictum est.*

24 *Repudiatio hæreditatis, nec contractus nec distractus dicitur*

25 *Alienãs feudum licet vigore Constitutionis Constitutionem diuæ memoriæ posſit alienationem reuocare: Attamen si renunciat feudum sibi deuolutum non potest renunciationem reuocare.*

27 *Contractus qui propriè cadit in iure quærendo dicitur repudiatio.*

28 *Repudiatio sola iuris quærendi non valet maximè in deferendis: vbi cautela, vt substineatur.*

29 *Iuramentum operatur, aliquando vt cõtractus reuocabiles fiãt inreuocabiles.*

30 *Fideicõmissarius consentiens alienationi rei prohibitæ alienari: censetur remittere ius suum nec frui potest fideicommisso.*

31 *Qui contra legem facit frustra implorat auxilium legis: etiam si ex noua causa illud prætenderet.*

32 *Prohibitum fieri etiã quod nulliter fiat: valet tamen quoad incõmodum facientis: licet respectu aliorum non valeat.*

33 *Dispositio rei alienæ licet non valeat, tamen tenet in damnum disponentis.*

34 *Contractus de re feudali sine assensu est nullus: tamen respectu contrahentis ad pœnam est aliquis.*

35 *Dispositio rei prohibitæ quando pariat pœnam in damnum disponentis.*

36 *Alienatio est facti.*

37 *Venditio sola non facit committi pœnam. Tamen cum traditione facit eam committi.*

38 *Restitutio in integrum nõ conceditur Ecclesiæ si contrauenit actui prohibitiuo alienationis inter viuos, vel in vltimis voluntatibus.*

39 *Ecclesia. Minor, & Respublica æquiparantur in materia restitutionis.*

40 *Restitutio in integrum non conceditur minori scienti prohibitionem in casu alienationis.*

41 *Renunciatum fideicommisso parentum quãdo intelligatur per diuisionem, siuè renunciationem factam inter fratres, & num.43.*

42 *Renunciatio fideicommissi conditionalis vt valeat debet fieri visis, & cognitis verbis fideicommissi.*

44 *Transactio non extenditur ad alia quam ad deducta in transactione.*

45 *Tempus existentis conditionis inspicitur in fideicommissis conditionalibus.*

ALLE-

ALLEGATIO XV.

In Dei nomine Amen.



X prænotatis in facto, quatuor iuridicè infero, Primum. Concessionem anni 1546. in damnum Monasterij fuisse ritè, & legitimè factam; Siquidem vera, & cõmunis opinio est, Duo requiri
1 in alienatione rei Ecclesiæ, iustã causam, & sollemnitatẽ cap. dudùm, de rebus Eccles. non alien. in 6. & cap. fine exceptio-
2 ne 12. q. 2. Quæ iusta causa exponitur necessitatis, vel vtilitatis d. c. dudùm ibi. Cùm euidens necessitas, vel vtilitas, Dec. cons. 281. nu. 6. vbi additio cõgerit omnes, & latè per Couar. lib. 2. variar. resol. cap. 17. Sed porro, vtrumq; in hac alienatione interuenit; Ergò quoad monasterium valida est. De vtilitate, imò necessitate liquet ex lectura assẽsus. De solemnitate, ex quò adest assensus Summi Pontificis, præuia commissione delegatis facta. Et meliùs infrà fundabitur reiectis funditus contrarijs, quæ cõsistunt in oppugnatione assensus triplici modo.

Primò, quasi subreptitie obtenti non expresso, quod territorium erat prohibitũ alienari. Secundo, quia non cessit cõcessio in euidentem Ecclesiæ vtilitatem. Tertio, quia non fuerunt à Commissarijs seruata seruanda.

Quò ad primum aduertitur, quod fuit clare expressum territoriũ esse alienari prohibitum in illis verbis (cum expressa alienationis etiam sub certis pœnis prohibitione) Imò & si hæc qualitas expressa non esset, nõ ex hoc actus vitiaretur, Subrep-
3 tio etenim, siuè obreptio vitiat actum, quandò non exprimitur id, quod si esset expressum, aut gratia non esset facta, aut durius facta, c. super literis, de rescript. vbi Doct. Vtrunque hic deficit, Nàm alias, fuit idem territorium per similem contractum alienatum prò censu duc 35. expressa hac qualitate, & Papa consentijt, quanto fortiùs nunc consentijsset. Cùm census augeatur ad duc. 70.
4 Etenim res Ecclesiæ solitæ concedi in emphyteusim, semper conceduntur, c. 1. de feud. latè per And. in c. 1. de his, qui feud. dar. poss. & Couar. d. cap. 17. sub num. 4. cum seq.

Et dùm. Secundo dicunt, cõcessionem non cessisse in euidentem monasterij vtilitatẽ, Sufficit in hoc allegare Decretum super ea interpositum, a commissarijs illudque si ex aduersò impugnatur, onus eorum est impugnationẽ defendere. Videamus ergo, quid fuit deductum ad probandũ, non adfuisse vtilitatem? Nil aliud nisi, quod territoriũ alias concessum fuit pro annuis ducat. 35. Et cùm fuerint in eo impensi duc. 3000. Eius valor in anno 46. debebat excedere redditum duc. 70. dũ videmus valorem bonorum semper auctum fuisse. Corroborant, quia idem Io. Vincentius concessionarius in anno 1560. auget censum in alijs duc. 30. signum quod in concessione erat Ecclesia læsa. Postremò addunt, quòd in anno 1568. fuit venditũ territorium pro duc. 4500. Pretium longè maius valore an-
5 nuorum duc. 70. Responsio est clara quòd valor rei ad dignoscendam læsionem, vel si adfuit vtilitas Ecclesiæ, probandus est tempore contractus, l. si voluntate in fine, C. de rescind. vend. Bart. in l. 2. cod. tit. num. 16. c. cum causam, de emptio. & vend. & per Archid. in c.
6 sine exceptione 12. q. 2. Non autem ex præteritis venditionibus l. 3. §. diui fratres, ff. de iur. fisc. l. ad rescindendam, C. de rescind. vend. & licet ex præcedentibus, & subsequentibus venditionibus valor intermedius arguatur; id procedit, quãdo non adest interuallũ diuturni tẽporis, Bal. in l. vnica C. de sent. quæ pro eo, quod inter, col. fin. num. 8. vers. nunquid per instrumẽta, Alex. in cons. 133. vol. 1. in vlt. col. vers. venio ad tertium,
7 Subdens tempus diuturnũ esse annorum decem l. si cum fideicommissaria §. aristo ff. qui, & à quibus. In casu nostro ab an-

no

no 1515.vsq; ad annum 46. distant anni 31. & ab anno 46.vsq; ad annum 68. anni 22. Ergo hæc consideratio nõ subsistit, nec augumentum census factum in anno 1560.vllatenus afficit; Nàm processit ob remissionem caducitatis,in quã Io. Vincentius inciderat ob consensum, quem monasterium præstitit concessioni factæ per Io.Vincentiũ certæ partis territorij; & postremò quia census perpetuus reducitur ad censum redimibilem.

Ex quibus clarè liquet, non esse probatum assumptum,quod concessio non cessit in euidentem.Imò Horatius põderat,quod Commissarij testantur vidisse instrumenta affictuum annorũ proximè præcedentium, ex quibus liquet de euidentissima
8 vtilitate, cùm per redditum rei maximè probetur ipsius valor l.si quos, vbi glos. in vers.æstimentur C. de rescind. vend. & in æstimanda re Ecclesiæ,glo.in §.sanctissimas, in vers. quinquaginta,in auth. de alien.& emphyr.cum alijs in hac materia per Rodoan.in tract.de reb.Eccles. alien.in tit.de cau.vtil.num.170.Produxit venditiones communiter factas illo tempore locorum in conuicinis existentium, ex quibus huius territorij extimatio dignoscitur, glos. magna in fin.in d. l.2.de resc.ind.vend.vbi Bar.num.19.per quæ patet, concessionem hanc fuisse in euidentem, & si decretum non adesset.

Dicunt tertio. Aduersarij,non fuisse seruata seruanda. Profectò non video, quæ sunt illa seruanda, quæ non fuerint obseruata, fuerunt enim vocati monaci ad dicendum quicquid voluerint aduersùs breue,fuerunt citati ad interueniendum in visura loci, fuerunt accusatæ contumaciæ,accesserũt Commissarij ad locum cum Procuratore monasterij, & ibi visa, & reuisa terra cum domibus, fuit habita matura discussio de qualitate,quantitate, &pretio,ac de omnibus alijs circumstantijs,&c. Item fuerunt visa instrumenta affictuum annorum proximè præcedentium,& vltimò visis videndis,ac consideratis considerandis interponitur Decretum.

Nèc dicatur non adfuisse causæ cognitionẽ
9 cum ordine iudiciario. Siquidem non solemnis cum ordine iudiciario, sed extraiudicialis causæ cognitio sufficit, pulchrè Feder.de Sen.cons.249.in antiquis num.1.Sequitur Rodoan. alios allegans in tract.de reb.Eccl.alien. in tit. de caus.
10 cognit. num.41. Etenim in alienatione rei Ecclesiæ non requiritur tanta solemnitas,quanta in re minoris glos.in d.c.1. in vers.tractatum,circa finem,de reb. Eccles.alien.in 6.Feder.de Sen. vbi supra, sufficit enim solemnitas, de qua in c.fine exceptione 12.quæst.2.Andr.in c.1.sub
11 num.12. qui succes. Et punctualiter, quod non requiratur testium examen, & decretũ in forma iudicij,Abb.cõs.41. ante num.2.alleg glos.in d. cap.1. in 6. de reb.Eccles. Sequitur Rodoan.vbi supra nu.48.vltrà quòd in præsenti ad fuit examinatio per scripturas,quę est fortior quàm per testes in hac materia glos.in l. fin.in ver.manifestũ C.de reb.cred. Imò quòd non requiratur illa causę cognitio, in qua Pars debet citari, Iudice pro tribunali sedente Decretum interponi,sententię publicatio,& ordo iudiciarius,sed solùm ea quæ nõ solẽnis nec semi plena est, sed potius discussio, si exposita sunt vera, tradit Rodoan. vbi supra num.50. Bero. in cap.nulli,col.21.de reb.Eccles. non alienand.

Insuper,quando alienatio procedit per cõmissionem, quæ delegato fit, qui se informet,si cedit, &c. prout in præsenti, quod non sit necesse delegato iudicialiter se informare,& procedere, & sic ordinem iudiciarium adhibere, imò nec testes examinare,nec processum publicare, Sed quòd solùm satis sit tãquam bonus vir,cui non est commissa iurisdictio contẽptiosa, sed voluntaria se extraiudicialiter informare, prout sibi melius videbitur, firmauit pulchrè Abb. d. cons.41. lib.1.ex mente Innoc. in c.dudum, de præsumpt. in vlt.col.& per alia,vt ibi latè per ipsum,quem sequitur, & cõcord. cumulat Rodoan.vbi supra num.53.& melius

melius n.73.& vltimò Capyc.in dec.16. nu.4 subdens Abb.(quē sequuntur Capyc. & Rodoa.vbi supra num.54.) quod illa discussio,quæ per delegatum fit,habetur loco causæ cognitionis, cùm per commissionem omnis solemnitas videatur remissa.

Postremò & si talis solemnitas, & ordo iu-
12 diciarius requireretur per lapsum temporis ad plus 30. annorum censentur interuenisse, siuè talis solemnitas sit intrinseca, quia præsumitur absque lapsu temporis, siuè extrinseca, & cum lapsu temporis,concurrente possessione rei alienatæ per concessionarium, & scientia alienantis, ità communiter per omnes Doctores cōclusum est, & vltrà scribentes in l.sciendum ff.de verb.oblig & in l. qui aliena, de acquir. hæred. per Alex. cons.79.lib.1.nu.4. Anchar. cons.135. ex consilijs Dec. consil.36. sub num.8. vers.vltimò nō obstat, vbi dicit esse communem,multos allegans,& in cons.341. nu.13.& melius quā alibi in cons.409. per totum, latè Fernand.Vasq.controu. Illust. lib.2.c.61.& 62.Capyc.d.dec.16 in princ. cum alijs per Aymon.de antiq. temp.in 3.par sui tract.per totū, & per Rodoan.in cap.de consensu an & quando præsumatur num.19. cum seq. & in tit.de præsumpt.solemn.num.15.cū seq. & licet dici posset hanc communem opinionē,quod solemnitas præsumatur per lapsum triginta annorum, procedere, quandò solemnitas assensus,quæ est præsumenda, non apparet interuenisse, sed quandò ex lectura actus apparet non interuenisse tunc illa præsumptio cessat, vt per Doctores in d.l sciendum. Respondetur,quod quandò illa solemnitas,quæ in assensu deficit,potuit adfuisse,& de ea potuit fieri alius actus extra illum,qui producitur,adhùc talis solemnitas præsumitur,& ponderata ex aduersò procedunt, quando solemnitas debet esse insimul cū actu,ita pulchrè Dec.in d.cons. 341. sub num.13. Declarando Paul. de Castr. qui hoc dicebat, & per Rodoan. latè vbi supra num 30.In præsenti negotio ordo iudiciarius potuit esse adhibitus, quia fortè fuit factus processus,vndè transumptum est breue in actis productum. Prò quofacit pulchrè dictū per Dec. in cons.296. sub nu.4. vbi firmat, quod licet mandatum non præsumatur, solemnitates tamen in mandato necessariæ præsumuntur intercessisse,quando mandatum producitur pariformiter, licet assensus non præsumatur.Tamen solemnitates in assensu requisitæ præsumuntur diuersa enim est præsumptio assensus, à præsumptione solemnitatis in assensu requisitæ, sicut dicimus, quando producitur contractus requirens assensum superioris, tanquam solemnitas intrinseca,siuè extrinseca.Cùm potuerit de ea alius actus celebrari, nempè processus,& ordo iudiciarius,Si ille fuit necessarius.

Quibus accedat,quod cùm à tali Decreto, seù assensu non fuerit appellatum, & diuturnum tempus lapsum sit, omnia in actu necessaria præsumuntur intercessisse,pulchrè Capyc.in d.decis.16.in principio in specie in citatione partis, maximè quia tales solemnitates, vt sunt citationes, testium receptiones, & alij actus necessarij potuerunt adfuisse in processu,qui fortè fuit super hoc instructus.licet non appareat ex scriptura Decreti in actis exhibita, Afflic. decis.368. num.3. & Dec. cons.409. sub num.12. & consil.341. sub n.13.presertim quia fumus in decreto interposito,parte citata,vt in assensu Commissarij testantur,nàm tunc præsumuntur omnes solemnitates ritè processisse,licèt de eis in decreto nō fiat mentio,Crauet. latè de antiq.temp.in 2.par.in princ.num.5.qui allegat omnes tenentes hanc opinionem communem. Item quia decreta ista,quæ interponuntur, à Delegatis ad validādam alienationem rei Ecclesiasticæ interponuntur per modum voluntariæ,& non contentiosæ iurisdictionis, quo casu omnes solemnitates intercessisse in decreto præsumuntur

tur per lapsum triginta annorũ, Rodoan. in tit. de præsumpt. solemn. nu. 12. alleg. Innoc. in cap. innotuit, de eo, qui furt. ord. suscep.

Sed quid plura? Supra allegata ex abundanti dicta sunt, nàm in decreto assensus, qui producitur discurrendo commissionem traditam delegatis, omnia in ea contenta fuerunt subtiliter, & ad vnguẽ obseruata; Inferitur enim per superiorem prius assertio supplicantis cum supplicatione. Deinde committendo. Dicitur, si per diligẽtem informationem seruatis seruandis capiendam reperietis concessionem cedere in euidentem, & alia vera esse, de quo vestram consciẽtiam oneramus, illam, & omnia in ea contenta approbetis; quatuor enim superior pro forma tradit. Primo, vt delegati reperiant si cederit in euidentem. Secundo quod hoc reperiant per informationem diligentẽ. Tertio quod reperiant alia exposita vera esse. Quarto qđ hęc informatio capiatur seruatis seruandis, & in omnibus his faciendis eorum conscientia asseratur. Nunc ergo videamus, quid important hæ clausulæ, & num fuerint obseruatæ.

Prima, secunda, & tertia qualitas, nempè, reperire cõcessionem cędere in euiden-
13 tem, alia exposita vera, & id reperiri per diligentem informationem, &c. quia est conditio. Debet prius adimpleri in forma specifica l. Mæuius, vbi Bar. ff. de cõd. & demonst. & cum debeat esse diligens, debet de omnibus tractari, & de omnibus cognosci circa Ecclesiæ vtilitatem, & subtiliter, quia id importat verbum
14 (diligenter) vt per Corset. in suis singul.
15 in ver. diligens. Itẽ illud verbũ (reperietis) importat, quod fiat parte citata, Rota decis. 684. in antiq. incip. Nota, si ponatur, legatur (quæsò) assensus, nàm omnia hæc fuerunt obseruata, fuerũt citati monaci ad dicendũ quicquid voluerint aduersùs Breue &c. & ad videndum commissarios accedere super loco, & ad eos informandum de expositis in supplicatione. Ecce adimpletum verbũ (reperietis) immò fuerunt accusatæ contumaciæ, & postea informatio fuit capta in præsentia procuratoris monasterij, capitur informatio, & diligens de duobus cõmissis. Primo, de alijs expositis in supplicatione, si vera sunt, nẽpè de situ, & cõfinibus. Secundo si cędit in euidentem.

16 De primo testatur oculari inspectione reperijsse, esse sitam, &c. prout exponitur in illis verbis, quæ informatio ocularis inspectionis in hoc maximè versatur, l. si irruptione §. ad officiũ, ff. fin. regun. De secundo ecce diligens informatio in illis verbis, habitaque per nos matura discussione, ecce subtilis inuestigatio, de sua qualitate, quantitate, pretio, & valore, & præsertim de fabrica, redditu, & qualiter antè concessionẽ in quatuor annis proximè præcedentibus affictus non excessit duc. 55. De quo Commissarij testantur vidisse instrumẽta affictuum, & quod fuerit repertum cędere in euidẽtem, &c. His peractis cõmissarij vident instrumentum, quod postea consideratis considerandis approbant, ergò per diligentem informationem fuit repertum, alia exposita esse vera, & concessionem cedere in euidentem, & sic formam traditam specificè obseruarunt.

Quarta qualitas, quod seruatis seruãdis hæc informatio capiatur, ex supradictis patet, quod fuit obseruata, tãto magis si verum est (prout est verissimum) quod in talis Decreti interpositione sufficit extraiudicialis cognitio, & eo maximè cùm in re-
17 scripto adsit clausula, super quo tuam conscientiam oneramus, per quam apices iuris censentur remissæ, Bald. in l. 2. in 2. not. C. de fideic. & arbitrium boni viri electum videtur, latè Alex. qui alios allegat in l. si sic ff. de leg. 1. num. 9. & idcirco non vti iudicibus, qui iudicialiter procedere habeãt, sed vti bonis viris negotium videtur commissum, quibus sat est rei veritatem constare, Abb in d consil. 41. & Rodoan. in d. tit. de caus. cogn. num. 73. Ex quibus luce clarius liquet, hanc primam illationem, quod cõcessio

anni 46. fuerit valida, quo ad monaste-
rium, de iure subsistere, & ob id possef-
sores sunt ab impetitione monasterij ab-
soluendi, dùm prætendit contractum
prædictum reuocare.
Secunda erit illatio in cõtractibus anni 60.
& 64. in quibus monasterium S. Ioannis
dat licentiam Io. Vincentio, & Margari-
tonno alienandi territorium ad eorum
libitum, renunciando omnibus vinculis,
& prohibitionibus in eius beneficiũ ap-
positis, reseruãdo sibi solum ius præstan-
di consensum in signum directi dominij,
& in quibus Hospitale Annunciatæ, &
monasterium Sancti Seuerini cõsentiunt
tàm contractui anni 46. quàm istis de
anno 60. & 64. fuisse legitimè, & ritè
celebratos, ac de iure subsistere, licèt non
adsit assensus Summi Pontificis.
Siquidem est vera iuris conclusio, Ecclesiã,
17 seù Prælatum posse renunciare hæredi-
tatem, vel aliud ius quærendum, nõdùm
tamẽ quæsitũ, licèt sit delatũ sic Feder.
de Sen. cons. 9. incip. Casus talis est Lap.
alleg. 26. in fin. cum alijs latè per Præs.
de Frã. h. in sua decis. 14. & in decis. 101
referentem decisionem in Rotę re-
latam per Fanut. & per Roland. in con-
sil. 15. nu 23. & Menoch. de arbitr. lib. 2.
19 cent. 2. casu. 171. nu. 52. Etenim prohi-
bitus alienare, non prohibetur non quæ-
rere l. qui autem ff. quæ in fraud. cred. cũ
similibus etiam in præiudicium credito-
rum, & etiam habentium hypothecam,
20 latè de Frãch. decis. 101. Nàm ius quæ-
rendum non est in bonis l. prætia rerum
21 ff. ad l. Falcid. Item donatio, quæ alias
inter virum, & vxorem est prohibita. Nõ
prohibetur, quando continet remissio-
nem, iuris quęrendi l. cum hic sta-
tus circ. med. ff. de donat. inter vir. &
vxor. latè Dec. consil. 260. cum alijs per
Phanuc. in tract. de lucr. dot. glos. 7.
num. 16. & per Roland. à vall. in eod.
22 tract. q. 39. Qui enim non acquirit, non
dicitur pati damnũ, & effici pauperiorẽ.
23 Nam damnum à diminutione patrimo-
24 nij dictum est l. 3. de damn. infect. Re-
pudiatio enim hæreditatis nec est con-
tractus, nec distractus. Dixit Bald. in l. si
maior C. de dol. in final. verb. & ideò li-
cèt alias per constit. Regni. Constitutio-
25 nem Diuæ memoriæ alienans feudum
possit propria authoritate alienationem
reuocare. Tamen quando renuntiat, seù
repudiat feudum sibi deuolutum, talem
renunciationem non potest reuocare,
quia non dicitur alienasse, Marin. lib. 2.
in 24. limit. num. 74. fol. 166. in nouis,
quæ quidem conclusio fortius procedit
26 in renunciatione iuris non adhuc delati,
sed deferendi. Nam ius deferendum nõ
dicitur debitum, nec etiam spe, quando
non habet causam de præsenti. Pura, ex
contractu cõditionali, Bar. in l. post emã-
cipationem §. illud, ff. de liberat. leg. &
repudiatio propriè est iuris deferendi,
Bar. in l. is potest, de acqu. hæred. nu. 13.
vers. tu dic, Et procedit etiã prædicta cõ-
clusio, quando talis renunciatio esset cõ-
cepta per pactũ de non petendo, ac per
verba, quæ sonant cessionem, seu dona-
tionem. Ad quod vltrà considerata
per Præsid de Frãchis, vbi supra nu. 21.
Aduerto quod contractus, qui propriè
27 cadit in iure quærendo, est repudiatio,
verba sunt Bart. supra alleg. in l. is potest.
Dùm dicit, quodam est ius quærendi, &
tunc tractamus de repudiatione verùm
28 quia repudiatio sola iuris quærendi nõ
valet maximè in deferendis l. qui super-
stitis, de acquir. hæred. cum concord. per
Doct. in l. 1. C. de pact. & per Dec. con-
sil. 31. sub num. 1. Idcircò introducta est
cautela, vt fiat per pactum de non peten-
do, siuè per donationem, & cessionem,
Ita Doctor. in dicta l. 1. & Dec. d. con-
sil. 31. num. 5. Sentit hoc pulchrè Andr.
in cap. 1. qui success. tene. num. 13. in
ver. de futuris paciscimur, vnde fit, quod
verba (cedit, & donat) in his contracti-
bus apposita, non continent donationẽ,
sed deseruiunt ad validandum actum re-
pudiationis, quia alias non valeret, non
quod repudiatio donationem cõtineat,
sed potius donatio repudiationem. Pun-
ctualis

ctualis est decisio Corn. videnda in consil. 206. lib. 3. num. 17. qui loquendo in cessione iuris adeundi, quæ erat facta per pactum, & donationem, subdir, ius adeundi etiam delatum cedi non posse, cùm non sit in bonis, vnde videtur quædam renunciatio per pactum iuri futuro, potius quam donatio iuris adeundi, quod donari non potest, & ideò videtur resistentia quærendi, & promissio de nõ quærendo, potius quam donatio, quæ verba fuerunt Bal. in l. illud C. de sacro-sanct. Eccles. Dùm firmat, quod renunciationes, quæ à sororibus fiũt, dùm maritantur si continent ius perfectè quæsitum, egẽt insinuatione, si ius quærendũ, nequaquam, licet sint conceptæ per donationem, quem sequitur cumulati per Petr. Duen. in reg. 224 limit. 14. Et Marin. vbi supra num. 74. & idem Corn. in cons. 147 lib. 1. firmat, donationem, & cessionem hæreditatis delatæ, & nondũ aditæ factam à persona, quæ non potest alienare absque licentia superioris valere, quia non est donatio, sed potius repudiatio, licet verba donationis contineat, nec videtur implicita aditio, seu acquisitio, prout latius explicatur, & firmatur in d. limit. 14. in fine.

Qua conclusione firmata succedit decisio illationis propositæ, nàm in omnibus his cõtractibus in anno 60. & 64. celebratis per Monasterium Sancti Ioannis, & per Hospitale Annũciatæ, & Monasteriũ Sãcti Seuerini nil aliud deductum est, nisi repudiatum, & remissum ius, quod ipsis spectare poterit in futurum super fideicõmisso in eorum beneficium facto per Margaritonnum tàm in anno 28 quàm in anno 46. Dùm consentijt alienationi factæ in beneficium Io. Vincentij, dando ei licentiam alienandi, ac liberando territorium, à fideicõmisso; Ergò tales contractus sunt firmi, & in suo robore persistunt, etiam absq; assensu Summi Pontificis.

Tertia erit illatio, per dictam alienationem in anno 46. factã à monasterio Io. Vinc. & per aliam factã de anno 68. à Io Vinc. & filijs Vincentio Carrafæ præcedẽtibus dictis cõtractib⁹ celebratis in anno 1560 & 64. esse factum casum fideicommissi in beneficium Horatij. Etenim bis fuit factũ hoc fideicõmissum à Margaritonno. Prima vice, in anno 28. faciendo in eo tres gradus, primo loco vocauit Hospitale. Secundo Monasterium sancti Seuerini, & tertio suos hæredes, & descẽdentes in infinitum, est factus casus fideicõmissi in anno 46. Dùm illa alienatio fuit alias valida, vt supra fundatũ est, & quia illæ duæ Ecclesiæ primo, & secundo loco vocatæ se concordarunt, remittendo fideicõmissum, quod facere potuerunt, remansit tertius gradus hæredum, & descendentium, quos omnes repræsentat Oratius, vt infra fundabo, ergo per alienationem anni 1546. ipsi est territorium deuolutum, & non monasterio S. Ioãnis. Nec cõsensus adhibitus per Margaritonnum contractui emphyteotico stipulato per monasterium in fauorem Io. Vincẽtij in dicto anno 46. operari poterit sublatum esse ius contrauentionis, & fideicommissi delati ex dicta concessione anni 1546. Primo quia Margaritonnus in contractu anni 28. cum iuramento promiserat dictum cõtractum, & omnia in eo contenta non reuocare, sed inuiolabiliter obseruare, notarij desuper pro absentibus acceptatione legitima interueniente, quò fit, vt tertijs, & sic Horatio actori successiuè fuerit ius quæsitum irreuocabiliter, etiam ratificatione, seu ac-

29 ceptatione non interueniente, quia iuramentum contractus reuocabiles, facit irreuocabiles, glos. est communiter recepta in l. si pecuniã, ff de cond. ob caus. laté Couar. lib. 1. variar. resolut. cap. 14. num. 10. & refert sic censuisse Regium Senatũ Burdegale, sequitur Senatus Sabaudiæ adhærens Couar. doctrina, teste Thesauro in sua decis. 70. nu. 8. vers. sed contrariam, in qua articulum disputat ad partes Doctores omnes vtriusq; opinionis referendo, & Caualc. in sua decis. 42 num. 7.

num. 7. Et comprobantur prædicta ex tradd. tis copiosissimè per Couar. vbi supra num. 11.

Secunda vice Margaritonnus consensijt illi alienationi, faciendo in eo quatuor gradus in casu alienationis faciendæ à Ioanne Vincentio, & suis hæredibus, nã primo loco vocauit idem monasterium S. Ioannis, & post ipsum. Secundo loco Hospitale. Tertio monasterium Sancti Seuerini, & quarto hæredes vt supra. Hoc in effectu fecit Margaritonnus, dùm cõsensijt alienationi, ità, & taliter qđ Io. Vincentius non alienet, & in casu contrauẽtionis redeat ad monasterium S. Ioãnis cum eisdem vinculis, & conditionibus, prout fuit ei datum in anno 28. qua de re cùm casus contrauentionis euenerit in anno 63. per venditionem liberè factã Vincentio Carrafæ, & remissio fideicommissi præcesserit ab omnibus in tribus primis gradibus vocatis, remanet locus vocatis in quarto gradu, qui sunt hæredes, & pro eis prædictus Horatius. Nec dicat monasterium Sancti Ioannis, quod in casu alienationis faciendæ à Io. Vincentio fuit dictum quod territorium redeat ad ipsum; vnde cum casus euenerit in anno 68. non hæredibus. Sed ipsi monasterio primo loco vocato ius fideicommissi apertum est; nàm respondetur facillimè; Monasterium Sancti Ioãnis in contractibus anni 60. & 64. dùm dedit Io. Vincentio facultatem alienandi, liberando territorium à nexu fideicommissi, illud remisisse, quod fideicommissum tempore remissionis nondum erat delatum, sed deferendum tantum. & cũ ideò fortius remitti potuerit (vt supra fundatum est.) Taceat nunc monasterium, & quod remisit, amplius non petat.

Insuper consideretur, quod consensus præstitus per monasterium alienationi faciendæ per Io. Vincentium ipsum penitus excludit ab omni iure, quod virtute huius fideicommissi prætendere posset. Siquidem præsupposito dominium territorij solum vtile fuisse legitimè quæsitum Io. Vincentio in anno 46. cum prohibitione alienandi, & quod in casu alienationis deueniat ad monasterium Sancti Ioannis. Dum monasteriũ consensijt alienationi postea sequutæ se ipsum excludit. Casus est in l. cum pater §. libertis, ff. de leg. 2. vbi sic erat relictum prædium libertis, ne qui sq; partem suam alienaret, sed in familia libertorũ remaneret, vnus non alienauit, cæteri sic, verũ ille, qui non alienauit, cõsensijt vni tantum ex illis, qui alienauerunt, dicit Iurecons. quod iste, qui non alienauit, reuocabit partes alienatas, excepta illa, cuius alienationi consensijt, nam per talẽ consensum ius suum quò ad illam partem renunciauit, sic illum text. declarat Paul. de Castr. num. 3. ex mente glos. ibi in vers. alioquin. Hic est casus noster, nam hoc territorium perueniendum monasterio in casu alienationis faciendæ à Io. Vincentio, non potest peti per Monasterium dum consensijt, nec per hospitale, & aliud monasterium, nam ipsi similiter ius eorum remiserunt, & sic ius fideicõmissi hæredibus quarto loco vocatis apertum est.

Quibus conclusionibus, vt supra firmatis, videndũ est, qui sunt hodie isti hæredes, & descendentes Margaritonni, quibus fideicommissum quæsitum est, Margaritonnus, tres habuit filios, Io. Vincentiũ, qui cum eius filijs contrauenit, Io. Cæsarem, & Io. Franciscum, Casus. Secundi fideicommissi euenit in anno 68. quo tempore viuebat Io. Vincentius, & Io. Cæsar tantùm. Nàm Ioannes Franciscus præmortuus erat, relicto Horatio filio, quia Io. Vincẽtius, & eius filij contrauenerunt alienando, integrum ius fideicommissi spectabit Io. Cæsari, & Horatio superstitibus. Cuilibet pro medietate d. l. cum pater §. libertis, ibi, eos videtur ad fideicommissum inuitasse, qui iudicio paruerunt, & glos. subdit, idest, non alienauerunt, vbi Bar. & Paul. nu. 5. Io. Cæsari, successit Nicolaus Antonius filius. Cui successit Horatius, Ergò ipse solus

solus ad fideicõmissum hodie vocatur. Nec dicatur quod hæredes Nicolai Antonij sunt duo, Horatius, & Margaritonnus Iunior. Ergò portio spectãs Io Cæsari, quæ postea obuenit Nicolao Antonio, pro medietate tãtum spectabit Horatio, & pro medietate Margaritonno, nam respondetur, quod idem tex. in §. libertis tollit hanc difficultatem, Margaritonnus est vnus de illis, qui alienauit in anno 68. & sic qui contrauenit non potest virtute illius fideicõmissi, cui stare noluit vllam portionem vendicare, vt in d. §. libertis, in vers. alioquin, vbi inquit esse per absurdum eum qui partem suã alienauit inuitari ad reuocandum partẽ aliorum, & subdit Paul. sub num. 5. quod ille, qui facit contrà voluntatem defuncti, non admittitur ad commodũ
31 consequendum ex ea. Frustra enim implorat auxilium legis, qui contra legem facit l. aux lium ff. de minor.

Quarto infero, Monasterium S. Ioannis esse exclusum, & Horatium vocatum, etiã si concessio anni 46. & alij contractus essent nulli ob defectum assensus. Ete-
32 nim actus fieri prohibitus à lege, vel ab homine sub pœna, etiam quod nulliter fiat ob aliquem defectum, valet tamen quò ad incommodum illum facientis, & nõ valebit, quò ad commodum eius, in cuius beneficium est fieri prohibitus, Ita Bar. in l. non dubium C. de leg. sub num. 13. vbi Bald. num. 11. Sequendo Bart. dicit, quod prohibita fieri si fiunt nulliter, habentur pro infectis quòad sui firmitatem, sed non habentur pro infectis quò ad pœnalitatem. Hinc est, quod in proprijs terminis tradiderunt Doctores, adeò contractus huiusmodi firmitatem habere in damnum contrauenientium, & contrauentioni consentientium quod ex dispositione tex. in l. cum pater in §. libertis ff. de leg. 2. ipsismet contrauenientibus, & contrauentionibus consentientibus, licet actus nulli sint, de iure denegata est illorum reuocatio. Molina lib. 4. primogen. Hispan. cap. 1. numero 16. cum sequent. quam opinionem vltra allegata per Doctores, qui eam communiter sequuntur, pulchrè approbat, Corn. in cõs. 243. lib. 1. in primo dubio, alleg. tex. in l. peto §. fratre ff. de leg. 2. & in l. pater §. Iulius Agrippa, à contrario sensu, de leg. 3. In quibus iuribus cauetur, quod res prohibita alienari extra familiam si contra fit, licet.
33 Contrauentio nulla sit, tamen contractus tenet in damnũ alienantis, vt teneatur ad interesse, ex tex. in l. si rem alienã ff. de contrah. empt. cum concord. & deuenit res ad illos de familia. Ita etiam Mari. Frecc. l. b. 2. de subfeud. in prima authoritate num. 18. allegat Bald. in c. 1. in princ. col. fin. in vers. sed responde de de prohib. feud. alien. per Feder. vbi di-
34 cit, quod licet contractus de re feudali sine assensu sit nullus, idest quantùm ad rei traditionem, aliquis tamen est in præiudicium vendentis, quasi dicat quò ad pœnæ commissionem, & sic concordat cum dictis per ipsum in l. non dubium. Ad idem pulchrè Aret. cons. 18. incip. visa, & discussa, in primo dubio, loquens in venditione rei prohibitæ alienari per contrahentes facta à minore sine solemnitatibus, à iure requisitis, & Curt. Iun. in tract. feud. in 4. par. num. 108. q. 17. in vassallo vendente feudum sine assensu, ac sine solemnitate, alias in tali vendi-
35 tione requisita inquit quod licet venditio nulla sit ob defectum solemnitatum, non est nulla quòad Dominum, in cuius beneficium incidit in commissum, & licèt hæc opinio habuerit suos cõtradictores cumulatos per Tiraq. de retract. lignag. §. 1. glos. 2. nu. 6. & in §. 26. glos. 2. num. 5. cum seqq. tamen in hanc distinctionem concurrunt innumeri, nempè quod sola cõtrauentio quæ nullum generat præiudicium si contractus in quo contrauentum est non subsistit, quia de iure nullus est, & habetur pro infecto, tunc contraueniens non incidit in pœnam alienationi adiectam, si verò cõtrauentio generat præiudicium, pœna debetur

betur,& præiudicium exemplificatúr in casu; in quo deuentum est ad traditionem, ob incommodum labores, & sumptus qui sustinentur pro auocanda possessione. Sic distinguit Bar. in l. continuus §. cum quis ff. de verb. oblig. & in l. vbi pactum in fin. C. de trāsact. Io. Fab. in l. ea quidem C. si mancip. ita fuerit alien. sequitur Paul. de Castr. in d. § cum quis, vers. sed contra, & in l. vbi pactum in fin. vbi etiam Bald. sub nu. 9. & Ang. in fin. idem Ang. in l. ea quidem num. 3. & ibi Alber. col. 2. vers. in dubio an respiciat, Aret. pulchrè in d. consil. 18. sub num. 4. vers. nec obstat præmissis. Secunda ratio, qui loquitur in terminis rei prohibitæ alienari à testatore respectu certæ personæ, cui cōcludit tali casu applicari. Ad idem Curt. in tract. feud. in 4. par. num. 108. & sic residet Tiraquell. in dict. §. 26 glo. 2. num. 12.

Corroboratur ita conclusio in casu nostro ex eo quod Margaritonnus non persistit in prohibitione alienationis per actū validum ex iuris effectu, sed induxit caducitatem etiam in contrauentione de facto, quo casu ipsam de facto contrauentionem sufficere ad pœnam firmat pulchrè glos. in l. ea quidem C. si mancip. ita fuer. alien. vbi dixerat text. quod vendito seruo cum pacto de illo non manumittendo sub pœna, si manumittatur, & manumissio nulla est, pœna non committitur. Et ratio est quia manumissio illa dicitur, quæ in manumissū operatur effectū libertatis, pro quo effectu operando ipsa manumissio est à iure introducta, vnde actus ille manumissionis for te contra Principum placita, aut alia de causa nullus non dicitur manumisso l. si venditor ff. de seru. export. Ve[r]untamen subdit glos. aliud esse si venditio est cum

36 pacto de illum non alienando, quia cū alienatio facti sit l. cōsilio §. fin. ff. de curat. furios. Ex solo facto pœna committitur, & hæc glos. doctrina ex eodē text. in d. l. si venditor non mediocriter comprobatur.

Videamus autem in casu nostro, quibus verbis vsus est Margaritonnus. In eius prohibitione legitur prohibita venditio, obligatio, alienatio, seu quoquo-

37 modo distract o. Venditio sola est verbū iuris, vt considerat Paulus in d. §. cum quis nu. 1. vers. sed adhuc. Tamen cum traditione implicat factum, ex quo committitur pœna. Ita Bar. ibi in vers. respondeo, sola venditio, & ex hac etiam ratione confirmātur Doctores in hoc articulo supra relati. Item verbum (alienatio) est meri facti, glos. in d. l. ea quidem, per tex. in l. consilio §. fin. ff. de curat. furios. facit tex. in l. alienatum, de verb. signif. & denique verbum distractio, quoquomodo omnem tollit ambiguitatem.

Nec aduersus huiusmodi alienationem, & sic prohibitiuam dispositionem poterit

38 monasteriū restitui. Primo quia in actu prohibitiuo alienationis, vel in vltimis voluntatibus, vel inter viuos concepto, Ecclesia contrauenīēdo non restituitur, est tex. in c. verū, de cond. appos. ad hoc specialiter ponderatus per Aret. in consil. 67. incip. diligenter, & maturè considerato testamento col. 5. vers. 2. pro ista conclusione, in antiquis. Secundo, Idipsum suadetur, nam de iure in materia

39 restitutionis in integrum æqui parātur, & à pari procedunt Ecclesia; Minor, & Respublica, sic censuit Abb. in c. auditis num. 10. de in integr. restit. Sed sic est, quod de iure communiter à Doctoribus

40 traditū est, denegari minori sciēti prohibitionem in casum alienationis in integrum restitutionem, vt copiosissimè (vt nil addi possit) scripsit Aymon. in consil. 193. col. 1. & 2. vol. 1. Ergo nec monasterium iam dictum sciens prohibitionem prædictam apparentem ex contractu anni 1528. prout colligitur ex eodē instrumento cōtrauentionis anni 1546. restitui debet.

Nouissimè audio, Conuentos possessores vidētes esse factum casum fideicommissi in beneficium Horatij, confugere ad transactionem, seu diuisionem factam inter

inter Io. Vincentium, Io. Cæsarem, & Io. Franciscum filios Margaritonni, in qua datis certis bonis Io. Cæsari, & Io. Francisco secundogenitis, fit ab ipsis renunciatio in beneficium Io. Vincētij primogeniti omnium aliorum iurium, quæ super hæreditate paterna competere possent: Indè inferenres ex hoc esse renunciatum hoc fideicōmissum in beneficium Io. Vincentij, à quo ipsi causam habent, & successiuè obstabit Horatio vti filio Io. Francisci, & vti hæredi Ioannis Cæsaris exceptio renunciatis.

Respōsio est clara, & duplex, Prima petemptoria, altera modificatiua.

Ad primam Doct. in l. qui Romæ, §. duo fratres ff. de verb. oblig. & in l. 1. C. de pact. & in l. qui cum tutoribus C. de transact. concludunt secundum veram,

41 & communē opinionem, aut inter fratres est facta simplex diuisio bonorum paternorum absque alia renunciatione; & non censetur renunciatum fideicommissum, aut vltra diuisionem adest aliqđ pactum de non veniendo cōtra diuisionem, & secundum vnam opinionem, & magis veram nec censetur renunciatum, secundum aliam, sic, à scientibus fideicommissum, aut vltrà hoc pactum adest remissio iurium quantumcumq; generalis etiam futurorum quomodocunq; & tunc vera distinctio est, quod si fideicommissum est purum, censetur renunciatum, si conditionale non censetur renunciatum, quantumcunq; verba renunciationis sint generalia, & in futurum concepta, Bart. in 6. quæst. in §. duo fratres, Alex. num. 56. qui de communi testatur, alios allegans Ripa num. 78. Peregr. de fideicommiss. art. 52. num. 31. cum seq. Dec. consil. 495. sub num. 17. & consil. 86. sub nu. 4. vbi additio, & in alijs locis semper inquit esse communē, cum alijs per Ant. Gabr. lib. 4. commun. opin. in titul. de fideicom. conclus. 1. in prima, & quinta ampliat. etiamsi in renunciatione esset dictum, cogitata, & incogitata, Ruy. consil. 137. col. 3. & 7. vol. 2. Paris. ad consil. Dec. 86. litera C. & non sine ratione, quia ius ignoratum, cogitatum non præsumitur, & impium est perimi incogitatum, d. l. qui cum tutoribus, And. in cap. 1. qui success. rene. sub nu. 5. & per ipsum millies, maximè quando fideicommissum purificatur ex causa de futuro, vt p Bar. in l. post emācipationem, ff. de liber. legat. Item maximè quando renunciatio poterit cōprehendere alia, quàm fideicommissum, nè de vento seruiat, Dec. d. consf. 495. vltra scribētes in d. §. duo fratres. In præsenti & si adfuerint verba amplissima, fideicommissum est purificatum per alienationem, & sic post renunciationem, & renunciatio potuit includere alia bona, quæ ad istos fratres super hæreditate paterna spectabant, ergò fideicommissum non est renunciatum.

Præterea, & si esset in specie renunciatum

42 ius fideicommissi, renunciatio non valeret, nec fideicommissum conditionale comprehēderetur, nisi renunciatio esset facta visis, & cognitis verbis fideicōmissi l. de his, ff. de transac. vel saltim quod à renunciante fuisset habita cognitio verborum fideicommissi, Bart. in §. duo fratres num. 17. & in l. sub prætextu C. de transac. Paul. sub num. 6. Angel. num. 8. Alex. num. 54. Bald. in d. l. de his, subdens pro cautela, quod debet apponi clausula, asserentes se habere certam notitiam, cū alijs per Ripam in §. duo fratres num. 64. hic non fuit lectum, nec visum, immò nec de fideicommisso cogitatum.

Insuper omnes Doctor. qui tenent in di-

43 uisione, seu renūciatione includi fideicommissum in casibus, in quibus ipsi loquuntur, intelligunt, quando fideicommissum esset reciprocum, Bart. ibi in secunda quæstione in fine, quem omnes sequunrur, & signanter Alex. num. 30. sed quando fideicommissum non est reciprocum, nunquam censetur renunciatum per quæcumque verba, nisi a scientibus, & in specie dicentibus renuncian-

R do

do fideicommisso, Angel. in l. qui cum tutoribus, circa fin. Ripa in S. duo fratres n. 47. Et ratio est, nam cum nō sit renunciatū expressè, necesse erit dicere, quod tacitè, & præsumptè includatur, quæ præsumptio non cadit, quando fideicōmissum non est reciprocum, cum nō sit iustū vt vnus renunciet alteri id, quod ab altero non renunciatur. In facto fideicommissum non est reciprocum, sed Io. Francisco, & Io. Cæsari tantum debitum in casu alienationis faciendæ à Io. Vincentio meritò non potuit in renunciatione includi.

Accedat, quod in casu nostro non potuit esse renuntiatum hoc ius postea apertū in beneficium hæredum Margaritonni per alienationem factam à Io. Vincētio. Siquidem Doctores in locis supra allegatis proponunt conclusiones, quando per diuisionem cum renuntiatione ad inuicem est remissum fideicommissum, quòd est super bonis, quæ diuiduntur. Et tunc procedit dubiū, si est renunciatum fideicommissum nec nè, quia illa bona veniūt in diuisione, sed in præsenti casu fideicommissum non erat super bonis diuisis, quæ remanserunt in hæreditate Margaritonni, sed erant super territorio tunc in possessione Io. Vincentij alio iure, quā hæreditario patris, sed titulo emptionis factæ à monasterio, idcircò non potuit includi in renunciatione ipsi per fratres facta de bonis in hæreditate patris remansis, tamquam non existens tempore renuntiationis, sed postea

44 superueniens. Diuisio etenim, seu transactio non extenditur ad alia, quam ad deducta in transactione l. si de certa C. de transact. vbi Bart. cum alijs per Ant. Gabr. lib. 6. commun. opin. conclus. 4. num. 22.

Secundo respondetur quod si hoc ius esset in renuntiatione comprehensum, prout verè non est, talis renuntiatio nō obstabit Horatio hodie agenti; si quidē illud apertum est descendentibus Margaritonni in anno 68. dum Ioan. Vincentius alienauit, quo tempore, quia Io. Franciscus mortuus erat, superstite ex eo Horatio ipse ex propria persona

45 medietatem consequetur, cum in fideicommissis conditionalibus tempus existentis conditionis, inspiciatur l. interuenit ff. de leg. præstan. De Franchis decis. 169. num. 10. Et in illa medietate alius ipsum in gradu non præcedat, & sic Horatio non obstabit renuntiatio facta per patrem, qui repentur mortuus, quando fit casus fideicommissi, & ius defertur, vt per Doctores in l. qui superstitis ff. de acquir. hæred. & per D. de Franch. latè in princ. decis. 67. In alia medietate spectante Io. Cæsari posset procedere dubium quæ adhuc est in tuto, si fideicommisso non est renuntiatum, prout verè non est.

Ex quibus concludo, Possessores esse absoluēdos ab iniusta vexatione monasterij, stante validitate concessionis in anno 46. & contractuū de anno 60. & 64. & condemnandos ad relaxandum territorium cum fructibus Horatio hodie iustè agenti ob contrauētionem sequutam in anno 64. & in anno 68. Nec obstare remissionem iurium in anno 52. vti factam, non viso, & non cognito fideicommisso. Et ideò ipsum non comprehendere tanquam conditionale tunc non debitum, ignoratum, non existens super bonis diuisis, nec reciprocum inter fratres. Cætera suppleat religio, ac doctrina disertissimorum Iudicantium. Deo Gratias.

Non adhuc decisa.

SVMMARIVM.

1 *Immunitas Ecclesiastica à Principibus secularibus non traxit originem necessariam.*

2 *Immunitatem personis Ecclesiasticis quomodo, & qualiter Principes concesserunt.*

3 Im-

3 *Immunitas aliqua per secularem Principem concessa antequam hoc Pontifices statuerent concessa fuit valdè decēter.*
4 *Principes seculares seruare tenentur immunitatem à Pontificibus concessam personis Ecclesiasticis.*
5 *Pontificem potuisse hanc immunitatem concedere absq; consensu Principis secularis non dubitatur.*
6 *Pontifex tanquam habens potestatem ab ipso Deo in spiritualibus, potest non solum spirituali a pro suo arbitratu disponere: sed etiam potest ea temporalia ordinare, quæ ad spiritualia dirigenda sunt necessaria.*
7 *Bona Ecclesiastica à tributis atque oneribus per Iudices laicos impositis immunes esse debent, vt commodius Deo seruiant.*
8 *Immunitas an sit de iure Diuino, cum numero sequenti.*
9 *Concilijs generalibus aliqua decidentibus non dicitur opinio rationabilis, sed necessaria positio cui contradici nefas esset.*
10 *Concilium Tridentinum in sess. 25. c. 20. quomodo intelligatur circa immunitatem Ecclesiasticam.*
11 *Lex licet iusta sit non per hoc dicitur de iure Diuino, & num. 19.*
12 *Immunitatem Ecclesiasticam esse antiquissimam, ac inductam pariter Diuino, & humano iure dicitur in Concilio Lateranen. & Colonien. & nu. 13.*
14 *Lege noui testamenti aliqua non sancita tamen de iure Diuino dicuntur tanquam introducta in conformitatem alicuius authoritatis veteris testamenti.*
15 *Ius canonicum aliquando diuinum apud Canones appellatur.*
16 *Immunitatem ex Diuina Ordinatione processisse quomodo intelligitur.*
17 *Immunitatem habuisse Ecclesiasticos ex priuilegio Principum dicitur secundum Diuum Thomam ante Pontificias ordinationes.*
18 *Princeps debet se iuri Diuino conformare.*
20 *Lex iusta donum Dei nuncupatur.*
21 *Exemptiones ab Imperatoribus factæ nō sunt plenariæ immunitates.*
22 *Pontifices in immunitate constituenda non indigebat Imperatoris consensu.*
23 *Vltima opinio dicitur approbata præsertim apud Innoc.*
24 *Principes non possunt præiudicare immunitati Ecclesiasticæ inuito Summo Pontifice.*
25 *Immunitas si est de iure Diuino non potest illam Pontifex abrogare, si est de iure positiuo potest, & abrogatio tenet, sed peccaret.*
26 *Lex fieri debet ad publicam vtilitatem.*
27 *Limitatio, vel dispensatio iuri Diuino, vel naturali dum fit ex iusta causa laudatur in eo sensu in quo important eorundem iurium declarationem, & numero sequenti.*
28 *Bonum, & maius bonum semper prospicitur in lege Diuina, vel naturali, & sic quæ dicuntur à Doctor. dispensari, vel limitari verè, & propriè sunt declarationes.*
29 *Dispensationem, aut limitationem posse dici quãuis verè sit declaratio & n. 31.*
30 *Verba aliquando in iure debent intelligi lato modo.*

ALLEGATIO XVI.

Pro fidelissima Ciuitate Neapolis ad Amicum.

In Dei Nomine Amen.



NVdius tertius tuas ad me allatas perlegi literas quibus nuncias petitã ab hac Fidelissima Ciuitate transactionem cum Sede Apostolica circa Ecclesiasticorum immunitatem,

tem à publicis gabellis impositis ad sub-
leuandam vrbem nimis aere alieno gra-
uatam videri quidem rationabilem ad
confusionem fraudesque vitandas quæ
sub colore Ecclesiasticorum fiunt quo-
tidie per ipsorum consanguineos, & a-
micos in vrbe tot personis Ecclesiasticis
frequentissima quibus fraudibus opor-
tet occurrere, vt occurratur beneficio
Ciuitatis, & particularium non fraudan-
tium, qui aliter nimis grauantur, & etiã
vt ipsis innumeris qui sic fraudant tolla-
tur peccandi occasio cum tot alijs incõ-
uenientibus in instructionibus annota-
tis quas ubi ministri prudentissimi tra-
didere. Verum annuis hoc solum ali-
quibus Clericis durũ videri, vt auferat
sua Sanctitas Beatissima immunitatem
quam aliqui ex Concilio Tridentino Ec-
clesiasticis asserunt concessam esse de
iure Diuino; Ego vero, & si scio ad sa-
mum vasa deferre tamen cupiens præ-
fatis inconuenientibus pro tenui facul-
tate quo ad possum occurrere pauca
hæc tibi volui commemorare, vt Patriæ
[illegible], & Ciuis, & Aduocatus dupliciter
teneor aliqua ex parte obediam ac sa-
tisfaciam.

Primum autem non ignoramus quod si
1 quis crederet immunitatem Ecclesiasti-
cam à Principibus secularibus, sic traxis-
se originem, vt haberi non potuisset nisi
gratiosè vigore Constitutionum quas le-
gimus sub titulis de sacr. sanct. Eccles. &
de Sanctiss. Episcop. & per prius ex le-
ge Constantini, quam refert Sozomene
in Eccles. Histor. lib. 1. cap. 8. & per alios
Princeps alibi sæpè, vt per Fotium in
eius mono canone, incideret vtique in
errorem quem nostris temporibus in
Vrbe Itala nobilissima eadem nihil tale
(vt clarè innotuit) approbante propo-
suit quispiam Italo sermone, quem nec
piè, nec sitè isiæc defendere Theologi
omnes vno ore demonstrauerunt præ-
sertim doctissimus ille Bellarminius mo-
rum insimul candore, & Cardinalitia
dignitate Illustrissimus qui ad omnium
instructionem huic pesti priuatim occur-
rere eodem idiomate non est dedigna-
tus sicut, & alius improbatus author qui
eadem annuerat in prohemio ad ædictũ
Enrici Secundi Francorum Regis repre-
hensus acriter, & cõuictus extitit ab Re-
mundo Rufo in tractatu, quem contra
ipsum ac de re nominatim ædidit.

Siquidẽ seculares Principes talia statuen-
2 tes si immunitas est de Iure diuino illud
patefecerunt, ad quod tenebãtur, vt in
cap. si Imperator, vbi glos. penult. 96.
distinct. per Alex. in cons. 8. nu. 1. vol. j.
& sic procedunt omnes tenẽtes immu-
nitatem esse de Iure diuino sicut reliqui
post glos. in d. cap. si Imperator, & in c.
quamquã de cens. in 6. Rom. in singul.
414. cũ alijs annotatis per Couar. pract.
quæst. cap. 31 post princ. patefecerunt
autem imperfectè, & non plenè, vt inf.
3 dicetur; Si vero immunitas non est de
Iure diuino vtique seculares Principes,
antequam Pontifices in hoc statuerent,
cõcesserunt aliquas immunitates gratio-
sè, sed valdè decenter, vt per D. Tho. in
Epist. Paul. ad Rom cap. 13 Dum ante
4 Pontificias sanctiones nàm post illas ad-
sit, vel non adsit in hoc Ius diuinum te-
nebantur seculares Principes obedire,
& consequenter etiam retro Principum
vsurpationes corrigere sicut fecit Basi-
lius Imperator auferens legem Nicefo-
ri, & latius Federicus in titulo de statu-
tis, & consuet. In vsibus feud. eas omnes
abrogans quæ Ecclesiasticæ Immunita-
ti præiudicarent cuius æditè Const. me-
minit etiam Bellarm. in loco prædicto,
fol. 11.

Est enim verissimum summum Pontificem
5 secluso etiam secularium Principum
consensu potuisse hanc immunitatem
concedere. Is enim qui ab ipso Deo su-
6 premam in spiritualibus potestatem ob-
tinet potest non modò eadem spiritua-
lia pro suo arbitratu disponere [illegible] post
Alex. de Alex. Thom. & reliquos benè
discurrit Alber. Pig. in lib. 4. Eccl. Hierar.
sed potest pariter ea temporalia ordina-

re, quæ ad spiritualia dirigenda ac ministranda essent admodum necessaria, vt per glos. in c. nouit de Iudic. & ibi Innoc. Diu. Tho. de regim. Princip. lib. 3. cap. 11. & 13. Inno. in cap. 2. de maior. & obedient. latè sequitur Card. in repet. cap. perpendimus de sentent. excomm. in 7. oppos. & vno ore sequuntur omnes relati per Aufrer. in clem. 1. de off. ordinar. & per Bellarminium in tract. de author. Summ. Pontif. & in hoc articulo concordant omnes qui reliqua ad materiam explanant sicuti Boerius decisione 69. Roman. in singul. 414. Abb. in cap. at si Clerici de Iudic. & in c. Ecclesia S. Mariæ, vbi etiam Dec. & Felin. Cassan. in Consuet. Burgun. rubr. 1. §. 5. in verbo Archidiaconus num. 44. Roc. de Curt. in cap. fin. de Consuetudinibus Rupellan. in lib. 1. Forens. Inst. cap. 34. & Gulielm. de Bened. in cap. Raynutius de testam. in verbo, & vxorem num. 322. & 408. cum seq. Idq; sufficit, vt potuerint rationabiliter Summi Pontifices in multis cap. sub caus. 11. quæst. 1. & sub titul. de Iud. & sub tit. de for. compet.

7 & alibi sæpè, & bonorum Ecclesiasticorum à tributis, & eorundem personarum à Iudicibus secularibus immunitatem concedere ad hoc vt exempti oneribus nec secularibus negotijs impediti commodius, & honestius valeãt spiritualibus ministerijs interesse, prout monet Apost. secunda ad Thimot. c. 2. nec modo meminit Nicolaus Pontifex in cap. cum ad verùm 96. dist. sed idem considerat Imper. in §. sed etiam in auth. Apud quos oport. caus. dicer. & in auth. vt Clerici apud propr. Episc. per totum.

Cæterum si vlterius querimus num ipsa

8 immunitas sit etiam de Iure diuino in hoc sũt opiniones hinc inde quamobrẽ tenentes opinionem affirmatiuam exoratos velim, vt contẽti validis rationibus quibus hoc comprobant non vlterius afferant Concilium Tridentinum quasi

9 hoc decidens: Non enim tunc diceretur opinio rationabilis, sed positio necessaria cui contradicere nefas esset, atque ita dãnaremus inexcusab liter viros graues contrarium sentiẽtes, & Catholicos, & scientia, & authoritate insignes. Quinimò idem Bellarm. in loco prædicto fol. 30. ad errorem supradictum magis expugnandum nititur primam opinionẽ validius defendere quam alibi in eius scriptis legisse meminerim, nec tamen Concilium Tridentinum ita asserit, vt velit ex inde huius quęstionis formalem decisionem elicere licet ex alijs à nemine controuersis errorem illum clarissimè

10 expugnet. Dixi autem Concilium non decidere, nàm ea verba quæ leguntur in sessione 25. cap. 20. nempè immunitatem Dei ordinatione, & Canonicis sanctionibus institutam nõ inferunt necessario Immunitatem esse de Iure diuino, sed illam instituisse Põtifices satis bene, & rationabiliter, & consequenter diligente, & adiuuante Domino c. violatores 22. quæst. 1. Ipsum namq; dictamen rationis est diuinitus elargitum, & hoc esse lumen vultus Domini signatum super nos interpretantur nonnulli Patres in Psalm. 4. sicut genericè inquit Eccle-

11 sia Deus à quo bona cuncta procedunt iuxta illud Iacobi in sua Canon. cap. 1. omne datum optimũ de sursum est descendens à patre luminum, & specificè quoad leges August. in 1. de liber. arbit. Nihil (ait) in lege temporali est iustum, quod non à lege eterna deriuetur. In quo sensu lex iusta donum Dei nuncupatur in l. Nam & Demosthenes, ff. de leg. Et clarius 8. Prouerb. legimus per me Reges regnant, & legum conditores iusta decernunt, nec tamen omnis iusta

12 lex dicitur de Iure diuino. Immò, & per prius in Concil. Colonien par. 9. cap. 20 scriptum legebatur Immunitatẽ Ecclesiasticam esse antiquissimam atq; intro-

13 ductam Iure diuino pariter, & humano, & in Concil. Later. sub Leone X. sess. 9. dicitur laicos, nec diuino, nec humano iure de Clericis cognoscere, & tamen verba hæc quæ sunt magis clara nemo Theo-

Theologorum asseruit quæstionem de-
cidere.

Solent enim aliqua non sancita de Iure di-
14 uino in lege noui testamenti dici tamen
de Iure diuino quia introducta sunt in
conformitatem alicuius authoritatis ve-
15 teris testamenti licet per Christi aduen-
tum abrogatæ; & ipsum ius Canonicum
appellatur aliquando ius diuinum apud
eosdem Canones,& alios Authores,sed
hoc lato modo, & non propriè, vt per
Ioannem de Medina in tract. de restit.
quæst.15. per Couar.prac.quæst.c.31.
col.3. & 4 & in lib.1.variar.resol.c.17.
col.6.& 7. & per Sotum in 4 sent.dist.
25. quæst.2. art. Item secundo Tiraq.
latissimè de retract. lignag. in præfat.
num.8.cum seq.præsertim nu.11. quas
expositiones non ignorantes doctissimi
Patres in Concil. Trident. non modo
quæstionem ipsam decidere noluerunt
clarioribus verbis,quæ huiusmodi inter-
16 pretationes vlterius non admitterent,
sed potius præteritorum Conciliorum
verba illa moderantes non dixere de
Iure diuino, sed ex diuina ordinatione
sic magis intelligentiæ quam supra dixi-
mus inhærentes, & hanc etiam opinio-
nem vltra præfatos tenent Victoria,Pla-
cius Salon,& Bagnes relati per Io.Azor
qui sicut etiam aliqui ex prædictis scrip-
sit post Concil.Trident.in lib.5. instit.
moral. cap.12.

Hæc autem non tango quasi necessaria ad
id quod agimus; Nam sicut Bellarm.
errorem illum confundere facillter po-
tuit etiam dato quod immunitas sit Iu-
ris positiui,sic nos transactionem decen-
ter possumus obtinere dato etiam quod
Immunitas esset de Iure diuino;sed quia
scribis aliquos exagerare non esse tan-
gendam Immunitatem,quàm Tridenti-
num Concilium declarauit esse de Iure
diuino volui non modo ex his, quæ su-
bijciā patefacere, quod talis declaratio,
quàm ius adesset, non tamen id quod
petimus impediret, sed volui etiā com-
memorare talem declarationem non
adesse, & contrariam opinionem defen-
dere præfatos viros grauissimos Medi-
nam, Couarr. Sotum aliosq; prædictos,
& etiam Alciat. in cap. cum non ab ho-
mine de Iudic. num.2. & Petr. Ferrar.
in sua pract.sub titul.de cōfess.in §.ple-
nam col.1.

At verò ex vetustioribus audio disceptari
17 quid senserint D. Tho. & Innoc. mihi
autem nimis clara videntur verba Tho-
mæ in prædicto cap. 13. in Epistola ad
Rom.dicētis exemptionem primitus ha-
buisse Ecclesiasticos ex priuilegio Prin-
cipum,quod quidem non dixisset si per
prius diuino Iure concessa fuerat.habe-
retur enim à Domino concedente,non
à seruo,qui in idem consentijt,& dissen-
tiens peccasset, & subdens eorundem
priuilegiorum rationē non inquit, quia
18 sic oportebat Principes Iuri diuino se
conformare quod quidem Author ille
accuratissimus non prætermisisset si hoc
dici posse dijudicasset. Verū inquit hoc
fecisse Principes quia illis rationabile,&
æquitati consonum videbatur, idq; etiā
inquit Ioan. Driedon. de libert. Christ.
19 lib.1.cap.9.hinc inferens immunitatem
dici posse de Iure diuino,sed deriuatiuè,
sicut supra diximus de omnibus iustis
legibus procedentibus ex recto dictami-
ne rationis.

Similiter Inno.in cap.2.de maior.& obed.
20. fatetur quod Clerici subditi erant Im-
peratoribus, & quærens quis illos exe-
mit respondet tripliciter. Primo, quod
hoc fecere Imperatores eximentes, vel
consentientes exemptionibus quas Pō-
tifices inducebant,sed in hac responsio-
ne non residet ex eo quod aduertit ta-
les exeptiones non esse plenarias, prout
colligitur ex cap. continua 11.quæst.1.
21 & cap.1. de iur. calumn.cum alijs locis
per ipsum adductis in quibus leguntur
Immunitates restrictè ad quasdam per-
sonas,vel ad quædam loca,vel ad quos-
dam casus, & sic non oritur ab Impera-
toribus plena Immunitas quæ nunc vi-
get, est etiam reijcienda hæc responsio

ex

ex dictis per eundem in tertia respõsione, nempè quod Pontifices hac in re nõ indigebant secularium Principum consensu, vt supra deduximus. Ideò venit ad
22 ad secundam responsionem quod Immunitas sit de Iure diuino, vt in d. cap. si Imperator; sed quia in hoc non affert authoritatẽ sacræ Scripturæ, & ille text. potest habere intelligentias supra recensitas meritò progreditur ad tertiam re-
23 sponsionẽ, vt hoc fecerint summi Pontifices, & facere potuerint tanquam necessarium ad spiritualia, prout superius dicebamus; In qua vltima opinione dicitur residere l. qui filiũ in fin. vbi glo. ff. ad Trebell. l. si idem cum eodem vbi Ang. ff. de iurisd. omn. Iud. l. possidere §. Neratius vbi Herculan. ff. de acquir. poss. Idque de omnibus Doctoribus, & præcipuè de vetustioribus tradit Bart. in l. bona fides, ff. depos. Bald. in auth. ex testamento col. 1. vers. præterea C. de collat. Et in specie de Innoc. & quod ita ipsemet declarauit tradit Hostiens. qui hoc ab Innoc. audiuit, vt per Alex. in consil. 51. num. 3. vol. 4. Quæ si ita sunt habet hæc opinio Theologorum, & Canonistarum aurigas, & postea præfatos doctissimos recentiores qui præsertim Sot. Couar. & Azor. multos etiã sacræ Scripturæ locos pro vtraque opinione ponderant, quorum qui aptius afferuntur meum non est iudicare. Imò, & qui talia decidendi potestatem habet non omnes articulos decidere semper vult, & multos consulto præterit indecisos inter quos hunc esse profiteor saluo tamen semper in hoc, & in cunctis eiusdem Sanctæ Matris Ecclesiæ Iuditio infallibili, sed interim ad id quod nunc agimus idem est alterutram opinionem veriorem esse censeri.

Nàm quò ad Immunitatis firmitatem siuè
24 sit de Iure diuino, siuè sit de Iure positiuo iam non posset quilibet Princeps secularis neque omnes simul ipsi in aliquo præiudicare quoniam si impedire non potuissent (vt iam probauimus) illã ad commune bonum, & ad spiritualia commodius ministranda per Summos Pontifices institui multò minus possent illi inuito Pontifice præiudicare, ex reg. tex. in l. 4. §. patre furioso ff de his quæ sunt sui, vel alien. iur. præsertim stante expresso, vel saltim tacito omnium Principum consensu adeo diuturno. Ex quibus iuxta tradita in cap. nouit de iudit. in cap. nouerit de sent. excomm. & alibi pluries hoc indubitanter cõprobat Sot. in supradicta quæst. 2. art. 2. ad 4. sentẽt. dist. 25 & Couar. in d. cap. 31. num. 4. sicut idem inquit de decimis in dicto cap. 17. num. 4.

Similiter Summus Pontifex si Immunitas est de Iure diuino non potest illam abrogare si est de Iure positiuo potest, & obrogatio teneret, sed peccaret rem faciens adeo Christianæ Reipublicæ damnosam contra rationes quibus probauimus Immunitatem esse nimis vtilem, & necessariam sicut tradit Sot. in dicta quæst. 2. & Couar. in d. cap. 31. col. 7. ex ratione quod lex fieri debet non ad pernitiem, sed ad publicam vtilitatem c.
26 erit autem 4. distinct. cum latè traditis per Doctor. ibi, & alibi, vt per Couar. in suprad. cap. 17. num 9. & latius in c. Alma Mater de sent. excom in 6. in secunda relect. par. in princ. & in epit. de matr. par. 2. cap. 6. §. 9. num. 7. Idque in idem reincidit quoad effectum, cum sit moraliter impossibile summos Pontifices propriæ conscientiæ, & propriæ Iurisdictioni, & Ecclesiæ cuius in terris est caput, & Christianæ Reipublicæ, cuius in spiritualibus est Principes velle vnquam tantopere præiudicare.

Sed hæc de totali abrogatione. Nam è cõ-
27 tra limitatio ex causa non denegatur, & laudabilis erit dispensatio (vbi iusta aliqua ratio suadet) aliquo tempore, aut in aliquo loco siuè in quibusdam negotijs, aut cum aliquibus personis, sicut indubitanter concedunt omnes non modo, qui tenent immunitatem esse de iure positiuo, sicut Sot. Couar. & reliqui supra-

prædicti, sed etiam asseuerantes illam esse de Iure diuino, sicut Card. in repet. cap. perpendimus de sent. excom. in 7. oppos. Felin. in cap. 2. col. 1. de maior. & obed. Aufrer. in clem. 1. In regula prima de offic. ord. Cass. in Consuet. Burgund. rubr. 1. §. 5. in verbo Archid. num. 47. & 48. Gozad. in consil. 51. col. fin qui cæteros afferunt quemadmodum circa decimas idem tradidere Doct. nostri etiam qui tenent illas esse de Iure naturali, vel diuino, vt per glo. in c. à nobis in verbo exemptus de decim. Soc. in cons. 297. vol. 2. Dec. in consil. 113. col. 2. & in cap. cum ordinem in princ. de rescript. & generi è tradunt regulam illam vniuersalem, vt Ius naturale, vel diuinum in totū tolli non possit, sed ex causa in aliquibus particularibus dispensari iuxta tradita in l. rescripta C. de præc. Imper. offer. in l. fin. C. si contra ius, vel vtilit. public. in cap. quæ in Ecclesiarū de Consti. Anchar. in consil. 268. num. 1. Gozad. in consil. 51. cum reliquis quos affert

28 Petr. Duen. in regul. 43. Ea namq; causa rationabiliter mouens Principem secularem ad dispensandum Iuri naturali, vel Pontificem ad dispēsandum Iuri naturali, vel diuino est etiam profecta ab eisdem Iuribus, in quibus maius bonum præfertur minori, prout annuit glos. in l. Ius Ciuile, ff. de Iust. & iur. & clarius D. Thom. in 1. 2. quæst. 94 art. 4. & 5. Sot. de Iust. & Iur. lib. 1. quæst. 4. art. 4. & art. final Parif. in consil 68. num. 264. cum seq. vol. 4. Gozad. in consil. 51. col. pen. & fin. & Menoch. in cōs. 100. n. 105 & hoc in effectu est quicquid latissimè dixerunt Io. Baptista de Sanct. Seuer. in tract. de pension. quæst. 19. Couar. in Regul. peccatum, §. 11. nu. 3. & in epit. de sponsal. par. 2. cap. 6. §. 9. nu. 3. & 4. in d. cap. 17. nu. 8. & in d. cap. 31. nu. 4. per totum, & Iacob. Almayn. in tract. de potest. Eccles. cap. 13. insistentes ex huiusmodi prouisionibus particularibus verè non dispensari, aut limitati ipsa iura, sed ea in illis particularibus declarari, & hoc quidem verum est, & oritur ex præfata ratione quod ipsa iura præcipiūt maius bonum quod quidem cognoscit Princeps ex ea causa, qua mouetur ad sic prouidendum in vno casu particulari præter regulas communes, prout seriosè scripsit Michael Vlcurnus in tract. de regim. mund. in 3. quæst. tertiæ quæstionis principal. & per prius bene explicauerat Parif. in d. cons. 68. num. 70. 102. & 264. cum seqq.

Nec tamē ex hoc oportebat prædictos Io.

29 Bapt. Couar. & Almayn. adeo irasci Doctoribus vtentibus verbo dispēsationis, & limitationis licet impropriè, vt admittit Parif. in loco prædicto, & summ. Armill. in verb. dispensatio num. 2. Nam tolerantur Doctor. in aliquo deficientes quo ad sermonis rigorosam proprietatē, & elegantiam modo non errent in doctrina, & Gozad. qui est minus excusabilis dum formaliter distinguit dispēsationem ab interpretatione, & sic loquitur magis impropriè non ex hoc errat in doctrina; Negat enim dispensationem, nisi ex causa maioris boni, quod in idē reincidit. Nam semper maius bonū prospectum est in lege naturali vel diuina, & consequenter illa prouisio (quam appellat dispensationem) dum fit ex causa maioris boni in istis Iuribus prospecti

30 est verè, & realiter ipsorum Iurium interpretatio. Et idē Couar. (vt supra dixi) latè probat quod Doctores, & ipsi Canones vtūtur verbis aliquādo quæ oportet intelligi lato modo, & impropriè; imò idē Couar. & alij docent causas aliquādo nomen sumere ab effectu, & è contra sicut dies pro sole, & adiectiuè pallida mors nimbosus orion, & similia, & sic regulæ prouenientes à Iure naturali, vel diuino appellantur ius naturale, vel diuinum, & in hoc sensu ab eisdē Iuribus verè, & propriè in aliquibus casibus limitantur, idq; declarat modo lex scripta, vt in cap. ius naturale, vbi glos. 1. distinct. in c. ne quis 22. quæst. 2. l. bona fides ff. depos. & ibi glos. & latius in l. ius ciuile

ciuile ff.de Iust.& iur.Parif.in loco prędicto,& Dec.in l.1.ff.de reg.iur nu.14. cum seq. Et modo lex animata nempè Princeps ex causa sic prouidens, vt iam diximus,& huc tendunt tradita per Sot. in lib.1. de inst.& Iur.quæst.6.art.4. & vlt. & latius per Menoch. in consl.160. num.105.Et satis est quod omnes concordant huiusmodi prouisiones in casibus particularibus ex causa fieri posse, & fieri laudabiliter; causæ vero in casu nostro sunt nimis congruè,& rationabiles sicut in initio tetigimus, & latius in tuis instructionibus leguntur optime vero te doctissimo, & prudentissimo patrocinante proponentur. Et vt confidimus benignissime ab omnium patre, & Pastore oculatissimo ad beneficium Ciuitatis præclarissimè, & vndequaque benemerite exaudientur. Vale.

Deo Gratias.

Causa vsque adhuc pendeo.

SVMMARIVM.

1 *Auiæ predefuncta matre testantis debetur legitima,qua non relicta testamentum est inofficiosum.*

2 *Legitima ascendentibus an debeatur de iure naturali, vel de iure positiuo.*

3 *Bona extra districtum non ligantur ex consuetudine si quis, vel si qua, & an procedat extantibus ascendentibus.*

4 *Auth. defuncto C,ad Tertull. vtrum corrigat legem quod scitis C. de bon. quæ liber. an vero procedat solummodò extantibus ascendentibus cum eo quod dicetur inferius.*

5 *Proximiores ex parte matris etiam in terminis consuetudinis si quis,vel si qua sunt fratres vtrinque coniuncti, & cũ illis auia.*

6 *Testamentum si nullum est reducitur hereditas ad causam intestati.*

7 *Clausula codicillaris operatur restitutionem faciendam heredi scripto ab heredibus venientibus ab intestato.*

8 *Heres qui viam elegerat succedendi ex testamento non potest variare ad causam intestati. Et huius regulæ limitatio num.9.*

10 *Electio vnius rei, vel actionis inducit renunciationem alterius rei,vel actionis contrariæ huic electæ,ad quam vlterius non datur regressus.*

11 *Contraria origine,& effectu,vel effectu tantum quæ sint.*

12 *Electio fieri debet non modo vnius ex duobus contrarijs,sed etiam vnius ex duobus diuersis cum distinctione hic tradita.*

13 *Electio producit in esse alteram ex duobus contrarijs succedendi ex testamento vel ab intestato, nam ante elect onem neutra competit, & vna tantum est in esse producibilis.*

14 *Eligens viam incompetentem an excusetur ex errore iuris, vel facti dum intendit agere ex alia via contraria quæ esset competens,& num.17.*

15 *Electio cadit inter plura eligibilia. Et sic non dicitur eligere vsens aliquo iure non competenti, ex quo diluuntur obiecta circa præiudicium oriens ex electione vnius contrarij.*

16 *Electio in aliquibus casibus non impedit agere postea ex alia actione, & alia via contraria iuxta distinctionem hic positam.*

18 *Eligens vnum ex duobus contrarijs, vt dicatur sibi præiudicasse in alio, an procedat in actore tantum, vel procedit etiam in reo.*

19 *Variare ad aliud contrarium an possit qui prius egerat ex vno, cum distinctione si vult vti eadem, vel alia scriptura.*

20 *Afflicti decisio 134. declaratur.*

21 *Preambulum non est verè iudicium, sed potius liquida probatio adhitionis hereditatis.*

22 *Electio vnius contrarij etiam extraiudicialiter operatur renunciationem alterius*

S

terius contrarij, & in numero sequenti.

13 *Eligere quis tenetur vnum tantum, ex duobus contrarijs, ex qua electione oritur renunciatio alterius contrarij.*

ALLEGATIO XVII.

Pro Excellentissima Felice Vrsina.

In Dei nomine Amen.



EGit Fęlix Vrsina Auia materna, quondã Marci Antonij Carrafæ mortui superstite ipsa Auia, & Principe Hostiliani fratre vtrinq; coniuncto pro consequutione portionis sibi de iure debitæ in hęreditate Marci Antonij prædicti stante nullitate testamenti ab eo confecti, ob ipsius Auiæ præ-
1 teritionem. Mater namque prædecesserat, & sic eius respectu procedit auth. nouissima C. de inoffic. testam. vbi Bald. nu. 4. & ibi Apost. cũ traditis per Doct. in l. Nam etsi parentibus ff. eod. & in §. mater inst. de exhæred. liber. Per quos
2 habetur hoc procedere siue legitima ascendẽtibus debeatur de iure naturali, siue de iure positiuo. In qua controuersia sunt opiniones hinc inde, vt per Bal. & alios in d. Auth. nouissima, & in l. 1. §. ius naturale, ff. de iust. & iur. & in l. lege C. de leg't. hæred. Rom. in consil. 32. col. fin. Anchar. in consil. 428. cum late traditis in tract. de legitim. filior. tom. 8. par. 1. fol. mihi 440.

Princeps inquit primo hanc litem esse inanem, siquidem aliqua bona feudalia non admittunt controuersiam ex lege inuestituræ vocãtis hæredes ex corpore.
3 Item inquit bona intra districtum nõ materna spectare omnia ad ipsum, ex cõsuet. si quis, vel si qua, cuius vim non restringi per existentiam Auiæ decisum refert de Franch. ad eandem consuet. sub nu. 135. fol. 115. Item & bona extra districtum ad quæ non extenditur Consuet. vt ibi per Napod. num. 174. & in Consuet. pupillus, & alibi sæpe inquit ad se spectare
4 tamquam peruenta ex linea paterna in quibus non concurrit alia linea ex text. in l. quod scitis C de bon. quæ liber. Et denique bona materna similiter spectant ad illum pro medietate dum ex aurhea.
5 defuncto C. ad Tertull. concurrit cum Auia, vt declarat Neapod. in dicta Consuetud. num. 155.

Hæc omnia dicitur per actricem proponi nimium præmaturè, nunc enim solum declarandũ est si non obstante testamento est hæres Marci Antonij pro medietate. Idque si obtinebit deueniemus ad prætẽsiones particulares in liquidatione bonorum quæ in eius medietate continentur, vel non continentur. Et quo ad feudalia adhuc nullum corpus feudale deductum est. Quo vero ad bona intra districtum ad præfatam decisionem opponetur authoritas cap. in decis. 210. num. 3. Stephan. de Caiet. ad Consuet. & si testator, & aliorũ. Et dicẽt q̃d ratio in Auia est eadem quæ erat in matre ipsa cessante. Et quo ad text. in l. quod scitis, iuxta Bartoli intelligentiam, dicetur multos adesse contradictores. Alios tenere esse correctam, Aymonem in consil. 176. illã non extendere ad hunc casum quibus etsi ego (vt verum fatear) nõ omninò assentior, tamen pro Aymone stat decis. Præsidis de Frãch. 59. Et similiter discutietur qualitas, & quãtitas dotium maternarũ, sed nunc articulus prædictus solummodo decidendus est.

Sed & respectu huius articuli opponit Princeps se, ex præfato testamento fuisse institutum hæredem, quod quidem si ob
6 præteritionem prætenditur esse nullum, reducitur hæreditas ad causam intestati l posthumus, §. si quis ff de inoffic. testã.
7 Et tunc ex clausula codicillari in eo apposita censetur fuisse grauatos hæredes ab intestato de restituendo sibi hæredi scripto

scripto ex notatis in auth.ex causa C.de liber. præter.& consequenter suam portionem teneretur Auia sibi restituere retenta legitima, quam idem Princeps soluere non detrectat proindeq; subdit nō oportere quicquam decidi ad beneficiū actricis quæ omnem quantitatem vltra legitimam restituere teneretur, obstat enim circuitus inutilis, & exceptio dolo facis petere quod restituturus es.

Auia replicat Principem clausula codicillari iuuari non posse.Nam mediante præambulo Magnæ Curiæ obtinuit iam se declarari hæredem ex testamēto sui fratris, & tamquam talis hæres in Regia Camera in sui personam describi curauit functiones fiscales in ipsa hæreditate repertas, illasq; retrouendidit pretio accepto. Et sic dum adiuit hæreditatem ex testamento eligendo viam directam,non
8 potest ex eadē scriptura variare ad obliquam habendo hæreditatem quasi à venientibus ab intestato grauatis ex codicillis.Casus est in l.fin.C.de codicil.Qui text. intelligitur siue in testamento adsit clausula codicillaris quod valeat iure testamenti,vel codicillorū,quo casu propriè cadit electio, siuè sit vt si non valet iure testamenti valeat iure codicillorum, vt per glos.ibi in verb.valere per Docto-
9 res communiter approbatam. Et limitatio in illo tex.tradita circa personas quibus debetur hęreditas,quod intelligatur de ascendentibus,vel descēdentibus, nō autē de transuersalibus quibus nihil debetur, & specificè in fratre sicut in casu nostro affirmant Doctor.in d.l. fin. præsertim Iaf.num.6. & de communi testatur Rom.in cons.125.in final.verb.

Ratio illius legis est manifesta,quia hęc iura
10 adeundi ex testamento, vel ex clausula codicillari sunt contraria cum per vnum reducatur hæreditas ad causā testati per aliud ad causam intestati;Idcircò per electionē vnius aliud perimitur, & ad illud tamq; renunciatum, amplius non datur regressus glos. ibi in vers. præclusisse Bar.Bald.cæterique in principio. Ad idem in l.1.C. de fur. vbi vnam ex actionibus contrarijs,quis debet eligere, nec postea variare,sed electione sibi præiudicat,similiter in cap.vt quis duas de elect. in 6.habens electionem in aliqua Ecclesia vnam debet eligere, & per vnius electionem alteri renunciat, dicit glos. ibi in vers.renuntiare,quia actiones sunt cōtrariæ allegando l.primam C.de fur.& l. fin.C.de codic. concordat regula tex. in clem.gratiæ de rescript.& in cap. si quis Sacerdotum,per totum iuncta glos. in verf.cogatur 81.dist.quod per electionē sicut per renunciationem,intelligitur alteri contrario renunciatum.

Hæc enim regula,quod per electionē vnius ex iuribus contrarijs,alteri sit renunciatū
11 procedit non solum, in iuribus contrarijs, in origine, & in effectu, vt sunt iura testamenti,& codicillorū,quæ sunt contraria in origine,quia simul non nascuntur,vt infra,& in effectu,quia vnum reddit hæreditatem ad causam testati, aliud ad causam intestati, vt per Salyc.in l.1. post num.12.C.de fur.sed procedit etiā in iuribus contrarijs,non in origine, sed in effectu,vt in dicta l.1.C.de fur. vbi actiones mandati, & furti, ob factum serui,& si non sint cōtrariæ, in origine quia simul nascuntur, sunt tamen contrariæ, in effectu,quia eligēdo Dominus actionem mandati approbat factum serui, eligendo verò actionem furti improbat, vt
12 Sal.ibi num. 31. Et insuper eadem regula procedit etiam in iuribus non contrarijs,sed diuersis ad idem tendētibus, quia vnum debet eligi,& vnius electione ad aliud non datur regressus l. quod in hæredem §.eligere ff.de trib.act.l.cum filius §.varijs deleg.2.Salyc.in d.l.1,n.8. C.de furt. quando enim quis est certus, quæ actio competat,vnam eligere debet si incertus est, aut per iuris imperitiam, & eligere debet, quia peritiores debet consulere,aut per errorem facti, & si est propriū,intolerabilis est ignorantia,si vero est error facti aduersarij, non tenetur l.1.§. quod autem ff. quorum leg. glos.

sic distinguitur in d. cap. vt qui duas in verf. eligere de elect. in 6.

Quinimò in d. l. fin. adeò iura testamenti, & 13 codicillorum, sunt contraria in origine, & in effectu, quod ante electionem, nullum ius competit eligenti, quia nullum erat in esse productum, sed ipsorum alterum erat in esse producibile, vtrumque enim non potest produci propter contrarietatem, & incompatibilitatem cum illorum productio oriatur à voluntate hæredis qui dum eligit vnũ, statim illud producit in esse, & aliud postea illi contrarium ac oppositum, non potest in esse producere, nec ad illud datur regressus Salyc. hãc theoricam tradit in d. l. 1. post nu. 12. C. de furt. concludens quod electio iuris licet incompetentis præcludit viam ad aliud ius contrarium, quod fuisset cõpetens. Et sic patet quod Princeps ad viam intestati ex clausula codicillari amplius non habet regressum. Videatur quæso Roman etiam in muliere eligente in alleg. conf. 125. per totum, qui vltra rationem iurium contrariorum eo quod per electionem vnius alteri sit renunciatum, considerat quod facta electione per hæredem testamenti nulli (& loquitur in nullitate testamẽti ob præteritionem) quæsitum est ius successoribus ab intestato, in quorum præiudicium non potest variare ad viam codicillarem ex l. fin. ff. de pact. & l. si post mortẽ, §. fin. ff. de contra tab. Ex regula id quod nostrũ de regul. iur. & in l. 1. §. quod semel ff. de succ. edict. Tiraq. de tetr primog. q. 28. & de retract. lignag. in fin. quæst. Et sic etiam ob eorum præiudicium variatio denegatur.

Non omittendo quod dispositio d. l. fin. procedit, non solum in hærede scienter 14 eligente viam testamenti nulli, sed etiam in eligente per errorem iuris, credẽs testamentum esse validum, quia paria sunt scire, vel scire debere, & error iuris non prodest in lucro captando l. iuris ignorantia ff. de iur. & fact. ignorantia cõmuniter scrib. in d. l. fin. sic volunt Bal. n. 26. Ang num. 6. Paul. num. 5. Alex. col. 3. in glos. in verf. valere, Bart. in l. Clodius num. 1. ff. de acquir. hæred. Roman. in d. conf. 125. col. 1 Imol. & Salyc. in d l. fin. post num. 7 & ibi Bald. num. 2. dicerunt dictam legem locum habere in tribus casibus, quando quis eligit scienter, quãdo eligit, & errat in iure, vel in facto, & supini, secus si probabiliter, quia probabilis error facti non nocet l. mater decedẽs in fin. ff. de inoff. testam. & quando electio contingit, per errorem facti, erranté iuuari non ipso iure, sed per restitutionẽ voluit Bar. in d. l. fin. num. 4.

Et ex his omnia contraria funditus, tollun-15 tur; Non enim obstant leges, cum qui, & contra maiores C. de inoff. testam. in quibus statuitur succumbentem in querela inofficiosi testamenti posse mouere quæstionem falsi, & è contra, nã ibi quis elegit viam omninò incõpetentem, quia vnum ius tantum cõpetebat, quo fit non posse considerari electionem, quæ cadit inter plura eligibilia l. cum illud, aut illud ff. quando dies leg. ced. Et etiã quia inofficiosum, & falsum testamen ũ, quãuis sint iura contraria in origine, quia inofficiosum est aliquid, falsum verò nullum, sunt tamen concordantia in effectu, quia vtrumq; reducit rem ad causam intestati; nimirum si electa via pœnitus incompetente, fit transitus ad viam competentem. sed in d. l fin. hæres elegerat viam testamenti competentem, licet inutiliter, cum potuisset eligere viã codicillorum vtiliter competentem, & illa iura testamenti, & codicillorum sunt contraria, in origine, & in effectu, vt supra. Proinde electa via testamenti competente inutiliter, non datur regressus ad viam contrariam codicillorum vtiliter competentem, vt per Salyc. in d. l. 1. num. 12. C. de furt.

Secundo non refragatur textus in l hæreditas C. de pet. hæred. vbi electa causa testamenti non prohibetur deuenire ad causam intestati; quia distinguendo veritas elucescit, si enim petij hæreditatem iure

iure directo ex testamento, & succubui, & postea ab intestato illam petere vole iure directo, vtique possum d.l.hæreditas l.mater ff. de inoff. testam. & l.legitimam ff.de pet. hæred. cuius diuersitatis potest esse ratio, quia non adest alius hæres ab intestato cui fuisset ius quæsitum quasi ex mea renunciatione per electionem contrarij, si autem volo petere iure obliquo quasi ex codicillis grauantibus hæredem ab intestato tunc vel ex diuersa scriptura, & dispositione, & possum l. Aurelius § fin ff.de lib. leg.nam ob scripturæ diuersitatē adest excusabilis ignorantia facti quam supra tetigimus, vel ex eadem scriptura, & non possum, & procedit d.l fin ita glos. ibi in vers. præclusisse quam Salyc. num.7.& communiter scriben.sequuntur, & etiam Bart. in d.l. Clodius ff. de acquir. hæred. & ibi Cuman. num. 4.

Tertio non obstat l.mater in fin.ff.de inoff. testam.quæ vult patronum agnoscentem falsa opinione, legatum liberti, non ex hoc repudiasse bonorum possessionem contra tabulas respectu quartæ sibi debitæ, quia secundum glos.ibi in verb.cō-

17 petere,& Bart.post nu.4.patronus probabiliter errauit in facto, ignorans legatum fuisse ademptum, in codicillis, secus si errasset in iure, allegādo l. si patronus ff.si quid in fraud. patron.

Postremo, si diceretur textum in d.l fin habere

18 bene locum in actore, qui in illa l.fin. habebat vtramque viam testamenti, & codicillorum, & quia egerat contra possessores bonorum ex testamento, & succubuit non poterit vti remedio codicillorum quod secus erit in reo vt nūc est Princeps Hostiliani cui lex permittit, plures posse proponere exceptiones, etiam contrarias l.nemo ff.de except.& in cap. nullus pluribus de reg.iur.in 6.ea ratione quia fauorabilior est reus, quam actor l.fauorabiliores, ff.de reg.iur. Salyc.in d. l. 1.num.7.C. de furt.& in terminis d. l. fin.quod reus qui semel opposuit exceptionem testamenti nulli, potuerit postea opponere vtilem exceptionem contrariam codicillorum Afflict. refert Sacrum Consiliū sic iudicasse in decis.134.

Respondetur, quod in d.l.fin.casus ita contingerat quod hæres eligendo viam testamenti egerat cōtra possessores bonorum & non fuit vis quod in iudicio hæres tamquam actor, elegerit viam testamenti, sed vis fuit ratio generalis ibi tradita, quod eligens vnum ius contrarium in altero sibi aditum præcluserit, quæ ratio generalis restringens, & amplians dictum l. cum pater §. dulcissimis deleg.2. militat, siuè hæres elegerit viam testamēti in iuditio; siuè extra iuditium, cum id operetur ratio contrariorum, per ea quæ superius dicta sunt, ad quod probādum, Bar.in d.l.fin.in princ. dicit quod nō potest quis petere hæreditatem, vt ex testamento, & vt ex codicillis quia istæ viæ, electione tolluntur, & ad oppositionem quod diuersa causa non parit exceptionem rei iudicatæ. Respondet, in his remedijs contrarijs non obstare exceptionem rei iudicatæ, sed contrarietatis, sic clarè sentiens, nō fieri vim, vbi fit electio, sed quod vbicunq; & qualitercūq; facta sit, vel in Iuditio, vel extra; ratione contrarietatis, alteri sit renunciatum, sic etiam Bald. ibi num.3. tradit, quod ibi non præiudicat sententia, sed electio, & hoc facit ratio contrariorum, etiam ante sententiam. Vnde si vellet cedere liti, & denuò eligere non posset, igitur electio est illa, quæ parit præiudicium. Et consequenter siuè fiat in iuditio, siuè extra semper propter contrarietatem, operatur, ex vnius electione, in altero aditum esse præclusum. Et quod hæc sit pura veritas tex. in l.Clodius, ff.de acquir.hæred.id clarissimè decidit, ibi enim idem hæres, fuerat institutus, ab eodem ex duplici testamento ex primo valido, & ex posteriore inualido; Adiuit hæres ex posteriore inualido, fuit dubitatum, si primo valido videtur renunciasse: Et Papin. adeo inhærebat renunciationi vnius iuris ex electione alterius, vt opinaretur

videri

videri renũciasse. Paul.tamen cuius opinio præualuit firmat contrarium. Et est ratio quia succumbens ex testamento inualido non migrauit ad aliam viam contrariam petendo obliquè, & sic supposita causa intestati,sed petijt similiter directè ex causa testati vigore testamenti validi ex alia scriptura, vnde etiam fuit in errore facti excusabilis vt supra diximus, Et ex hoc Bart. ibi non admittẽs variationem ex eadem scriptura, illam admittit ex alia, nam per electionem vnius, circa contenta in alijs diuersis scripturis, vel dispositionibus ignoratis non induceretur repudiatio l.legitimam ff. de petit. hæred. Quamobrem in d.l. Clodius iuncta Bart.theorica non est uis in actore vel reo, sed vis est, in electione, quæ oritur ex aditione ad hoc vt adiens hæreditatem ex vna viá contraria, altera
19 sit priuatus quando illæ oriuntur,ex eadem scriptura,vt in d.l.fin.secus tamen, si ex diuersis scripturis, & dispositionibus,vt in d. l. Clodius, Idem concludit Roman.in alleg.consil.125. vbi regulam generalem ponit, quod eligens viam testamenti, non variat ad codicillarem, & magis in specie,legatur, Add.ad Bart.in auth.ex causa col.fin.litera E. C. de lib. præterit. per hæc verba, quod institutus qui elegit viam testamenti adeundo, fit priuatus via fideicommissi,& allegat.d.l. fin. C.de codic.

Vlterius etiam non obstat penitus,allegata
20 decisio Afflict. 134. Nam (vltra quod ibi non leguntur discussa omnia supradicta) in illo casu semper fuit reus, qui prius opposuerat exceptionem testamẽti nulli,& postea exceptionem codicillorum,& fuit permissum, quia reus potest proponere plures exceptiones cõtrarias; at in præsenti Princeps Hostiliani antequam esset reus fuit prius actor, in Ma-
21 gna Curia, dùm mediante præambulo, petijt, & obtinuit se declarari hæredem Marci Antonij ex testamẽto,& licet hoc non sit verè iuditium, constans ex Iudice actore, & reo, sed sit potius liquida probatio aditionis hæreditatis ex testamento, vel ab intestato tamen, cum postea, in Regia Camera obtinuerit functiones fiscales, in hæreditate Marci Antonij repertas,in eius personam tamquã hæredem ex testamento describi, actor fuit in iudicio, cum illud, vltrà ipsum actorem,habuit Iudicem,& fiscum reum, & proindè si tamquam actor elegit viã testamenti iam renunciauit remedio cõtrario codicillari ex d.l.fin. Quinimò, & plus esto, quòd Princeps numquam vt actor in iuditio egerit, viam testamenti eligendo,fat est, quod antequam fuerit
22 conuentus extra iuditium adiuerit hæreditatem, eligendo viam testamenti, quia statim ex illa aditione,& electione, renũciauit iuri contrario codicillorum, vt su-
23 pra,& facta vnius electione,ad aliud,nõ variat d.l.1.C.de furt.& l.quod in hæredem.§.eligere,ff.de tribu actio, Andr.in cap.1.num.11.de conten. inter Dom.& fid.& si ex electione vnius iuris cõtrarij, aliud repudiatur,imò perimitur secundũ Bald.in d.l.fin.in princ.Ius semel renunciatum,& extinctum,nullo modo potest proponi, tum quia remittentibus actiones suas,non datur regressus l.quæritur §.si venditor,ff.de ædil.ædict. tum etiam quia ius peremptum, & extinctum, amplius non reuiuiscit l.si res §.aream ff.de solut.idq; procedet, tàm agendo, quàm excipiendo l. amplius non petitum, ibi Bart.nu.3.ff.rem rat.hab. Quare,si Princeps per multos annos antequam fuisset conuentus,adeundo hæreditatem Marci Antonij ex testamento. Renunciauit remedio codicillorum,nunc cõuentus per Felicem Vrsinam,illo iam renunciato,& extincto iuuari non poterit. Et casus decisionis Afflicti,multũ à præsenti distat. Ideoq; medietatem hæreditatis, Marci Antonij, ab intestato, vna cum fructibus,quò ad bona postmodum declaranda spectare ad Felicem Vrsinam, decernendum fore, Iuris esse, defendo.

Deo Gratias.

Decis.

Decessit Actrix Excellentissima neque ab heredibus sui requisitus, sed pro eius heredibus reperio scripsisse doctissimum I. C. Fabium Galeota in consil. 41. inter Consilia celeberrimi Aduocati Camilli de Medicis eius soceri, quæ idem Fabius eius gener laudabiliter nunc adi curauit. Verum eo tẽpore fuerunt mecum insimul Aduocati in præsenti causa eruditissimus Fabius de Anna, vt in eius Cons. 130. Et prædictus de Medicis quẽ vti Magistrũ venerabar illique hoc scriptum (sicut alia sæpè) corrigendum dedi, & ipse aliqua immutauit, & multa addidit, prout legitur in dicto volum. nuper impresso in consil. 40. Sed quæ pauca ego scripseram hæc sunt sicut hic leguntur.

SVMMARIVM.

1 *Natus ex muliere coniugata præsumitur ex legitimo matrimonio procreatus, non autem adulterinus, quod procedit etiam si probaretur illam cum alio viro se miscuisse, vt num. 2. Ampliatur quamuis ab expulsa per maritum, in lupanari esset progenitus, vt num. 3.*

4 *Legitimatio spurij qui præsumitur ortus ex legitimo matrimonio nulla censetur, & num. 6. sed potius appellanda esset dispensatio num. 7. Veritas habetur num. 53.*

5 *Institutio fundata super legitimatione inualida, erit itidem inualida.*

8 *Illegitimitatis vitium procedit de Iure diuino, sed contrarium firmatur nu. 56*

9 *Dispensatio, seu legitimatio non est concedenda absque causa cognitione, & citatione agnatorum, & num. 11. Contrarium habetur num. 59. 60. 61. & 63. Tanto magis si fiat de consensu patris. num. 58. & 59.*

10 *Legitimatio, seu dispensatio non est facienda post mortem patris, & aditam eius hæreditatem, nisi ex praordinatione ipsius, vt in num. 58.*

12 *Pater validè disponere potest in filium spurium cũ fuerit legitimus, & capax.*

13 *Legitimatus habet intentionem fundatã super priuilegio legitimationis adeo vt eã impugnantibus transferat onus probandi contrarium, & num. 44.*

14 *Legitimatio nulla dici non potest nisi ab eo qui habet interesse super nullitate & num. 24.*

15 *Dispensatio genericè sumpta dicitur omnis relaxatio iuris communis, & ideo legitimatio quamuis vera, & ampla vocatur dispensatio.*

16 *Dispensatio sumpta specificè differt à legitimatione.*

17 *Legitimatio secundum Antonium de Butrio duplex est altera restitutiua, seu collatiua cum restituitur persona ad ius, altera vero dispensatiua cum habilitatur ius ad personam. Quadruplex autem est secundũ Ant. de Rosell. vt exemplis demonstratur, & nu. 18.*

19 *Legitimatio licet restricta quò ad successionem, sed restituens primæuo statui naturali vera legitimatio erit non autem censenda est dispensatio, & nu. 57.*

20 *Ius succedendi est separatum à iure filiationis, & legitimationis.*

21 *Verbum legitimare de per se solum plenam inducit legitimationem licet ius succedendi modificetur.*

22 *Clausula derogatoria substinet legitimationem nedum spurij, sed etiam incestuosi. Et purgat omnes defectus quãuis à Principe ignoratos, vt num. 23.*

25 *Exceptio sua non interest impedit litis ingressum, & dicitur litis finitæ.*

26 *Filiatio filij illegitimi probatur per coniecturas.*

27 *Probatio filiationis secundum communẽ, & veriorem opinionẽ sufficienter oritur etiam in decisorijs, & in petitorio ex ipsius quasi possessione proficiscente à nominatione, & tractatu.*

28 *Filiatio respectu patris ideo ex præsumptionibus inducitur quia probatio certitudinalis esset impossibilis sufficienter probatur ex duabus tantum coniecturis, vt num. 29. Item ex affectione*

fectione per patrem erga filium demonstrata insurgit filiationis præsumptio, vt num. 30.

31 *Voluntas paterna vt filius legitimetur infert filiationem.*

32 *Filiatio illegitima probatur per instrumentum legitimationis. Item ex instrumento emancipationis num. 33. Item ex nominatione in filium iterato facta per patrem naturalem quamuis extraiudicialiter, & incidenter, & ex hac constituitur filius in quasi possessione filiationis num. 34. Item ex institutione num 35. Item ex annotatione ortus, & ætatis in libro patris num. 36. Item ex educatione, & tractatu num. 37. Item ex solo tractatu cum institutione num. 38. Item ex sola nominatione si filius nominatus sit reus conuentus nu. 39. Vel ex nominatione concurrentibus adminiculis cum verbis enunciatiuis etiam si sit actor nu. 40. Item ex missione ad gymnasium sumptibus paternis num. 32. Item ex alimentis præstitis tanquam filio nu. 43. Item ex vestimentis honorabilioribus, & differentibus ab alijs domesticis num. 45. Item ex magna similitudine linearum faciei, & habitudinis corporis fi. j. & patris ex quo insurgit qualis qualis suspitio quæ in iudicis arbitrium confertur, num. 46. Qui quidē actus transferunt onus probandi cōtrarium in aduersariū nu. 44.*

41 *Natus etiam in domo mariti, potest esse filius adulteri.*

47 *Præsumptio quod natus ex nupta censeatur legitimus non procedit cum fauorabilior esset filio spurietas quàm legitimitas.*

48 *Hæres non potest redarguere defunctum de mendacio nec impugnare filiationem eius quem defunctus filium nominauerit.*

49 *Hæres tenetur consentire voluntati defuncti, & nō eludere eius intentionem.*

50 *Confessio oritur ex verbis appositis in supplicatione aduersarij.*

51 *Supplicatio præsumitur porrecta ab eo cuius supplicantis nomen in illa continetur.*

52 *Epistola missiua probant contra scribentem.*

53 *Legitimari potest etiam qui natus est ex coniugata, & soluto, vel ex soluta, & coniugato.*

54 *Legitimatus à Principe dicitur verè legitimatus, & non dispensatus.*

55 *Adulterium ab omni lege damnatur, & filij adulterini dicuntur progeniti ex coitu damnabili.*

60 *Iusta causa legitimandi naturalem siue spurium est si pater legitima sobole careat.*

64 *Hæres institutus in re certa dato cohærede vniuersali non est immittendus in possessionē ex remedio l. fin. sed quò ad occupandam rem legatam illiusq; e possessionem vtitur iure hæredis nu 66 Et vbi proceditur sola facti veritate inspecta potest impetrare literas exequutiuas, & immitti in possessionem rerum legatarum num. 71.*

65 *Hæres in certa re institutus, seu legatarius propria authoritate potest apprehendere possessionem rerum legatarum antequam sit adita hæreditas nec tenetur restituere hæredi falcidię quartam non detracturo, & num. 72. Item lite pendente non est priuandus commodo possessionis quod consistit in perceptione fructuum, nam priuans tali commodo dicitur attentare, & num. 67. & 69.*

68 *Sequestrum est denegandum vbi constat de possessore alias diceretur attentatum quamuis factum de ordine superioris.*

73 *Hæres impugnans factum defuncti indignum se reddit illius hæreditate qua priuari debet, sed hoc controuertitur num. 74.*

ALLE-

ALLEGATIO XVIII.

Pro Cæsare Massa.

In Dei nomine Amen.



VT ad voluntatem amici carissimi post cineres defendendam talentum qualecunque est meum impendam ad defensionem Cæsaris eius filij in præsenti lite contra ipsum excitata per Lanfrancum eiusdem Cæsaris Patruelem procedendo ordinatè, & secundum iuris receptas propositiones, diuido totam consultationem in tria capita principalia.

Primum tamquam omnibus præiudiciale. Vtrum legitimatio de eodem Cæsare conuento facta subsistat.

Secundum. Vtrum pendente lite super legitimatione Cæsar debeat conseruari in possessione bonorum sibi legatorum in qua reperitur immissus ex Decreto præambuli Magnæ Curiæ Vicariæ.

Tertium. Vtrum ex lite mota per eundem Lanfrancum contra Cæsarem, idem Lanfrancus priuari possit hæreditate Francisci quondam sui patrui à quo vniuersalis hæres institutus est.

Quatenus attinet ad primum consultationis caput, vt illa dilucidior fiat, & clarior reddatur iustitia Conuenti prima (vt aiunt) facie videtur dicendum legitimationem nullam fuisse.

Primo. Nam suppositum est in facto Cæsarem ortum esse ex muliere coniugata, licet ex Francisco soluto, quo casu iu-
1 ris præsumptio est, vt natus dicatur ex semine mariti, non autem adulteri, l. filium, ff. de his qui sunt sui, vel alieni iuris, l. miles, §. defuncto, ff. de adulter. cap. Michael. de fil. præsbyt. Dicitur enim pater, quem nuptiæ demonstrant. l. quia semper, vbi glos. de in ius vocando. Roland. consil. 22. num. 9. lib. 3. & consil. 49. num. 24. lib. 4. Boer. in decis. 299. Gamm. Lusit. in decis. 325. Anton. Gabr. de præsumpt. lib. 1. conclus. 14. Mascard. de probat. conclus. 788. num. 27.

Quod ampliatur procedere etiam si pro-
2 baretur mulierem nuptam cum alio copulam carnalem habuisse. Cyn. & Bald. in l. si vicinis. C. de nupt. Rolandus dicto consilio 49. num. 26. Et in tantum vt etiam si esset vxor expulsa à viro, & ad lupanar se contulisset
3 ibique filium peperisset. Nam hoc non obstante præsumitur esse mariti. Cyn. post Iacob. de Rauen. in dicta l. si vicinis, num. 3. Ampliatur multis alijs modis, vt per per Roland. dicto consilio num. 27. & late Gabriel. de commun. conclus. in titulo de præsumptio. in dicta conclus. 14. num. 1. & Menoch. de arbitr. Iudic. casu 89. num. 20. cum pluribus seqq.

Et cum præsumatur natus ex matrimonio
4 legitimatio de eo facta dicitur nulla, vt (ne aliorum dicta transcribam) latè consuluit Rolandus à valle dicto consil. 49. & signanter a num. 23. vsque ad finem: & ratio est, quia fuit erratum in causa finali, l. si pater, & l. nec apud, C. de hæred. instit. & propterea Castr. in l. eam quam C. de fideic. sub num. 3. inquit, Quod si quis fecit legitimari filium suum bastardum, cum instituendo hæredem cum tamen legiti-
5 matio esset inualida institutio quoque inualida fuit, & bona deferuntur venienti ab intestato, & non fisco. idem tenet Corn. in d. l. si pater inquiens se vidisse consultum per illa iura, quod
6 non valebat institutio facta a quodam diuite qui cognouerat mulierem maritatam, & cum pareret constante matrimonio recepit partũ in suũ filiũ quẽ fecit postea legitimari, & finaliter ipsum instituit hæredem, vt filium legitimatum, & ad prædicta omnia ten-

dunt, quæ traduntur per Roland. à valle dicto consilio 49. vbi id procedere etiam stante tractatu, & nominatione, quæ nõ sufficeret in decisorijs post alios firmat in d. loco nu. 48. allegat Bald. in dicto cap. per tuas, & alios vt per eum, & tradit etiam Bossius de partu supposito num. 27. & Bero. consil. 158. num. 5. volum. 1.

Secundo videtur nulla dicta legitimatio, quia illa non potest fieri de filio nato ex coniugato, & soluta, & pari ratione ex soluto, & coniugata, & quatenus facta esser non diceretur legitimatio, sed di-
7 spensatio, vt vsque ad saturitatem videtur comprobare. latissime Osasc. decis. Pedemont. 119. Ea ratione, quia inter alias per ipsum allegatas, tale vitium il-
8 legitimitatis spuriorum procedit à iure diuino, vt late firmat Ias. in repet. l. si is qui pro emptore, num. 276. ff. de vsucap. qui id disputat per quinque col. & alios congerit Osasc. d. decis. num. 3. quò casu impossibile est, vt quis redigatur ad statum legitimorum, vt firmat Osasc. vbi supra infinitos DD. allegando, & inter cæteros Capyc. decis. 194. nu. 7. & Rol. à valle cons. 89. n. 49. lib. 1. Cũ enim aga-
9 tur de dispensatione videtur dicendum, quod requirebatur causæ cognitio, & consequenter citatio, vt in terminis consuluit Anchar. consil. 241. num. 4. quem, licet corrupte, refert & sequitur Gabr. com. conclus. in tit. de citat. conclus. 1. nu. 144. & post alios nouissime sequitur Sfort. Odd. vbi de communi consil. 1. num. 116. & cons. 16. nu. 27. & seq. ampliando ex mente Anchar. quando dispensatio esset petita à patre viuente.

Tertio videtur nulla dicta dispensatio, seù
10 legitimatio; quia fuit facta post morrem patris, & aditam hæreditatem ab eodem actore, vt supra instituto. Cum enim adita hæreditate omnia iura transeant in adeuntem vt in l. cum hæredes ff. de acq. poss. ius quæsitum hæredi ex aditione auferri sine eius voluntate non poterat vulg. l. id quod nostrum ff. de reg. iur. & in specie ita tradit post Castrens. & alios in locis. vt per eum Ias. in repet. l. Gallus, §. & quid si tãtum nu. 119. ff. de lib. & posth. conferunr tradita per Dec. cons. 425. in casu proposito num. 5. Paris. 6. num. 33. & cons. 9. num. 3. lib. 2. cum adductis per Cephal. cons. 285. per rot. vol. 2.

Quarto & vltimo videtur nulla dicta legitimatio, quia licet in ea facta esset mentio quod testator habebat nepotem tamen æquiuoce, seù amphibologice facta fuit mentio de nepote tacito, an esset nepos ex fratre, vel sorore, quia si expressisset, quod esset nepos ex fratre ex quo fassus esset se habuisse legitimum Agnatum, vtiq; difficilius legitimatio cocessa esset.
11 Nam quando in legitimatione non fit mentio de Agnatis, illa redditur nulla, vt est originalis opinio Iacobi de Beluisio in §. quoniam vero, in auth. quibus modis natur. effic. sui Ant. de Butrio in c. per venerabilem, & ibi Abb. nu. 27. qui fil. sint legit. Curr. in d. §. & quid si tantum nu. 130. & Soccin. Iun. cons. 99. num. 40. lib. 2.

Et hæc sunt quæ magis vrgere videntur cõtra Cæsarem conuentum.

Cæterum præmisis minime refragantibus in contrarium pro ipso Cæsare claram, & apertam Iustitiam esse arbitror.

Pro cuius propositionis comprobatione, & obiectorum confutatione hæc prælibanda esse censui.

Primo posse patrem relinquere filio spurio
12 cum legitimus, & relicti capax erit habetur in l. in tempus, ff. de hæred. instit. vbi Bal. Ang. & Imo. & est forma relinquendi tradita per Bar. in §. & quid si tantum nu. 14. in vers. Quandoq; vbi quod runc recte petitur legitimatio. & inrerim bona stant in suspenso acquirẽda illico sequuta legitimatione, sic etiam DD. in eadem l. in §. instituens sicut Iac. de Aren. Bald. Imol. Alex. & optime Soccin. in princ. illius §. nu. 2. circa fin. & iterũ Bal. in l. 1. C. de inst. & subst. cũ late cumulatis per Io. Marc. Aquil. in repet. d. §. & quid si tantum in verbo quid enim num. 182. & ibid.

ibid.Cost.circ.fin.Crot.num.139. Lan-
cell.Galiaul.nu.84. Molin.de Hisp. pri-
mog.lib.2.c.7.nu.40.Math.tit.4.lib.10.
glo.1.& lib.6.glo 8.num.19.Couar.de
spons.c.8. §.5. nu.12. & § 9.nu.7.& 8.
Vnde Cępoll. format cautelam cui titu-
lus.Ad institutionem filij spurij, quæ est
12.nu.38. & in fortiori casu Dec. in cō-
sil.55.nu.2.& 4. & in cons.126. col.1.
& in cons. 169. Et Menoch. in d. tract.
lib.4. præsump.96.num.33.

Secundo filius legitimatus habet intentio-
13 nem fundatam super priuileg. legitima-
tionis, in tantum, vt illi, qui eam impu-
gnare intendunt incumbat onus probā-
di.Dec.consil.307.in princ.& cons.462
num.3.Gozad.cons.48.nu.15.Roland.
à Vall.cons 61.nu.28.vol.1.et cons.96.
nu.16.vol.3.& cons.12.num.24.vol.4.
Surd.cons.1.nu.24.vol.1.& cons.303.
num.5.vol.3.conferunt in terminis legi-
timationis:latè tradita per Pereg.art.43.
num.78.

Tertio legitimatio non potest dici nulla nisi
14 ab eo in cuius fauorem est nulla Paris.
cons.1.n.152 lib.2.in terminis post alios
Surd. cons.1.nu.84.& seq. post Ruin.in
cons.85. num.6.& cons.93.nu.8.lib.3.

Quarto est prędiscendū, ne in æquiuoco la-
boremus, dispensationem esse duplicis
generis. primo in genere sumpta dicitur
15 omnis cōmunis iuris relaxatio, vt tradit
Specul.de dispens.§.nunc breuiter Abb.
in cap.de multa. de præb. & hoc modo
sumpta quælibet legitimatio quāuis am-
pla dispensatio dicitur,c. per venerabilē,
& ibi not.omnes,qui fil.sint legit. Alciat.
cons.207.in princ. Et propterea ista vo-
cabula multoties confunduntur,& quo-
tidie dispensationis vocabulo pro legiti-
matione vtimur,vt tradit latissimè Marc.
Antonius Eugenius in amplo cōs.in ma-
teria legitimationis 53. sub nu..5.& hoc
priori modo sumpta dispensatio non fa-
cit difficultatem in casu proposito cum
non differat à legitimatione. Secundo
16 modo capitur in specie, vt à legitimatio-
ne differat in genere sumpta. Etenim di-
spensatio in genere sumpta distinguitur
in dispensationem,in specie, & legitima-
tionem, vt in simili dicitur de adoptione
l.1.ff.de adopt.§.1.& ibi Aldobrand.in-
stit.eod.Et quia istæ duæ species inter se
differunt pro cognitione terminorum
iungam theoricam Antonij de Butr.quę
sequuntur alij in d.cap. per venerabilem
cum altera Antonij de Rosell.vt mox re-
17 feram, qui Butr. inquit legitimationem
esse duplicem vnam restitutiuam, alterā
dispensatiuam. Prima quando restitui-
tur persona ad Ius,quod secundum eum
duobus modis fit, Primo quando quis
restituitur plenè natalibus, & primeuæ
naturæ. Secundo, quando superficies
prolis refertur ad Ius primeum naturæ,
non retrò,sed pro tunc,quæ proprie di-
citur legitimatio collatiua. Dispensatiua
autem,quando habilitatur ius ad perso-
nam,non autem persona ad Ius, vt est,
quādo spurius habilitatur ad succeden-
dum patri.& hęc proprie dicitur dispen-
satio,quia ius relaxatur persona autē nō
18 alteratur. Antonius autem de Rosell. in
tractat. de legitimat. sub rubr. de causa
formali, versic. legitimationis effectus,
num.9. & seq. ponit quadruplicem le-
gitimationem. Primo quando super vi-
tio matrimonij disponitur quod à solo
Pontifice fit cum ipse tantum super eo
dispensandi facultatem habeat. Secun-
do, quando non disponitur super ma-
trimonio, sed de prole illegitime geni-
ta per modum restitutionis antiquæ na-
turæ, & ingenuitati, & est quando
Princeps sine aliqua suppositione ma-
trimonij restituit, vt supra, vt commu-
niter fit à Principibus secularibus iuxta
text. in §. liceat in auth. quibus modis
natural. effect. legit. & his duobus mo-
dis inducitur vera legitimatio, & filij ve-
re fiunt legitimi, vt infra latius dedu-
cam. Tertio modo, quando aliquis
nunc legitimus creatur, & non retrofer-
tur status ad antiquam ingenuitatem
tempore suæ natiuitatis; sed inducitur
nunc, & illa dicitur legitimatio induci-

tia,quia inducit,& nihil restituit.Quarto modo quando non restituitur, nec aliquid inducitur; sed habilitatur spurius, vt aliquo frui possit, quo frui solent verè l gitimi. Tribus prioribus modis legitimatio inducitur.Vltimo autem dispensatio,& sic dictæ duæ theoricæ Antonij de Butr. & Ant. de Rosell. coniunguntur,& in vnum reincidunt,& ita sentiunt Abb. in d. cap. per venerabilem col. 17. Curt. Sen. consil.16. & alibi. Gozadin. consil.6.num.63. & consil.29.num.32. & Didac.ad 4.l b.Decretal.par.2.cap 8. § 8.in princ.& idem sentit Alciat.d.consil.207.num.2.& 7. prout hæc omnia magistraliter tradit idem Eugen.in d.cōsil.53 num.5. cum plur.seqq. & idem tenet Minad. decis.34. infra allegauda, & infra latius deducetur.

His præcognitis concludo priuilegium, de quo agitur esse plenam legitimationem, & non dispensationem, licet sit restri-
17 ctum, quò ad successionem respectu patris, quò ad bona particulariter relicta, & respectu aliorum Agnatorum sit priuatus successione cum (vt verba legitimationis cantant) sit restitutus primæuo statui naturæ, & ad omnes, & singulos legitimos actus,honores,dignitates, prærogatiuas,& iura,quas,& quæ eidem illicita procreatio abstulerat natali splēdore,illum illustrando,& ab eo omnem maculam abstergendo ex certa scientia per beneficium plenè restitutionis in integrum, illum omninò habilem, & capacem, ac idoneum reddendo, prout latius in dicto priuilegio continetur, adeò vt dicatur legitimatus plena legitimatione restitutiua; restituta persona ad ius, ac si de legitimo mātrimonio esset procreatus quoniam licet restricta sit successio, nòn per hoc desinit esse vera legitimatio. Gozadin. consil.29.nu.31. Roland.consil.96.num.25.lib.3. Ia.ob. consil.30. num.1. & 2, lib.1. Roland. à Valle consil.26.num.15.lib.4. Dec.consil.258.col.penul.vers. non obstat quod successio, cum alijs latè cumulatis per Surd.consil.vlt.num.30.volum.3.& optimè materiam declarat Peregr.d. ar.23. sub num.34. Vbi inquit, quod quando quis legitimatur ad certos actus,& de persona nihil fuit dictum tunc vera est opinio eorum,qui dicunt talem actum esse dispensationem,& non legitimationē at secus esse si quòad personam fuisset quis plenè,& simpliciter legitimatus remota genituræ macula, licet facultas succedendi esset restricta, vel inhibitā. Nam non propterea dicitur minus legi-
20 timus, quia ius succedendi est separatū à iure filiationis,& legitimationis ex notabili theorica Bart. in l.is potest. col 3. ff.de acquir.hæred. & aliorum vt per eū, & ita etiam declarat post alios Surd. dicto consil. vlt. num.30.

Præcipue, quia in hoc priuilegio legitima-
21 tionis: adest verbum legitimamus,quod per se solum induceret plenam legitimationem licet modificatum esset ius succedendi,vt post Angel.Aret. & Ruin. in locis, vt per eum firmat Peregr. in dicto art.23. num. 35.

Et cum in priuilegio adsit clausula derogatoria auth. ex complexu C. de incest. nupt. & alijs legibus in contrarium lo-
22 quentibus etiam si Cæsar nedum esset spurius, sed incestuosus legitimatio teneret ex aurea theorica Bald.in l. eam quam nu.36.C.de fideicom. & in auth. si qua Illustris. nu.50. C.ad Orificia Felin.in c. postulasti col.5.ver.declara præ-
23 dicta primo de rescript. Docens vt illa clausula purget omnes defectus etiam à Principe ignoratos. Gozadin. consil.48. nu.14.cū alijs adductis per Surd.in consil.303. num.10.vol.3.

Nec obstant contraria nam etsi ex præmissis virtualiter ad ea pateat responsio, tamen formaliter respondetur.

Quò ad primum quo asseritur legitimationem nullam, & particularem institutionem erroneam,ex quo iste filius præsumitur natus ex semine maritali, & non adulterino.

Respondetur primo hanc exceptionem, & om-

omnes alias nō posse opponi per ipsum Lanfrancum, cum eius non intersit, ex quo non dara legitimatione bona ad ipsum non pertinerent;sed ad sacrum Hospitale Spiritus sancti substitutum, quatenus legitimatio non fieret in summa ducatorum quinquaginta mille, absorbentem valorem bonorum relictorum

24 Cæsari,& constat neminem audiri non habentem interesse in causa. ad latè per Vantium tradita in tract.de nullitat. in titul. quis possit de nullitate dicere in princ.quia regulariter audiri non solent quorum non interest.Roman.cons.347. num.4.c.cum inter de elect. Innoc.in c. super his.de accusat.Crauet.consil.182. num.8.& vbi deficit interesse, vel causa propterquam competit actio,ibi agi non potest.l.rigni.§.fin.ff. ad exhib.l. si quis vxori.§.vlt.ff.de furt.Roman.cons.499.

25 in præmissa num.8. Et exceptio (tua nō interest)impedit litis ingressum.Dec. consil.301.num.4. Et dicitur litis finitę latè Tiber.Decian.cons.16.nu.76.lib.1. vbi multos allegat, & in specie habetur supra in 2. præmisso.

Secundo respondetur, quod cum iste tanquam filius fuisset legitimatus habet intentionē fundatam super priuilegio legitimationis & onus probandi contrarium prætendenti nullitatē incumberet, vt latè colligitur ex secundo præmisso.

Tertio respondetur satis ex deductis probari filiationem etiam in petitorio, ad quod demonstrandum vnum prænotatę: dum est nempè filiationem etiam ex coniecturis probari, etiam filij illegi-

26 timi. Anchar.consil.125. num.6 quem refert,& sequitur alios cumulando.Surdus dicto consil.1. num.39. cum seqq. & Natta consil. 473.num.39. & 44. & Bursat. consil.88. & consil. seq. num. 1. Reg. de Ponte in consil.3. volum.2. &

27 quod ex hac quasi possessione à tractatu, & nominatione originem trahenti etiam in decisorijs, & petitorio, probatio sufficiens oriatur, ex veriori, & communiori. Peregrin. omninò videndus artic.43. sub num.68.versic.sed contra.

28 Quia quò ad patrē impossibile est probari filiationem,& propterea lex contenta est,quod probetur præsumptiuè,vt latè tradit Surd. vbi supra.

Et etiam in petitorio est probata filiatio ex

29 deductis in processu, & duas cōiecturas sufficere. tradit Petr.de Anchar. in consil.225.nu.9. Loquens de spurio Corn. in consil.1. num.22. vol.3. & post alios Menoch.de arbitr. Iud. casu 89. nu.66. & Surd.d.cons.1.num.54. per glos.in l.2.§.1.in verbo legitimis, ff.de excusat. tut.quam glos.latè exornat, & cōprobat Gabr.in tit.de probatio.conclus.1.nu.1. & eam singularem appellat Bal. in rubr. extra de probatio. nu.3. Et quod præsumptio d.l. filium, & §. defuncto alijs saltem tribus præsumptionibus tollatur optime tradit Eugen. cons.53. num 32. Et quod quando plura adminicula concurrunt sufficiāt tradit post Iaf.in dicta l. neque professio.col.2.C.de testam.Dec. cons.54.col.fin.Gozad.cons.13. nu.53. Crauet.cons.249.num.3.Roland.à valle d.cons.22.nu.30.qui videatur.

In proposito autem plures,& non modicæ afferuntur præsumptiones quarum.

Prima est magna affectio, quam ostendit

30 semper in vita sua Franciscus, erga Cæsarem in illum (vt infra) tot beneficia conferendo, arg.c. afferte de præsumpt. tradit Innoc. in c. Michael. in fine de fili,præsbyt.vbi formaliter dicit, Imò sola affectione pręsumitur filius,infra de pręsumpt.c.afferte,quem ibi sequitur Abb. sub num.1.vers.item quandoq; & nouiter Ioseph.Mascard.de probat. conclus. 883.num.17.

Secunda coniectura est ipsa legitimatio,

31 quam pater ita enixe affectauit in dicto testamento, & mandauit hæredi imò cuilibet extraneo, vt illū legitimari curasset,& tandē dedit ipsimet Cæsari facultatē,vt legitimationē sibi procuraret, & alia ordinauit, omnia præseferentia magnum amorem,& voluntatem legitimandi erga suum filium,& constat illegitimitatem,

32 tatem, & sic filiationem illegitimam probari per instrumentum legitimationis, ita post Bald. in l. 2. num. 1. C. de iur. aur. anul. & alios Mascar. d. conclus. 883. num. 1. & seq. & pulchram consuluit. Alex. cons. 88. num. 11. vers. concurrit etiam lib. 7 Vbi Alex. dicit pulchrum verbũ, quod ex tali assertione oritur talis præsumptio, vt trãsferatur onus probandi in contrarium, prout dicit idem

33 esse si adsit instrumentum emancipationis num. 12. quia ex eo probatur filiatio, & sequitur post alios idem Mascard. vbi supra num. 2. Præsertim accedente fama filiationis, vt late per Decian. in consil. 1. num. 103. vol. 3.

Tertia coniectura est nominatio iterato fa-
34 cta per patrem glo. in d. l. neq; professio superius allegara, & late post Menoch. d. casu 89 num. 77. idem Surd. vbi supra num. 47. quod procedere etiam in filijs spurijs nominatis à patre naturali, tradit Roland. à Valle consil. 22. num. 30. vers. pariter non obstat, lib. 3. Et quando nominatio est geminata, & reiterata etiam quod sit extraiudicialis, & incidenter ad alium effectum constituit tamen filium in quasi possessione illius qualitatis. Rimin. Iun consil. 319. num. 3. in fin. & seq. volum 3. & tradit Cyn. Bald. & Saly. in l. non epistolis C. de probat. & confert gl. optima in d. l neq; professio in verbo præiudicat, quam ibi sequitur Bart. Bald. Paul. Alex. & Ias. C. de testam. & in specie idem tradit Roland. à valle cons 96. num. 47. vol. 3. & Surd. sæpe in dicto consil. 1. num. 49.

Quarta coniectura afferri potest, quia extat
35 institutio patris eiusdem filij in dictis rebus certis ad late tradita per Surdũ, vbi supra num. 50.

Quinta coniectura est, quæ colligitur ex an-
36 notatione facta in libro patris. Salyc. in l. etiam. ff. de probatio. Paris. consil. 20. num. 58. vol. 2. Abb consil. 83. num. 13. Menoch. dicto casu 89. num. 80. & Surd. vbi supra.

Sexta coniectura est educatio, & tractatus
37 quæ est magna præsumptio filiationis, Menoch. d. casu 89. num. 69. & de præsumpt. lib. 6. præsump. 51. num. 121. Et omnibus istis simul iunctis nemo ambigit quin sit probata filiatio, & in decisoriis.

38 rijs. Cum solus tractatus cum institutione probent filiationem Iason consil. 125.
39 col. 2. vol. 4. Imò sola nominatio sufficeret quando versamur in reo conuento. Ias. cons 102. col. 2. vol. 4. & etiam in
40 Actore, quando alia concurrunt adminicula cum verbis enunciatiuis. Alex. cõsil. 181. sub num. 2. volum 7. Etiam in petitorio, Roland. in d consil. 22. nu. 30. & Menoch. dicto casu 89. num. 70. & dicta præsumpt. 52. num. 22.

Nec est impossibile, vt non dicatur filius
41 adulteri ille qui natus est in domo viri. Alex. consil. 88. num. 9 lib. 7. Bero. consil. 151 vol. 2 & pluries fuit decisum in Rota Romana, vt refert Mascard. cõclus. 883. num. 14 confert Bursat. consil. 88. num. 15. volum. 1.

Septima coniectura est, quia pater filium
42 ipsum suis sumptibus ad scholam misit.
43 Bald. d. c. per tuas num. 5. Prout alimen-
44 tatio facta tanquam filio, & tales actus transferunt onus probandi in aduersarium late Surd. d. consil. 1. num 46. & de Aliment. titul. 9. quæst. 7. num. 10. vsque ad finem.

Octaua cõiectura est, nã pater fecit vestimẽ-
45 ta differentia ab alijs domesticis, valde honorabiliora, Bal. vbi supra. Natta consil. 235. col. 2.

Nona coniectura est magna similitudo li-
46 nearum faciei, & habitudinis corporis Cæsaris, cum patre. late Paris. cons. 10. num. 19. lib. 2. vt faciat qualem qualem suspicionem arbitrio Iudicis rem. tendã, vt tradit Menoch. dicto casu 89 in fine. Et fere ad omnes prædictas coniecturas videndus est Decian. illas omnes comprobans in d. consil. 1. fere per totum volum. 3.

Quarto respondetur prædicta non procedere, quãdo vtilius, & fauorabilius esset filio,

47 filio, quod esset spurius, & illegitimus, quā legitimus, ita tradit Eugen. consil. 53 nu. 4. Vbi inquit formaliter dispositionem d. l. filium diffinimus. & §. defuncto. locum sibi non vendicare, quādo vrilior esset spurio filiatio, & spurius eā potius pro sua vtilitate anhelaret, quam legitimitatem sic Rot. Rom. in decis. Paleot. 347. in vna Bonon. coram Illustrissimo Vadino 22. Maij 1559. & tradit optime Menoch. d. præsump. in 53. sub nu. 20. ver. declaratur octauo. Gozad. in consil. 13. num. 48. & Decian. in consil. 1. num. 103 vol. 3.

Quinto respondetur animaduertēdum esse hunc Lanfrancum profiteri se esse hæredem vniuersalem Francisci, vnde cum Franciscus fassus sit Cæsarem esse suum
48 filium spurium. Non potest hæres redarguere defunctum de Mēdacio l. rem alienam, vbi not. Bar. num. 3. & num. 15. ff. de pignor. actio. & tradit Cagnol. in l. hæredem uum. 10. ff. de reg. iur. Et hęres
49 tenetur consentire in eo, quod voluit defunctus cuius personā repræsentat c. 1. circa finem, vbi glos. notat in verb. vnam in Auth. de iure iuran. a morient. præst. iuxta regulam text. in l. cum a matre, vbi Bart. & Bald. ad hoc quod agimus C. de rei vendic. est pulcher text. in l. hæres ff. de vsucap. & in l. fin. C. de hæred. instit. declarat Castr. post glos. in l. fin. §. in cōputatione C. de iur. delib. Boer. in decis. 23. nu. 20. & late Natta cons. 138. nu. 8. Nec debet eludere, seu fraudare intētionem defuncti, Ruin. consil. 121. num. 12. lib. 3. Nec dicatur licitum hæredi esse allegare nullitatem dispositionis factæ per defunctum ex l. quemadmodum in verb. & hæredibus C. de agric. & cens. lib. 11. Afflic. in decis. 240. in vers. item quia de Pont. in decis. 28. num. 35. Quæ allegatio ab eodem principali audiretur ex dicta l. quemadmodum, vt per glos. in l. post mortem ff. de adopt. per Alex. in consil. 21. col. 2. vers. non obstat vol. 3. Nam omissis declarationibus Doctorum vt per Cam. in cap. Imperialem fol. 28. & per Ann. in constit. constitutionē diuæ memoriæ num. 138. Et vltra quod probauimus præfatam Francisci dispositionem iuxta illam formā esse validissimam stringo responsionem dicens, qualiter petitio Lanfranchi concludit, vt legitimatio per Collaterale Consilium reuocetur. Et sic non est audiendus tamquam de directo contraueniens ordini testatoris iubentis legitimationē per ipsum Lanfrancum peti, & expediri, & hic iussus, vt superior supplicetur nullam potest habere nullitatem, immò in simili collaudatur supplicans in l. 1. C. de prec. imp. offer. Quare obediat ipse circa legitimationis impetrationem, vel defensionem; Et si ea non obstante vult postea prætendere dispositionem testatoris esse nullam tunc sibi de iustitiā prouidebitur sed (vt dixi) patefecimus esse validissimā iuxta regulas supradictas.

Sexto respondetur nos habere casum in-
50 dubitabilē, quia pars aduersa fatetur hunc esse spuriū in suis pręcibus ex quibus cōfessio oritur, l. cum precum, C. de liberal. caus. & in terminis (vt aiunt) terminantibus, Eugen. dicto consil. 53. sub num. 40. vers. decima.

Et non est ambigendum. Vtrum memoriale
51 fuerit porrectum per eundem Lanfrancum, cum in eo dicatur Lanfranco Massa dice à V. E. quo casu ab eo porrectum præsumitur, vt per Oldrad. in cons. 136. sub num. 5. vers. non obstat, & apertè Felyn. in c. nonnulli, §. sunt, & alij num. 7. de rescrip. Vbi rescriptū præsumitur impetratum à principali, post Ant. de Butr. ibi. cum alijs adductis per Capyc. decis. 4. num. 19. & plura cumulat Felyn. in c. sicut, num. 35. de sentent. & re iud. tradit Menoch. de præsūp. lib. 6. præsump. 11. per tot. & signanter num. 4. & lib. 2. præsump. 23. nu. 4. concludens quod pręsumitur actus gestus ab eo cuius interest si impensam requirit etiam modicam. Et Reg. de Pont. in cons. 157. vol. 2.

Et extant plures literæ eidem Cæsari directæ, quibus centies (vt ita dicam) illum appellat

appellat Cæfarem Maffam,ergo nō Antonij Mílanefe viri q. Fuluiæ matris il-
52 lius, & certi iuris eft literas probare cōtra fcribentem, ad latè tradita per DD. in l.admonendi, ff. de iur.iur.

Ad fecundum motiuum refpondetur vnico verbo,omnes DD. (volētes matrimonij præambulum effe caufam legitimitatis, vt faltem illud fingatur ad hoc, vt legitimatio vera inducatur) errare,quia etiam
53 datur legitimatio in filio fine matrimonio,vt(ne aliorum dicta tranfcribam)optimè tuetur ex multorum authoritatibus. Peregr. omninò videndus, dicto arr.23. num.36.& latè Roland.a Valle in pluribus cōfilijs per ipfum allegatis videlicet 61.num.50.& 51.lib.1.conf.96.nu.26. lib.3.& confil.12.fub nu.62.verf. tertio refpondetur lib.4.ex profeffo idem Marant.Eugen. videndus d.cōf.53.per tot. qui reprobat d.decif.Ofafc.& refpondet omnibus fuis argum. & latè etiam Surd. d.cōfil.453. videlicet vltimum num.29. vbi dicit audacter fententiam contrariā effe falfam. Quando quidem ifte reftituitur ad iura naturæ, & nihil de matrimonio difpofuit Princeps fecularis, fed tantum perfonam reftituit, & natiuitatis maculam abftergit,fubdens quāuis enim ad iura legitima reduci poffit,quis pluribus modis,& præcipuè per medium matrimonij tamen omiffo etiam matrimonio fi reftituitur a Principe,qui tollat differentiam legitimitatis, & illegitimitatis, quæ iure ciuili, & non canonico inducta
54 fuit, is erit verè legitimatus, & non difpenfatus,& qui in contrarium fuerunt allegati, loquuntur quando legitimans vellet fingere, vel aliter difponere fuper matrimonio allegat Aret.Ant.de Rofell. Præpof.Bar.Bald.Caftrenf.Alex. Calder. Innoc.Hoftienf.Ioannem And.Zuccard. Ruin.Gozad. Socc.Iun. & alios in locis vt per eum,& vt infra referam, & omnibus obiectis,& fundamentis contrarium tenentium fubtiliter;& doctè more fuo refpondet idem Eugen. dicto conf.53. quem fequitur Surd. vbi fupra.

Et hanc opinionem magis receptam, & vfu Supremorum Tribunalium obferuatam comprobare folitus fum hoc (ni fallor) concludēti medio habetur enim in §.fin. in auth.quib.mod.natur.effic.fui.Vt nati ex complexibus damnatis inceftis, & nefarijs indigni dicantur nomine filiorū etiam naturalium, & arceantur ab omni parentum fucceffione.Vnde certum eft, quod inter eos cōtineantur,nati ex adulterio,ibi ex complexibus damnatis, cum adulterium ab omni lege damnetur l.1. & tot.titul.ff.& C.ad l.Iul.de adult.& §. item lex Iulia.Inft.de publ Iudic.& c.1. de adult.extra. & in 6.& eft vnum de decem præceptis decalogi, & filij ex tali coitu progeniti ex complexu damnabili orti effe dicuntur,vt eft glof. in l. fi fufpecta,§.de inofficiofo in princ.ff. de inoffi.teft.ibi nifi fint ex tali coitu nati,qui poffint accufari, vt adulteri vel fimiles, quia etiā ex voluntate matris ab ea nihil capere poffunt, & multò minus contra voluntatem, quæ allegat d.§.fin. Subdit poftmodum glo.in d.§.fin. communiter recepta in verf. quæro tamen formaliter an Princeps poffit eos facere legitimos, fi dicat non obftāte hac lege?puto quod fic.arg.ff.de leg.3.l.fi quis in princ. teftamenti.Ex qua glofa elicio duo, vnum expresfè,alterum tacitè. Exprefsè quod Princeps poteft legitimare adulterinos, inceftuofos & nefarios,relata ad tex.qui de illis omnibus loquitur.Tacitè, & notabilius,vt omnis illegitimitas fit de iure ciuili, & pofitiuo. Cum enim alleget d. tex. in d. l. fi quis in princ. Vbi habetur quod nemo poteft fibi illam legē dicere, vt non poffit fuam difpofitionem priorem reuocare,& ab ea recedere neceffa-
56 rio fentit Accurfius,quod illegitimitatis lex fit ab Imperatore introducta, et ad auferendam fucceffionem, & non fit iuris diuini,vel canonici,vt ex aduerfo prętenditur,quia fi effet iuris diuini nō poffet dictam difpofitionem corrigere, fed fubintraret tex. in §. fed naturalia inftit. de iur.nat. gen. & ciu. & quæ habentur in

in l. nemo potest.ff.de legat.1. quæ sunt contraria d.l.si quis in princ.testamenti. Et propterea subintrat alia regula l. nihil tam naturale,ff. de reg. iur. Vbi Cagnol. num.1.dicit quod reuocatio, & resolutio actus est eius naturæ cuius est cócessio,& productio,& comprobo etiam per per optimum tex. in §. illud vers. si quis ergo in auth.quibus modis natur. effic. sui.qui loquitur in eo qui sine peccato vxorem ducere non poterat, vel de eo, qui ad sacerdotium vellet ascendere, & tamen tex. ille vult, quod restituantur tales filij primis natalibus.Confert etiam decisio huius eminentissimi Sacri Consilij Neapolitani relata per D.Io.Thomam Minad.34.vbi declarando secundum veros iuris terminos materiam cócludit, quod legitimatio Gasparis Contæ erat
57 vera legitimatio,& nó dispensatio, licet essent excepta feudalia,& officia quodq; in ea non erat opus dispensare super radice matrimonij à Principe seculari, & quod redigebatur persona ad ius,& nó ius ad personam, prout supra declaratū fuit ex traditis per Ant. de Butr. in d.c. per venerabilem, & latè per Eugen. dicto consil.53.

Tertia quoque obiectio faciliter dilluitur, quia procedit, quando legitimatio esset
58 facta post mortem non interueniente patris consensu,alias secus.vt notabiliter declarat Bald. consil.361. verba Bartoli num.1.lib.5.qui sic distinguit quandoq; pater fecit legitimari filium in uita sua, tunc alij non sunt citandi,quia hoc principaliter tangit patrem.qui potest de bonis suis disponere quicquid uult l.adoptio.ff.de adoptio.quandoque filius ipse petit se legitimari, & tunc si pater disposuisset hoc in testamento, quod uoluerit filium legitimari sine alterius requisitione potest legitimationē petere, auth.si quis,C.de natural. lib. & in corpore unde sumitur, secus quando pater nihil disposuit in testamento in præiudicium eorum quibus ius est quæsitum illis non requisitis, imò illis non consentientibus,l.fi.ff de natural.restit.& sequitur post alios Tiraq.in repet.l.si vnquam in verbo susceperit liberos,nu.86.& 94. C.de reuoc.donatio.quem refert, & sequitur Peregr. d.tract. de fideicom.art. 23.sub num.74.in fin.fol.219. qui dicit quod quando legitimatio facta est ex præordinatione patris perinde est, ac si in eius vita facta foret.

Ad quartum,& vltimum quo asseritur legi-
59 timationem nullam tamquam subreptitiā non facta métione de nepote agnato. Respondetur breuiter legitimationē factā de consensu patris nullam requirere causam. Alex.conf. pen.n.17.vers. nó obstat septimo lib.5.Dec.cós.307.n.11. & cons.338. nu.2.cons.609.nu.3.quia ea ratione qua non requiritur citatio agnatorum quando legitimatio fit ad postulationem patris eadem fit, vt non requiratur causa aliqua, vt tradunt præallegati;Voluntas enim patris habetur pro sufficienti causa;Socc.cons.120. num.9. lib.3.Menoch. post alios per ipsum allegatos,cons.19.num.22.Et apparet ex se causa quando pater petit legitimationē, quia vult proprium sanguinem agnatis præferri,ita Alciat.cons.287.num.12 & Matt.Brun.cons.175.nu.69.inter cons. vltim.volunt.& hæc omnia refert, & sequitur Surd.d.cons.1.num.104. lib.1.

Imò in proposito iusta causa adest, quia pa-
60 ter legitima sobole carebat.Dec. d.consil.307. nu.12. quod procedit siue filius sit naturalis siue spurius,qui legitimatur. Menoch.d.cons.19.nu.21.cum alijs adductis per Surd.d.cons 1. n.105. & materiam optimè comprobat post multos à se congestos,Peregr.d.art.23. omninò videndus,nu.52.Vbi distinguendo dicit circa illud quæsitum,quod in materia legitimationis frequenter controuertitur circa citationem illius qui habet ius aliquod in bonis, de quibus agitur, quod ius tertij potest considerari dupliciter. Primo in spe, secundo in re, in spe iterū duplex cadit inspectio. Quædam est spes probabilis iuris tamen vinculis non

munita, quædam verò iuris vinculis munita. Primæ speciei exemplum est spes quam habent agnati, & cognati de succedendo, & hæres scriptus in testamēto superstite testatore. Item fideicommissarius in eo substitutus, nam talis spes non est authoritate iuris munita. Nam potest eis per testamentum auferri, nec de ea licet pacisci, l.fin.C.de pact.nec est æstimabilis pecunia, Barr.in l.post emancipationem, ff.de liber.lega.in l.is potest col.3.ff.de acq hæred. & alibi, vt plenè per Cagnol. d.l.fin. nu.227. & hoc casu
61 nulla facienda est mentio, nec citatio de agnatis, quia pater naturalium de bonis suis potest quomodo vult in eorum præiudicium disponere. Bart. in l.Gallus, §. & quid si tantū, col.fi.ff.de lib. & posth. vbi alij sequuntur, Afflict.in c.1.§. naturalis, n.30.de success. feud. Rol.d.cons. 12.num.53.lib.4.Tiraq. d.verbo. suscepit liberos, nu.65.cum alijs adductis per Pereg.vbi supra, & sub nu.58.vers. quàobrem. Vbi subdit quod sufficit præsumpta scientia etsi illa requireretur, versic. notandum post Io. Vinc. Honded. consil.89.num.2.lib.1. & alios vt per eum.
62 Secus concludendo circa illos, qui habent in spe ius probabile, vt puta fideicommissi post mortem fideicommittentis feudalis rei, vel successionis iure primogenituræ, vel his similium, vt idem tradit nu.62. cum seqq limitando tamē quando legitimatio esset facta de plenitudine potestatis num.68. qui infinitos congerit non omittēdo, quod cons. Anchar.241.in contrarium allegatum supra
63 vt in dispensatione requiratur citatio reprobatur com. vt post Marzar.cons.9. Ruin.cons.75.n.16.& 87.lib.3.& Soc. Iun.cons.97.n.41.lib.2.firmat Pereg.d. art.23.sub nu.67.vers.nota, & in terminis quod non requiratur talis mentio nepotis agnati; tradit post Gozad. consil.29. Menoch.cons.20.num.38. & Alciat.cons.207. Eugenius dicto cons.53. nu.60.& hæc quoad primum articulum.
Quò vero ad secundum articulum. Vtrum Cæsar absque vitio possideat bona legata, videtur prima facie negatiuè respondendum, nam supponitur, quod hærede aliter non citato medio præambuli eiusdem Magnæ Curiæ Vicariæ fuerit immissus ab ea in eandem possessionem ex sola testamenti, & legimationis inspectione, quasi voluerit vti l.fin.C. de edicto Diu. Adr.tollend. & receptissimi iu-
64 ris est illud non competere instituto in re certa dato cohærede vniuersali, vt sūt punctuales decisiones, glos.& DD. in d. l.fin.Castr.nu.7.Alex.n.15.Dec.sub nu. 23.vers.secundus casus,& est communis opinio, de qua post alios Iacob. Menoc. tract. de adipisc.poss.remed.4.num.132 Non enim datur tantus fauor huic instituto in re certa quantus hæredi vniuersali Bal.d.l.fin.sub num.45.ad fin.& Pereg.d.tract.de fideicom.art.48.sub nu.4 & inquit notabiliter Bald. sub num.45. vers. omnis ergo hæres, agat ergo si vult iure ordinario. Nam quare sint introducta remedia ordinaria, nisi vt intententur? certè non ob aliud, & ideo extra ordinem non proceditur, vbi certus ordo præfigitur ff. de actio.empt. l.per collusionem, §. fin. & de annuis legat. l. quintus §.fin.cum simil.hęc Bald.& tradit quoq; Menoch.d.remed.4 nu.134. & facit text.in l.1.vers. rectius igitur esse censemus C. comm de leg.vbi dicit, in rem certam immissionem esse penitus abolendam.
Videtur igitur quod nulliter egerit. Magn. Cur. immittendo hunc legatarium in re certa in possessionem absque processu & consequenter quod sequestrum debeat subsistere.
Verum præmissis non obstantibus, hoc quoq; in capire legitimum conuentum possessorem declarandum esse censeo, & consequenter sequestrum reuocandum.
Et moueor quia etiam simplex legatarius
65 potest propria authoritate possessionem rerum legatarum apprehendere antequam hæreditas adita sit, nec tenetur hæredi restituere, quando falcidiæ locus

non

non est, ita post Natta conf.224 per tot. tradit Surd.conf.265.sub nu.25. vol.2. & Pereg.d.tract.art.47 sub n.60.& seq. qui videatur, & multo magis quando est institutus in re certa, & non est simplex legatarius; quia licet ei non competat re-
66 medium l. fin. vt supra tamen quò ad occupandam possessionem rei in qua institutus est iure hæredis vtitur, vt formaliter inquit Peregr.d.art.47.num.53. Io.Dilect.de arte testandi, tit.6.caut.12 num.2. Tiraq.late Le mort Saysit Leuif. par.2.declar.4.nu.11. Menoch. de adipisc.poss.remed.2.num.64. & 65.& remed.4.nu.134.& declarat Rip.in princ. lib.1.ff. quorum legat. ex theorica Bart. in l.ex facto la seconda in principio ff.de hæred.instit.

Cum itaque statim antequam hæres declarasset se hæredem, Cæsar nactus est possessionem rerum legatarum vacantium, non potest dici vitiosus possessor præcipue cum non fuerit, ille simplex legatarius, sed institutus in re certa, vt su-
67 pra, & stante possessione non vitiosa lite pendēte non potuit neq; potest cōmodo possidēdi priuari, quod principaliter in perceptione fructuum versatur, vt tradit late Lācellot.de actent. par.2.cap.4. limit.1.num.72. post glos. in l.si quis, in verbo firmat, C. fin.regund. Dec.cōs.57. sub nu.3.vers.nam pro parte, & cōs.125 in causa, col.1. imò ille dicitur attentare qui priuat possessorem commodo possidendi, vel ipsum impedit ea vti glo.in c. non solum, de appell.in 6.Paris. conf.6. num.14.lib.4. & nouiter Menoch de recuperand.poss.remed.17.nu.49. post Beltrand. & alios in locis, vt per eum & Lancellot. d.limitatione prima num.7.

Ex quibus sequitur quod sequestrum quò Cæsar possessor legitimus fuit suspensus à perceptione fructuū rerum in quibus hæres institutus est debet reuocari, quia
68 non conceditur sequestrū quando constat de possessore, alias diceretur attentatum etiam si esset factum de ordine Regij Consilij, vt alias fuit decisum in Rota Romana 7. Februarij 1561. relata per Lancellot.d limit.j.num.38.& ratio clara est, quæ colligitur ex reg.l.vnica, C. de prohib.seq. poss. & fruct. & propterea dicebat Angel.de Perus.in tit. de sequestr. num.2. quod ideo prohibetur,
69 quia nemo est priuandus cōmodo possessionis lite pendente c.1.& c. dilectus extra, vt lite pend. & latius Franc. Curt. sen.de sequestris in princ.num.6. vbi inquit quod omni iure est prohibita sequestratio regulariter, siue de rebus mobilibus, siue immobilibus, siue de corporalibus, siue de incorporalibus, siue de profanis, siue de spiritualibus post multos per ipsum allatos ex ratione iam dicta, Et quando constat quis nam sit possessor, non permittitur sequestrum etiam ad tollenda scandala. Et si esset factum
70 debet reuocari, tamquam attentatum. Lap.alleg.78.num.10. Paris. consil.41. num.28.lib.1. Afflict.decis.98. & tradit optime materiam declarando, & ampliādo Lancell.d.cap.4.ampliat.2.num.1.& seq.Guid.Pap. in decis.240.

Nec obstant cōtraria, quia ex præmissis patet responsio; sed vt particulariter euacuentur respondetur.

Primo quod licet simplici legatario non competat remedium l. fin. vel exequutiuum, d.l.1.C.comm deleg.tamen in huiusmodi Tribunalibus supremis in quibus nō attenduntur apices iuris; sed proceditur sola facti veritate inspecta possūt
71 impetrari à legatarijs literę exequutiuę, & vigore ipsarum possunt in possessionē immitti rerum legatarum, ut singulariter tradit Guid.Pap.quæst.483. quē refert & sequitur Peregrin. dicto artic.48. sub num.4. in fine.

Secundo respondetur, quod legatarius nō simplex, sed institutus in rebus certis etiā dato hærede vniuersali potest apprehendere propria authoritate possessionem
72 rerum legatarum, nec potest conueniri ab hærede, nisi sumus in casu in quo falcidia est detrahenda, ut supra deductum est, & tradit Surd.late dicto consil.265.

num.25.cum plurib. seqq. ubi optime materiam declarat, prout in proposito, in quo notorium est in facto, quod iste parum gratus memoriæ defuncti, iam nullatenus potest prætēdere detractionē falcidiæ cum de bonis hæreditarijs longe ultra semissem hæreditatis possideat.

Ad ultimum articulum resoluendum paucis utar, nam re uera iste hæres, qui ita
73 audacter cōtrauenit uoluntati defuncti hæreditate indignum se reddidit, & ea priuari debet. Crauet. consil. 1. num. 3. & cons. 50. num. 18. ubi inquit quod qui uult beneficium consequi, ex testamēto alicuius, debet uoluntatem adimplere ipsius ad quod sunt ponderandi text. in l. Nesennius in uers. recte cum l. seq. ff. de excus. tutor. in §. in his omnibus in auth. de hæred. & falc. & clarius §. sed hæc in Auth. de iure iur. à morient. pestit. Bart. in l. 1. num. 3. ff. de leg. 2. Natta in consil. 675. num. 16. Roland. à valle in consil. 30. num. 32 lib. 4. ubi inquit, quod aliter faciendo, dicitur uoluntatem testatoris circumuenire, l. si cui in princ. ff. de condit. & demonstr. Hippol. Rimin. consil. 23 nu. 33. lib. 1. Præcipue in proposito, in quo testator ita enixe per uerba geminata id mādauit infra tempus præ-
74 stitutum, quo casu alia monitio, & interpellatio non requiritur, cum dies interpellet pro homine vulg. iur.

Verum est quod indubitatè hoc ultimum non affirmo, quia contrarium tenet Cast. in cons. 292. circa primum dubiū vol. 2. sub num. 9. ponderando tex. in §. si quis autem in auth. de Eccles. tit. sed magna ex prædictis adest difficultas firmo autē constanter, ut legitimatio validissima sit, & possessio iuridica sit constituta penes Cæsarem, & quod sequestrum consequenter sit reuocandum.

Deo Gratias.

Orta fuit concordia utilissima huic Cæsari qui quò ad quædam respicientia decus satisfecit desiderio Lanfrāchi. Fuimus amicabiles compositores Regens de Barrio nouo Consiliarius Alderisius, & ego memini etiam Doctor Anellus de Amato nuper impressus in cons. 4.

SVMMARIVM.

1 *Donatio facta ex falsa causa corruit ob defectum uoluntatis.*
2 *Matrimonium quando dicitur totaliter perfectum.*
3 *Matrimonio concluso, & vulgato si altera pars recedit alteri iniuriam, & dedecus affert præsertim mulieri.*
4 *Recipere non possumus, & restituere tenemur receptum pro eo quod gratis facere tenemur.*
5 *Metus dedecoris cuilibet alio temporali etiam ipsius mortis præponitur.*
6 *Assensus reseruatus suspendit contractum celebratum eo supposito quamuis necessarius non esset, & num. 8.*
7 *Assensus directi domini requiritur propter duo.*
9 *Reuocatio contractus nulli fit ab eodem contrahente.*
10 *Contractus magis perfectus quamuis posterior quomodo præualet præsertim in alienatione emphyteosis.*

ALLEGATIO XIX.

Pro Valeria Galassa.

In Dei Nomine Amen.



Onatio super qua fundantur heredes quondā Ioseph Beghini non potest illis opitulari ex pluribus conclusionibus in Iure clarissimis.

Primo: Quia ista donatio præsupponitur facta per Florinam Parga die 21. Februarij 1591. & dicitur fieri ad hoc ut ipse Ioseph matrimonium contrahat matrimonium fuit perfectum per verba vis, & volo cum benedictione sacerdotali in die 23. Et sic patet quod matrimonium fuerat

fuerat conclusum, & confecta capitula
matrimonialia ante diem 21. Multi enim
dies fuerunt necessarij etiam post matri-
monium conclusum pro faciendis moni-
tionibus in Parochijs in tribus diebus
festiuis iuxta Sacrum Consilium Tridẽ-
tinum ante ipsius matrimonij sollemni-
zationem coram Parocho. Quæ quidem
sollemnizatio cum fuerit die 23. sequi-
tur per necesse, vt matrimonij conclusio,
& ipsius publicatio in Parochijs præces-
serint diem 21. Februarij in quo præsup-
ponitur dicta donatio, & per consequẽs
1 donatio ipsa corruit ex defectu volunta-
tis tamquam fundata in falsa causa l. 1.
& l. nihil refert ff. de condict. caus. dat. l.
ex his omnibus, ff. de condict. ind. Iac. de
Beluis. qui loquitur etiam sequuta solu-
tione in cap. 1. an mut. vel alit. imperf.
habetur per Dec. in cons. 218. nu. 4. per
Aymon. in consil. 142. num. 9. cum reli-
quis per eos adductis.

Dicit autem pars aduersa quod licet prædi-
cta conclusio sit de iure indubitata nihi-
lominus cessat factum licet enim præces-
serint capitula matrimonialia, & denun-
2 ciationes in Ecclesijs, tamen iuxta idem
Concilium Tridentinum non dicitur ma-
trimonium ante benedictionẽ Sacerdo-
talem præcedente cõsensu declarato co-
ram Parocho per verba vis, & volo, quæ
omnia fuerunt peracta die 23. Februa-
rij, & sic prius dici nõ poterat matrimo-
nium perfectum, immò potuisset vtraq;
pars pęnitere, & consequenter in illa die
21. in qua fuit facta donatio ob matri-
monium contrahendum non potest dici
quod fuerit expressa falsa causa dum ve-
rum est quod in illa die matrimonium
non erat undique perfectum, & indisso-
lubile, iuxta formã Sacr. Concil. Triden-
tini in session. 24. sub decreto de refor-
matione matrim. cap. 1. & hoc est quic-
quid pars considerat.

Verum ex hoc incidit in Scyllam cupiens
vitare Carybdim, nam si in illa die 21.
matrimonium non erat perfectũ, sed po-
tuit perfectionari in die 23. Ergo in die
21. præcesserant capitula matrimonialia,
& denũciationes in Ecclesijs, adeo quod
omnes cõsanguinei amici, & noti vtriusq;
partis sciebãt matrimonium iam conclu-
sum, & publicatum vnde non potuisset
Ioseph ab ipso matrimonio recedere
3 absque iniuria, & dedecore illius mulie-
ris, prout bene considerat D. de Franch.
in decis. 677. num. 7. Sanch. de matrim.
lib. 4. disput. 5. num. 11. in cuius facti cõ-
formitatem multi testes dicunt quod ip-
sa Florina coacta fuit sic donare, ne re-
maneret vituperata. Et per consequens
respectu ipsius viri donatio ab ipso re-
4 cepta ne huic mulieri donanti iniuriam
inferret nullo modo subsistit immò, & si-
quid ex hac donatione exactum fuisset
competeret repetitio l. 4. §. quoties ff. de
condict. ob turp. caus. Et genericè cõpe-
tit repetitio vbi aliquid recipimus pro eo
quod gratis facere tenemur l. si. vbi Bar.
notat. ff. eod. l. lege Iulia, & l. eadem, ff. ad
l. Iul. repetund.

Similiter respectu mulieris dicitur donatio
extorta per vim, & metum, & multo plus
ob talem metum dedecoris, quã cuiusli-
bet alij damni temporalis etiam ipsius
5 mortis, sicut post Arist. in lib 3. Ethyc. in-
quit Iurisc. in l. isti quidẽ ff. de eo quod
met causa, & glos. in cap. cum dilectus in
verbo metum mortis de his quæ vi met.
caus. & Regia l. 7. tit. 33. par. 7. Rom. in
consil. 369. sub num. 14. Barbat. in con-
sil. 60. num. 3. lib. 1. Bald. in l. vt vim, ff.
de iust. & iur. Gram. in decis. 5. num. 10.
& decis. 18. num. 12. Mascard. de probat.
cõclus. 1054. num. 53. Padigl. in l. inter-
positas num. 14. C. de transact. Cuccus
lib. 3. instit. maior. tit. 12. nu. 143. Grat.
lib. 2. respons. 115. num. 24. Seraph. de
priuileg. cap. 29. lib. 2. quorum aliqui lo-
quuntur in matrimonijs in locis supraci-
tatis, Præsertim Præs. de Franch. in d. de-
cis. 677. nu. 7. & Sanch. de matrim. lib. 4.
disput. 5. num. 11. & omnes concludunt
ex metu dedecoris annullari cõtractum
plusquam ex quolibet alio metu.

Ex quibus patet quod Ioseph tali donatio-
ne

ne iuuari nullo modo potest, imò illam allegans tamquam factam ex causa matrimonij, non est audiendus tamquam allegans, suam turpitudinem in qua versarus fuisset si ab ipso matrimonio iam conclufo, & publicato recedere cogitasset.

Secundo non potest Ioseph iuuari tali donatione tamquam nulla, & meriro reuocata, quod fuerit nulla patet primo, quia facta fuit propter metū, & ex turpi causa, vt modo probauimus.

Item quod fuerit nulla patet quia est res emphyteotica, & donatio fit cum assensu impetrando à directo domino, & non aliter, & tamen imperratus non fuit. Ex quo sequitur non esse disputandum si assensus erat, vel non erat necessarius.

6 Nam ista clausula suspendit dispositionem, etiam in permissis puta in procuratione, vel in venditione rei burgensatice, & similibus, ita vt ex defectu voluntatis cesset dispositio, si talis consensus non superuenit sicut post Innoc. in c. fi. nu. 3. de procurat. docet ibi late Abb. num. 8. & 9. Et Felin. in c. cum ordinē in princ. de rescript. & ex nostratibus Loffred. in consf. 17. num. 54. vers. & tanto magis, & num. 55. & 56. Camer. in c. Imperialem fol. 55. col. 4. in fin. & fol. 56. col. 1. licet enim aliquid possemus, tamen cessat voluntas cessante consensu illius, quem ad hunc actū requirimus, & succedit regula quod potui nolui, vt in l. multū interest C. si quis alter. vel sibi, & c. cum super de offic. delegat.

Item quod talis donatio fuerit nulla patet, quia donans non modo noluit donare sine consensu directi dominij, sed nec etiā potuisset. Nam assensus directi do-

7 mini requiritur propter eius honorem, & reuerentiam, vt sic exigat laudemium, & recognoscat nouum Emphyteotam, & requiritur etiam adhoc vt requisitus deliberet, si vult prælationem licet autē hæc secunda ratio cesset in donatione in qua nō cadit prælatio, tamen non cessat alia ratio honoris, & reuerentiæ, & recognitionis noui emphyteutæ cū exactione laudemij propter quod etiam in donatione omninò peti debet assensus directi dominij, qui si infra duos menses

8 illum præstat bene quidem, si non præstat dicitur stare per ipsum, & habetur pro præstiro, sed infra duos mens post requisitionem, & tanto fortius absque vlla requisitione directi domini clarum est, quod donatio nullum habet effectū, prout in hoc non ad esse controuersiam concludunt Ias. in l. fin. C. de iur. emphyt. num. 68 in fin. & num. 69. Iul, Clar. in lib. 4. sent. §. emphyteosis quæst. 15. circ. fin. post Bertrā. in cons. 124. nu. 1. vol. 1. in 2. par. & in cons. 61. nu. 2. lib. 2. in 2. parte. Et cùm in casu nostro non adsit consensus, imò nec requisitio directi domini sequitur, vt etiam ex hoc præsens donatio non subsistat.

Et dum ipsa donatio est nulla ex tribus capitibus prædictis, imò ex vnoquoque

9 ipsorum potuit omni iure ipsa Florina reuocare illam donationem, ex regula text. in l. quemadmodum C. de Agric. & censit lib. 11. habetur per Dominum de Ponte in consil. 96. num. 3. 4. & 5. post glos. in cap. si quis præsbyterorum in verbo prospexerit, & in verbo alienata de rebus Eccles. non alienan. per Andr. Afflict. & reliquos in constit. constitutionem diuæ memoriæ per Camer. in cap. Imperialem fol. 11. Et sic nullo modo potest hic prætensus donatarius siue illius hæres agere ex donatione nulla, & legitimè reuocata.

Tertio. Non modo sumus in contractu nullo, & legitimè reuocato, sed quando vtrumque deesset sufficit Valeriæ filiæ eiusque viro habere secundam dona-

10 tionem confirmatam cum assensu directi domini, semper enim præualet cōtractus magis perfectus licet posterior ex regula l. quoties C. de rei vend. in quo non insisto, quia habemus punctualem decisionem Guid. Pap. qui sic inquit fuisse bis iudicatum de communi cōsensu omnium Dominorum de parlamento additis etiam in secunda instantia alijs eximijs Iure peritis, vt videre est in eius decis. 46.

decis.46. in finalibus verbis. Et proinde omni iure conuenti sunt absoluendi etiã magna suadente æquitate, ne ab hæredibus talis viri bona etiam auferantur filiæ, & nepotibus mulieris tàm callidè circumuente. Deo Gratias.

Vltra differentiam prædictam aderant, & aliæ nonnullæ hic non positæ, quia ex solo facto pro vtraque parte defendebantur, & per S.C. referente oculatissimo Regio Consiliario Io. Baptista Migliore, hæc & aliæ prætensiones hinc inde fuerunt ad inuicem compensatæ.

SVMMARIVM.

1 *Vitam militiam deberi secundogenito in feudo obuento primogenito ex linea transuersali iudicatum fuit apud Capyc. de cuius decisionis iustitia in præsentibus allegationibus disseritur.*

2 *Iudicanadum est legibus, ac rationibus non exemplis.*

3 *Vitam militiam deberi secundo genito solum in feudo obuento primogenito ex linea descendenti, & num.7.13.17. & ferè per totam alleg. & sic concluditur num.40. cum seqq.*

4 *Primogenitus succedit in feudo exclusis secundogenitis, vnde respectu successionis totum dicitur legitima primogeniti num.5.*

6 *Inuestiens de feudo non tenetur secundogenitis prouidere.*

8 *Vita militia dato quod deberetur loco portionis hareditariæ ex linea. Ascendentium non tamen deberetur in linea Collaterali, & num.20.*

9 *Extensio fit ex identitate rationis, nam ratio est anima legis, vt num.10. sed non extenduntur constitut. Regni, vt num.33. & 36. ex rationibus, vt ibi.*

11 *Mens legislatoris quando clara est non admittuntur argumenta, sed quàndo est obscura.*

12 *Legi clarè loquenti addere, vel diminuere est ipsam corrumpere.*

14 *Linea Collateralis circa successionem fuerat alterata per quendam abusum non sublatum, nisi in capitulo considerantes.*

15 *Capitulum considerantes fuit factum per Regem Carolum II. circa annũ 1290. Tollit abusum introductum post Constit. num.19.*

16 *Constitutio Comitibus est Federici Secundi qui regnauit, vsque ad annum Domini 1218.*

17 *Robertus successit Carolo Secundo, qui Robertus fuit author Capituli alienationis actus.*

18 *Masculi fœminis præferuntur non autem omninò fœminæ excluduntur.*

21 *Vita militia nullo modo potest esse loco portionis hæreditariæ, sed loco legitimæ ex rationibus, vt innumeris seqq. & ex authoritatibus, vt in num.32.*

22 *Legitimæ conditiones, & qualitates consimiles vitæ militiæ, & num.24.*

23 *Vita militia debetur non solum laicis, sed etiam clericis.*

25 *Legitima tamquam debita de iure naturæ minui potest, non tamen tolli, idemq; in vita militia, & num.28.*

26 *Vita militia si esset loco portionis hæreditariæ sequerentur absurda.*

27 *Primogeniti dignitatem, & feudi integritatem conseruari leges feudales præ oculis habuerunt.*

29 *Andreas qualiter sit intelligendus circa vitam militiam subrogatam loco legitimæ, vel loco portionis.*

30 *Virilis portio non dicitur nobis debita cum possimus ab ea excludi, quod secus est in legitima.*

31 *Paragium est eiusdem conditionis, prout est vita militia, & similiter non debetur in linea Collaterali, vt in nu.32.*

33 *Leges Regni non extenduntur ex identitate rationis, nam sunt locales, & stricti iuris, & casus ommissus &c. nu.36.*

34 *Acceptans aliquid intelligitur acceptare cum suis oneribus.*

35 Suc-

35 *Successio denominatur ab vltimo moriente.*
37 *Adiutorium non debetur pro maritanda amita, sicut debetur pro maritanda filia, vel sorore.*
38 *Rescriptum Caroli Quinti circa vitam militiam in linea Collaterali affertur, & declaratur.*
39 *Duplici onere, quis non grauatur, ex quo infertur ad duplicem vitam militiam, vel paeagium.*
40 *Legitima debetur quando vltimus moriens est ascendens.*
41 *Effectum sufficit operari vna vice.*
42 *Comprehensio non cadit, & extensio non datur pro vita militia in linea Collaterali.*
43 *Authores, qui possunt allegari pro, vel contra in quaestione an debeatur vita militia in linea Collaterali.*

ALLEGATIO XX.

Pro Marchione Campaneae.

In Dei Nomine Amen.



DVo sunt praesentis causae defensionis capita primum, quod in praesenti successione obueniente ex linea transuersali vita, militia nō debetur secundum quod eo minus debetur ex praesenti feudo, ex quo non prima vita militia petitur, sed secunda. Secundum quidem caput parum habere difficultatis ostendemus. Primum vero ea de re disputabile videtur, quod Capyc. in decis. 211. eo casu testatur decisum fuisse, vt debeatur qđ etiam testatur Minadous eiusmet causae patronus in consil. 1. & idem tenet Loffred. in §. quid ergo de inuest. de re alie. fact. Veruntamen Franciscus Antonius Villanus sui temporis Iureconsultus. eximius in cōstit. Comitibus (prout oculatim vidi) apostillauit hanc decisionem Capycij, & subdit de illa se nimium dubitare clarius autem alij summae authoritatis viri, prout Blas. Lancea. quem refert & sequitur Cannet. in c. si aliquem sub cap. incip. At pulchra num. 2. cum sequentibus Cumia in eod. c. si aliquem in verbo maritata quaest. 20. nu. 451. cum multis sequentibus Pern. in cons. 11. & Genitor meus in quadam breuissima apostilla ad praefatam decisionem Capy-
1 cij. Contrarium verius esse affirmabant, atque vtinam eiusmet decisionis Authorum vota singula nota essent etenim intelligeremus Capycium, ipsum, & ceteros alios contra sensisse. Siquidem ipse Capycius, & Muscetula, & Gazzella eius tempestatis viri doctissimi, in quos eadē causa fuerat compromissa laudauerunt casum esse nouum in constit. non comprehensum, & cessanre comprehensione intelligebant necessario excludi lineam collateralem ad quam includendā oportuisset constitutionem extendere contra axioma receptum, vt extensio in nostris constitutionibus nullatenus admittatur, vt infra dicetur sub num. 36. cum seqq. postmodum vero casum decisum Capycius ipse sic breuiter sic cespitans refert, vt sibi ipsi hac in re satisfactum non esse intelligamus.

Verum quia non authoritatibus, vel exem-
2 plis, sed legibus, & rationibus iudicandū esse nos docet Imperator. in l. nemo C. de sen. & interloc. &c. & in l. 1. §. sed neque C. de veter. iur. enucl. quibus in locis Doct. tradunt non illud iudicandum esse quod alias iudicatum, vel affirmatū est, sed quod iudicari, vel affirmari debet iuxta text. in l. sed licet ff. de offic. Pres. quod & pulchrè dicebat text. in cap. ego solis 9. dist. latè Dec. in cons. 259. in princ. Ias. in l. diuortio §. si fundum col. fin. ff. solut. matrim. Idcircò eorum praetermissa perscrutatione qui alterutram partem defendebant, ipsius articuli veritatē ex veris solummodò rationibus perquiramus. Et ne articulū ipsum confundere nos velle dubitetur illas met neque alias rationes assumemus aurigas quas ipsi

ipsi met Loffred. & Minad. considerabant, si enim rationes, quæ pro negatiua parte afferuntur remanēt inconcussæ, & cōtrariæ corruunt corruet etiam illorum authoritas qui talibus rationibus innituntur.

Igitur pro parte negatiua stat regula, quæ
3 oritur ex constit. Comitibus, & ex cap. alienationis actus. Si quidem de iure Francorum quo ex communi forma inma inuestiturarum vtimur in Regno vi-
4 gore constit. in aliquibus, & constit. vt de successionibus solum primogenitus succedit in feudis exclusis fratribus secū-
5 do genitis, & sororibus, ita, vt respectu successionis feudum totum dicatur legitima primogeniti Oldr. cons. 94. Innoc. Ioan. Andr. Host. & Abb. in c. licet extra de vot. Andr. in constit. Dignum Abb. consil. 12. primo vol. & cons. 3 in secundo volum. Paul. de Castr. consil. 315. in primo volum. & consil. 244. in 5 volum. Guid. Pap. in decis. 436. & 487. Afflict. in constit. comitibus in 3. notab. & in cōstit. vt de successionibus in fine. Dixi respectu successionis, nam pro euadendis oneribus non ignoramus in feudo hæreditario sufficere si pater in testamento non grauat in valore tertiæ partis, vt infra in alleg. 22. num. 12. Sed successio quo ad corpus totius feudi siue ex pacto siue hæreditarij in nihilo est alterabilis. Et hoc idem prouidetur ex huiusmodi nostris inuestituris quæ solum pri-
6 mogenitum vocāt ad feudorum successionem neque tenentur secundogenitis prouidere quia rem suam quilibet pro suo arbitrio moderatur vulg. l. in re mādata, & rei suæ per libito dicit legem l. cum à socero C. de iur. dot. Neq; secundogenitis facit iniuriam, à quibus nihil adimit quod autē eis non donet quamuis posset non compellitur l. donari ff. de reg. iur. Istis fratribus secundogenitis ex Iure Francorum, & ex forma inuesti-
7 turæ penitus exclusis prouidet lex Regni dari vitam militiam, & hac de causa onus imponit feudatario. Declarat autē pro quibus feudis, nempè pro feudis paternis pro feudis cōmunis patris. Hæc sunt verba cōstit. Comitibus, & capituli alienationis actus neq; alibi hoc disponitur. Cum ergo nō simus in feudis paternis cessat istarum legum prouisio remanet autem iuris Francorum ex lege inuestituræ generalis exclusio.

Hoc cernentes qui contrarium tenent affirmant, prout affirmare oportebat circa vitam militiam in successione ex linea collaterali nullā adesse legis prouisionē sed præfatam dispositionem in linea descendenti contendunt ex identitate rationis extendendam esse etiam ad lineā collateralem. Probant vero rationis idētitatem, ex eo quod asserunt vitam militiam deberi loco portionis hæreditariæ à qua secundogenitus excluditur, sed certū est quod si non excluderetur succederet in sua portione omnium feudorum obuenientium tam ex linea ascendentium quam Collateralium ergo eodem modo in omnibus prædictis successionibus debetur vita militia, quæ loco præfatæ portionis subrogata est. Hac se vertit quicquid pro hac opinione adducitur neque aliud substantiale reperio in omnibus à præfatis authoribus pro hac parte prolixius consideratis. Verum ad hoc dupliciter respondetur.

Prima responsio est quod dato, & nō con-
8 cesso quod vita militia deberetur loco portionis hæreditariæ non tamen debe-retur loco portionis ex linea Collaterali; sed solum ex linea ascendentium, prout
9 loquitur constitutio; nam in Regni Constitutionibus etiam ex rationis identitate non fit extentio, vt infra dicetur. Immo quamuis essemus in casu in quo ex identitate rationis fieri deberet extensio iuxta l. non possunt, vbi Doct. ff. de leg l. si quis id quod ff. de iurisd. omn. Iudic. l. scire oportet §. sed & si maxime ff. de excusat. tutor. adhuc tamen affirmaremus quod ex rationis identitate ideo fit ex-
10 tentio quia præsumitur eadem mens legislatoris, & mens ipsa vti legis anima

X est

est seruanda dicta l. scire oportet §. sed & si maxime vbi Bald.ff.de excus. tutor. Dyn.in cap.fin.de reg iur. in 6.Bald. in l.1.col.7.ff.solut.matrim. habetur late per Tiraq. in suo tractatu cessante causa
11 in principio num.138. & seq. Quando autē clara est mens legislatoris tunc frustra per rationes, & argumenta mentem ipsam inquirimus;sicut enim quādo mēs sub dubijs verbis latet per rationes inquirimus,num restringi aut extendi debeat, sic etiam quando claris, & apertis verbis expressa est tunc nihil vlterius est filosofandum, sed ita seruanda est lex, prout verba cantant, immò & si nō rationabilis videretur legis prouisio tamen ad vnguem seruanda esset hac solūmodò de causa,quia ita lex scripta est l.prospexit cū simil ff qui & à quibus,idque est quod Bal.in l.1. col.2. C. quæ sit cōg. consuet. & in sua margarita in verb.interpretatio, & in l. si de interpretatione ff.de leg.& alibi sæpè dicebat quod addere,vel detrahere legi clarè loquenti est legem ipsam corrumpere quod etiam dicebat Cic. in lib. 2. de Inuentione inquiens, cum scriptum est aperte tum Iudicem legi parere non
12 autem differere oportet. Nam & Legislatoris mentem nihil clarius demonstrat quam clara verba, prout dicebat Arist. lib.1.Periermenias, & Iureconsult. in l. labeo ff.de supell.leg.cui concinn t tex. in c.is autem 22.quæst.2 & in c.cum dilect.extra de accusat.Bald. in l.1. in fine C.de lib.pret.& in l.sed & reprobari per illum tex.ff.de excusat.tutor. Alber.in dicta l.labeo nu.4.Alex.cons.52.col.2. lib.4.Soccin.cons.7.col.1.& cons.10.in princ.Cur.senior.consil.50.circa fin.Barbar.consil.4.col.pen.lib.1. cum sexcentis concord.

Vnde dum verba præfatæ constit.& capituli sunt adeo clara non modo dicimus
13 hunc casum, de quo agimus consulto fuisse prætermissum quem si legislator prouidere voluisset vtique dixisset l.1.in fin.C.de cad.toll. l. item apud Labeonē §.hoc edictū ff.de iniurijs quo arguendi genere vtitur Andr.in constit.in aliquib. in princ. & alibi sæpè, sed fortius dicemus quod dum præfatæ leges Regni vitam militiam tribuunt nō simpliciter in feudis,sed expresse in feudis paternis in feudis communis patris.Ne frustratoriū, vel potius temerarium sit verbū hoc fateri oportet illud ad hoc consulto fuisse appositum nempe ad exclusionem vitę militiæ in cæteris feudis idq; non sine magna ratione, put inferius dicetur.

Hanc difficultatem ex vi verborum elicitam indissolubilem cernens Loffred. in dicto §. quid ergo in verb. vlt. loco successit constitutio,& iterum in verbo,& est cōsiderādum,intueamur quæso quomodo difficultatem optime animaduertit,eāq; totis viribus euellere conatur subobscure quidem;sed eius intentio claris verbis expressa talis est.Si tempore constitutionis comitibus (inquit Loffred.) eodem modo fuisset successio,& primogenitura in linea ascendenti,& collaterali, militaret vtique argumentum ex vi ver-
14 borum loquētium solum nodo in linea ascendenti; sed res aliter se habet si quidem quo ad primogenituram,& successionem peruenientem ex linea ascēdenti aderat prouisio constit.in aliquibus,& constit. vt de successionibus quo vero ad successionem ex linea collaterali aderat quiddam abusus non sublatus, nisi in cap.considerantes,facto per Regem
15 Carolum Secundum qui regnauit circa annum Domini 1290. Vnde mirum nō est si ad vitam militiam ex successione in linea collaterali nihil prouisum fuit per constit. Comitibus quę est Federici Secundi qui regnauit per prius vsq; ad annum Domini 1218.

Ad hoc respondetur tripliciter primo dato
16 quod hæc omnia vera essent adhuc remanet eadem difficultas,quoniam si per prius successio ex linea collaterali non erat prouisa postmodum prouidetur, & adhuc de vita militia in hoc casu verbū nullum, similiter fateri oportet non esse proui-

prouisum quia Legislator voluit non prouidere, & ommisit quia noluit, prout superius dicebamus. Secundo fortius atque ineuitabiliter respondetur, quod si hæc consideratio militat respectu constitutionis Comitibus quæ præcedit capitulum considerantes cessar respectu capituli alienationis actus qui subsequitur. Auctor enim capituli considerantes
17 fuit Carolus Secundus Auctor verò capituli alienationis actus fuit Robertus qui Carolo Secũdo successit si ergo per Carolum Secundum. Iam prouisum fuerat circa primogenituram, & successionẽ in linea collaterali. Dum postea Robertus loquitur de vita militia solummodò in feudis cõmunis patris luce clarius intelligimus hoc expressisse ad differẽtiam, & exclusionem vitæ militiæ ex successione Collateralium. Tertio non minus clarè respondetur quod non solum attento cap. alienationis actus, sed etiam attenta constitutione Comitibus cessat illa Loffred. consideratio, nam & eo tempore aderat similiter prouisio circa primogenituram, & successionem etiam ex linea collaterali. Postea superuenit abusus ille quod nec frater fratri succedebat, qui abusus fuit sublatus per capitulum considerantes. Quod autem etiam tempore constit. comitibus aderat prouisio circa primogeniturã, & successionem ex linea Collaterali, patet quia constir. Comitib. est Federici Secundi cuius met est constit. in aliquibus, & constit. vt de successionibus. Et in constitutione in aliquibus
18 corrigitur praua illa consuetudo quæ fœminas penitus excludebat verum prouidetur masculos fœminis præferri. Postea in cõstitutione, vt de successionibus confirmatur eadem sexus prorogatiua, & additur prærogatiua ætatis iuxta quã prouidetur successio ex linea ascendenti in verbo feuda tenenti, & ex linea collaterali in verbo ex collaterali, & in verbo filij autem fratruum. Itaq; vigore huius constitut. succedebat primogenitus in feudis obuenientibus ex linea ascẽdenti, & collaterali vsque ad tertium gradum.

Eodẽ tempore per eundem Federicum conditur cõstitutio Comitibus, quæ decernit secundogenitis vitam militiam non tamen simpliciter, sed specialiter ac nominatim, in feudis paternis, & de linea collaterali verbum nullum.

Quod autem in cap. considerantes iterum
19 statuatur successio in linea Collaterali hoc fuit, quia post tempora constitutionum superuenit abusus prædictus qui per præfatum capitulum abrogatur. Nec dicatur quod si constitutio dabat successionem in linea collaterali saltim non dabat primogenituram in linea collaterali quia illa verba sexus, & ætatis prætogatiua seruata intelliguntur repetita etiam in successione ex linea collaterali cum sit eadem contextura sermonis, & non adsit ratio differẽtiæ. Imò sequeretur absurdum quod descendentes, qui ex lege naturę plus iuris habẽt in bonis ascendentiũ essent deterioris conditionis, quã collaterales siquidẽ secũdogeniti fratres vel fratrum filij ad successionẽ fratris, vel patruo pro eorũ portione admitterentur dũ filij secũdogeniti à patris successione excludũtur. Patet ergo qđ in vtraq; successione primogenitus pręferebatur, & quia post cõstitutionẽ superuenit abusus vt nec frater succederet per c. cõsiderantes tollitur ille abusus, & dũ restituitur successio restituitur cũ primogenitura, prout erat de iure constitutionũ, nec in eo cap. quicquã noui statuitur sed abusu sublato res ad pristinũ vsum cõstitutionũ redigitur, prout liquet ex præsẽti discursu, & firmatur ex teorica And. in d. cõstit. vt de successionib. in §. filij autẽ in verb. contrariũ vbi clare dicit talẽ successionẽ in linea collaterali dari per illã constitutionẽ, & per capitulũ considerantes nihil noui fieri, sed tolli solũmodò impedimẽtũ subsequẽtis abusus, & idẽ And. in c. j. sub tit. Imper. Lothar. in §. & filius fratris n. 4. & Affl. decis. 293. in fine, vbi allegãs decisionẽ præfati capituli inquit, & hæc decisio non est noua, sed bene antiqua.

Et ex his tripliciter sublata remanet respõsio Loffred. ad verba const. Comitibus, & c.

alienationis actus, ita qđ firma remanet
prima nostra respósio, vt quãuis vita mi-
litia esset loco portionis hęreditariæ non
tñ deberetur in linea collaterali quando-
quidẽ secundogenitus in qualibet linea
à qualiber portione esset exclusus specia-
liter autẽ vita militia sibi conceditur so-
lũmodò in feudis paternis p verba adeò
clara, vt sublata hac Loffr. cõsideratione
cauillationẽ aliquã vlterius nõ admittãt.
Alia responsio est qđ vi ã militiã nullo mo-
21 do dici potest deberi loco portionis hę-
reditariæ, & sic cessat fundamentũ illud
ex quo prouisio supradicta extendi prę-
tenditur, ad lineã collateralẽ qđ autẽ vita
militia nõ sit loco portionis hæreditarię,
sed potius loco legitimæ præter ea quæ
nos cõsiderabimus intelligitur ex his quę
ipsi met Loffred. & latius Minad. addu-
cũt. Duo autẽ sunt ĩ effectu, quæ per eos
ad hoc adducuntur primo adducũt au-
thoritatẽ Andreę in const. comitibus, vbi
inquit ꝙ vita militia est loco portionis
hæreditariæ. Secũdo arguũt a partiũ nu-
meratione dicunt. n. præsertim Minad. in
d. cons. 1. nu. 31. cũ seq ꝙ vita militia, aut
debetur loco legitimæ sm̃ glo. in d. cõst.
comitibus, aut loco portionis hæredita-
riæ sm̃ And. tũ probare nititur ꝙ nõ de-
betur loco legitimæ ergo remanet sm̃ ip
sũ, vt debeat̃ loco portionis hæreditariæ.
Tribus aũt medij in d. cõs. 1. n. 56. cũ seq &
Loffr. in d. §. quid ergo in vers. conside-
rari, potest differẽtia inter legitimã, & vitã
militiã probare nitũtur, ꝙ non debeatur
22 loco legitimæ primo qa legitima debetur
de iure naturæ, & est quota bonorũ l. cũ
a matre C. de reiuend. l. fin. § in cõputa-
tione C. de iure delib sed vita militia est
onus feudi soluẽdũ ex rata fructuũ, vt in
cõst. comitibus, vbi And. declarat. Itẽ le-
gitima detrahitur ex corporibus hæredi-
tarijs l. scimus, §. repletionẽ, C. de inoff.
test. sed vita militia detrahitur ex fructib.
iuxta reditũ ipsorũ, vt dictũ est. Itẽ legiti-
ma est perpetua, & trãsitoria ad hæredes
auth. nouissima C. de inoff. test. sed vita
militia extinguitur cũ vita, vt in d. const.
comitibus. Legat̃ quæso Loffr. & Minad.
q alias authoritates, aut alias rationes in
hoc articulo nõ adducunt. Hic autẽ vt a
rationibus exordiar silere nõ possũ quo-
modo ꝓpriæ opinionis affectio aliquãdo
nos seducit, siquidẽ vt remaneat vita mili
tia loco portionis hæreditariæ, ad ꝓban-
dũ ꝙ nõ sit loco legitimæ adducũt ratio-
nes eiusmodi, ex q̃b. clarius liquet eã mul
to minus esse loco portionis hęreditarię.
Nã si vita militia, quæ est onus bonorũ feu-
daliũ exoluẽdũ ex fructibus, & vltra vitã
nõ duraturũ distat a legitima, q̃ est quota
bonorũ detrahẽda ex corporibus, & trã-
missibilis ad hęredes, multo magis distat a
portione hęreditaria, quę est maior quo-
ta bonorũ, & magis detrahit ex hæredi-
tate magisq; ex consequenti ad hæredes
trãsmittit. Atq; ex his rationib. patet cla-
rissimè eã nõ esse loco portionis hæredi-
tarię, verũ ex alijs rõnib. patet simul̃ vitã
militiã nõ esse loco portionis hęreditarię
sed patet insimul eã esse loco, legitimæ.
Si . n. cõsideramus personas quib. vita mili-
tia debetur inuenimus eã deberi nõ solũ
23 laicis, sed ẽt clericis, vt per Affl. in cõstit.
comitib. in 3. q. & per Capyc. in dec. 211
in princ. Clericus autẽ succedit in legiti-
ma, nõ autem succedere potest in aliqua
portione feudali c. qui clericus cũ simil. si
de feudo fuerit cõtrou. ergo vita militia
debr̃ loco legitimę, & nõ loco portionis.
Itẽ si cõsideramus modũ quomõ taxatur in-
24 uenimus nihil respici portionẽ, sed taxa-
ri ꝓ medietate, vel tertia eius ꝙ habitu-
rus esset ab intestato iuxta taxationẽ le-
gitimæ, vt per And. & Affl. in d. cõst. co-
mitibus ergo nõ debetur loco portionis
sed loco legitimæ. Quod aũt hæc quãti-
tas iuxta ratã legitimæ sit peioris cõditio
nis ex eo quia debetur solũ ex fructibus,
& vitã nõ excedit, hoc factũ est, vt feudi
integritas, quoad possibile foret apud pri
mogenitũ cõseruaretur, possibile aũt nõ
erat legitimã tollere quæ debetur de iu-
re naturæ, vt in auth. de hæred. & falc. in
§. 1. ideo talis quãtitas secũdogenito cõ-
25 stituitur iuxta ratã legitime, sed quia le-
gitima ipsa, q̃ tolli nõ põt. Põt tñ minui,
vt per Bar. in l. titio §. fi. col. fi. ff. de cõd.
& demõst. per Ant. de But. ĩ c. Raynunt.
extra de test. per Cyn. in l. sãcimus C. de
nupt.

nupt.per Rot.decis.14.& per Præpos.in cap.ius naturale 1.dist.idcircò ad fructus & ad vitã tm̃ restringitur, vt primogenitus quoad minus fieri poterat læderetur Ex quo alia insurgit magna cõsideratio nẽpè q̃ si vita militia esset loco portionis,&
26 sic daret vltra primã casus posset euenire vt tertia,& quarta vita militia,& vlterius ẽt dari oporteret,ita q̃ si fortè decẽ essẽt filij patre moriẽte darẽtur nouẽ vitæ militiæ,sed moriente primogenito reliquis octo dupli arẽtur,& essent sexdecim, & iterũmoriente primogen to reliquis s pt triplicarentur,& essẽt vitæ militiæ 21. & sic deinceps ex quo dignitas primogeniti læderetur, & feudorũ diminutio ni-
27 miũ oriretur cõ raid q̃ tanto tẽpore leges statuerũt nẽpè,vt primogeniti dignitas,& feudi integritas conseruetur vnde feudũ ipsũ volũt esse legitimã primogeniti,vt per Doct. citatos i c.licet extra de voto cũ cęteris superius adductis,& pręsertim per Affl.in constit.comitib.in 1.q. vbi in hoc inquit versari fauorẽ publicũ ne feuda diminuantur.Et ex hoc ẽt patet id q̃ paulò ante dicebamus nempè leges Regni sũma cũ rõne statuisse vitã militiã solũmodò in feudis paternis,q̃a ius Frãcorũ,& leges inuestituræ excludẽtes penitus secũdogenitos alterabãt ius cõmune Longobardorũ cuius vigore oẽs filij
28 succedebãt æqualiter,sed ad hoc lex Regni occurrere non dubitauit,quia vnũ ius positiuũ per aliud tolli potest verũ quia idẽ ius Frãcorũ,& talis lex inuestituræ in huiusmodi exclusione alterabãt ẽt ius naturale,q̃ perpetuò immutabile est, & de iure naturæ debetur legitima ideo vitam militiã tribuit cõst.in locũ legitimæ,quia vero legitima debetur solũmodò in bonis patris, ideo vitam militiam tribuunt leges Regni solummodò in bonis patris, vt ostendant eam loco legitimæ dari solummodò in linea descendenti.

Ex his etiã patet clarus intellectus ad Andr.
29 superius pro cõtraria opinione allegatus in const.comitibus vbi inquit q̃ vita militia est loco partis hæreditariæ à qua excluditur per primogenitũ.Hæc aũt verba sunt ambigua quia secũdogenitus excluditur ab omni portione feudalis hæreditatis tã a virili quam a legitima verũ hæc eadem verba declarantur ex alia Andreæ theorica in repet.eiusmet ad cõst. comitibus impressa in meo volum.post Regni Cõstitutiones,ibi And.eadẽ verba repetit, sed addit vitã militiã esse loco partis secundogenito debitæ a qua excluditur.
30 Certũ est autẽ q̃ portio virilis nõ dr̃ debita cũ ab ea possit vnusquisq; pro libito testatoris excludi,sed portio debita a qua excludi nõ possumus est legitima nã debetur de iure naturę,vt dictũ est,& sic dũ vita militia est loco portionis debitæ oportet eã nõ esse loco virilis portionis, sed loco legitimæ quæ verè dicit debita, q̃a debetur de iure naturæ,& appellatur ẽt portio hæreditatis quia (pur declarat idem And.in const.in aliquibus col.12.) nõ sufficit eã haberi quoquo relicti titulo,sed habenda est honorabili titulo institutionis cui intelligentiæ concinnit Tiraquell.de iure Prim.quæst.75. num.6.
Itẽ hoc ẽt patet ex verbis seq.(Atq; hic incidenter tollamus aliud Lon. argumẽtũ
31 in dicto §. quid ergo vertet euidentius hoc demõstratur)vt inquit paragiũ,& vitã militiã eiusdẽ esse cõditionis hinc inferẽs q̃ sicut fœmina,vt excludatur ẽt in linea collaterali oportet eã esse dotatam de bonis eius de cuius successione agiẽ sic ẽt vita militia videẽ deberi ẽt in linea collaterali. Nã ad hoc respondetur facilimè q̃ aliud est querere nũ fœmina succedat,& certũ est q̃ in defectũ masculorũ succedit tã in linea ascẽdẽti quã collaterali dũmodò nõ fuerit dotata à fratre de cuius successione agiẽ de qua materia hr̃ latè in prædictis cõst.& in c.Regni emergẽtiũ.Aliud aũt est querere nũ illi de necessitate debeaẽ paragiũ,&certũ est illud nõ deberi in linea collaterali,sed solũ in linea descẽdẽti,ut p Præs.de de Frãc. in
32 dec.87. Ratio colligĩ ex And.i d.repet. in princ.quia paragiũ daẽ loco partis sibi debitæ pars aũt debita est legitima, quæ solũ debeẽ in linea descẽdẽti unde & paragiũ similr̃ meritò statutũ est solũmodo in linea descẽdẽti.Atq; itavt ad And.teoricã reuertamur,illa verba,q̃ toties repetit nẽpe loco partis debitæ oportet vt intelligãtur

tur loco legitimę quævere,& ꝑprie dicitur portio deb ta quia subdit loco partis debitæ sicut paragiũ pro, vt dixi in consilit.in aliquibus,& ibi in col.12.in verbo sed hoc paragiũ pluries repetit illud esse loco legitimæ debitæ de iure naturæ, & sic And.intelligunt,& allegant DD.omnes,quos modo citabimus, vnde dũ vita militia est loco legitimæ debite de iure naturæ non potest deberi nisi in linea descendenti. Item dum And.ipse,& Loff. dicunt vitam militiã esse eiusdem naturę, ac paragium, sequitur præfatũ Loffredi argumentum retorqueri, vt sicut in feudalibus paragium debetur solummodo in linea descendenti, ita etiam hoc idem in vita militia dicendum sit.

Et ex prædictis patet ꝙ And. qui solus pro opinione contraria allegabatur, ipse est qui nostram opinionẽ præ ceteris confirmat,& legatur quęso in dicta repetitione in verbo item nũquid, vbi in casu huic nostro per simili negat penitus vitã militam, hac sola ratione quoniam const. quod voluit dixit qđ noluit prætermisit nec vllo pacto est extendenda. Neq; ad hoc aliorũ deficiuunt authoritates affirmantiũ vitam militiam omnino esse loco legitimæ nam præter.glos.allegatam per Minad.in d.cap.1.nu.31. hoc idẽ inquit Afflict.in constit.comitibus in 3. quæst. vbi expresse inquit vitam militam esse ex debito iuris naturæ,quod quidem,vt dictũ est in sola legitima verificatur,& Camer.in cap. Imperialem fol.111. lit. M. expresse inquit vitam militiam vere loco legitimæ habendã esse cui concinnit Bal. in consi.121.quem refert,& sequitur Tiraq.in tract.de iure primig. q.75.n.5.& 8.& d.de Franch. dec.20.n.7.& dec.60 n.3.& 6.Pern.cõs.11.nu.11.Cannet.& cum.in locis superius circaprincipiũ istatũ allegat. adductis ille n.56.hic.n.456.

Ex quibus oĩbus liquet leges Regni exclu-
33 dere vitã militiã in linea collaterali neq; leges ipsæ ad hunc casum extendi possunt quia in constit.non permictitur extensio,etiã ex rationis identitate,vt mox dicetur. Et etiam quia, & in iure communi, & si ratio esset eadem non tamen facienda esset talis extentio quæ verbis vim ĩferret,& legẽ ipsã corrũperet. Et tãdem quia nõ est eadem ratio sed diuersa qñquidẽ,& rõnibus,& authoritatibus ꝓbauimus vitã militiã nõ esse loco portionis vtrilis hæreditariæ,sed loco legitimę quę deberur solum in linea descẽdenti.

Duas alias rationes Minad.& Loff. vt pote
34 satis friuolas in hoc discursu ommittere potuissem verum, vt nihil penitus in tattum relinquatur eas quoq; subijcimus. Inquit igitur Minad.in d.cons.1.nu.32. qđ qui aliquid acceptat intelligitur acceptate cum suis oneribus l. si duo ff.de acq.hered.sicut qui acceptat ciuilitatem, & his similia.Hoc nemo negat,quod aũt subdit ergo qui succedit etiam in linea collaterali succedit cũ onere soluẽdi,vitã militã hoc negatur qa dicimus tale onus non adesse in successione,& linea collaterali,sed solũ in successione ex linea ascẽdẽtiũ.Idẽ Minad.in pręf. cons.in fine, & Loff.in d.§. qđ ergo in vers.vel si dicas de bonis patris, considerant ad huc successionẽ posse dici paternã inspecta origine,quãuis in me perueniat ex linea collaterali.Hoc similiter esset.text.verba, & sensum corrũpere, qa successio sẽper
35 denominatur ab vltimo moriente,qui si pater est dicitur successio paterna si frater,fraterna.& sic de inceps l.1.§.veteres vbi glos.& DD.pręsertim Alex.n.8.ff.de acq.possess.& in l.hæredes per seruũ ff. eod.et ĩ l.sed si plures §.filios ff.de vulg. & pupill.subst.tex.est ad literã in l.si auia vestra C.de donat.tradunt Bauer.in suis singular.in verbo deficiatio n.23.Aret. in cons.161.in fine Affl.in c.1.de natur. success.feud.& in cõst.in aliquibus col.7 Marãt.in eius disput.x.n.16.Dec.cõs.31 nu.5.Vers.nõ obstat Rom. cõs.16. Ang. cõs.126.Affl.dec.178.vers.3.dubitatur.

Sed ne hinc discedamus aduerto qualiter ex ꝑdictis intelligitur id ꝙ 2.loco diceba mus,nẽpe,vt in 2.vita militia nulla possit adesse disputatio,nã And ĩ cõst.Prosequẽ-
36 tes & alibi sepe inqt sapiẽtes Regni sẽp dixisse ꝙ Regni cõst. tãq̃ locales sũt stricti iuris,&casus omissus habetur ꝓ omisso,& ad simil.vel cõseq̃ntia nõ trahũtur.

Hinc

Hinc est quod in repet. constit. Comitibus in fine inquit quod quamuis Regni constit. onus imponat dotandi filiam, sororem,& amitam tamen quia alia cōstit. præstans adiutorium non facit mētionem de amita, sed solum de filia, & sorore licet in amita adsit eadem ratio, quia similiter dotatur ex necessitate nihilominus hoc decerni per Iudices non potuit ea solummodò de causa,quia cōstitut.non dixit & opus fuit vt Carolus Rex ad hunc casum illam prouisionem extenderet,& ibidem paulo ante in proprijs terminis vitæ militiæ illam denegat filio primogeniti ex hac eadem ratione quia constitutio non dixit,& similiter inquit esse recurrendum ad Principem. Hoc fecere circa vitam militiam in linea collaterali tres illi insignes viri in laudo prædicto, & iam processum illum originalem reperiri curauimus in quo duo ad sunt Cæsaris rescripta.

Primum laudi prædicti mentionem facit,& inquit Cęsar nolle super hoc prouidere, sed litem remittit ad S.C.de Iustitia terminandam per hæc verba, videlicet.

38 Por ende os encargamos y mandamos que en nuestro nombre determineis la dicha question conforme a Iusticia que cō la presente os damos y comettemos para el nuestro entero y bastante poder. Postea ueritus forte ne crederet S.C.sibi per hæc ampla verba nō modo ad interpretationem,sed etiam ad extentionē fuisse potestatem sibi impartitam, negat hoc in secūdo rescripto verbis expressis inquiens Nos igitur tenore præsentium ex certa nostra scientia deliberare,& cōsulto,ac sacri nostri Regij penes nos existentis Consilij matura deliberatione perhabita declaramus quod casus omissus in constitutione debeat haberi pro omisso quandoquidem dispositum in descendentibus nihil habeat inferri per quod extendi debeat ad collaterales,seu transuersales. Hæc sunt verba rescripti,& subditur postea, vt S.C. de Iustitia prouideat.

Vnde Minad. in d.consil. 1. in final.verbis, cercens quod de extensione tractari nō poterat,decepit Iudices dicēs esse casum cōprehensum in constitutione loquente de bonis patris, nā adhuc illi fratres succedebant auunculo vti descendentes patris inuestiti,quod & ipse repetit in constitutione in aliquibus in verbo filiorum, nu.7. & 12. vbi considerat lineam Collateralē ascendentē, & inquit sibi in illa causa opus fuisse ostendere, quod ille casus in constitutione cōprehendebatur quia eramus in linea ascendente. Dico igitur quod si Horatius petit hanc vitam militiam tamquam ex bonis fratris vltimo morientis,sine dubio petit vitam militiam in linea collaterali, ad quam constitutio tamquam stricti Iuris, vt modo diximus non extenditur stāte præsertim rescripto mentionato quod quidem legem facit generalem,prout inquit idem ipse Minad. in prædicto num. 12. Si vero petit hanc vitam militiam tamquam de bonis primi acquirētis, & sic ex linea ascendenti,dico quod hanc vitam militiā

30 habuit tempore mortis patris,& ridiculum esset ex eadem persona duplicem vitam militiam obtinere cōtra regulam l.nauis onustæ,cum cæteris in casu paragij adductis per Dom.de Franchis in decis.87.num.4.& 5.

Verum quia & in primo articulo generaliter sustineo,vt in linea transuersali etiam prima vita militia nullatenus debeatur, commemoro qualiter licet vita militia esset loco portionis tamen non posset fieri extensio tum ex vi verborum(prout supra latè disseruimus)clarè loquentium, tum etiam de stricto iure Constitutionū stante præsertim rescripto paulò ante mentionato,& tanto fortius negatur extēsio dum probauimus adesse diuersam rationem,quandoquidem vita militia est

40 loco legitimè ; & vera non sunt finalia verba Minad.in d.consil. 1. nam legitima debetur solū quando vltimus moriens est ascendens, non autem quando moritur collateralis licet hæreditas ad eum

eum peruenerit ex communi ascendere. Similiter non potest considerari cõprehensio in illis verbis communis patris,
41 quia illa verba operata sunt effectum suum in prima successione post mortem communis patris, & sic non oportet vlterius reiterare eius effectum ex regula text. in l.Boues in §. hoc sermone ff. de verbor. signif. vbi apud Tiraq. notantur innumera consimilia, non enim debetur nisi vna legitima, idemq; est in vita militia eius loco subrogata, & hoc etiã si essemus in feudo, ex pacto. Clarius autem in feudo hæreditario in quo succedimus vltimo, vt per Frecc. de subfeud. lib. 3. in decima differ. & ab vltimo nomen capit successio qui si est ascendens dicuntur bona ascendentis si collateralis dicuntur bona collateralis, & ab vltimo moriente denominantur, prout paulò ante retuli-
42 mus ex quibus omnibus patet quod in linea collaterali cessat comprehensio; extensio autem & cessat, & de ea agi prohibemur. Quare ex his veris, ac validis rationibus potius quam ex authoritate
73 iudicandum est; Et nihilominus quia pars aduersa tantopere authoritati innititur, & iactat se habere decisionem S.C. aduerto quod illa decisio, aut processit per viam extensionis, & est nulla tamquam contra rescriptum Cæsaris, aut processit (prout inquit Minad.) per viam comprehensionis, & aduersatur laudo trium virorum insignium qui laudauerunt esse casum in constit. non comprehensum. Vlterius pro contraria parte notatur Minad. qui fuit causæ Aduocatus, & Loffred. quod (teste Minad. in præfato num. 7.) sua scripta transcripsit nostram autem opinionem tenent Villanus Regens, & Genitor meus, & prædicti Siculi in lecturis. Deo Gratias.

Sic fuit Marchio absolutus. Hanc decisionem refert etiam nuper impressus Consiliarius Zizarellus in decis. 37. Et post hæc scripta prout refert Consiliarius de Anna in consil. 6. scripsit etiam ipse ea doctissima, quæ ibi leguntur. Et similiter nuper impressus Camillus de Medicis Aduocatus Famigeratus in consil. 8.

SVMMARIVM.

1 *Monaci Domino vita functo tres controuersiæ hic recensitæ inter eius filios ortæ sunt.*
2 *Text. in c. 1. in §. his consequenter in tit. hic finit. lex latè discutitur, & declaratur cum num. seqq.*
3 *Iura feudaliæ iam passim seruantur absque discussione si sunt, vel non sunt rationabilia. Et specificè text. in §. his cõsequenter, vt in nu. 4. & esse nimis rationabilia dicitur in num. 14.*
5 *Iacobus Cuiacius notatur quod vulgatum ordinem titulorum insequi noluerit.*
6 *Mundi creatio an fuerit in mense Martij, vel in mense Septembris.*
7 *Annus apud aliquos incipit in mense Septembris.*
8 *Indictio incipit in mense Septembris.*
9 *Fructus feudales quando iudicantur tamquam feudales, vel tamquam burgensatici.*
10 *Annus rationabiliter diuisus est respectu fructuum iuxta text. in §. his consequenter, & num. 13.*
11 *Media via in rebus certis est rusticana, in incertis est rationabilis.*
12 *Spes hinc inde redit rationabilem dispositionem text. in l. si pater puellæ.*
14 *Feudalia iura esse valde rationabilia testatur Bald.*
15 *Text. in §. His consequenter procedit etiam si feudum vadit ad Agnatum. Idemq; in maioratu consistente in feudis, secus autem si consisteret in Allodijs, vt num. 16. & sic declaratur decisio Granatensis Prætorij num. 17.*
18 *Fructuum ratio iuxta §. His consequenter habetur etiam si recolliguntur post Augustum, Et tam fructuum naturaliũ, quam industrialium num. 20. & 22. Sed prius deducitur releuium num. 19.*

19 Rele-

19 *Releuium verè est medietas fructuum illius anni in quo moritur feudatarius, & ad quid fiat coaceruatio trium annorum.*

21 *Andr. doctissimus ob nimias occupationes scripsit aliquandò confusè, & quomodo sit intelligendus.*

22 *Fructuum ratio iuxta S. His consequenter non procedit in burgensaticis. Et an circa feudalia procedat etiam in pretio fructuum venditorum, & quid in alijs introitibus, & exactionibus, & num. 23.*

ALLEGATIO XXI.

Ad Marchionem Campaneæ, in præcedenti Allegatione recensitum.

In Dei Nomine Amen.



Efecerat Honoratus Grimaldus, Dominus Arcis Monaci, & Marchionatus Campaneæ in hoc Regno siti. Successit Carolus filius primogenitus. Et huic ad præsens absque filijs vita functo successit in feudis Hercules frater secundogenitus In Burgensaticis verò successere idem Hercules, & Horatius tertiogenitus. Qui aduersus fratrem, sed eidem fratri concorditer terminandas tres prætēsiones proposuit. De quibus differuit Hercules cum eius consultore viro (vt opinor, & ex eius literis allegationes continentibus dignoscitur) admodum docto. Eiusq; votum ad me transmisit, vt quid ego senserim rescriberem.

Prima prætēsio erat, vt sibi daretur vita mi-
1 litia in bonis feudalibus dum ob mortem Caroli sine filijs Hercules maior natu successerat. Et hanc deberi Consultor breuiter fatebatur ex decis. cap. 211. & Minad. in consil. 1. Dixi veram esse decisionem, sed me de illius decisionis iustitia non mediocriter dubitare. Quamobrem Marchio obtulit in hoc transactionem, vel cōpromissum. Horatius vtrumque negauit fidens eidē tribunali à quo alias fuerat idem articulus decisus, sed contrarium euenit, vt in præcedenti allegatione dictum est.

Secūda prætensio est vt fructus totius præsentis anni diuidantur inter Herculem,
2 & Horatium, iuxta dispositionem text. in cap. 1. S. His consequenter in tit. Hic finit. lex. In hoc Dominus Consultor rectè dubitat ex doctrina Raphael. Cum. in l. diuortio ff. solut. matr. quem ibi sequitur Alex. col. 2. in 2. limit. Ex eo quod ille tex. loquitur quando feudum deuoluitur ad Dominum, & tamquam exorbitans à iure communi non debet ad alios casus extendi, sed alij casus remanere debent sub dispositis in l. Herennius, ff. de vsur. in l. diuortio ff. solut. matr. & in l. defuncta ff. de vsufr. Inclinat tamen pro Horatio ex his quæ scribit Cum. in c. si aliquem in verbo antiquis num. 347. Et optimè loquitur nā vltra relatos per Cum. quorum aliqui sicut idem Cum. non omninò in hoc resident, habemus postea punctualem decisionē nostri S.C. iunctis aulis quam refert Præs. de Franchis in decis. 19.

Verum vt articulus aliquanto clarius dilucidetur inquirenda est ratio illius S. His
3 consequenter, non ad finem deliberandi si tamquam rationabilis, vel non rationabilis est, vel non est seruandus, iuxta ea quæ antiquitus discutiebantur per Andream, & alios in prælud. feud. & alibi vt per Camer. in cap. Imperialem fol 82. col. 1. & adhuc per illos concludebatur librum feudalem apud nos habere vim legis, ex Imperatorū expressa, vel tacita approbatione, & præscripta obseruatione cum redactione in scriptis, & ex alijs quæ nunc magis militant dum per tota secula, nemo in hoc Regno ausus est aliquem textum feudalem tamquam nō
4 rationabilem declinare. Et in specie dispositionem illius S. His consequenter

(licet sibi non admodum rationabilis videatur) seruandum esse in illis locis, in quibus istæ leges, & consuetudines feudales vsu receptæ sunt fatetur Couar. in lib. 1. var. resolut. cap. 15. num. 14. Et dispositio huius §. ad literam recepta est in sententia lata per S. C. tempore Regis Federici, vt per Capyc. in c. Imperialem in glos. 1. col. 4. & in sua Inuest. in verb. feudorum fructus col. 2. Per Frecc. in lib. 3. de subfeud. in 5. differ. Quod & generaliter respectu feudorum de omnibus legibus feudalibus quantumuis aduersantibus iuri cõmuni tradiderat Alex. in cons. 55. col. 4. vol. 4. Capyc. in sua inuest. in verbo feudorum leges in versic. leges feudorum lo 2. Sed inquirenda est ratio illius ob maiorem intelligentiã ipsius text. & eorum quæ exinde inferuntur. Porrò autẽ illum textum esse irrationabilem videtur Bald. ibid. à quo non dissentit Couar. vbi supra, & aliqui ex relatis per Tiraq. de retract. conuent. §. 5. glos. 4. num. 3. præsertim Iacob. Cuiac. super feud. qui nimis in hoc incale-
5 scit in lib. 4. tit 30. vbi hunc §. repetit. Et vere potuisset sub vulgato rubricarum ordine eandem non vulgarẽ suam eruditionem prodere nec titulorum verbis, & ordinibus immutatis legentes defatigare Bald. postea nititur rationem inquirere, quod latius fit per Andr. Card. & Aluar. Mihi autem & bona, & clara videtur ratio, quę ab eisdem authoribus colligetur modo vnum atq; alterum pręnoscamus.

Primo quod nonnulli initiũ anni desumunt à mense Septembris contendentes etiã
6 eo mense fuisse orbem conditum, tamquam perfectiorem refertum fructibus, quos & maturos tunc fuisse videtur colligi, ex permissione esus illorum præter pomum scientiæ boni, & mali. Hoc autẽ pulchrum erat aspectui, & comestibile, sicut & poma vitæ, quæ vt non comederent primi parentes iussit Dominus illos expelli. Nec inquiunt obstare præceptũ productionis herbæ virentis, quod videtur mensem Martij indicare, nam omnia præcepta intelliguntur suo tẽpore, sicut crescere, & terram replere. Imò in labore vesci quod ex proxima maledictione Adam immittebat congruit mensi Septembris quo tempore videtur principiũ anni naturalis nam incipit terra incoli, & maledictionis fructus spinas, & tribulos eradicari, non omittendo quod eo mense Sol in libra enunciabat summum opificem debito pondere ac mensura cuncta
7 creasse. Sed in hoc quicquid sit, verum est nonnullas Prouintias à mense Septẽbris annum exordiri, & fuit hic mos in Apulia, & in alijs huius Regni locis, donec ob publicam commoditatem iussum est apud omnes Regnicolas annum à primo Ianuarij mense, initiari. Similiter an-
8 nus Indictionis apud multos incipit in mense Septembris, vt per Host. in rubr. de fid. instrum. col. 3. num. 4. & meminit Andr. noster in §. His consequenter in princ. & ibi Afflic. num. 1. & nu. 30. post glos. in rubr. C. de indict. lib. 10. Anchar. in cap. de Liguribus 23. q. 5. late Couar. var. resol. lib. 1. cap. 12.

Secundo commemoro quod fructus feudorum dum considerantur solo cohærẽtes dicuntur feudales, dum vero considerantur tamquam separati, vel separan-
9 di, dicuntur burgensatici, & tamquam burgensatici iudicantur; prout bene declarat Camer. in cap. 1. An agnat. q. 10. nu. 96. & in c. Imperialem fol. 17. col. 4. in vers. Quis enim, & clarius fol. 19. lit. T. tãgit Curt. in tract. feud. in secundo mẽbro tertiæ partis num. 47. post Bald. in consil. 33. vol. 1. Alex. in consil. 18. nu. 4. vol. 5. Reg. de Ponte in cons. 34. nu. 13.
10 Istis præcognitis, quia non semper idem est successor in feudo, & in burgẽsaticis sicut quando ad dominum feudum deuoluitur, non visum fuit Legislatori toto anno fructus dijudicare tamquam cohærentes solo, qui omnes tamquam feudo accessorij dicerentur feudales, & spectarent ad dominum sic neque toto anno illos dijudicauit tamquam à solo separatos, vel separãdos, qui omnes spe-

ſtarent ad hæredem in Burgenſaticis, ſed diuiſit, vt moriente feudatario in primis ſex menſibus iudicētur fructus tamquā ſolo inhærentes, & conſequenter feudū ſequantur, decedente vero in ſecundis ſex menſibus iudicentur, vt ſeparandi & ſpectent ad hæredem in burgenſaticis. Numerat vero à Kalendis Septembris, quia tunc ſecundum aliquos incipit annus currens, & forte ita ſeruabatur in regione Legiſlatoris, & incipit annus indictionis, & quod plus eſt incipit annus naturalis reſpectu culturæ quæ tunc initiatur. Et ſic infra ſex menſes proximos initio culturæ, videtur congruum iudicare fructus tamquam ſolo adhærentes. Et infra ſex mēſes proximos recollectioni videtur congruum illos iudicare tam quam ſeparandos.

Eſt enim incerta dies mortis quæ poteſt eſ-
11 ſe ab initio vſque ad finem anni. Et ſicut vbi adeſt certitudo pro vna parte, media via non eſt rationabilis, ſed dicitur ruſticana, vt in l. Neſennius in fin. vbi gloſ. ff. de negoc. geſt, ita vbi duo extrema ſunt incerta ſumēda eſt media via, vt per Ariſt. in 5. E hyc. cap 4. & in iuribus in dicta gloſa allegatis. Et ita hoc medium laudare intelligo Andr. noſtrum in eo §. His conſequēter col. 2. verſ. medium autem. Et in incertis æqualis ſpes hincinde reddit rationabilem diſpoſitionem l. ſi pater
12 puelle C. de inoffic. teſtam. Et huc reincidunt late ad hoc tradita per Andr. in dicto §. His conſequenter col. 1. in verſ. & ſi recte. Et col. fin. in verſ. quod autem vſque ad fin. per Card. col. 1. & 2. per Aluar. col. 2. & 3. per Afflic. in 3. notab.
13 Neque ad hunc caſum applicatæ ſunt diſpoſitiones iuris ciuilis reſpectu fructuarij, vel annuorum legatorum, vel fructuum dotalium, & aliorum conſimilium propter rationum diuerſitatem quam ipſi tradunt. Nempe Andr. in princ. in verſ. Prima diſtinctio, & col. 2. in verſ. iuxta quæ loquuntur Card. col. 2. verſ. ſed cur tam variæ Aluar. num. 4. Zaſ. in epit. feud. par. 10.

Ex quibus multa inferūtur, & primo quod non poſſumus adhærere Bald. quoad rationes quas nititur ad huius text. diſpoſitionem accomodare, quia aduerſantur rationi prædictæ quę videtur vera, & cōmuniter recepta. Nec etiā poſſumus vna ſecum dubitare num ſit ea diſpoſitio rationabilis, nam eſſe valde rationabilem
14 clare patet ex ſupradictis. Et potius inhærebimus eidem Bald. in cap. 1. §. hoc quoque de his qui feud. dar. poſs. dicēti leges feudales ſummam ſapientiam continere, ſicut in hoc illi ſubſcripſit Capyc. in ſua inueſt. in verb. feudorum leges in verſ. leges feudorum il primo.

Infertur ſecundo quod dum præfata deci-
15 dendi ratio vera eſt non poteſt vllo modo cohartari ad ſolū caſum quando feudum reuertitur ad dominū ſicut Raph. & Alex. intelligebant, nō enim ratio decidendi reſtringitur ad hunc caſum particularem, ſed eodem modo cōprehendit omnes caſus in quibus duo ſunt ſucceſſores alter in allodio, & alter in feudo. Etenim caſus omiſſus (vt tunc recurrendum ſit ad ius commune) dicitur vbi nihil in ea ſpecie prouiſum eſt, ſicut in hac ſpecie fructuum ſi nihil diceret lex feudalis recurrere oporteret ad l. diuortio, ad l. Herennis, ad l. defuncta, & ſimiles. Et ex illis ad feuda arguere, prout aptius videretur, ſicut monet Obertus in cap. 1. de feud cognit. Talis autem prouiſio non adeſſe dicitur ſi non adeſt ſpecifica uel conſimilis ſicut ibi glo. monet in verbo comprehenſus, nam & ſimile prouiſum dicitur, & ſic iudicandum l. nō omnium ff. de leg. Et deriuatio in feudalibus prius ab ipſis feudorum legibus facienda eſt, quæ cæteris omnibus in hoc præferuntur, ſicut idem Alex. vt ſupra diximus, edocebat. Quare vbi ſola adeſſet diſpoſitio §. his conſequēter, eſſet ex rationis identitate omninò intelligenda etiā vbi feudum vadit ad agnatum, ſicut ſolummodo ex hoc contra Alex. merito dubitabat Soccin. in eadem l. diuortio nu. 10. Sed hæc dicta volo ex abundanti

quando, & hoc casu, vbi feudum uadit ad suos specificè prouidetur in c. 1. in vers. sed in fructibus insit: An agnat. vt procedat illa dispositio text. in §. his cōsequenter, vt ibi aduertunt vnanimiter gloss. in verb. supra Andr. num. 3. in versic. de fructibus. Iacob. de Beluis. in principio Aluarot. in formatione casus circa med. in verbo fructibus, Præposit. in prim. notabil. laud. post princ. & Afflict. num. 20. & Camer. in quæst. 10. nu. 100. in fin. Zas. in epit. feud. par. 10. circa fin. Frecc. in quinta differentia inter feudum ex pacto, & hæreditarium. Et alij, vt per Cum. & Tiraq. super relatos.

Et hinc decisio Granatensis Prætorij circa fructus maioratuum relata per Couar. in in lib. 1. variar. resol. cap. 15. nu. 14. circa finem, quæ deuiat à dispositione text. in
16 §. his consequenter, erit intelligenda in maioratu bonorū allodialium, sicut colligitur ex Authore qui sub eodem num. in vers. Hoc tamen disputat num arguatur de feudo ad maioratum, ergo maioratus ille non erat feudalis. Nam & maioratus consistens in bonis burgensaticis, habet feudorum imaginem, ob familiam prospectam, ob primogenitorum prælationem, ob alienationis prohibitionem, & alia ex quibus Io. Lup. & Suar. vt ipse inquit, à feudis ad maioratus ar-
17 gumentantur. Si enim maioratus consistit in feudis tunc si feudorum natura per supremum Principem maioratum constituentem fuit in aliquo immutata sumus in claris, vt in cap. 1. de feud. non habentur proprijs feud. natur. Et consequēter si aliquid circa fructus prouisum fuisset in erectione maioratus per Didac. recensiti non opus fuisset Granatense Prætorium in articuli discussione immorari. Si verò non aderat particularis prouisio, nihil minus ex dicto cap. 1. fuisset in claris, vt obseruasset iura feudalia, quę & in Hispania passim seruantur. Et illis Hispani scribentes innituntur, nec tutum esse in causis feudalibus recedere à contentis in hoc volumine affirmant omnes vt per Anchar. qui loquitur in terminis huius §. his consequentér in cons. 194. circ. princ. in vers. nam omnes vltra alios supradictos. Et illa duo quæ Couar. subdit ex quibus etiam motus fuerat ille de Scaramp. inter consilia Albert. Brun. in consil. 106. nempè quod non est dispositio rationabilis, & quod non excedit casum feudi reuersi ad dominum, iā ex his quæ diximus diluuntur. Et consequenter illa decisio Granatensis Prætorij non est de feudis intelligenda, prout ab eodem authore colligi dictum est. In feudis vero omni ratione defenditur supradicta Sacri Consilij decis. 19. apud Præs. de Franch. Et sic de integris fructibus totius anni ad beneficium huius fratris in allodio cohæredis ratio habenda est.

Infertur, & tertio, quod dum æqualis est
18 anni diuisio, & considerātur fructus tāquam inhęrentes, vel tamquam separandi prout feudatarius decedit in medietate magis remota, vel magis proxima recollectioni, vtriq; idem iudicatur de omnibus fructibus illius anni, quamuis aliqui recolligantur post Augustū, nam eodem modo prima anni medietas est remotior secunda proximior, & quāuis recolligātur post Augustum sunt tamen fructus istius anni, sicut sequentes erunt anni sequentis, & sic deinceps, & proinde similiter de omnibus ad beneficiū huius fratris habenda est ratio sicut in eodem §. tradunt Andr. col. 1. in vers. Quid de vindemia Aluar. col. 4. vers. Idem tamen Card. col. 1. vers. & est ratio, Afflict. reprobans contrarium tenentes nu. 16. & 17. At verò sicut integri fructus considerantur ad beneficium coheredis in allodio, ita aduertendum est eos non aliter esse considerabiles, nisi eo modo quo haberi possunt, & quidem in casu deuolutionis integri haberi possunt per heredem in burgensaticis vbi decessit feudatarius post Kalēdas Martij, sed in casu successionis debetur ante omnia directo domino releuiū

confi-

consistens in medietate fructuum illius anni, vt per Andr. in const. post mortem col. fin. vers. & quidem, & licet vbi for-
19 te annus ille esset omnino infructuosus iuxta distinctionem Freccię Patris, quam refert Marin. eius filius de subfeud. lib. 2. in 3. authorit. nu. 28. vel ad vitandas fraudes, vt ipse inquit iu numer. sequentibus fiat coacervatio trium annorum, & attendatur tertia pars iuxta text. 4. ita, vt omnes ff. mandat. verum est si fructus adsunt deberi medietatem fructuum illius anni, vt clare dicit Andr. in dict. const. & ibi Afflict. Loffr. non dissentit in c. 1. §. sed, & res per quos fiat inuest. clare autem sequuntur Andreã, Afflict. & Frecc. in dict. nu. 28. in fin. vbi inquit ita seruari, Paris. de re integr. feud. fol. 183. & Iacob. de Gell. in tract. de iur. adhoæ nu. 70. Quare à fructibus totius anni integra medietas ante omnia deducenda est pro releuio sicut specificè in casu nostro concludit Cam. in c. 1. An agnat. q. 10. nu. 100. circa fin. & in simili eodem modo dixerat Aluarot. in cons. 64. inter cons. Albert. quod detrahitur prius illa decima, quæ debetur directo domino, & postea liquidatur rata soluenda. Quid autem fiet de reliqua medietate in sequenti illatione explicabitur.

Infertur igitur 4. quod prefata ratio me-
20 dietatis anni proximioris recollectioni, vel ab ea remotioris, æqualiter militat in fructibus naturalibus, vel industrialibus. Qua in re aduertendum est qualiter Aluar. in §. his consequenter col. pen. in vers. Quero, an distinctio inquit Andream tenete, vt illa dispositio procedat in fructibus industrialibus, non autem in fructibus naturalibus, cum quo pertransit Capit. in sua inuestit. in verb. feudorum fructus concl. 2. vers. limita distinctionem. Sed porro bene aduertit additio ad Andr. in eo. §. in verbo, & hoc satis lit. C. quod Andr. ibi loquitur circumscripta dispositione iuris feu-
21 dorum. Sicut sæpe euenit, quod Andr. vti erat Doctissimus, ita quicquid annotabat summa Doctrina refertum est. At quia forensibus negotijs, maximè implicabatur non erat sibi otium omnia ordinate scribere, & improuisa morte preuentus non potuit in reuisione ordinem supplere, sicut forte fecerat in commento constitutionum, & hinc aliquando non totaliter decidit, sed pro vtraq; parte arguit, & oportet tunc credere ipsum pro ea parte inclinare pro qua validius arguit, vel pro ea cuius rationes stare finit, & contrarijs respondet. Sic è contra post decisionem aliquando suppetit noua ratio decidendi, quam subnectit, aliquando suppetit ratio dubitandi, quam similiter annotat, Non tamen, ex hoc (nisi se corrigit) censetur ab eo quod firmauerat immutatus, omictit autem responsionem, aut tamquam patentem, aut ab ipso in reuisione explicandam. Etenim hæc super feudis patet ipsum absque methodo annotasse, & multa addidisse non suo loco, sed subsequenter ad alia quæ tunc forte scripserat. Ex quibus, & alijs, vt vera intelligentia eliciatur sæpè doctissimorum ingenia torquentur.

Sic ergo in casu nostro in pluribus locis, vt
22 per Camer. in cap. Imperialem fol. 82. col. 1. dixerat Andr. iudicandum esse secundum leges feudales, & in specie in §. his consequenter, addendo illam prouisionem esse nimis rationabilem illamq; declarat etiam in vindemia, in oliuis, & postea in pensionibus. Et hæc vsque ad vers. Alibi seruatur, vbi differit quid iuris circumscripta ista consuetudine quæ apud nos seruatur, & adhuc in sequenti vers. Medium autem, inclusiuè confirmat illius rationabilitatem. Sequitur deinde discurrere quid esset de iure communi quod intelligatur circũscripto iure feudorum, & declarat quomodo ab illis legibus iuris communis esset, vel nõ esset, arguendum ad feudalia, & in his terminis subiungit opinionem peritorũ in vers. sic audiui, vbi additiò notat quod in

in his terminis ipse And. adhæret respectu fructuum naturalium, non autem respectu fructuum industrialium in quibus adest etiam labor,& impensa,vt in dicto vers. Et hoc satis. Verum ratio diuisionis anni iuxta §. his consequenter comprehendit omnes fructus siuè naturales,siue industriales.vt in addit.prædicta quæ aduertit quod sic genericè And. fuerat loquutus,& inquit hoc firmare Afflict. ibi num.21. & 22. Et vltra Afflict.idē ibi firmat Feder.Schen. & latius Hart.Pistor.in lib. 1. quæst.14. num.54. cum seqq. vbi hoc idem ex multis comprobat quæ non transcribo.

Infertur quinto quod ratio mortis remotioris,vel proximioris recollectioni sicut vt modo diximus,comprehendit fructus naturales,& industriales, ita etiam com-
23 prehendit pretium pro eis promissum. Et quamuis in eorum venditione fuisset promissa solutio nimis differenter,tamē distinctio mortis feudatarij ante,vel post Kalendas Martij seruabitur in hoc pretio sicut seruaretur in ipsis fructibus, quorū loco pretium est subrogatum,vt in l.& si rem,& pretium.& in l.ac vbi cum glos.in verb. ex eo in vers. sed quare ff. de petit. hæred. Idemq; esset in pensionibus quæ soluerentur in fine anni,quia in illis militat eadem ratio sicut in fructibus. Sic concludit Andr. col.2. vers. Item quod dixit Aluar. nu.5. Bald.in vltimis verbis Card.col.2.vers.quęro ab extra Anchar. in consil. 194.Borcholt. de feud. cap.7. num.95. Quod secus esset in exactionibus quæ maturantur mensatim,vel aliter in pluribus vicibus infra annum, tunc enim transmittitur ea rata pro qua cessit, & venit dies, vt per eosdem modo citatos in locis prædictis,& etiam per Afflic. num.25. Et ex his decisa remanent omnia dubia in præsenti articulo occurrentia;nam vltimum dubium circa expensas discutiendum esset vbi fructus spectarēt ad dominum,vel ad agnatum,ob mortē vltimi feudatarij ante Kalendas Martij; sed in casu nostro ob mortem Caroli lōgè post Kalendas Martij, omnes fructus in quibus expensum est spectant ad eosdem hæredes in burgensaticis, quibus actio competeret pro expensis.

Deo Gratias.

Euentus dicetur in Allegatione sequenti.

SVMMARIVM.

1 *Status Monaci est exemptus, & præcapitur ex propria persona.*

2 *Debita hæreditaria exoluuntur pro rata bonorum etiam feudalium si sunt feuda hæreditaria, sed præcapiuntur si sunt ex pacto. Et quomodo in hoc intelligitur Camerar. dicens exequi super fructibus feudi in subsidium num.3.*

4 *Marchionatus Campaneæ sub qua specie feudi concessus fuerit,& in num.seqq.*

5 *Concessionum diuersæ formulæ examinantur ad dignoscendum feudum hæreditarium,vel ex pacto, nempè sibi, & descendentibus, vel sibi & hæredibus quibuscumque. Item quid si datur sibi,& hæredibus suis in num.6.Vel sibi suisque liberis,& hæredibus num.7.*

8 *Feuda omnia dicuntur ex pacto quo ad successores vocatos sed ob hæredum expressionem semper succedunt illi cum qualitate hæreditaria. Et hinc propriè dicitur mixtum, vt num.10. non autem iuxta declarationem aliorum, vt in num.9.*

11 *Regnum Neapolitanam quia in inuestituris mentionantur hæredes est hæreditarium, & talia præsumuntur feuda in Regno, vt membra imitentur caput.*

12 *Legitima quæ & qualis est in feudis.*

ALLE-

ALLEGATIO XXII.

Ad eundem.

In Dei Nomine Amen.

DE Prima, & secunda prætensione Horatij aduersus Marchionem fratrem actum est in duabus Allegationibus proxime præcedentibus. Tertia prætensio est, quod præfatus Carolus vltra legata paterna multa debita contraxit quæ ab ambobus hæredibus soluenda sunt pro hæreditarijs portionibus l. pro hæreditarijs C. de hæred. act. & exploratum est in portionibus venire omnia bona allodialia, quę inter istos fratres diuidentur.
1 exploratũ est etiam non venire arcem Monaci, in qua est Princeps neminem recognoscens, & spectat ad primogenitum ex propria persona, vt in cap. licet extra de vot. per Camer. in cap. Imperialem fol. 100. col. 4. Remanet dubium respectu Marchionatus Căpaneæ, in quo dubio cum agatur de re sita in hoc Regno dominus Consultor remittit se nobis in hoc Regno versatis, & loquitur prudentissime. Multa enim in hac materia deciduntur diuersimode extra Regnum, quæ in Regno vlterius non disceptantur. Sic feuda ex pacto deduci præcipuè clarum est apud omnes. Et declarat Minad. in constit. in aliquibus in
2 rubr. num. 26. & 27. Sed an similiter deducantur feuda hæreditaria adsunt extra Regnum opiniones hinc inde. Deduci enim tenent Gugl. de Cun. Paul. & Alb. in l. hinc quæritur in S. pōt, ff. de pecul. Idē Alb. ī 2. p. Star. q. 105. Affirmātes feudū præcapi (vbi viuitur iure Francorum) ad beneficium primogeniti ad illud vocati tamquam ad prælegatum. Idq; alij acriter defendunt, vt per Tiraq. de iur. primog. quæst. 35. num. 28. Et licet in contrarium docte scripserit Cirier. Consiliarius Regis Gallorum in suo tract. primogenitur. lib. 2. quæst. 5. tamen in contingentia facti in Magna Camera Parisiensi fuerunt in pari voto, & postea ex quibusdam in facto ponderatis vicerunt secundogeniti, Mansitq; integrum vt in alijs causis articulus de iure disputaretur, sicut annotat Tiraq. in dicta quæst. 35. num. 32. Verum est quod opinio cōtraria etiam extra Regnum est communior, vt per eundem ibi num. 27. & 31. Et videtur verior, quia feudum, non vadit ad primogenitum tamquam Prælegatum, sed tamquam ad prædilectum, & prius vocatum ad feudi successionem, vocatur autem nō tamquam legatarius, sed tamquam hæres si feudum est hæreditariũ, & proinde de omnibus bonis hæreditarijs incluso tali feudo facienda est contributio pro rata bonorũ. Sed hoc apud nos non vlterius disceptatur. Sic enim per Regem Ferdinādum fuit apud nos decisum. Et nonnulla subsequuta sunt lauda, & sententiæ, vt per Capyc. in decis. 198. Ant. de Alex. in consuer. siquis vel si qua in princ. fol. mihi 111. Frecc. de subfeud. lib. 3. in 13. differ. Præs. de Frāc. in decis. 1. nu. 24. & 41. & in decis. 159. Io. Vinc. de Anna allegat. 96. & Camer. in c. 1. An agnat. in fin. repet. num. 158.
3 quem postremo allegaui, vt aduertam ipsum subiungentem exequi in fructibus feudi in subsidium non esse intelligendum pro toto debito exoluendo sicut quidam paucis retro diebus contendebant, sic enim cohæredi in burgensaticis esset inutilis quæstio contributionis pro rata bonorum si integrum debitum esset prius de allodialibus hæreditarijs exoluendum, sed intelligitur Camer. vt facta contributione pro rata bonorum burgensaticorum, & feudalium, rata spectās ad primogenitum prius de bonis allodialibus exoluatur.

Stante ergo conclusione prædicta inquirē-
4 dum est subsequēter num iste Marchionatus Campaneæ per Carolum V. Inuictissimum Honorato communi patri cōcessum sit hæreditarium, vel ex pacto. Concessio vltra innumera ipsius Honorati merita præcipue facta fuit (sicut in Inue-

Inuestitura dicitur) ad finem vt Arces illæ ad deuotionem Coronæ Hispaniæ teneantur. Proindeq; exprimitur concedi Marchionatum Campaneç ipsi Honorato pro se suisque hæredibus, & successoribus qui succedent in Arce Monaci.
5 In hac specie indubitatum est quod vbi Inuestitura non mentionat hæredes, puta concedendo Titio, & eius descendentibus, vel eius posteris, aut alijs de familia tunc feudum non est hereditariũ. Similiter indubitatum est, quod vbi conceditur Titio eiusq; hæredibus addendo quibuscumq; vel quos elegerit, vel aliud æquipollens aptum comprehendere etiam extraneos, tunc quisquis succedat venit vt hæres. Sic declarat Andr. in c. 1. num. 7. de succ. feud. & ipse, & reliqui omnes in c. 1. An agnat. vbi loquuntur de feudo ex pacto. Et de secunda specie loquuntur Bald. in c. 1. §. donare qual. olim poter. feud. alien. & in c. quæ in Ecclesiarum num. 39. de constit. Alex. in consil. 30. vol. 1. cum alijs innumeris relatis per Camer. in c. Imperialem fol. 28. & 29. per Brun. in cons. 10. & 16. & per Iacob. in sua Inuest. in verb Et successoribus quibuscumq; & de vtraq; Andr. in c. 1. §. hoc quoque col. 2. de success. feud. Alex. in cons. 26. col. 1. & 3. vol. 5. & in l. quod dicitur col. 2. ff. de verb. oblig. Cur. in cõs. 73. col. 4. rubr. & in cõsil. 18. Brun. in dicto consil. 10. & 16. Fachin. controuers. iur. lib. 7. cap. 6. Clar. in §. feudum quæst. 9. Pistor. lib. 2. par. 1. quæst. 1. nu. 37. cum seq. Marin. in rubr. de feud. ex pac. & in rub de feu. hæred.
Adsunt postea aliæ formulę de quibus Do-
6 ctores aliqui, aliquatenus dispuauerunt, talis est concessio facta tibi, & hęredibus tuis, quem casum dicebat Paul. Castren. differre à concessione facta tibi tuisq; liberis, & hæredibus nam hic tertius casus requirit duo copulatiuè nempe esse descendẽtes, & esse hæredes. Primus casus qui non requirit duo, sed vnum debet ab illo differre. Sed differentia nõ potest esse, vt vocetur omnis hæres extraneus quia de natura feudi, excluduntur extranei c. 1. §. cum vero Corradus, qui feud. dare poss. vnde ad extraneôs includendos oportet addere aliquod verbũ hoc importans, ita vt expresse feudi natura alteretur sicut superius dicebamus, ergo illud verbum hæres simpliciter prolatos in materia feudali ne alteretur feudi natura intelligitur de descendentibus, vt in cap. 1. §. & si clientulus. vbi notat Beluis. Andr. & Bald. de feud. alienat. glos. in l. ex facto in §. si quis ita ff. ad Trebell. Bart. & reliqui in l Gallus in §. etiam si parente ff. de liber. & posthum. Et sic sufficit esse descendentes. Et consequenter ex tali inuestitura concludit Paul. in d. §. si quis ita in fin. constitui feudum ex pacto. Paulum sequuntur aliqui, vt latè per Dec. in consil. 395. nu. 7. vers. Imò quod plus, & non obstant decisiones relatæ per Afflict. in decis. 140. quia procedunt in alio casu modo relato quando exprimitur vtraq; qualitas, & proinde vtrũq; requiritur nempe vt sit descendens, & hæres, quod quidem Paul. ipse non negat, imò & ad hoc per Afflic. in loc prædict. allegatur. Quare disputabilis esset articulus extra Regnum, sed in Regno recepta est opinio Alex. bene distinguẽtis in consil. 19. nu. 13. 14. & 16. vol. 5. & alibi, prout refert Dec. qui in hoc nõ contradicit in consil. 185. col. 1. nempè vt & tunc intelligatur verbum hæres de descendentibus, sed cum qualitate hęreditaria ad differentiam simplicis expressionis liberorum, vel descendentium, prout ex Andr. in pluribus locis concludit Afflict. in cap. 1. ex quibus caus. feud. amitt. num. 266. cum seqq. præsertim num. 277. colligitur etiam ex Bald. in Auth. si quas ruinas C. de Sacrosãct. Eccles. num. 5. vers. In contrarium, & ita omnes tenere (quod intelligitur in Regno) testatur Capyc. in sua Inuest. in verbo feudorum genera in vers. hęreditariũ in prima conclus. in finalibus verbis. Et similiter hoc teneri, & seruari in Regno Siciliæ tradit Cannet. in cap. si aliquem sub

sub cap. incip. Consequenter fol. 45. vbi respondet cõtrarijs. Et vlterius hæc opinio Pauli non modo non est recepta, sed nec etiam esset applicabilis ad casum nostrum, in quo non fit cõcessio simpliciter Honorato, & hæredibus, sed additur hæredibus, & successoribus in arce Monaci. Et sic verbum hæres nõ restringitur de necessitate ad liberos Nam vocatur etiam quisquis fuerit successor in arce Monaci, vocatur autem cum qualitate hæreditaria, adeo quod vtrumq; requiritur nempe in arce illa succedere, & esse hæredem.

Alia formula paulo ante commemorata,

7 vbi conceditur tibi suisq; liberis, & hæredibus cum prælatione primogenituræ esset ad casum nostrum applicabilis, & esset extra Regnum non mediocriter disputabilis. Esset vtique applicabilis quoniam infrascripti tenentes hoc casu constitui feudum ex pacto mouentur ex ratione quod vbi specificantur certæ personæ, fit ad illarum beneficium feudum ex pacto vt in cap. 1. An agnat. Sed in huiusmodi inuestitura prospiciuntur specificè primogeniti descendentes, et ga ad illorum beneficium constituitur feudum ex pacto. Quo raliter cõstituto illud verbum, & hæredibus non debet corrigere, & immutare feudi naturam nec potest aliam naturam de directò contrariam superaddere. Sed oportet vt illud verbum, & hæredibus dirigatur non ad feudum, sed ad personas, nempè vt descendentes habeant feudum præcipuum ex prouidentia primi acquirentis, & nihilominus ad decus ipsius primi acquirentis eiusque successorum teneantur esse hæredes vltimi decedentis, non quidem in feudo, sed in alijs bonis. Et hinc dicetur feudum mistum, non enim est simpliciter ex pacto quod quidem haberi potest etiam repudiando hæreditatem, quia in hoc tenentur esse hæredes, nec est hæreditarium, quia feudum præcapitur per ipsum hæredem qui facto inuentario ad aliud vltra reliqua bona hæreditaria non tenetur. Hæc inquam inuestitura est applicabilis ad casum nostrum in quo loco primogenitorum descendentium vocantur successores in arce monaci ex propria persona, & sic respectu illorum est feudũ ex pacto, & quatenus illud verbum hæredibus obligaret solummodò ad hæreditatem non repudiandam, & non constitueret feudum hæreditarium, sed admitteret intelligentiam prædictam sequeretur hunc Marchionatum esse præcapiendum similiter sicut arcem monaci, & non venire in contributum cum reliquis bonis hæreditarijs.

Dixi etiam hanc opinionem esse disputabilem extra Regnum, nam Dec. in consil. 185. num. 3. omnia supradicta comprobare nititur, & ob eius authoritatem libenter aphæret etiam Afflict. noster in constit. vt de successionibus col. penult. & final. Nititur etiam Dec. Alexandrum contra sentientem conuincere contrarietatis ad se ipsum, sed mihi in omnibus locis ibi relatis videtur persistere, vt etiam in hoc casu sicut in præcedenti sit feudum hæreditarium. Verum est quod Decius ferè idem repetit in consil. 395. num. 5. & alij nonnulli Decio subscribunt quos latè recenset Cannet. in cap. si aliquem in cap. incipient', sed quid si fuerit fol. mihi 49. Verum in Regno receptum est, vt omnia feuda dicantur, & vere sint ex pacto, & prouidentia, quia præordinantur, & prospiciuntur personæ in feudis successuræ, quæ

8 proinde succedunt vti vocatæ à primo acquirente, sed differentia est quod si ipsis feudis non additur qualitas hæreditaria succedunt ex propria persona, & non tenẽtur habere ratum factũ prædecessoris. Si verò additur qualitas hæreditaria oportet successorem esse hæredẽ in ipso feudo vltimi decedentis, qui sicut ob expressionem descendentium sexus, & ætatis prærogatiua seruata non posset absq; Regis Assensum (qui, & difficillime obtineretur (successionis ordinẽ immutare, vt latè per Affl. in constit. constitutio-

turionem Diuæ memoriæ col. 3. & 4. Item ob illud verbũ hæredibus transmittit ad eosdem feudũ iam hæreditarium, & ita passim teneri, & iudicari testatur Afflict. in decis. 140. Camer. qui omnia prædicta latè comprobat in c. Imperialem fol. 48. col. 2. & fol. 96. & in c. 1. An Agnat. in 2. oppositon. & in c. incipient: quęro primo nu. 21. cum sequent. & nu. 40. cum seq. in quibus locis non
9 admittit opinionem Decij, & sequacium constituentium feudum mixtum iuxta supradictam intelligentiã Det. Cannent. & aliorum illius classis, sed potius ex eius theorica elicitur feudum mixtum iuxta declarationem prædictã, vt non sit mere ex pacto, vt inprima spetie supradicta quia oportet esse hæredem, nec sit pure hæreditarium, vt in 2. spetie supra relata quia non venit quisquis hæres, sed per-
10 sonæ prospectæ in prima concessione, & sic erit mixtum nempè ex pacto cum qualitate hæreditaria quod ad abbreuiãdum cõmuniter dici hæreditariũ inquit, Cam. in dist. fol. 96. lit. B. quæ, & latè differit Intrigliol. de feud. cent. 1. q. 49. & Pistor. de feud. l b. 2. part. 1. q. 1. nu. 12. Reg. de Pont. in conf. 88. num. 35. Tom. de Marin. fol. 13. nu. 63. iuxta quos terminos loquitur Tiraqu. de iur. primog. q. 35. nu. 16. & genericæ, vbi sit mentio hæredum constitui feudũ hæreditarium non ex qualitate extrinseca, quæ possit esse, & abesse, sed exqualitate intrinseca, vt sit hæreditarium pænes quẽcũq; successorem firmat Cam. in dict. fol. 99. col. 1. & 2. & in supradicta 1. q. nu. 21. 22. 23 & 39. Cap. in sua Inuest. in verb. feudorum genera in vers. Hæreditarium feudum col. 2. qui ponderant Andr. in c. 1. col. 2. de alienat. feud. pater. quod est necessarium nam Cannet. in cap. supradicto valde nititur Andream aliter intelligere Ant. Gabr. com. opin. lib. 6. in tit. de verb. signi. concl. 3. nu. 5. & in Regno esse indubitatũ testatur Præs. de Franch. in decis. 1. 6. & 387. num. 5. Additio ad Andr. in d. c. 1. de alien. feud. pater. in verb. sed numquid Loffr. in cons. 1. nu. 63. & 161. Regens Lanar. in cons. 89. & Reg. de Pont. in cons. 81. 88. & 93. Imò, & hoc ipsum Regnum est hæreditariũ
11 ob hanc formam inuestiturę factam Carolo Primo, per Vrbanum Quartum, & exequutioni demandatam per Clementem Quartum eius successorem prout scribit Carol. Sigon. de Reg. Ital. circa annum Domini 1265. & ex nostratibus per Andr. in prohem. const. col. 12. & in c. 1. §. quid ergo in fin. de inuestit. de re alien. fact. Bal. pulcre in l. cũ antiquioribus nu. 11. C. de iur. deliber. Afflict. in c. 1. num. 16. de conces. feud. Loffr. in cons. 1. nu. 30. & 54. & in cons. 14. num. 40. & 46. Frecc. de subfeud. lib. 3. in different. 16. Cam. in c. Imperialem fol. 100 col. 4. vnde, vt membra sequantur caput, & ex consimili communi forma inuestiturarum omnia feuda in dubio præsumuntur in hoc Regno hæreditaria sicut post Andr. in pluribus locis tradit Frecc. in lib. 3. in different. per cap. in sua inuest. in vers. feudorum genera in verb. Hæreditarius in 3. conclusion. & Molin. de primogen. lib. 1. cap. 3. ex quo tollitur consideratio, quod hic Marchionatus tamquam feudum dignitatis videtur totum legitima primogeniti ad ipso retẽtũ sine onere, & sic transmissa ad secundogenitum, & hoc ad excludendam contributionem saltim respectu legatorum, ex testamento communis patris. Nam esse feudum dignitatis operatur, vt sit indiuisibile, siuè apud omnes successores de iure Longobardorum, siuè apud solum primogenitum de iure Francorum, vt per capit. in sua inuest. in vers. Feudorum genera in princ. col. 2. quæ indiuisibilitas de iure Francorum est in omnibus feudis, non tamen ex hoc tolli feudum est legitima effugiens onera testamentaria si feudum est hæreditarium, sed bene si esset ex pacto, vt supra diximus, nam in hæreditario legitima est va-
12 lor tertiæ partis feudi, vt latè per Camer. post vetustiores quos recenset in

cap.

cap. Imperialem fol. 99. col. 3. cum multis sequentibus, & fol. 101. in fin. & 104. Loffred. in consil. 1. num. 179. Frecc. de subfeud. lib. 3. in 19. different. & Reg. de Ponte in consil. 88. num. 38. cum sequentibus. Et in casu nostro neque hæc tertia potest præcapi, quia primogenitus non grauatus in legitima adeundo effectus fuit debitor omnium legatariorum quibus proinde sicut reliquis suis creditoribus est satisfaciendum ab eius hæredibus tàm in allodijs, quàm in feudis hæreditarijs pro rata bonorum. Iam quod in istis feudis successorem oportet esse hæredem vltimi morientis, prout bene concludit Frecc. in dict. lib. 3. in decima differentia.

Deo Gratias.

Quoad secundam prætensionem Aduocati Horatij approbauerunt supradictas conclusiones, & iuxta illas factus est calculus. Quo ad tertiam prætensionem Illustrissimus Marchio acquieuit præsenti consultationi.

SVMMARIVM.

1 *Refrenatio an facienda sit vbi homines, vel animalia ad quorum seruitium, vel vsum aliquid concessum est, adeo excreuerunt, vt concessio deducta sit ad iniquitatem. Aliqui proponunt nec decidunt, vt num. 2. Aliqui negant illã fieri debere, vt num. 3. De quorum intelligentia, vide in nu. 10. cum seqq. Aliqui affirmant fieri debere, vt nu. 4. I cron. nititur afferre concordiam num. 5. Discutitur veritas articuli num. 7. cum seqq.*

6 *Indefinita loquutio in rebus magni præiudicij non trahitur ad futura.*

8 *Verba aliquandò impropriantur, vt mens non impugnetur.*

9 *Refrenationem fieri vel non fieri debere à quibus, & qualiter affirmatur, & num. 13. cum seqq.*

11 *Indulgere plures habet significationes.*

12 *Peccatis indulgens præcipitem amicum ferri sinit.*

13 *Refrenationem saltim fieri officio Iudicis, Præsertim in concessionibus gratiosis, vt num. 14.*

ALLEGATIO XXIII.

Ad Eundem.

In Dei nomine Amen.



Dem Monaci Dominus inter reliqua cõtenta in eius Marchionatu Campaneæ possidet Castrũ Gatignoni cum nõ exiguo territorio circa qđ scire volẽs quid agendum videatur quo ad prætensiones hinc inde cum ciuibus Altamuræ, viso processu scripsi quid sentiam de iure, & quid circa regimen. In processu reperij Marchionem prædecessorem petijsse declarari nullum ius competere Vniuersitati, & ciuibus Altamuræ circa præsens territorium. Vniuersitas sua iura deduxit, & per sententiam Regiæ Cameræ decernitur licere Vniuersitati ibidem pascere, aquare, & pernoctare iuxta sua Priuilegia. Salua prouisione facienda circa petitam refrenationem vsus prædicti quatenus de iure facienda esset, continebat enim petitio Marchionis, vbi circa pascua succubuisset gradatim, & successiue prouideri circa refrenationem animalium ipsius Vniuersitatis quæ in ea comparitione asseritur in excessum excreuisse. Et tandem per idem S.C. decisum fuit non esse lo-

cum petitæ refrenationi.

Nunc si quærimus de remedijs aduersus istas, sententias obstant circa ordinem nonnulla in facto annotata. Et circa iustitiam difficiliter vniuersitatis Priuilegia impugnarentur in quibus talis cõcesio continetur. Si vero quærimus quid iuris, & quid nobis agendum sit respectu reclamationis, quo ad caput refrenationis dico hunc articulum concessionis dedu-
1 ctæ ad iniquitatem ex eo quod concessionarij nimis excreuerunt proponi quidem à Doctoribus in molendinis, furnis nemoribus, & similibus, & ex illis aliqui proponunt articulum, neque illum decidunt. Aliqui negant hoc casu refrenationem debere fieri, aliqui affirmant fieri debere.

Qui articulum proponunt, & non deci-
2 dunt sunt Afflict. in cap. 1. §. si quis demanso column. penult. de controuers. inuestit. Hyppol. in singul. 134. tu scis, Felyn. in cap. fin. colum. fin. de constit. Tiraquell. de retract lignag. §. 34. glosa prima, num. 5. Boer. in decis. 213. num. 9. cum seq.

Qui negant fieri debere sunt Innocent. per
3 verbum forte in cap. quanto extra de cens. & ibidem Abb. circa finem Bald. per verbum videtur in l. non modus num. 2. C. de seruit. & aqua Alber. in auth. hoc ius porrectum num. 14. C. de sacrosanct. Eccles. in l. tale pactum §. final. num. 4. ff. de pact. & in l. si seruus §. 1. num. 30. ff. si quis caut. Qui addit ita esse de stricto iure. Idemque tenet Petr. de Anchar. in d. cap. quanto eo tamen modo quem infra dicam. Iacob. Rebuff. in l. 1. C. de priuileg. corporat. Vrb. Rom. lib. 10. in versic. Facit quod si concessum Alex. in consil. 178. num. 9. cum seq. vol. 2.

Qui affirmant refrenationem tali casu fa-
4 ciendam esse sunt Hugo quem refert, & sequitur Bartolom. Brix. in quæst. 50. alibi 51. quæ incipit quidam Paterfamil. Pil. in sua quæst. 48. quæ similiter incipit quidam Paterfamil. Petr. Cyn. & Salyc. in l. non modus C. de seruit. & aqua. Angel. in l. si seruitus colum fin. versic. tertio fallit ff. de seruit. Vrban. prædior. Hostiens. & Butr. in cap. quanto de cens. & ibi Ioan. Andr. quos refert, & sequitur Afflict. in cap. 1. in §. omnes filij si de feud. fuer. controu. in finalibus verbis, Iacob. Butr. in l. fin. in fin. C. de sacrosanct. Eccles. Imol. in clement. literas col. 15. de rescript. Azo quem refert, & sequitur Alber. qui videtur sibi contrarius in l. cui fundus circa finem, ff. de condit. & demonstrat. cum alijs deductis per eundem in l. Rutilia polla ff. de contrahend. empt. Iason in l. quo minus nu. 140. ff. de flum. Dec. in consil. 335.

Nititur opiniones concordare Bartolom.
5 Veronens. in tractat. de seruit. Vrbanor. prædiorum in titulo de furn. quem ferè ad verbum recitat, & sequitur Iacobin. in tractat. feudal. in verb. & cum molendinis. Et proponit quatuor capita, quorum secundum, & tertium in aliquo non videntur habere dubitationem dum in secundo præsupponit fuisse expressum numerum personarum quibus promissio facta est, & in tertio præsupponit fuisse expressum de omnibus liberis, & quo ad tempus præsupponit fuisse specificatum temporale in quo non cadit magna iniquitas, vel simpliciter annuatim quod non obligat vltra annum l. item quæritur §. fin. ff. locat. vel perpetuum quod reincidit in primum casum. Et sic dubietas est in primo casu vbi promissio facta est in perpetuum cum dictione omnibus, vel æquipollenter, prout communitati admittenti augmentum, vel diminutionem ex vi sui nominis vniuersalis, vt in l. peculium in principio ff. de pecul. & in l. penult. vbi glos. ff. de fund. instruct. & instrum. legat. sicut vbi paciscitur familia

milia, monasterium, Vniuersitas, Et similiter dubietas est in quatto casu ob regulam, quod indefinita æquipollet vniuersali, & in his duobus casibus sunt opiniones hinc inde.

Quamobrem distinctio non conciliat Doctorum opiniones contrarias quemadmodum author conciliare velle profitetur, sed in vtroque casu propriam affert opinionem adhærens in primo negantibus refrenationem contra illam concedentes, & adhærens in quarto illā concedentibus contra illam negantes. Verum est autem quod licet Altamurani satis confidenter allegent pro illis hunc Authorem in primo casu tamen ipse opinor quod eius sententia est pro nobis, quoniam licet concessio facta sit Vniuersitati, quæ potest crescere, & decrescere, & sic videtur obstare opinio Veronens. in primo casu, tamen concesio non respicit ipsas personas, quæ possunt minui, & augeri vnde concessio deueniret minus, vel magis onerosa sicut esset in exemptione alicuius passus, vel gabellæ rerum comestibilium, vel in concesione lignandi molendi, coquendi, & similium, quæ plus, vel minus important iuxta maiorem, vel minorem numerum personarum, sed concesio est vt pascua sumant animalia Vniuersitatis Altamuræ. Et sic nihil ad nos augeri, vel diminui homines Vniuersitatis, quorum augmentum tamquam prouisum sub illo nomine vniuersali apro comprehendere augmentum, vel diminutionem mouit aliquos, & cum illis Veronensem ad refrenationem non concedendam, sed illud quod ad nos attinet est augmentum animalium de quibus Priuilegium loquitur indefinitæ concedens Vniuersitati, vt possint eius animalia pascua sumere. Vnde potius casus noster deciditur per Veronen. in quarto casu, vbi loquitur de concessione indefinitè facta Titio, & filijs, pro qua opinione facit quod in rebus ma-
6 gni præiudicij sermo indefinitus futura non comprehendit, vt per Bart. in l. final. C. quæ res pignor. oblig. poss. Iason in dicta l. quo minus nu. 141.

Sed vt loquamur etiam de primo casu, vbi
7 concesio facta est, quoad tempus perpetua, & quo ad concesionarios vniuersalis, ex vi nominis, vel ob expressionem, vt supra diximus. Certè nemo ex affirmantibus refrenationem debere fieri ignorat illud verbum omnibus, vel ipsam communitatem comprehendere augmentum ex proprietate sermonis, vt supra diximus, & probatur etiam in l. si seruitus ff de seruitut. vrban. præd. & in l. si quis domum ff. locat. & in cap. quanto, vbi glosa in verbo indulgemus extra de decim. & in cap. si Romanorum 19. distinct. Sed considerant alias regulas, nempè quod infinitas est euitanda l. fin. C. de sacrosanct. Eccles. Nec est verisimile quemquam voluisse in infinitum se obligare l. 4. in fin. ff. de pericul. & commod. rei vendit. l. fideicommissa §. si quis decem ff. delegat. 3. Et proinde credi oportere loquentes non perpendisse rigorosam illius loquelæ proprietatem, sed fuisse intuitos statum rei tempore contractus paulo plus, vel minus non autem, vt obligatio in excessum intollerabile augeretur contra text. in l. damni §. si is qui ff. de damn. infect. & in l final. §. item quæritur ff. de liberat legat. Et proinde non esse ferendum, vt promissor inopinato grauamine oneretur, vt in cap. quanto de censibus, & cap. sugestum, & cap. ex parte extra de decim.

Sæpe enim, & verba impropriari per-
8 mittitur ne mens impugnetur leg. qui concubinam in §. qui hortos cum glosa final. ff. delegat. 3. Habetur per Loffred. quem refert, & sequitur Minad. in constitut. in aliquibus num. 30. & per Iason in consil. 173. num. 13. volum. 2.

firmanter, & sic iudicandum esse tradit officio Iudicis, quod etiam nimis affirmanter tradit Iason in dicta l. quo minus num. 140. & 141.

Et in hoc vt cesset etiam officium Iudicis nō
13 legimus aliquem hoc affirmantem imò Innoc. in eo c. quanto licet ex iuris rigore dubitet, defert tamen remedio, quod est intelligendum saltim officio Iudicis dum mouetur ex eo text. quem fundauimus procedere iuridice, & non de potestate absoluta Alber. & Anchar. supra relati se declarant dubitare de stricto iure, sic aditum relinquentes æquitati, & officio Iudicis Alex. vero qui in supradicto cons. 178. liberius fuerat loquutus acriter notatur per Apost. ibidem dicentem quod citra affectum clientis fuisset Alex. ipse aliter loquutus, & forte non fallitur nam ab opinione cōmuni Alex. raro recedit, & nostra opinio saltim ex officio Iudicis patet ex supradictis quod est communissima.

Quarto denique pro nobis hic articulus iudicandus est, quia concessio Altamutanis (prout legitur in eorum priuilegio) non est ex contractu vltro citroque obligatorio; & sic non ex causa onerosa, sed ex mera gratia, & sic ex causa lucratiua, quo casu refrenationem saltim officio Iudicis non denegari affirmat idem Innoc. in dict. cap. quanto, quem sequitur, & commendat Abb. ibidem nu. 11. Et hic casus non reijcietur saltim vti limitatio ab alijs, paucis qui Innocentium quasi Antesignanum pro opinione negatiua sequuti sunt. Amplectentur autem hunc casum tamquam fortiorem omnes præfati qui etiam ex causa onerosa refrenationem admittunt saltim ex officio Iudicis, Et multo magis reliqui illam concedentes etiam iure actionis, vt supra deduximus.

Quam ob rem vix credam in casu nostro Sacrum Consiliū denegasse refrenationem ex iuris articulo contra nos habito pro veriori, sed opinor potius factum defecisse, quoniam & si nostri testes dicunt maximum esse numerum Animalium Terræ Altamuræ, tamen nemo dicit quod erat valdè minor tempore Priuilegij, & licet hoc sit verisimile tamen non est probatum, & actore non probante reus absoluitur, deficit enim fundamentum, vt præsens augmentum deduxerit Priuilegium ad iniquitatem. Et proinde (iam quod probario per testes in re adeo antiqua est difficillima) si ex aliqua scriptura probari posset ista minor quantitas tempore Priuilegij vnde ob augmentum in præsentiarum deductum sit ad iniquitatem, defendetur reclamatio non sine maxima spe victoriæ ob præsens factum nouiter deducendum. Et tunc agemus de modo refrenationis arbitrio Iudicis, vt in l. videamus §. pen. & in l. in actionibus ff. de in lit. iur. in l. Arbitrio in princip. ff. de dol. & in l 3. §. præterea ff. ad exhibend. Iudex autem duo præ oculis habebit. Primo qualitatem rei, & consuetudinem regionis, vt per aliquos in titul. de feud. §. 1. glos. 8. num. 53. Secundo, vt Dominus non admodum lædatur in occupatione magnæ partis, vt per Stephan. Bertrand. in consil. 37. lib. 1. & consil. 75. circa finem lib. 2. per Couar. practic. quæst. cap. 37. per Afflict. in constit. cum per partes Apuleæ in 4. quæst. Sed hoc ius, aut mensura, aut tempore diuidatur, vt in l. Arbor in fine ff. commun. diuid. Sed eius temporis Animalium probatione deficiente quid fieri possit excellentiæ tuæ prudentia iud cet, atque mandet.

Deo Gratias.

Non adhuc decisa.

SVMMARIVM.

1 *Martinus Quintus Columnensis Pontifex Maximus. Quale fideicommissum instituerit, & num. 4.*
2 *Maioratus vel fideicommissum institui potest, tam in vltimis voluntatibus, quàm in contractibus inter viuos.*
3 *Acceptatio primi acquirentis maioratum prodest omnibus successiuè vocatis.*
5 *Masculos vocari in maioratu, vel fideicommisso indicat agnationis conseruationem fuisse prospectam.*
6 *Agnationis conseruationem fuisse prospectam indicat masculos vocari cum dictione in perpetuum.*
7 *Descendentes dicuntur omnes absq; temporis præfinitione & proinde vocare descendentes indicat fideicommittentem prospicere agnationis perpetuitati.*
8 *Fideicommissum potius quam vulgaris substitutio colligitur ex dictione in perpetuum.*
9 *Fideicommissum reale, & perpetuum censetur inductum per clausulam, vt bona conseruentur in familia.*
10 *Alienationis prohibitio indicat fideicommissum reale, & perpetuum.*
11 *Alienationis prohibitio inducta à lege, vna cum expressa prohibitione inducta per disponentem operatur auocationem bonorum alienatorum non expectata morte alienantis.*
12 *Masculinitatis qualitas repetita cum exclusione fœminarum inducit perpetuum fideicommissum.*
13 *Filiorum vel nepotum appellatio restringitur ad primos filios, vel nepotes, sed comprehendit descendentes in infinitum, quando adest coniectura fideicommissum fuisse in perpetuum institutum.*
14 *Filij vel nepotes intelliguntur etiam vlteriores descendentes quando, & vlterioribus est prouisum.*
15 *Nepotes intelliguntur de tota linea descendenti quando toti lineæ est prouisum.*
16 *Fideicommissum alterari non potest in præiudicium vocatorum.*
17 *Ea quæ habentur à genere semper sunt descendentibus incolumilia.*
18 *Princeps non dicitur præiudicare in his quæ ignorat, nec etiam scienter sine causa, & num. seq.*
19 *Maioratus non potest alterari per Principem nec ante nec post illius acquisitionem in præiudicium vocatorum sine iusta causa, & num. 20.*
20 *Feudum ex pacto, & prouidentia etiam cum consensu Principis alterari non potest in præiudicium vocatorum.*
21 *Renunciatio non extenditur ad bona debita ex fideicommisso nisi specifice exprimatur inspectis verbis illius dispositionis.*
22 *Renunciatio quantumuis prægnans non extenditur ad ignorata.*
23 *Hæres grauati adeundo non se præiudicat quo ad fideicommissum primi testatoris.*

ALLEGATIO XXIV.

Pro Illustrissimo Cardinali Ascanio Columna.

In Dei Nomine Amen.



ET si speramus masculos de primogenito in primogenitum ab Excellentissimo gloriosæ memoriæ Marco Antonio Columna descēdentes diutissime duraturos, & illis omnes de familia prospecturos sicut nunc prospicit Illustrissimus Cardinalis tamen quia ad conuentiones, & concordias inter eius domus Illustrissimos Dominos perficiendas expedit scire num extet fideicommissum siue maioratus in bonis quæ Martinus Quintus Pontifex Maximus donauit filijs sui fratris, & nū (quatenus extet) dicatur exclusus ab ipso maioratu Illustris. Cardinalis Ascanius Columna vtrumque caput breuiter attingemus.

Et

Et quod ad primum sicut aliquando in
1 familia prospici solet primo genitura, & aliquando tota familia, ita iuxta hunc secundum casum arbitror præcipuum finem Martini Quinti Summi Pontificis dum in Anno M. CCCC. XXVII. donauit Ciuitates, Castra, & Terras Antonio Prospero, & Odoardo filijs Iordani fratris, & masculis ex eis descendentibus in perpetuum, fuisse, vt suæ vetustissimæ, & nobilissimæ familiæ dignitas, ac memoria perpetuò conseruaretur, & nè diuitiæ ab eius familia egrederentur, vetuit castra alienari, fœminas perpetuò exclusit, masculos de domo vocauit, inter quos perpetuum instituit fideicommissum. quod factum fuisse apertissimis medijs demonstratur.

Est autem notiss mi Iuris fideicommissum
2 non solum celebrari posse in testamento, vel codicillis, verum etiam in contractu, vt est casus in l. vt hæredibus ff. ff. de leg. 2. l. quoties C. de donat. quæ sub modo notat Aymon. consil. 19. numer. 18. Paul de Castr. consil. 347. & consil. 384. Soccin. Iun. consil. 142. numer. 11. lib. 3. Berengarius Fernandus in l. in quartam num. 239. ff. ad l. falcidiam, & nedum temporale fideicommissum fieri posse, vt post certum tempus donatarius rem alteri restituat, vt tradit. Bar. in l. qui Romæ §. Flauius ff. de verb. obligat. verum etiam perpetuum, & absolutum fideicōmissum in fauorem familię, & descendentium ex ea, ità vt dominiumterum donatarum, & fideicommisso subiectarum post mortem vnius ex descendentibus, alijs sequentibus acquiratur quo casu sufficit à primo donatario fuisse acceptatum, vt ad omnes descendentes irreuocabiliter pertranseat, vt punctualiter tradit Ludouicus Molin. de primo genijs lib. 4. c. 2. nu. 75.

Dum ergo Summus Pontifex Martinus in-
4 tendens conseruare bona, Ciuitates, & Castra in sua familia Columnensi, titulo donationis causa mortis, donauit inter cætera Castrum Neptuni Antonio Columnæ eius nepoti ex Iordano fratre, (à quo descendunt Domini Cardinalis, & Connestabilis,) & filijs masculis legitimis, & naturalibus natis, & nasciturís in perpetuum sub conditione, quod si ipse, & descendentes ab eo, quandocumque decesserint sine filijs masculis legitimis, & naturalibus, fœminis semper exclusis, eius integra portio sit, & esse deberet superstitis, vel superstitum fratrum suorū vnius, vel plurium, qui post præmorientis mortem reperirentur, & sic deinceps in perpetuum, subiungendo perpetuam prohibitionem alienationis dictorum Castrorum, & Ciuitatum. Ex quibus verbis non est ambigendum fuisse inductum simplex, & perpetuum fideicommissum.

Primo hoc fundatur dum vocat masculos
5 descendentes ab Antonio donatario expresśio enim masculinitatis indubitatam præbet coniecturam agnationem per fideicommissum fuisse prospectam, vt notat Bal. in c. 1. nu. 3. & ibi Aluar. col. 2. quemadmodum feudum ad filiam pertineat Cyn. in l. 1. C. ad l. Iul. de adulter. Bal. in l. maximum vitium nu. 2. C. de liberis præter. Socc. cons. 12. nu. 2. cū seq. lib. 3. Ruin. cons. 111. n. 15. lib. 2. Laurus de Palatijs in tract. de succeśs. masculo ū exclusis fœminis par. 2. nu. 21. Paris. cōs. 8. vbi plura nu. 9. & seq. vol. 3. Dom. n. Papa vocauit masculos ad succeśsionem, voluit Castra in familia conseruari, per quos tantum nomen familiæ retinetur §. cæterum instit. de legit. agnat. succeśs. l. 1. § denūtiare ff. de ventre inspiciendo Bar. in l. 2. §. videndū ff. ad Tertullianum, & consequenter fideicommissum inducitur l. cum ità §. in fideicommisso, & l. peto. §. fratre ff. de leg. 2.

Secundo demonstratur ex quo vocat ma-
6 sculos in perpetuum, & sic expreśsè voluit fideicommissum non extingui in 1. gradu, sed ad vlteriores gradus illud transferri, perpetuariq; Castra, & Ciuitates in agnatione per succeśsiuas, & sub-

A 2 rogatas

rogatas generationes masculorũ, quod verbũ in perpetuum id importare certũ est, vt notant Bart. Bald. & Albericus in l. eum debere Columnã, ff. de seruir. vrbanorum prædiorum, Bar. in l. Iurisperitos in princip. ff. de excus. tut. & in l. qui saltum, ff. de leg. 3. Ias. in l. videamus §. deferre ff. de in litem iur. n. 8. & 9. Dec. cõsil. 516. nu. 15. Paris. cons. 72. n. 85. lib. 4. Philippus Portius lib. 1. cõmun. conclus. regula 17. limit. 2.

Tertio, Hæc dispositio præsefert tractũ tẽ-
7 poris successiuũ, dũ vocat oẽs descendẽtes, & nascituros masculos, quo casu certũ est cõtinere in se tractũ tẽporis successiuũ cũ descendentes dicantur vsq; in infinitũ §. 1. in Auth. de hæred. ab intest. venient. l. fin. C. de suis, & leg. l. cognoscere §. fin. ff. de verb. signif. & quando fideicõmissum est relictũ inter descendẽtes oẽs comprehẽduntur etiam in infinitũ Dec. cons. 222. cumulat Franc. Mãtica de cõiecturis vltim. volunt. lib. 8. tit. 11. in principio, & continent tractũ successiuũ cum diuersis temporibus nascantur, vt notãt Bar. & Doct. in l. Gallus, §. instituens, & §. quidam rectè, vbi Rubeus Alexandrinus notat num. 64. & 70. ff. de liber. & posth. & quando dispositio continet in se tractum temporis futurum, omnes cẽsentur grauati, & vocati per fideicõmissum sequentibus restituere, vt tradit Raphael Cumanus in l. cum ità §. in fideicõmisso num. 4. ff. de leg. 2. Dec. cons. 205. num. 9. & cons. 253. num. 1. pulchrè Ludouicus Molin. de primogenijs lib. 1. c. 6. nu. 15. & cap. 5. num. 27. in fine eod. lib. vbi concludit q̃d quãdo dispositio continet tractũ tẽporis futurum cũ clausula
8 in perpetuũ censetur inductum expressum, & perpetuum fideicommissum, & vocati admittitur per fideicommissum, & non per vulgarem substitutionem, q̃d Lucidius demonstratur ex geminatione tot clausularum tractum tẽporis demonstrantium, quod cum maxima ratione factum fuisse credendum est ad arguendã eius enixam voluntatem instituendi perpetuum fideicõmissum, copulauit enim hæc quatuor, quorum quodlibet importat tractum temporis videlicet masculos nasciturus descẽdẽtes deinceps in perpetuum, nã clausula deinceps idẽ importat, quod tempus fururum, & successiuũ, vt notat glos. in clem. Eos de regularib.

Quarto, Ostenditur, dũ voluit castra, & ciui-
9 tates in masculos descẽdẽtes ꝑpetuò cõseruari, cẽsendũ est absolutũ fecisse fideicõmisũ, alioquin quomodo possẽt bona perpetuò cõseruari, nisi ꝑpetuũ, & absolutũ fideicõmissum induceretur, vt bene considerat Card. Paris. cons. 92. nu. 43. vol. 2. Aret. in l. qui Romæ §. cohæredis col. 2. ff. de verb. oblig. Michael Crassus lib. cõmun. sent. tit. de fideicom. q. 5. n. 8.

Quinto, dũ prohibuit expresse alienationẽ descẽdẽtibus in perpetuũ Ciuitatũ, ter-
10 rarũ, & castrorũ, ex qua prohibitione expressũ resultare fideicõmissum, magis cõmunẽ opinionẽ esse dicit Tiberius Decianus cõs. 41. nu. 36. vol. 1. & cõs. 44. n. 47. vol. 3. sequitur Franc. Mãtica de coniect. vlt. volunt. lib. 11. tit. 3. num. 14.

Sexto, Id firmatur ex verissima Doct. cõclusione, ꝙ q̃n cõcurrit tacita legalis ꝓhibi-
11 tio alienãdi, quæ resultat ex restitutione rei, quã tenetur facere masculus descẽdẽs alteri descẽdenti ex reg. tex. in l. fin. §. sed quia nostra, & §. fin aũt C. cõmun. de leg. & l. seruo legato §. 1. ff. de leg. 1. cũ expressa prohibitione alienãdi facta per disponẽtẽ inducitur adeò expressũ fideicõmisũ, vt vno alienanre nõ sit expectãda mors illius, sed statim sequẽs masculus admittitur ad reiuẽdicandũ alienata, vt notat glos. cõmuniter recepta in l. cũ pater §. libertis in vers. ne id alienarent ff. de leg. 2. & ibi hoc notat Paulus de Castro, & idẽ Paul. de Cast. in l. filiusfam. §. Diui n. 7. ff. de leg. 1. vbi Ripa n. 47. Ambros. Opizon n. 4. Claud. nu. 12. Crottus nu. 36. Suar. alleg. 3. Grat. cons. 21. n. 34. lib. 2. Hieron. Zanca in l. hæredes mei §. cum ita num. 405. ff. ad Trebell. cùm ergo in casu nostro inter masculos descẽdentes ab Antonio vnus teneatur alteri

castra,

castra,& Ciuitates restituere,& sic ex illa restitutione nascatur tacita legalis prohibitio, quæ vnita cum expressa prohibitione, quam fecit Summus Pontifex Martinus parit fideicommissum adeò expressum, vt alienata statim reuocari possint non expectata morte alienantis; & dato quod proximior consensisset alienationi; eius consensus non præiudicaret sequenti in gradu, quin sequens reuocare possit, vt magistraliter docet Fulgosius in l.quoties ab omnibus, quem ibi sequuntur Corneus, & Iason nu.20. C.de fideicommissis. Crotus in l.filiusfam.§.Diui nu.148.ff.de legat.1. Alciat. in l.pronunciatio §. familiæ in glos. in verbo agnatos ff.de verb. & rer. signific. Dec.cons.395.in princ. cumulat Tiraq. in primo Retractu §.primo glo.9. nu.54 86.& 142.pulchrè Bald.in cap.1. §. hoc quoq; col.7.de success.feud.Curt. Iun. de feud.par.4.num.154.

Septimo quādo qualitas masculinitatis pluries repetitur, & disponens vltra quod
12 vocauit masculos, exclusit penitus fœminas, mandando eis assignari quantitatem certam pro dote, inducitur expressa coniectura fideicommissi, Curt.Iunior consil.43. Aymon. consil.130.Hieron. Zanca in l.hæredes mei §.cū ita nu.170. ff.ad Trebell. cum cumulatis per Antoninum Thesaurum in decis.Pedemontana 96.num.27. in nouis. In hac donatione voluit Summus Pontifex fœminas excludi per masculos, repetendo sæpius qualitatem masculinitatis, mandans fœminas excludendas dotari per masculos excludentes cum dote aureorum sex mille, & consequenter sine dubio videtur habuisse respectum ad bona conseruanda in agnatione, & Familia Columnensi, cuius splendor augeri, & conseruari per masculos, & non per fœminas nemini notum non est, ex traditis per Albertum Ruum in tractat. de statuto excludente fœminas propter masculos, atticulo tertio,num.7. in prima parte.

Nec perpetuum hoc, & absolutum fidei-
13 commissum dubium reddere possunt verba illa apposita in donatione ibi ad fratres superstites, ipsorumque filios, & nepotes, quasi voluerit restringere fideicommissum hoc ad nepotes tātum, illudq; ad vlterioris gradus descendentes non extendi: Nam cum ad dicta Castra,& Ciuitates vocentur omnes descendentes consequens est, vt voluerit fideicommissum illud esse perpetuum, & ea interpretatio capienda est ex qua perpetuitas ipsa in omnes descendentes consetuetur,non autem ea ex qua statim substitutiones in primo gradu filiorum, vel secundo nepotum finiantur, ac terminentur. Ideoque communis, & vera resolutio est, quod quando constat de voluntate disponentis, quod velit vt sua dispositio sit perpetua, verbum filiorum,vel nepotum non solum ipsos, de quibus fit mentio comprehendit,verum etiam omnes descendentes, vt declarat optimè Curtius Iun. consil.111.nu.10. cum seq.Soccin.consil.150.col.3.lib.2. Gozadinus consil.36 num.11.Dec.consil.498.num.19.Paris.cons.72.nu.107. lib.4. Tiraq. de primogenijs quæst.40. num.156. Socc. Iun.cons.108. num.2. lib.2.Couar.pract.quæst.cap.38.num.6. & 7. per text. in l.liberorum,ibi nisi voluntas testatoris aliter se habeat ff. de verb. & rerum signific.

Rursus quando disponens prouidet descendentibus sibi incognitis,prout Martinus Pontifex fecit dum donauit An-
14 tonio,Prospero,& Odoardo nepotibus suis,& eorum filijs masculis legitimis, & naturalibus,& nasciturís in perpetuum, verbum filiorum, vel nepotum non solum ipsos, verum etiam omnes descendentes in infinitum comprehendit, ita punctualiter Ioannes de Imola in l.Gallus §. Instituens in fin. versic. sed potes dicere ff.de liber. & posth. quē sequuntur ibi Socc.nu.5.Alex.nu.7.Ias.nu.23. Socc.in l.cum Auus nu.8.ff.de cond. & demonst.idem Soc.cons.43.nu.3. lib.3.

A a 2 Præ-

Præterea quando dispositio est indifferens quoàd gradus, prout est in casu nostro,
15 in quo omnibus gradibus descendentium absq; particularis alicuius affectione prouidetur, verbum filijs, vel nepotibus totam lineam descendentium comprehendit, ità decidit Bald. notabiliter, in c. quæ in Ecclesiarũ nu. 39. de constit. Sequuntur Iason in l. de quibus nu. 20. ff de legib. Dec. consil. 299. num. 8. Carolus Ruin consil. 35. num. 3. & 14. lib. 3. Paris. consil. 52. num. 24. lib. 2. Antonius Gabriel in titulo de verb. signific. nu. 36. Ex quibus patet fideicommissum extare, & comprehendere hunc Ascanium Illustrissimum Cardinalem.

Quoad secundum vtrum ipsum excludat dispositio gloriosæ memoriæ Marci Antonij Columnæ patris dñi in anno 1569. in his Ciuitatibus, & Terris instituit hoc aliud genus maioratus ad me transmissi,
16 cui eodem anno reperitur assẽsum præstitisse Pium Quintum fęlicissimæ recordationis; Credo Excellentissimum Patrẽ non potuisse etiam cum huiusmodi consensu Pontificis mutare formam succedendi in his Ciuitatibus, & terris familiæ deferendis ex dispositione Martini, cum
17 filij hoc non habeant ab eo, sed à genere, & consequenter eis reseruari debet incolumen l. 3. ff. de interdict. & releg. l. quia perindè, & l. si patroni §. 1. ff. ad Trebell. l. pro hærede §. si quid tamen ff. de acquirenda hæreditate l. familiaria ff. de religiosis, & sumptibus funerum, l. ius sepulcri C. eodem titulo, cùm succedentes in ijs castris non habeant illa ab vltimo, sed à primo l. cohæredi §. cùm filiæ ff. de vulg. & pupill. nec assensus Pontificis obstat, nam dico quod in assensu præstito per Pium Quintum. Maioratui
18 nulla est facta mentio fideicõmissi Martini Quinti, vt ex eius lectura euidenter apparet. vbi verbum nullum de fideicõmisso prædicto, & cum de eo nulla inspiciatur facta mentio non est disputandum si potuit, vel non potuit tollere fideicõmissum, & præiudicare familię, quia cum non constet de voluntate, frustra est disputandum de potestate, quamuis de
19 Iure vera sit conclusio, & cõmunis Principem supremum, siue ante purificatum fideicommissum, siue post sine legitima causa, ius fideicommissi tollere non posse, per text. in l. si testamentum C. de testamentis, vbi Fulgosius, Corneus, Romanus, Iason, & cæteri notãt: & latè prosequitur Couar. lib. 3. var resolut. cap. 6. num. 7. Antonius de Padilla in Auth. res quæ num. 118. C. commun. deleg. & per plura comprobat Pinellus de rescindenda venditione in rubr. in prima parte cap 2. num. 19. eum seq Aymon. consil. 135. num. 20. & num. 30. & quando maioratus est institutus, & Ius est quæsitum primogenitis per Principem Ius illud in eorum præiudicium auferri non potest, vt latè comprobat Ludouicus Molina de primogenijs lib. 1. cap. 8. num. 31. vbi etiam firmat causam iustam non præsumi, illamque omninò esse probandam citatis substitutis de quorum interesse agitur, ex regula l. nam ità Diuus ff. de adoptio.

Minimèque potuisse præiudicium inferre quond. Dominum Marcum Antonium fideicommissarijs nec de per se, nec etiã cum consensu Summi Pontificis, latè cõ-
20 probat Decius consil. 284. num. 10. & consil. 689. per totum consilium, & consil. 445. late Iason in consil. 1. num. 5. volum. 1. Afflict. in decis. 386. Et cum feuda ex pacto, & prouidẽtia antiqua æquiparentur fideicommissis, & sæpè ad comprobandam conclusionem, si pater filio vel agnatus agnato præiudicium afferre possint in feudo prædicto argumentum sumunt Doctor. à fideicommissis, vt pluries fecit Isernia in cap 1. de successio. feudi nu. 9. & in c. 1. an agnatus nu. 9. & in cap. 1. an vassallus feudo priuetur num. 5. & concludunt non posse præiudicare vnum alteri, sicur in fideicommisso, vt notat Pernus Siculus in cõs. 4. 6. 8. 12. & 22. Consilijs, & fusissimè id cõprobat Cumia Siculus in repet. c. si aliquem

quem in verbo antiquis num. 143. & nu. 174. cum seq. vbi concludunt quod nec vassallus de per se, nec Rex, nec simul mutare possunt antiquam formam inuestituræ in feudo ex pacto, & prouidentia antiquo in præiudicium agnatorum, quibus per contractum fuit ius quæsitum.

Vltimo non obstat si dicatur Illustrissimum
21 Dominum Cardinalem approbasse testamentum paternum dum in eo fuit institutus hæres particularis in Castris Marini, & Roccæ Papalis, quorum reperitur adeptus possessionem post mortem patris, nam ex hoc inferri posse non puto, quod præiudicium sibi intulerit in fideicommisso Martini, cum indubitata sit regula numquam censeri renunciatum fideicommisso nisi inspectis, cognitisque verbis testamenti ex nota regula in l. de his, ff. de transact. l. 1. §. 1. ff. quemadmodum testamenta aperiantur l. fin. C. de iur. iur. specifica enim requiritur renunciatio fideicommissi, nec sufficeret generalis, & vaga renunciatio Iurium, & fideicommissorum, sed oportet, & expresse dicere quod renunciat fideicōmisso dependenti ex tali contractu, vel testamento, adeò Doctor. requirunt specificam mentionem, quod non sufficiat mentionem facere de fideicommisso in genere, ita Bar. in l. qui Romę §. duo fratres q. 5. num. 18. ff. de verb. oblig. & communem dicūt ibi omnes Doctores, vt Ias. nu. 104 Crotus num. 59. vers. Sed istis non obstantibus, præsertim quando fideicommissarius ignorat fideicommissum, prout in casu nostro, nā tunc nullo modo per quemcumq; actum sibi præiudicat l. mater decedens ff. de inoff. testam. l. de ætate §. ex causa ff. de interrog. act. cum renunciatio innitatur voluntati renunciantis, & ignorans nullam præsumatur habere voluntatem l. ex maleficijs §. longe minus ff. de actio. & obligat. immo quando quis dubitat an sibi competat ius aliquod, & facit actum, per quem præsumi potest renunciasse, renunciatio non inducit, nisi plenè certioratus sit de iuribus suis, vt notabiliter concludit Bar. in l. fin. in princ. C. de furtis, sequitur Ias. in l. in repudianda num. 1. ff. de acquir. hæred. & consequenter cum re vera Illustrissimus D. Cardinalis numquam nouerit fideicommissum, nec id verè probari poterit, præsertim ob longam moram, quam fecit in Hispania per annos ferè quindecim, & adolescens discesserit ex Italia, & sumus in facto alieno, & antiquo, in quo verisimilis pręsumitur ignorantia, proculdubio fatendū est per hunc actum facti ità rudem, & informem scilicet ex captura possessionis Castrorum Marini, & Roccæ Papalis Illustrissimum Dominum Cardinalem nullum sibi intulisse præiudicium respectu fideicommissi memoriæ æternæ Martini Quinti, & præcipue prædicta procedunt cum nō sit hæres patris, vt teneretur ipsius factū ratum habere, sed hæres particularis, qui habetur loco legatarij l. quoties C. de hæred. instit. & l. 1. §. si ex feudo ff. eodem titulo.

Postremò pro Domino Cardinale est text.
23 expressus in l. irritum C. ad l. Falcid. vbi est casus quod si quis est grauatus restituere post mortem suam hæreditatem Titio, & talis grauatus instituat hæredem Titium, & Titius adeat hæreditatē, quod nihilominus habebit fideicōmissum præcipuum, nec ex eo quod adiuit hæreditatem amisit fideicommissum, nec illud confusum fuit; Et sic Illustrissimus Cardinalis non modo dum fuit hæres particularis, sed etiā si fuisset hæres vniuersalis, & hæreditatem Marci Antonij adiuisset proculdubio respectu fideicommissi prædicti fatendum est per aditionem prædictam nullum sibi pręiudicium intulisse. Et ex his apparet de iustitia Illustrissimi D. Cardinalis ne dum super pretio Castri Neptuni verū et super eius dominio, quod omninò vti vocatus in fideicommisso Martini pro sua parte reiuendicare posset ex nota regula in l. fin. §. sed quia nostra, & §. sin autē sub conditione C. commun. delegat. Et vbi diui-

sio

sio non admitteretur posset aliorum partem in pecunia offerre, vel suam recipere.

Deo Gratias.

Circa euentum legenda est Allegatio subsequens in princip.

SVMMARIVM.

1 *Vita Militia debetur laicis, & clericis siue pauperibus, siue diuitibus. Et in eam non imputatur relictum secundogenito num. 2. Sed controuertitur in allegat. sequenti num. 1. cum seqq. & limitatur ibidem num. 9.*

3 *Legitima compensatur cum legatis à patre factis, & an idem sit in vita militia, & de rationibus differentiæ quoad hoc in num. seqq. & num. 8.*

4 *Legitima dicitur æs alienum, debet relinqui in vita, & debetur in torporibus, & num. 6.*

5 *Compensatio debiti voluntarij, vel necessarij declaratur, & num. 7. cum limitationibus, vt in num. 9. & in allegat. sequenti num. 4. cum seqq.*

10 *Vitam militiam compensari cum legato an eliciatur ex tribus hic consideratis. quæ examinantur in numer. seqq. Et primo ex verisimilitudine, vt nu. 11. Secundò ex clausula quod de bonis meis ampliùs non petat, vt num. 12. Tertiò ex inconuenienti, vt num. 20.*

12 *Debitum ex particulari legis prouisione non compensatur. Controuertitur in allegat. seq. num. 3. cum seqq.*

13 Feuda *sine speciali expressione non veniunt in generali appellatione bonorum ex rationibus, & authoritatibus, vt hic & num. 15. Quid autem in feudis ad instar allodiorum vide in num. 14.*

16 *Coniectura aliqua ad dignoscendum legatum pinguius, vel è contra.*

17 *Dispositio particularis regulatur, & intelligitur sicut dispositio vniuersalis.*

18 *Institutus in aliquibus bonis cessante institutione in reliquis, habet & reliqua per ius accrescendi, vel tamquam tacitè vocatus à testatore, vel à lege, & num. 19.*

19 *Decedere potest quis pro parte testatus si habet duo patrimonia distincta.*

21 *Verba aliqua superflua censenda sunt potius quam impugnari integra dispositio.*

ALLEGATIO XXV.

Ad Illustrißimum Cardinalem Ascanium Columnam.

In Dei Nomine Amen.



Gauisus fui summopere in eo quod Illustrißima Sua Dominatio scribit scripta mea aliquid momenti attulisse ad istas conuentiones, & concordias. Sed non integrum est gaudium dum articulus vitæ militię in couentione non comprehenditur. Et ab hoc Sacro Consilio Neapolitano relinquitur decidendus. Etenim articulus in casu nostrò apud me dubius est. Dixi in casu nostro, nam præter nudum iuris articulum pro nobis disputabilem, & defensabilem, adsunt aliqua in facto, ex quibus iuris articulus admodum alteratur, & ne quispiã suspicetur me ad concordiam exhortasse, vt laborem effugerem, annotabo ea quæ iam scripsi pro huius causæ iudiciaria defensione, & hæc sunt.

In Dei nomine Amen. Credo pauca sufficere pro defensione Iustitiæ Illustrißimi Cardinalis, procedendo breuiter per aliquas conclusiones cum sola ponderatione Testamenti conditi per Excellentissimum eius Patrem de anno 1569. tum aperti, & publicati in anno 1585. Vnà cũ cędula eiusdem manu integrè scripta, & recognita per multos testes fide dignißimos. Aliud enim in facto nihil est,

quod

quod faciat ad ipsam causam. Et quia extra causam pars exagerat taciturnitatē Cardinalis per aliquos annos, licet hoc responsione non indigeat, quia tempus non est modus tollēdæ obligationis, tamen ad bene esse commemoro, quod tempore mortis Marci Antonij Senioris, Ascanius in Hispanijs versabatur, negotijs occupatissimus, & paulò post Cardinalis effectus à Sixto Quinto minus decuisset vexare hunc Marcum Antonium Iuniorem qui eiusdem Summi Pontificis consanguineā duxerat in vxorem quibus alijsq; impedimentis exactis, & interim ære alieno grauatus. Tandem Cardinalis proposuit sua Iura.

Est autem fundata eius intentio, vt sibi tam-
1 quam filio secundogenito debeatur vita militia à die mortis paternæ, ex constit. Comitibus, quæ procedit, vel qd laicus sit secundogenitus, vel quod sit clericus, vel pauper, vel diues, quia cōstitutio dat indistinctè, prout ibi tradunt glos. Andr. & Afflict. & Minad. in repet. constit. in Aliquibus in verb. filiorum num. 87. & in consil. 1. num. 67. Paris. de reintegrat. cap. 40. num. 10. cum seq. Tiraq. de iure Primog. q. 75. & cæteri omnes, vt ibi, & sic passim iudicari in dies testatur Præs. de Franch. decis. 20. num. 9. & 10.

Similiter indubitata est conclusio, quod re-
2 lictum huic filio secundogenito non imputatur in vitam militiam, teste Afflict. in decis. 138. de quo licet ibi non decidendo, sed cespitando dubitet Vrsill. tamen illum firmiter sequitur Tiraq. in d. tract. de Iure primog. quæst. 75. num. 3. sequitur Lanar. (& ita fuit ibi decisum per Sacrum Consilium) in consil. 33. num. 25. & 28. Idem decreuisse Magnam Curiam Siciliæ, refert, & sequitur Petrus de Gregorio in tract. de vita milit. quæst. 5. in fin. sequitur Surdus in tract. de aliment. lib. 7. quæst. 15. num. 28. Nicol. Intrigl. in tract. feud. quæst. 57. num. 35. idem Afflict. in constit. Comitibus quæst. 14. & Scipio Bucinus in addit. ad Napod. in consuet. & si Testator in verbo in infinitum vers. circa hanc consuetudinem.

In cuius opinionis defensione non insisto, quoniam contraria nec rationem habet neq; authoritatem. Non rationem, nam regula text. in l. creditorem ff. de leg. 2. locum habet in vita militia, quę non modo apud patrem non est debitum necessarium, quinimmò nullatenus debetur a patre, sed post eius mortem a filio primogenito. Et dùm pars conatur afferre
3 simile de legitima, quæ debetur etiam post mortem Patris, & tamen relictum compensatur in legitimam l. si quando §. generaliter, vbi Doctor. præsertim Ias. C. de inoffic. testam. Debet aduertere, quod licet vita militia secundum veriorē opinionem quam posui in alleg. 20. fuerit Instituta loco legitimæ vnde obtinui deberi solum in linea descendenti, & debetur etiam clericis, & sic non est loco portionis. Et debetur etiam diuitibus, & sic non est loco alimentorum tamen respectu inducendæ compensationis distāt summore. Siquidem legitima quòad exe-
4 quutionem exigitur post mortem, sed tamē debetur à patre relinqui in vita, ità vt non relicta, testamentum sit nullum, & dicitur ęs alienum patris, vt per Tiraq. in l. si vnquam in verbo suscepit nu. 114 per Menoch. de pręsūpt. lib. 4. præsump. 109. num. 8. & 9. Vnde non mirum, si fit imputatio in tale debitum necessarium, iuxta tradita per Doctor. in d. l. creditorē. Sed de feudo nihil tenetur pater relinquere, & solū in vita præstat pater alimenta filijs, officio Iudicis, & cum eius vita finiuntur. Et post eius mortem incipit alia res nēpè vita militia deberi à primogenito. Et lex, quæ non ita confidit de fratre, statuit super hoc modum, & quantitatem, debendam Iure actionis, & pro rata legitimæ, vt secundogenitus viuat, & si opus est, militet ob quod appellatur vita militia, prout discurrunt And.
5 & Afflict. in constit. prædict. Vnde in eo, quod à patre non debetur cessat compēsatio d. l. creditorem cum reliquis traditis per Doctor. in l. si cum dotem §. si

pater ff.solut. matrim. & in l. huiusmodi §.cum pater ff.de leg.1.per Abb. & Couar.in c. officij de testam. optimè Ruin. cons.74.vol.2.num.20.

Insuper legitima debetur in corpore, vnde
6 facilius relicto corpore fit compensatio, & non ita de vita militia, quæ debetur ex
7 fructibus, ex regul.l.fin.C. de compẽsat. latè Couar.in d.c.officij de testam.nu.2. post med.Menoc.in prædicto lib 4 præ-
8 sumpt.110.num.9. Vltrà quod fauorabilior in hoc meretur esse vita militia, quæ non diuidit hæreditatem, sicut legitima, sed soluitur in minima rata annuatim ex fructibus, & morte finitur, prout considerat Tiraq. in dicta q.75. num.8. Franc.decis.20 num.10. Quibus alijsq; rationibus cõsideratis per Doctores prædictos non respondet Vrsill.qui solus de hoc dubitat, & adhuc non decidit, sed relinquit cogitandum. E contra verò Afflict. hoc firmat semel, & bis, & testatur viros eo tempore in Sacro Consilio Insignes fuisse cõcorditer in hac opinione. Iterũ hoc testatur Lanat.de eodẽ Sacro Consilio. Tertio hoc decidit summum Tribunal Regni Siciliæ, & vlterius tot viri insignes hoc idem firmarunt; Vnde, superfluum videtur amplius de hoc axioma dubitare.

Et insuper quando etiam essemus in debito, in quo caderet compensatio adhuc in
9 casu nostro cessaret ex multis limitationibus, & primo quia relictum Ascanio est subiectum restitutioni, ita in specie Capra.in consil.143.num.12.Item, quia diuisit æqualiter. Item quia vita militia est debitum annuum, prout istas duas posteriores limitationes latè cõprobat Menoch. in dicta præsumpt. 109. num. 30. & num.57. in quibus non insisto, quia satis clara est regula pro nobis, vt vita militia non compensetur, prout dictum est.

Et pars, quæ similiter hoc bene aduertit, se restringit ad verba testamenti dicens po-
10 tuisse Patrem aliud relinquere loco vitæ militiæ, prout inquit Afflict. in eadem decis.138. in fin. Idq; fecisse Marcũ Antonium, dum diuiso Statu Ecclesiastico inter tres filios in tres partes iussit secundogenitum, & tertiogenitum aliud de suis bonis non petere. Idq; importare exclusionem in vita militia. Primo ex cõiectura, ne nimium oneraret primogenitum. Secundo ex generalitate verborum comprehendentium omnia bona. Tertiò ab absurdo vitando; nam aliàs illa verba, si non excluderent vitam militiam in bonis intra Regnum, essent frustratoria, respectu bonorum in Statu Ecclesiastico, quæ pro æquis portionibus diuisit; Atq; his tribus capitibus omnes difficultates huius causæ restringuntur, verum si benè negotium perpendimus, hæc eadem ad beneficium Cardinalis Illustrissimi retorquentur.

Primò enim non est in consideratione grauamen primogeniti opulẽtissimi in tam modica summa annuorum ducat.1300.
11 in circa pro vita militia fratris, quæ morte finitur. Sed è contra Cardinalis remaneret grauatissimus. Quod rogo accuratè aduertatur. Nam pars exagerat portionem Cardinalis esse magni valoris, dicens bona in illo Statu existimari ad rationem vnius pro centenario, & hoc est vanitas, nam aut non est ita, aut non reperiretur emptor, & si reperiretur, adhuc non potest Ascanius alienare, stante vinculo paterno in dicto testamẽto, vbi vult portionem Ascanij post eius mortem venire ad primogenitum, vnde nec etiam poterat Marcus Antonius cogitare, q᷑ forte Ascanius filius venderet suam portionem, & emeret alia bona magis fructuosa Et sic stante vinculo istius portionis ad beneficium primogeniti, non possumus considerare ad beneficium Ascanij, aliud quam redditus sua vita durante, & isti redditus dicit idem pater in cedula, quod sunt annui duc. 6000. Et ipsum onerat, vt soluat tertiam partem debitorum, qui excedunt ducat. 400 mil. Quomodo ergo possumus credere, vt filium adeo dilectum, & benemeritum voluerit pater pro sua dignitate relinquere cum onere ducatorum plusquã 130 m. super bonis supra relictis in Statu Ecclesiastico

fiastico rendētibus solummodò annuos ducat. 6000. & quòd voluerit etiam illum priuare vita militia in bonis feudalibus intra Regnum? Certè dū omnia bona sunt primogeniti; & portio Ascanij similiter erit sua, omnis coniectura vult, vt saltim in vita noluerit pater illum relinquere adeo exaustum.

Secundo, non obstant illa verba (nolo quod
11 de bonis meis amplius petat) nam ex hoc non oritur exclusio a vita militia, nisi expressè dictum est quòd vita militia, non
12 petatur, vt per Afflic in dicta decis. 138 in fine, qui nō sine magno misterio est ita loquutus; quoniam hoc generale est, vt id, quod debetur ex particulari prouisione legis (sicut est vita militia) de qua constitutio Co. nitibus particulariter disponit, non comprehēdatur in quolibet relicto, etiam cum istis verbis videlicet, (nolo de bonis meis amplius petat) vel volo quod de isto relicto sit contentus, aut similibus, prout determinat Bart. in cons. 60. nu. 2. & 3. vol. 1. Vbi docet hęc verba excludere ab eo, quod peti potest iure hæreditario non autem ab eo, quod tribuitur a lege alicui etiam non vt hęredi, prout in casu nostro est vita militia, quæ debetur secundogenito vigore constitutionis. Aut instituatur, aut non instituit in alijs bonis, prout dictum est, & bene firmat idem Bart. in l. vt Iuris iurandi in §. si liberti num. 6. vers. Præterea posito quod pater ff. de oper. libert. vbi latè Alex. in addit.

Quod quidem si docet Bart. etiam respectu
13 bonorum burgensaticorum, quæ dicuntur bona ex proprio significatu, quantò magis procedet in casu nostro, vt illa dictio (de bonis) non intelligatur de feudalibus, quandoquidem feuda sine speciali feudorum expressione non veniunt sub generali appellatione bonorum c. 1. de cap. qui Cur. vend. Et omissa disputatione quando loquutio est per verbum vniuersale videlicet de omnibus bonis, quo casu, ne illud verbum (omnia) stet otiosum, disputant Doctores nùm comprehendantur feudalia, ex traditis latè per Couar. var. resol. lib. 1. c 13. Clarum est, quod in simplici appellatione bonorum, prout in casu nostro quantumuis indefinita, & generali numquam veniūt feuda cap. 1. §. in generali, vbi Doct. præsertim Afflict. num. 1. 2. 3. si de feud. fuer. controu. Idem Afflic. in decis. 14. circa finem vers. item in dicta donatione Bald. in c. 1.
14 num. 7. de success. feud. Non enim feuda ita nostra sunt sicut burgensatica, quę consideratio anzam præbuit de hoc dubitādi in illis feudis apud Gallos, & alios quæ sunt ad instar allodiū, prout aduertit Tiraq. de retract. Lignagier §. 1.
15 glos. 3. num. 12. Qua ratione cessante in cæteris feudis, cessat etiam omnis disputatio, vt per Tiraq. ibidem num. 8. Consideratur etiam, quod feuda sunt digniora, & quod eorum directum dominium est penes Regem, & habent diuersam naturam, ex quibus, alijsq; diuersitatibus à cæteris bonis concludunt Doctores omnes, quod ista vera feuda numquam in quolibet contractu, aut in quauis dispositione comprehenduntur sub generali appellatione bonorum, si ut post cæteros latè congerunt Tiraq. in loco prædicto, & in l. si vnquam in verbo Bonanum 15. Canner. omninò videndus in exttauag. Volentes sub cap. 6. quod incipit colligitur fol. mihi 25. num. 7. 11. & 12. cum seq. Vbi ponit rationes differentiæ, & num. 28. & Io. Vinc. de Anna alleg. 118. num. 1. & num. 8. Ias. consil. 6. col. fin. vol. 3. & cons. 224. vol. 2. & consil. 152. vol. 4. Aluar. in c. j num. 5. de eo, qui fin. fec. agnat. & ibi Card. in finalibus verbis, Paris. consil. 12. nu. 56. volum. 1. Loffred. in cap. 1. de natur. success. feud. versic. quid autem Grammat. decis. 101. num. 9. 10. & 11. Natt. cons. 684. nu. 12. vol. 4. Menoch. cons. 250. nu. 49. vol. 3.

Multò autem fortiùs non veniunt feuda sub istis verbis in casu nostro, in quò vltra
16 prædictam regulam generalem, adsunt etiam considerationes vrgentissimæ, qd Testator noluerit. Primo enim vrget cōiectura

iectura superius dicta ne relinqueret Ascanium ære alieno grauatissimum cum reddiru exiguo, & etiam cum onere restitutionis quo ad corpora, stante præsertim maxima qualitate Testatoris, & magna dilectione erga hunc filium, prout vtrumque examinat Marian. Socc. consil. 79. vol. 3 num. 75. & 95. Secundo vrgent verba ipsius testatoris, tàm in cędula, quod in testamento. Nam respectu cędulæ quis homo recti Iudicij poterit credere, quod voluerit testator expresse repellere Ascanium à vita militia, dum clare dicit quod habeat vitam militiam in Regno, si de Iure ad eum spectat. Porrò si noluisset dixisset vnico verbo, vt in Regno nihil habeat. Sed veritas est quod Marcus Antonius potius miles eximius, quam Iurisperitus, dubitans nùm Clericus sicut in feudo non succedit, ita etiam non succedat in vita militia super feudo, vel dubitans num vita militia, debeatur pro alimentis, quæ cessarent dum aliud relinquitur, ex his, alijsue dubitationibus ipse legum ignarus ponebat se in tuto, dicens vt habeat vitam militiam si de Iure spectat. Hæc autem dubietas non poterat esse ex parte ipsius Testatoris, qui sciebat suam voluntatem, si volebat, aut nolebat relinquere, sed dubitabat ex parte Ascanij, si ad eum spectabat, vel non spectabat quasi dicens, vt habeat si est capax, & à contrario sensu, si esset incapax se excusat, quod non in totũ est oblitus filij, dum alia bona relinquit in Statu Ecclesiastico, sed quo ad se certũ est, quod in bonis Regni nihil disponit, neq; dat, neque adimit, vel potius relinquit iam quod debetur, dum dicit habeat si debetur.

Huic intelligentiæ concinnunt etiam summopere verba testamenti, vbi numquam fit mentio de bonis Regni nisi vbi dicit, quod bona Regni Iuris dispositioni relinquit, quæ verba, aut sunt generalia respectu omnium, & remanet relicta vita militia quæ de iure debetur, aut sunt particularia respectu vinculi à testatore ordinati, vt in eo hæc feuda non comprehendantur, sed ea iuris dispositioni relinquit prout pars intelligit, & adhuc sumus in claris, dũ in toto testamento, nulla alia mentio fit de istis feudis. Imò in ista Institutione dicitur in reliquis terris in Statu Ecclesiastico. Et versari totum
17 testamentum circa bona in Statu Ecclesiastico saltim indicat quod etiam particula respiciens Ascanium intelligi debeat de eisdem bonis ex regula text. in l. qui filiabus ff. deleg. 1. & ibi Bart. & in l. vtrũ, vbi Bald. & Ang. ff. de pet. hæred. & in l. ex his verbis C. de milit. testam. Socc. in l. fin. num. 2. ff. de reb. dub. Ias. in consil. 142. num. 6. Mant. de coniect. lib. 3. titul. 9. num. 3.

Est tamen verum, quod eadem bona sita in
18 Regno spectant similiter ad primogenitum, siue quia ex forma institutionis secundogeniti habeantur tamquam legatarij, & primogenitus institutus in aliquibus bonis cessante Institutione pro reliquo habet, & illud reliquum per Ius accrescendi, iuxta l. si ex pluribus ff. de suis, & legit. cum traditis per Doctor. in l. reconiuncti ff. deleg. 3. siue quia idem primogenitus successor legitimus in feudis censetur a Testatore vocatus per tacitutnitatẽ, vt in l. 3. & l. cõficiuntur ff. de iur.
19 codicill. Siue tandẽ quia in duobus patrimonijs, & loco, & natura separatis, dũ vnum est allodiale in Statu Ecclesiastico, aliud feudale in Regno potuit iure decedere pro parte testatus, & pro parte intestatus, ex Theorica Bar. in l. 1. nu. 36. in fin. C. de summa Trinit. & fid. Cathol. vbi Alex. in Apostill. Dec. & Cagnol. in l. Ius nostrum in fin. ff. de reg. Iur. Ripa in d. l. reconiuncti num. 83. Ita quod bona in Statu Ecclesiastico habebit ex testamento uocatus ab homine, feuda in Regno habebit ab intestato uocatus à lege, ut post alios tradit Lanar. in consil. 80. num. 16. & seq. Omninò (inquam) perueniunt feuda ad primogenitum, sed cũ onere vitæ militiæ a lege debitæ, & a testatore non prohibitæ, Imò nec loquuto de illis feudis. Et

Et apparet ratio, quare de illis non dispo-
suit, nam volebat facere (prout fecit) sub-
stitutionē in quolibet gradu remotiori, exclusis fœminis, quod quidem bene procedit in Statu Ecclesiastico, vbi etiam feuda in multis iudicātur, prout allodia, non autem fieri poterat in feudis ex constitutionibus, & Pragmaticis in hoc Regno, ex quibus omnibus luce clarius patet, quod illa verba (vt de bonis meis amplius non petatur) non excludunt vitam militiam, tum ex dispositione iuris, tum ex proprietate verborum, tum deniq; ex clara voluntate testatoris.

Hæc omnia videns pars non habere respon
20 sionem, conuolat ad inconueniens, dicens, quod illa verba (vt aliud de bonis suis non petatur) essent superflua contra l.4.ff. de vsur.glos. in cap. si Romanorū 19.distinct. Nam in Statu Ecclesiastico reliquerat portionem. Vnde dum non poterat ibi aliud petere, oportet, quod illa verba intelligantur de bonis Regni, & hoc solum meo Iudicio est considerabile ad beneficium partis, sed pro clarissima respōsione possem primo dicere, quod si de iure vita militia nō tollitur per hæc verba, nisi specifice nominetur. Et si pro-
21 prietas horum verborum non comprehendit feuda, & si in toto testamēto apparet uoluntas Testatoris nolētis disponere circa feudalia huius Regni, debemus potius fateri pauca uerba superflua, quam expugnare dispositionem Iuris, & proprietatem uerborum, & deuenire ad irrationabile, ut pro duobus uerbis euertatur integrum testamentū, ut notat Bar. in l.in ambiguo ff.de reb.dub.Dec.consil.476.ad tradita per Specul.in tit.de empt.& uend.§.1.uers.quæ omnia, Bar. in l.fin.§.in computatione num.8.C. de Iur.delibet.& in l. contra uers. sed quid in statuto ff.deleg.Castr.consf.418.Quod ista mater col.3.Curt.Iunior.consil.150. num.5.

Fuere quippe talia uerba, a non Iurisperito ex abundanti adiecta quò ad bona in Statu Ecclesiastico pro quadam uberiore cautela, dum reliquerat partem primogeniti pinguiorem, & enixe volebat quemlibet esse ita contentum in illis bonis, quæ uerba licet essent superflua, apponi tamen solent, & uel apponantur, uel non apponantur. Idem est l.non recte C.de fideiussor.

Verum si bene aduertimus, neq; superflua
22 sunt uerba ista, neque contradictionem inducūt, si quidem notum est antiquum fideicommissum olim institutum a Summo Pontifice Martino Columna, in quo exclusis fœminis uocātur æqualiter masculi in infinitum, de quo fideicommisso scripsimus in allegationibus præcedentibus, & de illo mentionem facit Ruin. in consil.126.col.penul. uol.1. & Gozad. consf.87.in final uerbis. Et è Roma micti fecimus transumptum, sed neque illud præsentamus, ne causa impediatur, neq; oportet circa eius uires insistere, & sufficit, quod ex processu apparet illud notū fuisse Testatori, qui in sua cędula sciens, quod bona antiqua ex necessitate perueniebant æqualiter ad filios, fecit diuisionem, sed quoad meliorationes factas per ipsum, se declarat, quod de melioramentis per ipsum factis poterat disponere ad libitum, ergo de reliquis bonis antiquis certè sciebat, aut saltim credebat (hoc enim mihi sufficeret) non posse pro suo libitu disponere.

Hoc iacto uerissimo fundamento, intelligimus illicò quid uoluerit Testator. Ipse enim fecit diuisionem iuxta fideicōmissum, sed primogenito assignauit portionem ualde magis pinguem, insuper, & illi soli reliquit omnes meliorationes maximi ualoris, tū sciens, uel credens, quod secundogeniti peterent æqualitatem ex fideicommisso, iussit eos esse contentos, & ultra non petere, & tamquam bonus pater assignat rationem, quia respectu bonorum antiquorum, si pars primogeniti est pinguior, & dignior, est è contra laboriosior. Respectu autem bonorum acquisitorum, quæ fideicommisso non subiacent disponere potest prout uult.

Quare de istis bonis in Statu Ecclesiastico ex ratione prædicta iubet amplius nõ peti, & Ascanius, qui potuisset petere æqualitatem portionis in bonis antiquis ex fideicommisso, & potuisset super bonis acquisitis petere legitimam, tamen, vt tanto patri morem gerat, non perijt, & in illis bonis suæ voluntati acquieuit. Sed vita militia in feudalibus huius Regni, & de iure debetur, & à patre aut cõiecturas inspiciamus, aut verba ponderemus non modo adempta non est, sed potius clarissimè relicta.

Deo Gratias.

Euentus est in Allegatione sequenti.

SVMMARIVM.

1 *Feudalis successio non excomputatur cum alijs relictis.*

2 *Vita militia instituta est loco legitimæ licet in aliquo differant, vt num. 3.*

4 *Compensatur in legato quarta debita vxori inopi.*

5 *Compensatio fit aliquando speciei cum quantitate, & è contra. Et quid in debitis ex prouisione legis vide multos casus in num. 6. cum seqq.*

7 *Compensari aliquando, vel non compensari debita in legatis traditur, & ratio assignatur.*

9 *Compensari potest vita militia cum legato si testator hoc vult, & num. 11 & an voluerit, vide in nu. 14. 15. & 16.*

10 *Coniecturæ à Doctoribus approbatæ sunt sufficientes probationes.*

12 *Verba intelliguntur iuxta communem vsum, & tanto magis iuxta vsum loquentis.*

13 *Exceptio firmat regulam in contrarium ex quo aliqua inferuntur.*

14 *Parentes ad æqualitatem erga filios exortatur Imperator.*

16 *Silentium præsentis creditoris est magis considerabile in eo qui potest sibi satisfacere. Item operatur effectum, vt in l. Procula num. 17. item arguit non deberi num. 18.*

ALLEGATIO XXVI.

Siuè discursus circa Allegationem præcedentem, Ad Eundem Illustrissimum Cardinalem.

In Dei Nomine Amen.



Haec quę leguntur in Allegationibus præcedẽtibus pro tenui facultate scripsi, & forte minime contemnenda, sed non pęnitus acquiesco, vereor enim ne dubium esse negotium videatur Dominis Iudicantibus, & in dubio similiter vereor eosdem proniores futuros ad absoluendum.

Dubietas mihi oritur quoniam, & si aliqui dixerunt vitam militiam institutam fuisse loco portionis feudi, à qua secundogenitus excluditur, vt per Minad. in consil. 1. num. 66. & per Anna in alleg. 23.
1 Ex quo sequeretur, vt aliud relictum nõ excomputetur vitam militiam sicut non auferret successionem feudalem, vt per glos. in constit. vt de success. in verb. ex vtroque parente, & in constit. constitutionem Diuæ memoriæ in verbo super feudis iuxta tex. in c. 1. de success. feud. vbi Bal. col. 3. in vers. quæro verum filius,
2 & Aluar. col. 2. Tamen verior mihi videtur opinio, vt vita militia sit loco legitimæ, nam ius Francorum quod respectu successionum viget in Regno ob cõmunem formam inuestiturarum vocat ad feuda solũ primogenitum, & nihil prouidet secundogenitis; Idque facere potuit respectu portionis in qua de iure positiuo succedere debuisset secũdogenitus, sed non erat omninò priuandus legitima quæ debetur de iure naturæ,

idque

idque suppletur per constitutionem Regni. Et quia ipsa legitima quamuis per ius positiuum tolli non possit, potest tamen declarari, & modificari, idcirco Regni cōstitutio prospiciens iuri debito secundogenitis de iure naturæ prospexit etiam feudorum integritati ob interesse directi Domini. Et sic non in corpore feudi, sed in eius fructibus dedit secundogenitis vitam militiam cum eorum vita extinguibilem, vt sic viuere possint, & etiam vbi opus est pro seruitio Domini militare, vt per Camer. in cap. Imperialem fol. 102. cum alijs nonnullis qui hæc recensent, prout dixi in allegat. 20.

Et sicut verior, ita & cōmunior est opinio, vt vita militia non sit loco portionis, sed loco legitimæ, vt per glos. in constit. Comitibus, & ibi Andr. secundum verum intellectum ad eius verba portionis debitæ, & ibi Afflict. in 3 quæst. & colligitur in eius decis. 252. Bald. pluries quem refert, & sequitur Tiraquell. in tract. de iur. primog. quæst. 75. num. 5. & 8 Præs. de Franch. in decis. 20. nu. 7. & decis. 60. num. 3. & 6. Pern. in consil. 11. num. 11. Camer. in cap. Imperialem fol. 102. lit. M. Cannet. in cap. si aliquem in cap. incip. At pulcra num. 56. Cum. in ead. cap. in verbo maritata quæst. 20. num. 456. Capyc. in decis. vltima, & Pa is. de reintegr. rubr. 176. Rip. in l. in quartam num. 133

10 ff. ad l. Falcid. Legitima vero compensatur cum legatis paternis, & in illa n imputatur quicquid à patre quoquo relicti titulo peruenit in filium l. omnimodo l. scimus, & l quoniam nouella C. de inoffic. testam. & ibi Bart. Salyc. in auth. præterea num. 11. C. vnd. vir. & vxor. Alex. consil. 31. num. 2. vol. 4. Gabr. consil. 106. num. 1. cum seq. Suar. in l. 1. lib. 3. in tit. de las arras num. 37. Ex quibus dubia redditur doctrina Afflict. (non enim est decisio, sed opinio ibi relata) in decis. 138. sicut de illa dubitat Vrsill.

Et licet in allegationibus cōsiderem ad hoc

3 aliquas differentias quoniam legitima debetur in corpore, & à patre est quasi debita, & necessario relinquenda, quæ cessant in vita militia non relinquenda ex necessitate à communi patre, sed debita a primogenito & exoluenda ex fructibus, vnde & difficilior est compensa-

4 tio de specie ad quātitatem subsisto tamen quoniam quarta spectans ad vxorē inopem non est necessario relinquenda ab eius viro, & tamen omne relictum ab eius viro imputatur in illam quartam, vt in auth. Præterea C. vnde vir. & vxor.

5 Et dum text. indefinitè inquit legatum (quod esse potest speciei, vel quantitatis) in hanc quartam imputari tollit dubium si admittitur compensatio de spe-

6 cie ad quantitatem, & e contra. Et similiter dum illa quarta nec debetur in vita, nec tenetur vir illam relinquere, sed debetur, & exigitur post mortem, & tamen in illa imputatur omne relictum cōprobatur ex hoc theorica Bart. & Imol. in l. si cum dotem in § si pater ff. solut. matrim. dicentium sufficere ad compensationem, vt legatario debeatur aliquid ex prouisione legis, quem optime declarat Suar. in dicto titulo de las arras num. 35 & 36. cum seqq. Et dixerat etiam Afflic. cum alijs ab ipso relatis in decis. 44. in secundo dubio. Et in casu nostro clarum est vitam militiam deberi ex prouisione constitutionis.

Augetur dubium ex ratione quæ affertur

7 ad diuersitatem quare debitum necessarium compensatur, & voluntarium non compensatur? Quoniam (respondet glo. in l. si vxorem in fin. C. de condit. insert. & in §. ex conditionali instit. de verbor. obligat.) erat pinguius prouidendum illi qui ex facto suo, & ex sua prouisione acquisiuit ex qua ratione remanet compensatio in vita militia quæ absque vllo facto proprio debetur secundogenito ex prouisione constitutionis. Vnde talis compensatio per Bart. & Suar. qui cæteros affert intelligitur in omni debito

8 vigore legis siue communis, siue municipalis, & in hanc conformitatem imputantur legata in portionem debitam viro, uel

uel uxori, siue ex authent. Præterea, siue ex aliquo statuto sicut Bart. & Imol. loquebâtur. Et sic etiam in portionem debitam patrono in bonis liberti, ut in l. siue libertus §. 1. ff. de iur. patron. & in l. etiam in §. si debitor ff. de bon. liber. Sic in alimentis debitis post mortem, & in alijs casibus multa similia habeâtur per Doctor. in dicto § si pater, & in d. auth. præterea, ubi in specie Salicet. num. 11. Alex. num. 12. Ias. num. 18. Dec. nu. 17. Curt. num. 20. & in l. creditorem ff. delegat. 2. Couar. in c. officij de testam. nu. 2. Gomes. uar. resol. tom. 1. cap. 12. nu. 27. Alb. in cons. 17. num. 6. Alex. in l. huiusmodi ff. deleg. 1. Tiraq. de retrac. lignag. §. 1. glos. 14. num. 13. cum seqq. Corn. in cons. 292. num. 5. vol. 2. Soccin. Iun. in consil. 130. num. 20. lib. 2. Roncagall. in l. 1. num. 22. ff. de duob. reis Menoch. de arbitr. Iudic. casu 182. num. 52. Sebast. Medic. de compensat. par. 1 quæst. 31. num. 11.

Sed quicquid sit in hoc simplici articulo compensandi legatum cum uita militia in quo uidetur pro nobis esse opinionē magis communem bene concordât Af-
9 flict. & omnes sine dubio compensari si Testator ita uoluerit, neque hoc mirum nam tali casu etiam debitum simpliciter uoluntarium compensatur. Voluisse autem dicimus non modo si hoc expressit, sed etiam si coniecturis uerisimilibus cō-
10 probatur, sunt enim & coniecturæ a Doctoribus approbatæ sufficientes probationes, ut secundum illas iudicetur, ut per Afflic. in decis. 13. colum antepenult. in uers. ex istis præsumptionibus late Alex. in cons. 53. ante num. 4. uol. 1. & cons. 77. nu. 6. ubi Apost. eod. uolum. Dec. in cons. 179. col. 1. & in cap. porrecta de confirmat. util. uel inutil. Aymon. Crauet. in cons. 18. 56. & 134. Et pluries Menoch. de præsumpt. prætertim lib. 1.
11 quæst. 5. & quæst. 94. Et in specie, ut uoluisse, aut noluisse disponentem compensare colligatur; & sufficiat colligi ex cōiecturis probat tex. in l. licet in princ. ff. deleg. 1. tradunt Afflict. in decis. 44. circa med. in vers. Et si diceretur Angel. in cons. 302. Aymon. in cons. 149. Mantica de coniect. vlt. volunt. lib. 10. titul. 2. num. 1. & 2. Fanut. de lucro dot. glos. 8. quæst. 93. Simon de Petr. de interpr. vltim. volun. lib. 4. præsump. 109. in princ.

Porro in casu nostro adsunt illa verba, vt secundogeniti vltra bona ipsis relicta non amplius petant quæ verba non possunt intelligi, vt aliud non petât vigore legati. Esset enim inuerisimile dubitare num uigore legati peteretur id quod legatū non est. Et consequenter ne verba illa stent otiosa contra regulam tex. in l. si quando in princ. ff. deleg. 1. oportet, vt operentur circa debita, sed sic est quod debita necessaria per simplex legatum compēsantur absq; istis verbis, ut de suis bonis amplius non petatur, ergo ista verba, quę adsunt in casu nostro satis essent ad decidendum casum etiā fortiorem, nempè vt debitum etiam voluntariū compensaretur, ita est glos. prout illam intelligit Paul. ibi in l. creditorem ff. deleg. 2. sequitur Afflict. in decis. 44. circa fin. in vers. circa tertium, Mantic. in supradict. tit. 2. num. 25.

Cui difficultati nitor in allegationibus respondere ex eo quod in simplici appellatione bonorum non veniunt feuda. Sed responsio non est vsquequaq; tuta. Quoniam dum pater Excellentissimus (licet in allegationibus ad alium finem ponderaui) militiam nimis nihil autem iuris apices collebat poterit Iudicātibus
12 videri credibile, ut iuxta communem usum loquendi bona sua nuncupās feudalia non excluserit ex regula text. in l. si cum ante, ubi Cyn. C. de donat. ante nupt. & per Alex. in cōs. 44. nu. 7. uol. 5. Nec modo cōmunem, sed & proprium testatoris usum loquendi uidetur posse in casu nostro considerari. Ipse enim testator Excellentissimus inquit in testamento se disponere de bonis suis præterquam de feudis existentibus in Regno Neapolitano, quæ iuris dispositioni relinquit.

linquit. Et sic dum à suis bonis excipit feuda denotat quod apud ipsum illa bonorū appellatio includebat feuda, quod
13 enim non comprehenditur frustra exciperetur ex regula l. nam quod liquidæ ff. de pen. legat. Dec. in l. 1. num. 26. ff. de regul. iur. Couar. uar. resol. lib. 2. cap. 5. num. 4. Præsertim cum iusserit secundogenitos aliud non petere de bonis suis, quæ uerba ex necessitate uidentur dirigi ad bona feudalia sita in hoc Regno dū respectu bonorū in Statu Ecclesiastico nihil peti ab illis poterat quibus portionē satis pinguē vltra legitimāre linquebat.
Et dum in allegationibus nitor hæc verba interpretari, vt in Statu Ecclesiastico aliud non petāt vigore fideicommissi poterit responderi quod si tua Illustrissima Dominatio vult bona in Statu Ecclesiastico vigore fideicommissi oportet prius iudicari fideicommissum subsistere, nec obstare paternam dispositionem a secundogenitis acceptatam, sicut scripsi in allegationibus circa fideicommissum. Sed dum hoc non deciditur, & disputamus de vita militia, iuxta voluntatem testatoris quā in hoc discursu conamur ad nostrum propositum interpretari, certè ipse testator non videtur disposuisse ex vi fideicōmissi cui potius in multis aduersatur. Et consequenter illa verba in quibus conatur probare equalitatem suę dispositionis erga filios, non potuit in acie suæ mētis oriri quasi ex necessitate fideicōmissi ab ipsomet paruipensi, sed oriebatur potius ex æquali erga filios dilectione ex qua vult ostendere motū fuis-
14 se ad illam æqualitatem ad quam parentes erga liberos exhortatur Imper. in §. illud quoque vbi Angel. notat. in auth. de nupt. quam ob rem si iudicantes opinantur testatorem in dispositione bonorum existentiū in Ecclesiastico Statu credidisse disponere ex propria voluntate, & non ex necessitate fideicōmissi, oportet subsequenter inferre, vt prohibitio aliud petendi non potuerit ab ipso intelligi respectu eorūdem bonorum Status Ecclesiastici in quibus vltra quam tenebatur reliquerat nec poterat suspicari, vt quicquam vlterius deberetur, sed oportet ipsum intellexisse de vita militia quæ super feudis in Regno sitis peti à secundogenitis potuisset nisi ab eodem testatore prohiberetur.
Ad quod dum obijcitur, quod si testator hanc vitam militiam in istis verbis prohibuisset contradiceret alijs verbis testamēti in quibus profitetur feuda in Regno existentia iuris dispositioni relinquere, non enim iuris dispositioni reliquisset vitam militiam si illam vetuit ne peteretur. Et similiter contradiceret cędulę, in qua vult vitam militiā dari si de iure spectat clarū est enim quod non spectaret si alia relicta pīguiora in vitāmilitiā imputasset.
Respondebitur per conuentum quod sicut
15 nos ex imperitia legarum dubietatum defendimus voluisse testatorem vitam militiam relinquere, sed dubitasse de clericorum capacitate, & proinde dixisse ipsam relinquere si de iure spectat. Sic etiā dici potest pro eius parte quod nolebat relinquere vitam militiam iudicans sufficere bona multa relicta in Statu Ecclesiastico, sed dubitabat num quēadmodum quæuis bona relicta primogenito non imputantur in feudum cuius successione priuari non potest sine Regio assensu qui & difficiliter obtineretur, ita forte dubitabat num sine Regio assensu substineretur exclusio à vita militia in bonis feudalibus huius Regni, quantumuis alibi nimium reliquisset.
In quibus dubietatibus nocere nimium po-
16 test silentium tuæ Illustrissimæ Dominationis per annos circa viginti, Cui silētio dum accomodassem responsiones quæ in allegationibus leguntur, produxit nunc Procurator ex aduerso Baliatū quē tu Illustrissimus per annos quatuordecim intra viginti annos silentij exercuisti ipsius Excellentissimi tui fratris filij, & hinc vt opinor tria deducere conabitur. Primo debilitare meam responsionem ad silentium dum nō oportebat in iudi-

cium

cium trahere hunc nepotem adiunctum affinitati Summi Pontificis, sed poteras tibi ipsi soluere, & vitam militiam retine-
17 re. Secundo ex Computis, & sæpius calculata ratione tui Baliatus iuncta sanguinis coniunctione, & silentio vltra decennium dicet applicari dispositionem textus in l. procula ff. de probat. quam esse in viridi obseruantia testantur Afflict. in decis. 13. vbi Vrsillus num. 14. Grammat. in decis. 144. Roman. in consil. 517 colum. 5. in vers. vnum tamen, Angel. in S. fuerat num. 7. institut. de action. Imol. Dec. Calcan. & alij quos refert, & sequitur Aymon. Crauett. in cons. 159. num. 4.

Tertio colliget quod inter has dubietates
18 tu idem illustrisimus agnoscens vitam militiam non deberi illam tamdiù non retinuisti, nec petijsti ad tex. in cap. Christianis in fine 11. q. 1. in cap. decernimus 3. quæst 9. in l. vir vsuras, & in l. si seruus communis, vbi glos. ff. de donat. int. vir. & vxor. & in l. cum oportet in S. fin autē res C. de bonis quæ liber. Rom. in consil. 169. in vers. quinimmò Abb. in cap. nullus de præsumpr. cum multis ad hoc consideratis per Menoch. de præsumpr. lib. 2. præs. 91. num. 1. 7. & 8. & lib. 3. præsumpt. 135. num. 19.

Ex quibus omnibus non dico desperatam esse presentem causam, sed esse dubiam, & miror quomodo aliqui Iurisconsulti Romæ dixerint, & hinc scripserint esse pro nobis indubitabilem, & proinde si concordia subsequetur gaudebo valdè, si non subsequetur defendam, vt potero ea diligentia, & affectu quem tu Illustrisimus semper agnouisti. Vale.

Deo Gratias.

Conuentio non fuit subsequuta. Et conuentus Excellentissimus fuit absolutus. Et postea audiui nocuisse præcipuè silentium diuturnum infra tempus administrationis Baliatus.

SVMMARIVM.

1 *Familia de Bucca, & de Tolsa, & de Queralt magna nobilitas, & num. 4. Et aquittes de Bucca existere in Ciuitate Neapolis, Bononiæ, & Brixia, num. 6.*

2 *Prosapia probatur per famam publicam, & quod sic cōmuniter reputatur quamuis adesset iuris resistentia, vt num. 3. & num. 5.*

5 *Probationes circa Prosapiam, denominationē, & similia præsertim in antiquis quæ, & quales sufficiunt.*

7 *Testes de auditu sufficiunt, vbi ob antiquitatē, vel ob qualitatem facti adesse non possunt testes de visu, & num. 10. Et eo fortius si concurrit vtraque qualitas, num. 11. & 12.*

8 *Fama in antiquis est sufficiens probatio quoad multa.*

9 *Centenariæ magna vis, & quomodo probatur.*

ALLEGATIO XXVII.

Pro Fratribus de Bucca.

In Dei Nomine Amen.

1 LVdouicum (qui est Marchio Alfideni) Marium, & Hieronymum Bucca esse declarandos nepotes D. Margheritę de Queralt de Aragonia Abneptis Ferdinādi Regis Aragoniæ, & proinde in insignibus, & in subscriptionibus posse hoc Regali agnomine decorari, probatur quoniam per scripturas publicas, & authenticas in facto annotatas constat fratres prædictos (& alios iam non viuentes) esse filios Antonij Vincentij, & Beatricis de Tolsa, qui Antonius Vincentius fuit filius Manfredini, & Margaritæ de Queralt.

Constat etiam per aliquas scripturas, & per testes fide dignissimos deponentes esse notorium qualiter hæc Margarita fuit filia

lia Frācisci vtilis Domini Terrarum Sanctæ Columbæ in Regno Cataloniæ : Et Ioannæ Paglias filiæ Margaritæ de Aragonia cuius maternum nomen renouasse cernimus in præfata eius filia Margarita de Queralt. Illa autem Margarita de Aragonia fuit filia Sancij Infantis (sic dicuntur secundogeniti Regum Hispaniarum) Ferdinandi Regis Aragonei. Quę omnia subiungunt ijdem testes communiter sic pro certo haberi, & reputari, & extare famam publicam inter Italos, & inter Hi-
2 spanos, quod quidem sufficit ad ipsam descendentiam iudicandam, sicut comprobat Petrus de Anchar. in consil. 225. Videtur prima facie nu. 6. Corn. in consil. 1. num. 22. vol. 3. qui ad idem affert Iacob. Butr. in l. 1. ff. de probat. Ant. de Butr. in c. transmissæ, qui fil. sint legit. Rafael. Fulgos. in l. non nudis, & in l. non Epistolis C. de probat.

Et hoc licet in prosapia adesset, aliqua iuris
3 resistentia, quia adhuc sufficit quod ita communiter reputabatur, vt est glo. magistralis in cap. Michael de filijs Pręsbyt. optimè Paris. in consil. 10. num. 8. vol. 2. Gozad. in consil. 13. post num. 48. Decian. in consil. 1. ante num. 103. vol. 3. Menoch. de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 53. num. 20.

Tanto magis in casu nostro in quo nō mo-
4 do non adest iuris resistēria, aut facti inuerisimilitudo, sed potius magna congruentia ad huiusmodi affinitatē ob eximium splendorem vtriusq; lineæ, & paternæ, & maternæ. Neq; ad hoc loquor de matre istorum fratrum cōiuge Antonij Vincentij, cuius non legi affinitatem cum familia Aragonea quāuis (sicut reliqui de Bucca nupserunt in hoc Regno semper personis vsq; quaq; dignisimis) sic Antonius Vincentius coniugem habuit nobilissimam supradictam Beatricem de Tolfa filiam Comitis Serini, & Elisabet Carrafæ sororis Pauli IV. Pont. Max. in quod cognomen Tolfæ, apud Tolfæ Dominos eius progenitores, versum fuit originariū Frangipane descendens à familia Perleonia, & Anicia, à qua & hanc Illustrissimā, & alias familias Serenissimas descendere scribit Filip. Got. in vita Placidi, & frater Arnold. Vvion Belga in suo libello cui titulus lignu vitæ. Idemque multis authoribus, & inscriptionibus probat Cornel. Vitign. in in prosapia Austriaca accuratissimè ab eo conscripta.

Sed loquor respectu Margaritæ matris Antonij Vincentij cuius familia de Queralt, & familia Ioannæ Paglias suæ genitricis apparent splendidissime ex nōnullis inscriptionibus alijsque scripturis vetustissimis, & notorium esse in Regno Cataloniæ deponunt testes Hispani nobilissimi.

Et inter viros insignes vtriusque familiæ apud Facellam in Historia Regni Siciliæ fol. 735. & 738. memoratur Petrus de Queralt huius Margaritę progenitor qui apud Carolum Primum semel, & bis sui Regis Petri Aragonei Orator extitit, ac tertio eiusdem sui Regis ad iuramentum fidelitatis in Regno Sicilię suscipiendum legatione dignissima functus est.

Memoratur Hieronymus Paglias post progenitores dignissimos, quem Sancius filius Ferdinandi Regis Aragoneus in Generum sibi diligere non est dedignatus, sibi copulans Margaritam. Ex quibus progenita Ioanna Paglias Aragonea dicebatur, & maternis insignibus Aragoneis Paternum stemma exornabat, quod quidem licere passim vsu receptum est, & probatur in l. si in nomine, vbi glos. & Doctor. C. de testam. Declarat Marilian. in libr. Annal. Roman. in principio & vsum Aquilæ Caij Marij relatum a Plinio in eius lib. 10. cap. 4. referunt ad affinitatem ob coniugem Iulian, vt apud Plut. in eius vita, & apud Salust. in Iugurta. Idemque, & viuens, & moriens prosequuta est præfata Margarita neptis, sic se subscribens Queralt de Aragonia, sic eadem stemmata connectens

in cortinis Hostiarijs, in velarijs, ac tandem in culcitra funerali, quæ & nunc spectatur in Sacrario D.ui Dominici. Et ibidem in libro mortuorum legitur annotata Margarita Queralt de Aragonia.

Quorum aliqua non modo hæc omnia
5 sufficere ad isthæc probanda latè tradit Aymon Crauett. de Antiquitate tempor. in prima parte in capit. incipient. Viso de verbis cum tribus sequentibus in quibus loquitur etiam de scripturis priuatis, & Felyn. in cap.2. de fide instrument. Vltra innumeros testes deponentes quod sic ab omnibus appellabatur, sic passim quisque sibi scribebat, quas probationes in huiusmodi denominationibus lege admitti, & approbari firmat Dyn. in suo famoso consilio incipient. Quæstio, & articulus inter consilia Alber. in prima parte statut.quæst.137. Paul. Castrens. in consil. 22. Visis omnibus colum. 2. & consil. 107. quantum ad primum colum.1.lib.2.Guid.Pap. in decis.88. sed quæro colum.antepenul. Socc. in consil. 246. eleganter col.2. in versic.prima ratio lib.2.Luc.de Pen. in l. Mulieres col.3.in versic. Nono ex communi de dignitat. lib.12. Gozadin. in consil.13.num.48. vers. Præterea Decian. in consil.1.nu.103. cum seqq. vol.3.

Hæc Margarita fuit familiaris, & domestica Ioannæ Aragoniæ sororis Ferdinandi Regis Catholici, quæ nupta Alfonso Aragoneo primogenito Ferdinandi Primi Neapolim veniens secũ duxit hanc Margaritam, illamque postea Manfredino Bucca matrimonio copulauit, sicut hæc omnia leguntur in assensu per Ferdinandum Secundum istius Ioannæ filium expedito ad obligationem feudalium in capitulis huius matrimonij, & in literis tàm eiusdem Reginæ, quàm Regi[illegible]tholici sui fratris ad Aloysium [illegible] Gallorum tunc huius Regni dim[illegible] possidentem, Et sicut Ioanna Margaritam hanc diligebat, ita etiam honoribus virum prosequebatur, quem & ob generis nobilitatem, & ob propria merita dignissimum tali connubio iudicauit.

Etenim (vt promissi quo ad splendorem
6 ex paterna linea non obliuiscamur) signat hæc familia suam originem vetustissimam quam noster Regius Archiuarius Petrus Vincentius in eius Theatro septem officiorum huius Regni fol.150. exortam credit e Gallia, eo quod in anno 1062. illinc descendit in Galliam Cisalpinam Antonius Bucca reliquorum Progenitor. Sed Bernardinus Corius in Histor. Mediolan. fol. 57. Inquit hunc Antonium non fuisse tunc primum illinc profectum, sed per prius e Flandria aduenisse in Galliam Cisalpinam insequentem Henricum Secundum à quo missus Orator ad Regem Franciæ peracta legatione in Galliam Cisalpinam remeauit. Idque forsan est credibilius, nam in Gallia neminem legisse recolo huius cognominis, sed in Flandria, & in Belgica aliqui memorantur circa annum Domini 1044. & 1096. & 1160. & 1165. apud Cardinalem Baronium Annal. Tom. 12. fol. 489. & 715. & in Cronicis Abbatis Vuspergiens. fol. 294. Et in Historia Alphonsi Ciaccon. tomo primo, fol. 472. Et similiter in Cronicis Hieron. Granat. Alemanni lib. 4. fol. 295. & lib. 7. fol. 984. Atque (ne hoc pertranseat) viri ab ipsis Authoribus memorati fuere omnes, aut temporali, aut Ecclesiastica dignitate, aut propria virtute exornatissimi.

Sed

Sed vndecumque origo fuerit certum est hunc Antonium fuisse virum nobilitate, & strenuitate insignem, cuius descendentium aliqui Bononiam coluerunt de quibus admodum honorifice loquūtur Sebastianus Episcopus Calcidonius fol. 14 & 15. Et se suosq; satis commendat elegantia, atque doctrina elucescens in simbolis olim Bononiæ æditis per Achillem Bucca, & ibidem impressis iterum in anno 1574.

Nonnulli in Ciuitate Brixiæ sunt immorati, de quorum meritis gestisque domi militiæque laudandis ample loquuntur Cronicæ Iacobi Maluetij sub cap. 44. Helias Capriol. in eius Historia fol. 104 115. 117. & 151. & Camill. Magg. in eius Histor. fol. 5. 75. & 114.

Reliqui Neapolim petiere à Carolo primo benignissime excepti eorumque posteri castris vltra quinquaginta in hoc Regno sunt dominati. Et innumeris diuersis temporibus sub diuersis Regibus, & oneribus probatos, & honoribus decoratos, colligit ex Archiuo Neapolitano prædictus Vincentius, vbi supra, & sunt in processu nonnullæ fides ab ipsis Archiuis extractæ aliæque scripturæ in nota facti recensitæ, quæ multos patefaciunt huius familiæ viros dignissimos. Ex quibus Ioanna Regina Manfredinum voluit prædictæ Margaritæ connubio iungi neque se huius rei pœnituit, prout in processu legimus ipsum fideliter, & incessanter in multis grauissimis se suo Regi semper exibuisse præsertim imminēte bello Caroli 8. eiusq; inuasione in Regno effervescente eaque tandem sedata, & Gallis expulsis non sine maxima gloria Ferdinandi eiusq; sequacium inter quos fuit hic Manfredinus cuius præclara gesta etiam eius posteri egregie sunt æmulati, sicut in scripturis prædictis legitur seriose. Hæc enim pauca sufficit annotasse ad roborandum supradictum iuris articulū, quod fama publica, & aliæ supradictæ probationes, non modo non habent iuris resistentiam (quæ nec illas euerteret) sed potius habent congruentiā ob splēdorem, & merita personarum quæ istis insignibus decorantur.

Hanc famam publicam extare de præsenti,
7 & clare, & plenarie probatum est. Extitisse autem de præterito, & notoriam esse hanc descendentiam ab illa Margarita de Aragonia probatum est per quamplures testes ex auditu. Alia autem probatio esset impossibilis, sed hæc impossibilitas suppletur à lege, vt in antiquis sufficiant testes de auditu, sicut per omnes Doctores supra relatos.

Vim autem habere in antiquis solam famā
8 docet Innoc. in cap. veniens de verborū signif. vbi Imol. & Panor. Sequitur Bal. in auth. quas actiones C. de sacrosanct. Eccl. & in l. in bonæ fidei col. fi. C. de reb. cred. Angel. in l. at qui natura. §. cum me absente, ff. de negot. gest. Vbi loquitur etiam de probatione dominij per solam famam, puta quod hæc domus fuit Dantis Poetæ, Et quod hoc sufficiat ad sic iudicandum, & idem Angel. in l. Titius, ff. quib. mod. pign. vel hipot. soluit. & in l. quidam in suo, ff de condit. instit. sequitur Dec. in c. 1. num. 18. in vers. septimus casus de appellat. qui affert Bal. in l. proprietaris in fin. C. de probat. Butr. in c. 1. de fid. instrum. Et Aret. in cons. 37. se-
9 quendo ordinem col. 3. Sic cētenaria dicitur plenissima probatio terminās omnem aduersarij prætensionem, Et ea pro maiori parte constat ex auditu, & fama prout declarant Canonistæ in c. licet ex quadam extr. de test. Alex. in cons. 187. col. fin. vol. 2. & Crauett. in prima parte
10 de antiquit. temp. sub cap. incip. viso de fama num. 3. Sufficit enim auditus etiā in his quæ sunt probabilia per visum, si visus aliqua de causa ad ea peruenire non potest vt per Aret. in cons. 15. col. 4. per Alex. in cons. 4. col. 5. vol. 2. & latius in cons. 15. col. 1. vol. 5. Barb. in rub. de de testam. Paris in cons. 1. num. 60. vol. 1. Corn. in cons. 48. col. 2. vol. 4. Calc. in cons. 11. col. 2. in princ. Crauett. in prædict. prima part. sub capit. incip. viso in

hac. Et Iaſ. in re pet. l. admonendi col. 87. verſ. ita tamen ff. de iur. iur. & in l. cum antiquioribus col. fin. C. de iur. deliber. Tales ſunt res antiquæ cuius temporis homines iam non viuunt, & proinde ſufficiunt teſtes auditus, vt ſupra diximus. Et hæc antiquitas militat in caſu noſtro. Sunt ſimiliter quædam quæ etiam præſentia non admittunt teſtes de viſu, & proinde ſatis ſunt teſtes qui audierint ac deponant ſic communiter haberi ſic eſſe famam ſic eſſe notorium, ſicut in nobilitate, & qualitate alicuius perſonę, vel Eccleſiæ, vel alterius loci, & in ſpecie in deſcendentia, & in proſapia, vt per Innoc. in cap. de multa de præbend. ſequuntur ibi Hoſtienſ. Io. Andr. & Imol. col. 14. in verſ. vltimo magis, & col. pen. & fin. Abb. col. pen. verſ. quod tertia Archid. in c. 1. de conſuet. lib. 6. Bald. in cōſil. 387. lib. 1. Card Florēt. in clem 1. de præbend. Iſta enim non aliam admittunt certitudinem, neque aliter probari poſſunt niſi opinionibus hominum, vt late per Tiraq. de nobilit. cap. 10. nu. 7. & 8. Et multa ad hæc per gloſ. Bart. & Bald. in l. non nudis, & in l. non Epiſtolis C. de probat. Abb. in cap. tranſmiſſæ num. 9. & 10. Qui fil. ſint legit. Alex. in conſ. 8. num. 10. vol. 7. Barbat. in conſ. 57. præclare col. 3. & col. fin. lib. 2. Calcan. in cōſil. 8. in cauſa pendente col. 7. verſ. Et ex ſupradictis Luc. in l. 2. C. ſi ſeru. aut libert. lib. 10. Felyn. & Dec. in cap. veniens de teſt. & in cap. 1. de appell. Bertrand. in conſil. 2. num. 10. & conſil. 32. vol. 3. Et ſimiliter Proſapiæ, & deſcendentiæ pro-
12 batio incidit in caſu noſtro, & ſic tanto magis clarū eſt ſufficere teſtes prædictos ob vtramque difficultatem, & rei qualitatis, & temporis diuturnitatis, vt bene diſcurrit Curt. ſen. in conſ. 18. Card. Alex. in cap. per venerabilem §. fin. qui fil. ſint legit. Felyn. in cap. ſuper eo lo ſecondo col. 3. de teſt. & Franciſc. Rip. in lib. 2. reſponſor. cap. 28. col. 2. Præſertim concurrentibus tot ſcripturis, & alijs fide dignisſimis monumentis.

Deo Gratias.

Decretum fuit licere iſti fratribus vti inſignibus, & denominatione Regalis Familiæ de Aragonia.

SVMMARIVM.

1 *Pater vtrum in bonis ab eo donatis filio decedenti poſtmodum ab inteſtato ſuccedat ſolus vel vna cum filijs vtrinque coniunctis diſputatur latè in num. ſeqq. & concluditur pro patre, & num. 23.*

2 *Decius Iuriſconſultus eximius deterrebatur ex authoritate deciſionum S. C. Neapolitani.*

3 *Donatio facta filio vtrum habeat tacitā conditionem ſi filius ſuperuiuat ſunt opiniones hinc inde author tenet talem conditionem non ſubintelligi.*

4 *Bartoli intelligentia ad text. in l. quod ſcitis in §. ſin autem C. de bon. quæ lib. triplicem habuit contradictionem, ſed eſt communior, vt num. 6. & literæ accommodata, vt num. 7.*

5 *Opinio magis communis ſequenda eſt in iudicando, & conſulendo niſi contraria nimis clarè appareat verior.*

8 *Bona reuerti vnde exierant eſt valdè rationabile, & num. 26. & hæc eſt ratio aliquarum diſpoſitionum, & nu. 15.*

9 *Fratres conſanguinei præferuntur in bonis paternis, & vterini in bonis maternis.*

10 *Baldi opinio in materia l. quod ſcitis C. de bon. quæ liber. latè diſcutitur.*

11 *Correctio legum non præſumitur, vbi vna lex poteſt per aliam declarari, etiam ſi noua lex haberet clauſulam non obſtantibus legibus in contrarium, vt num. 12.*

13 *Correctio eſt euitanda, & in ſpecie in iure authenticorum circa ſucceſſiones ab inteſtato.*

14 *Succeſſio generaliter ſtatuta de iure authenticorum, quo ad perſonas non alterat antiquam bonorum diſtinctionem.*

15 Bo-

15 *Bonorum distinctio consideratur vbi cõcurrunt consanguinei, & vterini, vel vbi concurrunt fratres ex diuersis matrimonijs procreati.*

16 *Authentica sunt aptè collocata sub legibus Codicis, quæ ab ipsis authenticis corriguntur.*

17 *Successio defertur, vel ratione bonorum, & hæc est validior, vt in num 18. Et hæc prospicitur in l.quod scitis C. de bon. quæ liber. vel ratione gradus, & hæc prospicitur in l.fin. C. ad Tertull.*

18 *Correctio legis veteris fieri non potest per extensionem legis nouæ etiam ex maioritate rationis.*

19 *Irnerius vir doctissimus primus glosator floruit paulò post annum Domini 1100.*

20 *Ius Romanum per Lotharium Secundum pristinæ obseruantiæ restitutum in anno 1137.*

21 *Correctio non inducitur circa casus habentes aliquam rationem particularem vltra generalem vigentem in alijs casibus correctis, nisi, & illi speciales exprimuntur.*

22 *Aymonis Crauettæ noua opinio circa leg. quod scitis C. de bon. quæ liber. late adstruitur, & sub num.25. vsque ad finem allegat. eius obiectis respondetur.*

23 *Bonorum distinctio non modo operatur ad beneficium lineæ, vnde exierunt in concursu alterius lineæ, sed etiam ad beneficium personæ vnde exierunt in concursu aliorum in eadem linea.*

24 *Legis quod scitis C. de bon. quæ liber. vera intelligentia perquiritur.*

ALLEGATIO XXVIII.

In causa Dominorum de Grimaldis.

In Dei Nomine Amen.

1 Breue est præsens factum ab Vrbe Genuæ mihi transmissum, sed magnum continet iuris articulum, nempe vtrum huic filio donatario ab intestato defuncto succedat in bonis donatis pater solummodò qui donauerat, an verò secum succedãt etiam alij filij, fratres defuncto vtrinque coniuncti. Et requisitus vt si patrem ius fouere dijudicassem pro patre scriberem, quamuis patrem ius fouere dijudicem, & quamuis requirens sit amicissimus, tamen fere calamum sumpseram, vt me excusarem rationabilius quam Philippus Dec. in cons.379. Nam si vir ille exterus, & Iurisc õsultus eximius
2 deterrebatur ex authoritate nostri Sacri Consilij Neapolitani, multo magis me Regnicolam, & Iurisconsultorum minimum oporteret ex eiusdem Tribunalis decisione deterreri, vbi pro fratribus cõtra patrem decisum fuisse restatur Præs. de Franch. in decis.59. Veruntamen quia rationes ex quibus moueor non omnes in ea decisione ponderãtur. Et e contra quia rationibus Aymonis cui soli decisio illa innititur, uidetur posse efficaciter respondere, cuperem, ut idem Sacrum Cõsilium istis perpensis, quæ nunc subnectã iterum hunc articulum discuteret atque decideret, sicut eidem Dec. hoc euenit, tam in ea decis. S.C. quæ (& si ab eo nõ allegatur) est apud Capy. in decis.159. q̃ respectu Rot. Rom. ut in eius cons.402. & tunc ulterius eius decisioni non acquiescere non auderem, sed quando casus in præsentiarum occurrit in ea Rep. Florentissima eiusdem Iudicibus sapientissimis scripta hæc libenter corrigenda, uel approbanda submitto. Et quo magis articulus dilucidetur commemoro unã
3 esse quæstionem ex qualitate personarum nempe si donatio facta filio habet tacitam conditionem si filius superuiuat sicut hanc conditionem inesse defendit Dec. in cons.659. in fin. & idem in casu simili in cons. 240. quem latissime defendit Menoc. in cõs.84 Et in hac q̃stione nullatenus dissentio ab opinione approbata per S.C. in ea decis.59. in primo dubio, & semper mihi placuit hæc opinio

opinio contra Dec.quam bene comprobat Aymon.in conf.102.sequuntur Couar.& alij in ea dectf.relari. Alia est quęstio ex qualitate bonorum in casu mortis filij ab intestato. Et tunc sicut clarum est in reliquis bonis succedere patrem vna cum fratribus vtrinq; coniunctis ex auth.defuncto C.ad Tertull.ita vetus est quæstio num pater supposita firmitate donationis succedat solus in illis bonis, quæ ab ipso patre ad filium peruenerunt an vero concurrant etiam fratres vtrinq; coniuncti.

Et pro patre esse casum legis aliqui tradiderunt in l.quod scitis in §.fin autem C.de bon.quæ liber. iuxta intelligentiam quã
4 Bart.exinde desumit.Sed hæc intelligentia,& subsequenter hæc opinio ad beneficium patris diuersis temporibus triplicem passa est contradictionem, primam ab aliquibus Bartoli cõtemporaneis, secundam à Baldo,tertiam ab Aymone.

Primo aliqui antiquiores negant Bartoli intelligentiam probari in d.l.quod scitis in §.fin autem à quibus Bart. ipse suo more solidæ se defendit. Secundo insurrexit Bald. qui visis Bartoli commentarijs secum adhæret quo ad intelligentiam ex eo §.desumendam, ita vt præferatur pater de iure Codicis in bonis ab eo per uẽtis,sed negat idem esse de iure authenticorum per tex.in pręfata auth.defuncto, & in corpore vnde sumitur. Et Baldum multi sequuntur, quorum tamen oppositiones contra Bar.per alios subsequentes,& præcipuè per Roman.in conf.40. egregiè confutantur. Tertio denique Aymon.Crauet. in conf. 176. approbat Bartoli intelligentiam ad text.in l. quod scitis, & negat eius legis correctionem à Baldo affirmatam, sed defendere nititur illum text.in l.quod scitis locum sibi vẽdicare in concursu aui paterni, & materni non autem in concursu patris cum fratre vtrinque coniuncto.

Nos autem Bartoli opinionem amplectẽtes omnia in contrarium adducta non subsistere conabimur patefacere tum ex his quæ à Doctoribus ponderantur, tum etiam ex alijs de nouo dicendis pręcipue respectu Aymonis cui ab alijs etiam Bartoli sequacibus adhuc non video fuisse responsum.

Et cum hæc discussio non in lecturis facienda sit ad ingenia forte acuẽda, sed in supremo tribunali ad bona cui debẽtur ad-
5 iudicanda,hoc prius aduertendum rogo, quod in iudicando,& cõsulendo ab opinione magis communi recedendum nõ non est vbi nimis clarè de contraria veriori non constat, ita Bald. & Angel. in l.fin.C.de pœn.Iud. qui mal. iudic. Abb. in cap.prudentiam de offic.deleg. Dec.in conf.259. in princ.Iaf.in l. diuortio §.si fundum col.fin.ff. sol. matrim. cum alijs vt per Vant. de nullit. cap.13. quod est de nullit.ex defect.proces. Et per Fely. in cap.1.col.pen. de constit. Clarum est
6 autem Bartoli sententiam frequentiori Doctorum calculo esse receptam; Hanc enim opinionem non perfunctorie, sed satis mature firmauit ipse legum lucerna Bart.in quinque locis, & in vnoquoque ipsorum inquit de hoc esse casum in l. quod scitis,idque notat tamquam nimis elegans,& singulare,nempe in dict. l.qđ scitis in §.fin autem, in Auth. Itaque C. commun.de success.in l.post dotem in fin.ff.solut. matrim. & in consil.18. & in consil.225. in vtroque num.4.

Sequuntur Bal.sibi contrarius in conf.104 circa finem vol.2. vbi inquit hunc esse bonum intellectum,& in cõf.446.vol.4. & in eodem volum.Marc.Perus.inter cõsilia ipsius Baldi in consil.111.Ang. in Auth. itaque vers. tertio deficit C. commun. de success. Abb. in consil.75. in fin.vol.1. Alex.in conf.42.col.fin.vol.7. & in conf.150.num.5. vol.2. & in consil.168. visis,ac põderatis in vers. prædicta affirmo vol.7. vbi dicit hanc esse cõmunem,& veriorem,& idem repetit in l. post dotem ff.sol.matrim.num.35.ideq; dicit Rom.post adeo seriam disputationem in conf. 40. & in dict. l. post dotẽ col.10.ff.solut. matrim. Anchar. in consil.349.

fil.349. subiungens esse opinionem nimis æquam.Guid.Pap.in cons.30. And. Barbat.in addit.ad Bart. in auth. defuncto C.ad Tertullian.Paul.de Castr. in d. l.quod scitis in §.fin autem circa finem, & ibi etiam Corn.dicens huic esse adhærendum in decisiuis istis enim verbis ille vtitur licet alias cespitauerit. Similiter Imol.in d.l.post dotem in fin.Bal.nouel. in tract.de dot.in vlt.par.nu.52.inquiẽs quod & si opinio est disputabilis, ab hac opinione in iudicando non est recedendam,Bertrand.dicens istam esse communẽ in cons.237. vol.3.Campeg.in tract. dot.in 3.par.Cass.in cõsuet.Burg.rub.7 §.6.num.7.Loffred.in consil.32. col.3. circa fin. Matthesil.de success. ab intest. art.2.vers.clarius.Socc.Iun.in consil.12. col.2.Ias.in d.l.post dotem circa finem, vbi cum dixisset conclusionem esse dubiã concludit pro Bartolo esse veritatem. Boer. in decis. 192. in vers. Sed alia ex dicto processu, vbi testatur esse magis communem Io.Ant.Rub.in cons.79. similiter concludens esse magis veram, & magis cõmunem sicut, & Philipp. Port. in 3.libr. suarum communium conclus. sub concl.19.Olderdorp. de success. ab intest quæ discussio inest suæ interpretationi legum 12.tabul.tit.6. cõclus.13. Et similiter magis communem esse testatur,& alios afferunt Couar.in epit.de success.ab intest. num.2. & Tiraq.de retract.lignag §.14.glos.2.num.2.qui addit hanc opinionem receptam esse in Gallia.Couar.inquit probari lege Regia. Adeò quod dum ex Doctoribus supradictis apparet etiam in Italia esse magis communem,& multi ex illis audacter firmant esse veriorem, & omninò sequendam sequitur hac opinionẽ tribus Prouincijs celeberrimis Italia, Hispania, & Gallia fuisse receptam. Idque ni fallor in iudicando satis superq; sufficeret.

Veruntamen vt pro viribus ostendam insimul quam rationabiliter Doctor.suprarelati testantur hanc opinionem vti communiorem ita & esse veriorem descendẽs ad articuli discussionem opinor primo loco Bartoli opinionẽ omninò fundari ex eo text.in l.quod scitis in §.fin autem C.de bon. quæ liber. qui text. & 7 si Dydaco, vbi supra videtur hoc non probare mihi tñ(pace eius dixerim) vidẽ hoc probare ineuitabiliter.Ibi.n. dixerat Imperator quod patri per filium retentum in potestate non acquiritur dos,nec per filiã donatio propter nuptias, & addit in eodem primo respõso hoc procedere tàm viuente filio,quàm si ipse filius relictis liberis mortuus est. Nam & tunc isti liberi præferuntur ipsorum auo,patri defuncti. Et in fine huius primi responsi specificat quod nec etiam per istos nepotes acquiritur auo. Et sine dubio loquitur de auo paterno.Nã quo ad auum maternum qui non habet filios in potestate fuisset casus indubitabilis,& merito glos. in principio §.sequentis qui incipit sin autem aduertit quod in istis verbis proximè præcedentibus loquutus fuerat Imperator in casu mortis filij qui dotem lucratus fuerat. Et in hoc §.sequenti loquitur in casu, vbi decesserat filia quæ donationem propter nuptias fuerat lucrata.Successerat eius filius,idemque nepos patris suæ matris, & hoc decedente quæritur in secundo responso quis in eius successione preferatur.Sequitur autem secundum responsum incipiens in illis verbis, videlicet sin autem idem nepos,quæ verba indicant continuari orationem in alio casu,sed retentis eisdem terminis,nempè quid si idem nepos qui successerat suæ matri moritur relicto patre,& auo paterno?Et quo ad auum sumus in claris quod est auus paternus, prout in textu specificatur, sed quo ad patrem aliqui intelligebant de patre vltimo loco defuncti, quod est impossibile, quia non retinerentur ijdem termini de successione eius qui successerat iam parentibus prædefunctis, & proinde glos. in verbo patre intelligit de patre suę matris quæ donationẽ propter nuptias fuerat lucrata.Et sic erat concursus ascendẽtis paterni,& materni,& in his bonis peruentis

uentis à matre vult Imperator præferri auum maternum, & merito ex eo text. desumit Bart. regulam, vt in bonis peruentis à matre succedat sola mater, vel auus maternus, & in bonis peruentis à patre succedat solus pater, vel auus paternus.

Hæc Bartoli intelligentia præter quod est
8 valde rationabilis, est insimul nimis çqua ad hoc vt bona illuc reuertantur vnde exierant sicut ponderat Anchar. in dicto consil. 349. Ob quam rationem introducta est celebris nostra consuetudo, quæ incipit siquis, vel si qua, ampliata per aliã consuetudinem, quæ dicitur nobilium plateatum. Quia visum est decere, vt bona conseruentur in ea linea in qua fuerunt, etiam vt in solatium amissi filij, vel alterius de sua linea bonorum successio. sic deferatur arg. text. in l. iure successu-
9 rum ff. de iur. dot. Et hanc rationem videntur semper Imperatores præ oculis habuisse, nam similiter in successione fraterna præferuntur fratres consanguinei in bonis paternis, & præferuntur vterini in bonis maternis l. de emancipatis C. de legit. hæred. qui text. adeo consimilis cõfirmat Bartoli intelligentiam ad §. fin autem, licet habuerit cõtradictionem, cuius non est author Couar. nam vltra vetustiores de hoc disseruit latè Bald. nouell. vbi supra in tract. dot. in vlt. par. nu. 52. & demum concludit ab hac intelligentia in consulendo, & iudicando recedendũ non esse, & concurrunt tot alij Doctor. supra relati à quibus eo magis credo quo ad hoc non posse recedi, quoniam Bald. etiam eiusque sequaces qui profitentur aliud nunc esse de iure authenticorum, tamen quo ad ius Codicis Bartoli eiusq; sequacium intelligentiæ se subscribunt.

Venio igitur secundo loco ad discussionem
10 opinionis Baldi, qui in l. quod scitis, & in auth. defuncto adhæret Bartolo de iure Codicis, sed inquit adesse correctionem in auth. defuncto, & in corpore vnde sumitur vbi nulla habita distinctione bonorum dicitur parentes succedere æqualiter, & cũ illis etiam æqualiter succedere fratres vtrinq; coniunctos, & vbi lex non distinguit, &c. Et ex hoc multi Baldum sectati sunt. Alij vero præsertim Roman. in dicto consil. 40. Alex. in dicto consil. 168. nu. 13. & 14. & Iaf. in d. l. post dotẽ in fin. defendentes Bartoli opinionem etiam post ius authẽticorum aliqua satis pulchra ad hoc considerant, quæ breuiter recensebo, & aliquid vlterius præter illos in medium afferemus.

Ipsi ergo inquiunt esse regulam quod quã-
11 do posterior lex potest cum anteriori aliquo modo concordari, nullo modo inducitur legum correctio, sed vna debet per aliam declarari l. non est nouum, l. sed & posteriores ff. de leg. l. sciendum, vbi glos. & Bart. ff. qui satisdar. cogant. Decet enim leges legibus concordari l.
12 vnica C. de inoff. dot. Et lex noua etiã cum clausula non obstantibus quibusuis legibus in contrarium licet corrigat antecedentes, quæ conciliari non possunt, vt per Anchar. in consil. 268. num. 4. tamen non inducit correctionem iurium concordiam admittentium, vt per Bart. in constit. ad reprimendum in vers. nõ obstantibus. Præsertim vbi lex præcedens est specialis, & subsequens loquitur generaliter, vt per glos. Bart. & reliquos in l. sciendum in princ. ff qui satisdar. cogã.
13 Semper enim correctio vitãda est l. sancimus C. de testam. l. præcipimus C. de appellat. Et in specie ius authenticorum in materia successionum ab intestato nõ corrigere leges præteritas, quæ cum ipsis authenticis possunt quoquomodo conciliari tradit glos. recepta communiter in verb. vacantibus in Auth. de hæredibus ab intest. venient. ex qua auth. in pluribus §. elicitur text. in præfata auth. defuncto. Porrò autem promptum est conciliare text. in auth. defuncto, cũ l. quod scitis, nempè vt ius authenticorum faciat regulam admittentem quosdam collaterales vna cum ascendẽtibus à quibus ipsi Collaterales de iure Codicis excludebantur. Limitetur autem hæc regula in illis

illis bonis ad quæ ex ratione particulari (considerata in lege Codicis, & in authenticis non correcta) vocabantur illi ascendentes à quibus bona illa peruenerant excludendo particulariter ab illis bonis, alios ascendentes qui generaliter in omnibus alijs bonis concurrebant. Vt sic (vbi exprefse contrarium non caueatur) posterior text. per antecedentem declaretur,& e contra dicta l.nam & posteriores, & l.non est nouum ff.delegat.declarat Anchar. in dicto consil.268.num.2.& 4.& cesset correctio in hoc casu in quo viget præfata ratio iuris antiqui, in iure nouissimo non reiecta, prout tradit glos. & ibi Angel.in §.minima instit.de cap. diminut.

Corroboratur ista responsio, nam licet
14 generice ius authenticorum disponat quod fratres fratri morienti succedunt æqualiter, tamen ex hoc non tollitur præcedens codicis dispositio ex qua fratres vterini succedunt soli in bonis à patre peruentis, vt in l.de emancipatis in fin.C.de legit.hæred.& in l.sancimus C.commun. de succes. sic firmat glos. recepta communiter in authent. Itaque in dict.tit. commun. de succes. cum alijs multis relatis per Tiraq. de retract. lignag. §.14. glos. 2. num. 10.

15 Et similiter quamuis matri succedant æqualiter omnes filij si tamen ex duobus matrimonijs nati sunt primos tantum in bonis à primo viro habitis habet hæredes, & sic de secundis l.fœminæ,vbi Doctor. declarant, & l.cum alijs C.de secund. nupt. Eodemque modo non erit incongruum, vt admissio fratrum intelligatur in alijs bonis, à patre profectis in quibus similiter viget alia ratio sicut in præfatis duobus casibus consimilibus.

Hæc sunt, quæ à Doctoribus colligere potui ad hujus opinionis defensionem quæ & si ad plenum sufficere mihi videntur, attamen ne otiosus solummodò in eorum laboribus acquiescam, considero vlterius,quod post Iustinianam compilationem doctissimi viri obseruantes nonnulla in legibus Codicis sancita, corrigi in volumine authenti-
16 corum ad leuandum laborem ius profitentium desumpserunt authenticas corrigentes illasque sub correctis legibus codicis apte collocauerunt. Sed sic est quod successio defertur, vel ratione
17 bonorum sicut quando debentur ex fideicommisso, vel ex nostra consuetudine in bonis antiquis,& similibus, vel defertur ratione proximitatis, vt in titulis successionum ab intestato: De prima habetur ratio in l. quod scitis, vbi in pari gradu præfertur quisquis in bonis à se profectis, & sub hac l. non adest authent. ergo non corrigitur hæc ratio successionis; Corrigitur autem ratio successionis ex proximitate de qua habetur in l. fin. C. ad Tertullian.vbi ascendentes excludunt omnes collaterales, seu per ius authenticorum fratres vtrinque coniuncti non excluduntur.Et sic merito sub ea l.fin, hoc ius authenticum collocatur. Non ponitur autem ad l. quod scitis, quia in Authent. nihil legimus ex quo voluerit Imperat. circa successionem ex qualitate bonorum aliquid innouare.

Et dum innouatio, & correctio ad leg. quod scitis in hoc iure nouo non legitur si admissio vna cum parentibus intelligeretur vltra bona in quibus pa-
18 rentes ipsi ex l. prædicta succedere possunt, fieret vtrique extensio legis nouæ ad correctionem legis antiquæ, contra regulam prohibentem huiusmodi extensionem, etiam ex identitate, & etiam ex rationis maioritate, vt in Authent. de administrat. offic. in sacr. appellat. §. penult. vbi glos. in verb. quoniam in l. si vero §. de viro

ff. solut. matrim. in cap. cum expediat de elect. in 6. glos. & Doctor. in Auth. quas actiones C. de sacrosanct. Eccles. in l. illam C. de collat. & in cap. indemnitatibus in §. cæterum de elect. lib. 6. Ratio autem pro extensione in casu nostro, nec maior est nec æqualis, sed valdè minor, nam efficacior est, & primo attenditur successio ratione bonorum, & postea ratione gradus, prout docet Napodan. in consuetud. si quis vel si qua num. 151. in versic. sed quero, & patet in prædictis exemplis ex consuetudine, & ex fideicommisso, & specificè in casu nostro remotiores ob qualitatem bonorum præferri proximioribus declarat Angel. in ea l. quod scitis in principio. Et sic admissi ad id quod est minus ratione gradus extenderentur ad id quod est plus ratione bonorum, quod est impossibile. Et pateret alia absurditas, vt qui à parentibus in cunctis excludebatur nunc admissus cum illis succederet non modo cum illis in reliquis bonis, sed succederet etiam in bonis in quibus illi non succedunt. Nam succederet etiam in bonis donatis à patre in quibus non succedit mater, & succederet in bonis donatis à matre in quibus nullo modo succedit pater. Et sic æquiparatus excederet contra regulam text. in cap. recolentes §. cæterum de statu Monacorum, & cap. penult. de eo quod vi met. usu. caus.

Prædictam conclusionem, vt noua lex generalis non corrigat præcedentem dispositionem habentem in aliquo casu rationem particularem vitra generalem quæ corrigitur, confirmant optimè bina exempla Doctorum superius recensita filiorum ex diuersis matrimonijs, & fratrum consanguinei, & vterini. Sed & aliud apud me est egregium desumptum ex eodem textu in Authent. defuncto, vbi postquam Imperator. vna cum parentibus admisit fratres vtrinque coniunctos legimus verba illa finalia, videlicet, vbi nulla secundarum nuptiarum fit mentio. Hæc verba bene aduertit glos. non esse Imperatoris, quia non adsunt in authent. vnde sumitur, esse autem Irnerij viri do-
19 ctissimi, qui floruit paulò post annum Domini Millesimum centesimum, quo tempore cum ius ciuile, quod Iustinianus in luculentam consonantiam redigerat fuisset postea per Gallos, & Longobardos crassioribus legibus perturbatum, fuit iterum per Lotharium Secundum pristinæ obseruantiæ restitutum
20 qui in anno 1137. iussit, vt vno iure Romano non etiam Longobardo, & salico vteremur. Et tunc in Historia illius seculi, inquit Carolus Signonius de Regno Italiæ. Quod primus omnium glosare cæpit Irner. ius ciuile quem postea tot reliqui sunt æmulati. Itaque sciens Irner. quod subsequens lex generalis non tollit præcedentem specialem habentem rationem particularem in aliquo casu, vt in fine legis finalis, ibi proximè præcedentis, & videns quod Imperator. ibi protestatur talia non corrigere, occurrere voluit ne quis crederet ad vitandam correctionem oportere in nouis legibus sic declarari.

Nam potius secundum Irner. Imperator. in illa l. finali declarat illud, idem quod ius vult nempè vt in huiusmodi casibus habentibus rationem
21 particularem non inducatur correctio per nouam legem generalem, nisi specificatur etiam casus ille particularis. Et quia casus secundarum nuptiarum habet suam rationem

nem particularem aduertit Irner. quod in prouisione generali illius authenticę non comprehenditur, quia (hanc rationem assignat)ibi nulla secundarum nuptiarum fit mentio. Sic post Irner.intelligunt Io.& Accurs.in ea glos.quæ à nemine oppugnatur, & illā expressè sequitur Angel.in l.quod scitis in final.verbis. Vnde idem dicendum est in casu nostro habente suam rationem particularem, quò ad bona donata, vt quo ad ea lex Codicis non sit correcta per eandem auth. generaliter vocantem fratres cum parentibus, quia ibi de parentibus qui donauerant nulla fit mentio. Ex quibus omnibus constare opinor. Primo quod Bartoli opinio fundatur de iure Codicis.& secundo quod in hoc ius Codicis per ius authenticorum non est correctum.

Reliquum est tertio loco discutere ponde-
22 rata per Aymon. in consil.176. vbi admittēs legem Codicis distinguere bona, & admittens eam legem non esse correctam, firmare conatur quod illa bonorū distinctio in l.quod scitis procedit in casu ibi posito nempe in concursu aui paterni,& materni.Sed concursus ascendentis cum fratre defuncti est casus in illa l.prætermissus. Et proinde dum frater vtrinque coniunctus fuit per ius authenticorum cum parentibus admissus, nihil impedit admissionem intelligi pro omnibus bonis. Aymonem breuiter sequitur Couar.in prædict.Epitom.de success.ab intest. ant.num.6. non tamen discutit rationes Aymonis nec alias affert nisi quandam decentiam eo quod bona ex hoc non trāsferuntur ad aliam lineā, quæ consideratio desumitur ex Aymon. in eius secundo argumento, cui suo loco respondebimus.

Interim vero non omitto quod ab ista Aymon. positione tamquam satis noua
23 (si dilucidè non probatur) cauendum est,eo quod Bart. & sequaces rationem bonorum,quæ ex vna linea prodierunt, illam præferunt alteri lineæ. Et ex eadem imò ex maiori ratione præferunt personam ex qua bona prodierūt cæteris personis non modo alterius lineæ, verum etiam eiusdem, nam & hic casus ex eadē vel maiori ratione dicitur prouisus l.regula §.fi. vbi Bar.& Bal.ff. de iur. & fac. ignor.l.2.§.si mater ff. ad Tertull. l. nomen §.fin.ff.de leg.3. bene Anchar. in consil.350. vers. Ad propositum. Quod autem sit non modo eadem, sed maior ratio patet, quia si bona ab aliquo prodijsse operatur suæ lineæ prælationem, multò magis operabitur prælationē eiusdem donantis ex regula propter quod vnumquodque tale &c. sicut post Arist. in 1. poster. arguitur in auth.multo magis,vbi Bal.&Paul. Castr.C. de sacrosan. Eccles.& in clem.vnic. vbi glos.& Card. de reliq.& venerat.Sanctor. Et in specie vt pater qui donauerat præferatur filio, qui esset defuncti frater vtrinque coniunctus firmat Bart. in l. post dotem in fin. ff.solut.matrim. vbi Alex.illum sequitur, & testatur quod moderni omnes illum sequuntur,idemque firmat, & de cōmuni testatur in consil.168.col.3.vol.7. latè etiam Alexandrinus in cons.79. Et similiter Bartolū sequitur Anchar.loquens allegorice in cons.349. in illis verbis, vt illuc vnde exeunt flumina reuertantur. Et sequitur,& esse hanc opinionem magis communem inquit Ias.in d.l.post dotem col.pen.& fin.Adeo quod Aymonis opinio non est noua adinuentio, quæ posset cum tali distinctione præcedentium Doctorum opinionibus conciliari. Sed est opinio directè impugnans Doctores, & numero, & authoritate obseruandos contra regulam supra traditam sub num.5.

At videamus quibus authoritatibus, aut quibus rationibus fretus rem tantam aggreditur. Et quoad authoritates si cōtra Bart. negaret bonorum distinctionē probari in l.quod scitis haberet socios illos aduersus quos disseruimus primo loco. Si defenderet correctionem adhæreret Baldo eiusq; sequacibus aduer-

fus quos differuimus secundo loco. Sed admittere distinctionem bonorum non correctam illamque restringere ad certas personas, hoc per prius asseruerat quem ego viderim nemo. Contrarium autem (vt modo retuli) legimus apud multos. Quo vero ad rationes vult Aymon. primo loco euertere huius opinionis fundamentum. Et postea illam nititur totis viribus oppugnare.

Basis, inquit, huius opinionis est text. in l.
24 quod scitis, vbi contentio est inter auum paternum, & maternum non autem inter ascendentes, & collaterales qui nunc admittuntur de iure authenticorum, quare extendere exclusionem etiam ad collaterales esset de iure authenticorum elicere extensionem Iuris Codicis ad exclusionem collateralium ad quorum beneficium de iure authenticorum facta est prouisio, quæ non debet effectum con-
25 trarium operari. Consideratio hæc primo loco posita indignissima est tanto viro. Quis enim vnquam ex nostratibus dixit, vel somniauit ex prouisione authenticorum collaterales excludere? Illi quidem de iure codicis in concursu descendentium, vel ascendentium excludebantur generaliter ab omnibus bonis, nam in successionibus prima causa erat descēdentium, secunda ascendentium, tertia collateraliū vt in omnibus titul. succes. ab intest. Et consequenter non oportebat respectu illorum exprimere quod ab ascendentibus excluduntur etiam in bonis ab ipsis ascendentibus peruentis, quia fuisset lex de casu indubitabili contra text. in l. quod labeo ff. de carbon. ædict. si enim bonorum qualitas sufficit ad admittēdum solummodò personam à qua bona peruenerant, ita quod ab ista persona excluduntur etiam aliæ in eodem gradu sicut Auus paternus excludit maternum, & è contra, certè multo magis excluduntur remotiores, qui minus ius habent iuxta regulam text. in c. licet vniuersis, vbi glos. extra de test. in l. nec ex vera C. de acquir. possess. & in l. 1. C. de negot. gest. Vnde in istis bonis, collateralis excluditur de iure codicis ab ascēdente ex duplici ratione, tū quia linea collateralis est postposita. Tum etiam quia bonorum qualitas præfert personam à qua prodierunt. Quod si collateralis fuisset admissus de iure codicis vna cum ascendente cessaret prima ratio lineæ post positæ, sed non cessaret, secunda ratio qualitatis bonorum, quæ viget etiam inter personas æqualiter admissas, vt pluries diximus. Et nunc idem dicendum est dum hæc admissio statuta est de iure authenticorum iam quod fundauimus, ex iure authēticorum ius codicis, quo ad præfatam prouisionem ex qualitate bonorum nequaquam corrigi.

Progreditur Aymon secundo loco negans quod ius codicis talem distinctionem bonorum induxisset in concursu ascendentium cum collateralibus quatenus collaterales cum ascendentibus admisissent. Nam collateralis defuncti est descēdens respectu ascendentis cum quo concurrit. Et ascendentes propensi sunt ad beneficium descendentium, ad quos & ascendentium bona sunt rationabiliter peruentura. Hæc ratio retorquetur, nam si bona à Titio prodijsse est sufficiens ratio, vt ad illum reuertantur in concursu personæ quæ perpetuò erit exclusa. Multò magis ius patri ex hac ratione cōpetens non est sibi auferendum in concursu descendentium ad quos ea bona sunt verisimiliter recasura, & sic minus est illorum præiudicium, & decet non vrgere ascendentes inuitos, quorum voluntas naturaliter erga descendentes benefica est, & propensa. Et dum Aymon. subiungit inæqualitatem eo quod non reperitur idem decisum in beneficium fratrum in bonis, quæ fratres ipsi donassent. Respondetur faciliter, quod aut in hoc casu nō est eadem ratio, & inæqualitas cessat, aut (quod ego admittā) adest eadem ratio, & vigebit eadem dispositio vt in l. non possunt ff. de leg. vbi glos. cōmemorat innumera cōsimilia. Non enim

Imper.

Imper. sugillat personas, sed specialitatẽ tribuit bonis quæ ab aliquo peruenerũt. Et sicut hæc specialitas agnoscebatur in concursu linearum ascendentium, quæ in reliquis bonis admittebantur æqualiter, sic etiam agnoscetur actiuè, & passiuè in collateralibus nunc cum ascendentibus æqualatis. Siquidem in duobus casibus æquiparatis dispositum in alterutro comprehendit vtrumque vt per glos. in l. siquis seruo C. de furt. late Curt. Iun. in cons. 150. num. 4.

Tertio loco inquit Aymon. se non videre rationem cur Auth. defuncto non debeat procedere in omnibus bonis. Et in hoc potest reminisci diuersitatis rationis quo ad bona, quæ ab aliquo peruenerũt iuxta bonorum distinctionem per legem codicis introductam. Quod vero repetit de inæqualitate cum non sit etiam prouisum respectu fratrum qui donassent, habet suprapositam responsionem. Et quod subiungit, vt istorum nunc admissorum conditio amplietur, retorquetur. Nam satis fuit illos per prius exclusos ab ascendentibus, nunc ascendentibus adæquare. Vlterius autẽ addere, vt succedãt etiam in bonis in quibus ascendẽtes ipsi non succedunt esset priuilegia multiplicare contra regulam text. in l. Mæuius §. duobus ff. de leg. 2. & in l. 1. vbi Salyc. C. de dot. promiss.

Quarto inquit quod satis videntur bona redire ad lineam paternam si in eis vna cum patre, ipsius patris filij admittuntur. Sed est responsio quod bona ab aliquo prodijsse operatur, vt eo defuncto, eius linea in illis bonis alteri lineæ præferatur, & operatur fortius, vt eo viuente præferatur ipse etiam intra suam lineam, vt supra deductum est n. 23. nã propter quod vnumquodq; tale, & illud magis, vt ibi diximus.

Quinto repetit hunc esse casum omissum. Et proinde subiacere nouæ dispositioni authenticorum. Sed nos fundauimus esse casum comprehensum in dispositione legis, quod scitis, nec esse correctum per ius nouissimum. Quam responsionem Aym. præsentiẽs ibi subiungit, quod ius nouissimum si cogitasset præsentem casum, contrarium statuisset ob rationis diuersitatem, vel idem statuisset in fratre donante. Et porrò hoc vltimum nihil ad casum nostrum. Bene fateor quod ius nouissimum ob rationis identitatem idẽ statuisset in fratre donante. Et ob rationis maioritatem idem statuisset in cõcursu collateralis cum ascendente. At non fuit necessaria specificatio dum incorrecta relinquitur lex codicis quę casus istos & similes cõprehendit sub generali prælatione lineæ, & eo magis personæ à qua bona prodierũt.

Sexto, inquit quod frequentius filij relinquunt bona paterna, vel materna, & proinde ista bona nõ debent excludi à prouisione text. in auth. defuncto l. nam ad ea ff. de leg. Responsio est quod potest filius relinquere bona quęsita per ipsum, vel relicta ab alijs, vel peruenta à linea paterna, & solum concurrere lineam maternam, aut e contra. Et sic multi casus subiacent dispositioni illius authent. Verum, & casus pauci, & rari, non semper à lege prætermittuntur, nec vlla adest absurditas in prouisione casus raro occurrentis, §. insula instit. de rer. diuis. immò perfectior est lex prouidẽs casus frequẽtiores, nec omittẽs rariores, vt per Arist. in 5. Ethyc. per D. Tho. in 1. 2. quæst. 96. artic. 1. & 2. per glos. in l. ex ijs ff. de leg. Esset autẽ absurditas si prouisio in vno casu extenderetur ad alium siue rariorẽ, siue frequentiorem in quo esset diuersa ratio. Sicut eueniret in casu nostro si adæquatus simpliciter ad lineam intelligeretur habilitatus etiam ad bona priuilegiata ad quæ non admittuntur personæ illius lineæ cum quibus facta est adæquatio.

Et hinc tollitur etiam septimum argumentum, nam illa simplex adæquatio per ius authenticorum inducta prodest collaterali in reliquis bonis, à quibus ratione lineæ, excludebatur non autem in illis in quibus

quibus vltra eam viget alia specialis ratio distinctionis bonorum, aduersus quā nihil per indefinitam prouisionem iuris authenticorum intelligitur immutatum, vt supra fundauimus.

Subsequitur octaua cōsideratio in qua vna cum duabus sequentibus dignoscitur nimia doctissimi Authoris erga clientem propensio. Inquit enim dispositiones alterari ex interuentu nouæ personæ. Et verum dicit quando numerus, vel qualitas personarum est causa dispositionis, vt in l. legatis vxori ff. de legat. 2. & in l. hoc legatum ff. de leg. 3. Idemq; in alijs consimilibus bene probat Corn. in cons. 63. num. 8. & 9. vol. 2. cum traditis per Doctor. in l. 2. §. ex his ff. de verb. obligat. & in l. titiæ textores, ff. de leg. 1. Sed nostra dispositio non fundatur in numero, vel qualitate personatum, sed in qualitate bonorum, vt reuertantur ad eum à quo exierant, quæ ratio semper militat in concursu cuiuslibet, siue quorumlibet, à quo, vel à quibus bona illa non exierunt.

Dum autem nono loco affert Socc. in consil. 89. col. 2. vol. 4. dicentem in concursu matris cum filio nō adesse distinctionem bonorum est pōderandum quod ibi hoc inquit Soccin. non ex professo in hoc articulo, sed in argumentum ad alium articulum ibi defensum, & proinde non est magni pōderis, vt post Abbat. in cap. bona lo 2. col. fin. de postul. prælat. tradunt Roland. in consil. 44. in fin. vol. 4. Menoch. præsumpr. 71. num. 39. cum seqq. lib. 2. Rimin. Iun. in l. vt vim nu. 398 Alciat. in lib. 4. Parergon c. 17. & apud Theologos Nauarr. in Manual. confess. cap. 27. num. 289. Præsertim quia se declarat quod ex auth. defuncto non inducitur distinctio bonorum, & hoc verum est, sed satis est nobis per authent. non corrigi distinctionem quam fundauimus fuisse de iure codicis introductam, idque Soccin. non discussit. Et vbi hoc discussisset, & hanc distinctionem etiam de iure codicis negasset, non affert rationem aliquam euertentem tot nostras in contrarium adductas, neque posset sola eius authoritas præponderare Bart. Anchar. Alex. Alexādr. & Iason ex professo articulum discutientes, & contrarium affirmantes cum attestatione quod hæc est communis opinio. Et dum Aymon subiungit quod tenentes cum Bar. loquuntur in concursu ascendentium, non meretur excusationem, nam superius sub num. 1. allegauerat Bart. Alex. Alexādr. & Iason specificè loquentes de concursu patris cū filio. Et addimus nos quod etiam reliqui hoc firmare intelliguntur dum non faciunt vim in personis, sed in ratione distinctionis bonorum quæ militat respectu omnium. Vnde loquētes de concursu ascendētium intelliguntur loqui gratia exempli dum alios concurrentes non excludunt, sed mouentur ex ratione generali quæ omnes cōplectitur.

Ac denique in decimo argumento assumit pro minore indubitata eandem conclusionem de qua disceptamus, Inquit enim quod filius donatarius potuisset viuens disponere in eius fratres, & etiam in extraneos, ergo & moriens censetur disponere in beneficium fratrum qui ex auth. defuncto sunt eius hæredes ab intestato. Hęc consequentia pręsupposita potestate disponendi quæ vera est, indiget maiori quod respectu voluntatis decedens absque dispositione censetur vocare venientes ab intestato, & similiter vera est. Indiget, & minori quod fratres sunt hæredes ab intestato, & hoc disceptamus, & fundare conati sumus quod in bonis donatis à patre successor est pater solus, ideoque, & ipse solus vocatus etiam censetur a filio intestato l. si quis, & l. conficiuntur ff. de iure codicill. Pro qua opinione vltra supra discussas rationes, & authoritates, repeto magnam æquitatē, vt bona reuertantur vnde exierant etiā in solatium amissi filij. Item vt aliorum filiorum reuerentia conseruetur erga parētes, qui & aduersus filios discolos per indirectū non sunt priuandi animaduersione

sione quam in illos exercere ius tribuit, vt in §. aliud quoque capitulum in auth. vt cum de appellat. cognoscit. Et erga benemerentes non sunt priuandi iucunditate, vt pro eorum voluntate, aut viuẽtes, aut morientes, vt magis expedit proprijs filijs beneficia cõferant, quibus quidem parentes ipsos inuigilare, & bene consulere iura confidunt l. nihil interest ff. de bon. liber. l. scripto ff. vnd. liber. l. nã & si parentibus ff. de inoffic. testam.

Deo Gratias.

Rescripsit Io. Baptista Grimaldus pater Ansaldi in hoc Regno Marchionis Modunei, quod post consultationem suis literis à me postulatam, & ipse, & alij communes consanguinei concordiam inter patrem, & filios proposuerunt, & optauerunt, sed filiorum Aduocati renuebant ex authoritate præfatæ decisionis. Visis autem præsentibus allegationibus ad honestissimam concordiam (hæc sunt verba Io. Baptistæ) mediantibus eisdem consanguineis deuenerunt.

SVMMARIVM.

1 *Declaratio actionis, vel exceptionis quò ad factum debet fieri. Et debet esse clara, vt num. 2. Etiam in Regno vbi proceditur simpliciter, & summarie iusta declarationem, vt num. 3. & num. 10.*

4 *Declaratio actionis, vel exceptionis qualiter, & quo tempore petenda est. Et an ex iusta causa requiratur à Iudice si partes non sunt in tempore petendi num. 5. & num. 9. & 11. & 13.*

6 *Iudici multa licent quæ non licent partibus, sicut habere depositionem ipsarum num. 7. vel testes admittere extra tẽpus debitum num. 8. vel fieri declarationes circa obscurè proposita num. 9. cum seqq.*

12 *Declarationes fieri iussu Iudicis motu proprio, vel ad partis instantiam idem est.*

13 *Declaratio replicationum in facto consistentium aduersus exceptiones propositas per conuentum.*

ALLEGATIO XXIX.

Pro Aurelia, & Margarita de Loffredo.

In Dei nomine Amen.

1 Sicut clarum est Actorem teneri libellum suum porrigere clarum, & explicitum, & in eo quod obscurus esset tenetur illum explicitè declarare l. 1. ff. de edend. vbi Doct. & in l. ędita, vbi Cyn. in 5. quæst. Ioan. Fab. col. 2. Alber. & Salyc. col. 3. Paul. & Claud. in princ. Ita reus qui in exceptione est actor l. 1. §. labeo ff. de Flum. declarare tenetur etiam suas exceptiones in facto consistẽtes Lage cum Geminiano C. de transact. vbi notant Claud. de Seisell. Lancellott.

2 Dec. & Rimin. Et declaratio debet esse clara, vt per Veron. in caut. 106. post Bar. in l. 1. col. 2. in vers. quæro ff. de except. per Bald. in l. Ordinarij col. 7. vers. Item quæro C. de reiuendic. per Alex. in consil. 71. vol. 3. per Afflict. in constir. dilationes num. 37. & 38. & per Felyn. in cap. pastoralis col. 5. de except. Neque obstat in Regno dispositio text. in c. detestantes per quem tamquam iubentem procedi summariè, & de plano tolli tales declarationes docet Bart. in constit. ad reprimendum in vers. & figura circ. med.

3 Nam ipse intelligendus est vbi sensus actionis, vel exceptionis propositę est perceptibilis, non autem vbi obscuritas aufert intelligentiam ita quod aduersarius se defendere non valeret contra naturalem æquitatem in eodem c. p. Detestantes consideratam in conformitatem tex. in clem. sæpè de verb. signif. vbi Zabarel. & Bald. in auth. offeratur C. de lit. contest. Sic cõcludunt Anchar. in cons. 383.

Primo

Primo & ante num. 7. cum traditis per eundem in consil. 133. satis. nu. 3. Alex. in consil. 29. num. 30. & 31. vol. 7. Et ex Regnicolis Patis de sindic. in ver. sententia c. 4. Afflict. in const. dilationes nu. 36. & 37. Marant. in 3. membr. 6. par. nu. 24. Et apud me ipsa pragmat. Dispendia litium de ordin. Iudic. hoc decidit dum vult ex exposit is posse aduersarium deliberare. Deliberatio autem, vt inquit Filos. in 2. poster. cap. 10. non cadit nisi in præcognitis, & cognitio non potest esse in obscuris l. Ita fidei in vers. Quamuis ff. de iur. fisc. Et tanto magis in casu nostro in quo aduersarius contendit nullatenus declarare. Quamobrem inquiunt præfatæ Actrices iustè petijsse, vt conuentus exceptiones in facto declararet.

Conuentus qui est Io. Baptista de Ebulo
4 inquit se non opposuisse exceptione n carentiæ, & incompetentiæ actionis (quæ opponi solet) vt sic teneretur illas quæ in facto consisterêt declarare. Et insuper inquit litem iam esse côtestat m, & processum vlterius. Ideoque talium declarationum petitio, quæ inter dilatorias numeratur non admittitur cap. exceptionẽ, vbi glos. Abb. & Felyn. de except. Bald. in l. exceptionem C. de probat. Afflict. in præfata constit. dilationes. Et quod plus est produxit processum originalẽ inter Ducem Turris Maioris, & Fabritium de Sangro in quo petita huiusmodi declaratione post litem contestatam decisum fuit procedi ad vlteriora petita declaratione non obstante.

Pro responsione aduerto prius hoc decretum non ita receptum esse, vt legem incontrouersam constituerit, siquidem in eodem articulo qui accidit apud Præs. de Franch. in eius decis. 263. memoratur hoc decretum sub num. 6. Et tamen causa relata, & non decisa (vt ibi d. circ. fin.) arguit circa huius articuli dubietatẽ, quam ibidem Præs. ille doctissimus non negauit, imò fatetur æquiorem esse opinionem, vt declaratio fiat, & in hanc opinionem inclinat.

Quæ autem opinio verior sit perscrutanda est de iure communi, & de iure Regni. Et primo de iure communi videtur obstare nobis regulam text. in dict. cap. exceptionem, vbi glos. in verb. in dilatorijs de except. & in cap. pastoralis, vbi glos. penul. & fin. eod. tit. & in l. exceptionem C. de probat. vbi Bald. num. 9. Alexand.
5 in cons. 34. num. 2. vol. 4. Sed è contra quia & si aliquæ petitiones dilatoriæ, quæ vere, & proprie suo nomini se conformant, & ius differunt, sed non perimunt, vt per Bald. in d. l. exceptionem num. 10. in fin. & per Alex. in dicto consil. 34. num. 2. negligentiæ pœnam non euadunt, tamen durum esset ex consimili negligentia tollere defensionem, quæ vt dixi absq; talibus declarationibus esset impossibilis. Et insuper Iudex quoq; ob incertitudinem vagaretur, vel aliter minus clare litigantium iustitiam intelligeret. Idcircò lex neque voluit regulam euertere quæ dilatoria post litem contestatam non admittit, neque hoc inconueniens relinquere voluit non prouisum vt in cap. cum Ioannes circa finem de fid. instrum. sed Iudici facultatem tribuit, vt ante, vel post litem contestatã
6 tales obscuritates declarari iubeat vbicumque Iudicem æquitas mouerit l. vbicumque ff. de interrogat. act. Acta enim ordinatoria, & etiam conclusio in causa partem impedire possunt non Iudicem, vt in dicto cap. cum Ioannes, & per Bal. in l. si accusatoribus col. fin. C. de accus. Et propterea potest Iudex sæpius illud quod partibus denegatur, vt per Ant. de Butr. in cap. cum dilectus de consuetud. & in cap. Bonæ il primo de postul. prælat. post glos. in cap. nulli de accusat. & Gemin. in cap. indemnitatibus in §. sane de elect. in 6.

Sic aliquando ex iusta causa Iudex hanc vel illam partem interrogat tamquam prin-
7 cipalem quamuis depositio principalis ob lapsum temporis, vel alia de causa ab aduersario peti non posset, vt per glos. in cap. cum causam de iuram. cal. in glos. fin. in vers. Item quandocumque per Io. Andr. in addit. ad specul. in titulo de depo-

depoſition §.4.in verſ.regulatiter,& per Rot.Rom. quam refert, & ſequitur Gemin. in cap.ſtatuimus num.5.in verſ.nota arg.& num.12.de confeſs. Dec. in 4. notabil mox allegand.in verſ.& concludit.Ad quod viget ratio,vt in glo.magn. in l.ſi actor malit.ff. de procur. quia Iudex debet veritatem inquirere, prout poteſt dicto cap.cum Ioãnes,& l.ſi apud quem C.de edend. & §.omnem in auth. de litig.

8 Sic teſtes ad ſui inſtructionem recipere poſt concluſum in cauſa Iudici non prohibetur,vt per Abb in cap. cum dilectus de fid.inſtrum.Dec.in cap.1.de Iudic.in in prima lectura ſub num.9. in 4. notabil.in verſ. ſic etiam. Et alia ſupplet, vt per Afflict. in conſtit. dilationes ſub 9. notabil. in verſ. an autem exceptio.

Et ſic denique iubet fieri declarationes de
9 quibus nunc agimus circa actiones, vel exceptiones obſcure deductas,ſicut poſt Bald. Salyc. & Alex. declarat Dec.in dicta l.age cum Geminiano num.7. C. de tranſact. idemq; firmat ibi Ant. de Alex. Iaſ.Rimin.Iacob.& Curt.Iun.in verſiculis, prout illos fideliter citat Præſid. de Franch. in ea deciſ. 263.num.5.

Qui omnes ſunt intelligendi etiam poſt litẽ conteſtatam, prout ibi Felyno ſubſcribens intelligitur velle Claud. in verſic. nunquid ſi talis.Et eſt ratio,vt in hoc Iudex differat à partibus quibus hoc paſſim licet ante litis conteſtationem. Et ſic vtrumq; tẽpus poſt alios ſpecificat Dec. in dicto cap.1.de Iud. in 4. notabil. in in prima, & in ſecunda lect.

Et hæc omnia magis procedunt de iure
10 Regni,in quo illud procedi ſimpliciter, & de plano ſola facti veritate inſpecta, ſicut tollit multa quæ impediunt iudiciũ ſummarium, & ſaperent dilationem, & ad hunc finem multa operatur, quæ leguntur in clemen.ſæpe de verbor.ſignif. & per Afflict. in dicto verſ. an autem, & per Alex. in conſil. 29. num.31.& 32. volum.7. ita firmius admittit iſtas declarationes,quæ conferunt ad procedendũ ſimpliciter, & de plano, & ad veritatem
11 facti clarius inſpiciendam.Dixi veritatem facti,nam de iure quid verius eſſe in ſui beneficium quiſque ſentiat non eſt declarandum, vt inquit Dec. in præfato nu.7. in verſ. & quod dictum poſt Bald. in l.fin. in princ. per illum textum C. de fideicommiſs. ſed circa declarationes facti fient vtique in cauſis ordinarijs parte petente ante litem conteſtatam,& non aliter. Et fient per Iudicem ex officio in quacumque parte iudicij ſi æquum ſibi videbitur,vt vtrumq; iam ſupra diximus, ſed in iudicijs ſummarijs fiet hoc etiam in quacumque parte iudicij ad inſtantiã partis,ita eſt gloſ. in dicta clemen. ſæpe in verbo interrogabit,quam commendat & ſequitur Geminian. in dicto cap.1. de confeſs. num.12.in verſ. hoc etiam. Et vere hæc gloſæ theorica oritur ex ipſo text. in quo dum multa reijciũtur quando proceditur ſummarie æquiparatur poſtea ad veritatem inſpiciendam ſiue partis inſtantia, ſiue motus Iudicis ex officio,vt in §.interrogabit. Et hoc idem firmat Dec. in cap.1. de Iud. in ſecunda lectura in 4. notabil. in verſ. Et maxime hoc videtur.

Quæ diſtinctio coadiuuat ad probandum
12 (vt iam dicebamus) quod in iudicijs ſummarijs illa clauſula ſimpliciter, & de plano,&c. ſicut compeſcit calumnias, & dilationes inutiles, ita fouet diligentias vtiles ad veritatem reperiẽdam, ſed quo ad praxim parum (ni fallor) affert vtilitatis,nam ſi declaratio petitur calumnioſe reijcitur in quacumque parte iudicij, vt per Innoc. in c.poſt electionem de conceſs.præbend. per Alexan. in conſil.65. num.5.vol.1. per Aleiar. in c.1. nu.62. de offic. ordin. per Menoch. de arbitr. Iud.caſu 439. ſi vero confert ad certitudinem ob rectam iuſtitiæ adminiſtrationem iam probauimus poſſe Iudicem ſimiliter in quacumque parte iudicij illam iubere ex officio. Idque ſi ipſemet Iu-

dex animaduertit, & prouidet habetur intentus. Si ipso non aduertente aduertitur hoc a partibus parum refert, quoad substantiam habendæ declarationis prouidere Iudicem ad partis petitionē, vel prouidere ex officio in eo quod prouideri congruum esse à partibus sibi commemoratur. Iam quod vbicumq; potest Iudex aliquid iubere motu proprio non prohibetur illius iussionis faciendæ ab aliqua ex partibus commoneri. Sic in declaratione de qua agimus inquit Alciat. in dicta l. Age cum Geminiano quod Iudex quæret requisitus à parte cuius interest. Et porrò cum ipsa lex fuerit rescriptum quodam ab illa Aurelia obtentum, illud Aurelia exibens suo Iudici, monebat illas declarationes per Iudicem haberi quæ in rescripto continebantur; Et merito Præses in ea decis. 263. post num. 12. dixit Iudicem prouidere debere super petita declaratione parte instante, vel instigante. Inquit parte instante (sic approbans præfatam conclusionem in quacumque parte iudicij in iudicijs summarijs ex clausulis suptadictis) inquit, vel instigante. Sic approbans in iudicijs ordinarijs iussum Iudicis ex officio tàm motu proprio, quàm ad partium instigationem.

Et in fine illius decisionis refert aliud de-
13 cretum ex quo possumus intelligere etiam pluries peti declarationes hinc inde si negotij qualitas hoc exigat ad hoc, vt exhitatio non remaneat, quò ad factum in his, quæ actionos, vel exceptiones fundare possunt, donec vel facto concordato ius attendatur, vel sciatur quid in facto controuertitur super quo vtraque pars deducere possit incumbentia.

Ex quibus omnibus liquet quod omninò præsertim in Regno petitam declarationem fieri in casu nostro per Sacrum Consilium prouidendum est. Neque obstat quod non fuerit per couuentum opposita exceptio carentiæ actionis. Nam nequaquam inuenio hanc oppositionem debere precedere, & merito Nō enim oppositio generalis nocere potest, sed noceret exceptio in facto probata, aduersus quam ab actricibus ignoratam, actrices ipse defendere se non valerent. Quod si conuentus ex iuris dispositione à nostris petitionibus se tutum esse confidit poterit hoc declarare. Sed dum hoc non dicit imò pro examinandis testibus literas commissionales expediri curauit, clarum est ex aliquo facto velle exceptiones fundare, quæ nostram actionem elideret. Hoc ergo factum vt innotescat declarandum est, iuxta terminos supradictos. Ad quod facit etiam præfatum decretum, prout refertur in dicta decisione, vbi nihil legimus actorem replicasse, & nihilominus conuentus, num aliquid facti aduersus exceptiones per ipsum oppositas actor prætenderet, certiorari voluit, & obtinuit. Et ibi non ita mirum si actor non replicauerat. Non enim solet hoc fieri ab actoribus, sed in casu nostro omissio illius formulæ ferè semper à conuentis vsitaræ, arguit cogitasse conuentum effugere petitionem declarationis, exceptionum in facto consistentium, ad hoc vt factum aliquod per testes quos nunc examinari curabat clanculum probaretur, & improuisis actricibus innotesceret quod non est permittendum, argum. text. in l. cum his §. si cum lis, ff. de transact. & glos. ibi. & in cap. cupientes in verb. malignantium de elect. in 6.

Deo Gratias.

Sacrum Consilium decreuit, vt conuentus declaret exceptiones in facto consistentes.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Brienzæ Comitatus quomodo peruenit ad Duces Martine qui illum alienauerunt.*

2 *Actus perficitur ex potestate, & voluntate.*

3 *Assensus impetrandus, vbi reseruatur, eo non obtento corruit actus quamuis aliter non requireretur ex qualitate feudi, vel alio modo.*

4 *Voluntas alicuius reseruata etiam in actu in quo talis voluntas non requirebatur, est necessaria, vt actus ille substineatur.*

5 *Regula quod potui nolui, &c. militat in hoc casu.*

6 *Feudum esse de sui natura alienabile, vel adesse alienandi potestatem extrinsecam valde differunt.*

7 *Feudum non esse erectum de sui natura alienabile ex multis cognoscitur, & in numeris sequentibus.*

8 *Feudi natura hæc est, vt sine assensu non alienetur.*

9 *Inuestitura, vbi contrarium non exprimitur expressisse censetur ea quæ veniunt de natura feudi.*

10 *Feudum non alienari absque assensu, est de comprehensis in fidelitate.*

11 *Feudum in dubio censetur concessum, iuxta formam solitam in Regno, vbi conceditur.*

12 *Feudum ad Regem reuersum quando retinet, vel non retinet pristinam naturam.*

13 *Actus contrarij indicant præcedentis concessionis alterationem.*

14 *Priuilegio non vtens quomodo illud amittit.*

15 *Priuilegio affirmatiuo præiudicatur per actum contrarium.*

16 *Priuilegio etiam in illis casibus in quibus non præiudicatur per actum contrarium tamen intelligitur præiudicatum per actum contrarium addito cursu temporis.*

17 *Alienandi potestas simpliciter concessa intelligitur pro vna vice.*

18 *Alienandi potestas concessa tibi, & hæredibus, & successoribus non comprehendit successores particulares.*

19 *Hæredis & successoris verbum in feudis quando comprehendit, vel non comprehendit successores particulares.*

20 *Alienans ex potestate sibi concessa si eandem rem iterum habuit non potest illam absque nouo assensu iterum alienare.*

21 *Assensus noui Regis an requiratur sicut requiritur contractus noui successoris, vbi contractus prædecessoris non fuit vndique perfectus.*

ALLEGATIO XXX.

Pro Duce Martine.

In Dei Nomine Amen.

1 EX nota facti liquet qualiter in anno 1428. Petriconus Caracciolus vigore concessionis sibi factæ per Reginam Ioannam huius nominis secundam obtinuit Terram Brientiæ cum titulo & honore Comitatus; A quo peruenit ad Iacobum filium, huic successit Petriconus secundus, Petricono Ioannes Baptista, illi Petriconus tertius, qui habuit filium, & hæredem Ferdinandum Ioanem Baptistam Patrem D. Caroli patris Ducis nunc viuentis, & præsens iudicium prosequẽtis in quo instat sibi restitui Terrã Brientiæ, vna cum fructibus soluto per ipsum pretio cum interesse. Hæc namque Terra ab eius Auo fuit vendita Hypolitæ Filomarinæ Marchionissæ Brientiæ matri, & in ea venditione præsupponitur non adesse assensum validũ, qua de re, ipse idem venditor hoc iudicium instituit, de cuius expeditione instante Duce eius nepote, ad præsens agitur, & quia satis clarum est axioma, quòd nulla est vẽditio rei feudalis Regio assensu non roborata, idcircò dupliciter conatur pars aduersa venditionem prædictam substinere. Primo inquir, non

opus fuisse nouo assensu Regio, stante assensu primeuo ex facultate alienandi per Reginam Ioannam in prima concessione attributa. Secundo inquit, adesse etiam nouum assensum eumque validum, & perfectum.

Pro Duce autem defendimus neutrum prodesse: & primo ad prædictam alienandi facultatem multipliciter respondetur.

Prima (atque ea sola sufficiens) responsio
2 est, quòd ad cuiuslibet actus perfectionem duo requiruntur potestas videlicet, & voluntas, quamobrem supposita alienandi potestate antecedenti, quærunt Doctores, num vlterius requiratur assensus? & quia potestas adest, inquirendum docent, num similiter adsit voluntas disponendi vigore illius primeuæ potestatis, vel potius voluerint disponentes contrahere vigore noui assensus
3 impetrandi, si enim dixerunt contrahere vigore potestatis antecedentis, iam sumus in claris, vt contractus substineatur: quòd si contraxere simpliciter, vel assensus in contractu simpliciter reseruatus est, æquior adhuc erit opinio, vt contractus substineatur, erit enim in dubio, præsumendum illud fuisse prospectum, ex quo dispositio substinetur, adhoc vt actus magis valeat, quam pereat. At vero si sumus in claris quod respicitur ad futurum, tunc in claris non opus est coniecturis, & consequenter si contractus celebratus erit cum assensu impetrando; nihil vlterius de potestate antecedenti quærendum est: sed ab ipso assensu impetrando, & non aliunde dispositionis huiusmodi validitas pendet, vel inualiditas, hæc sunt verba Camerar. in cap. Imperialem fol. 55. colum. 4. in fine, & fol. 56. colum. 1. in principio, vbi cæteros affert, omittit tamen Loffred. qui similiter optime loquitur in cons. 17 num. 54. versic. & tanto magis, & nu. 55. & 56.

Nec obstat responsio partis dicentis, hæc procedere in feudo alienabili vigore assensus obtenti non autem in feudo alienabili de sui natura, quale præsupponit esse Terram Brientiæ, nam vltra quòd hoc non est ita in facto, sicut paulo inferius dicetur, tamen pro nunc præsupposito, quod ita esset in facto, quis est Doctor qui de iure talem faciat differentiã inter feudum alienabile de sui natura, vel ob assensum imperatum? Certè neque Doctor est, qui hoc dicat, neque dici potest, Non enim est vis in potestate, quæ vtroque modo præsupponitur, sed vis est in voluntate dũ partes cõtrahere voluerunt cum assensu impetrando, & non aliter. Vnde non obtento cessat contractus sicuti, & res burgensatica, quæ ad libitum vendi potest, si tamen venditur cum beneplacito obtinendo ab alio puta consanguineo, vel amico, eo non obtento contractus corruit, & generaliter Doctores, qui tractant nullitatem alicuius actus ob non habitam aliquam auctoritatem siue solemnitatem reseruatam, quamuis non necessariam (à quibus postea feudistæ formauerunt conclusionem in materia assensus) illi nunquam nullo pacto distinguunt inter potestatem intrinsecam, vel extrinsecam, siue dicamus propriam, aut accidentalem, sed supposita potestate discurrunt de voluntate. Immò exempla per eos tradita præsupponunt potestatem propriam,
4 & intrinsecam, nam loquuntur de eo qui poterat facere procurationem, quæ quidem potestas non est nisi propria, & intrinseca, & tamen si voluit eam authorari ex aliquo non necessario, hoc deficiente procuratio corruit, & sic de similibus, sicut post Innoc. in cap. fin num. 3. de procurat. docet ibi late Abb. num. 8. & 9. vbi solùm considerat defectum voluntatis, quantumuis potestas sit amplissima, & similiter, Felyn. in cap. cum ordinẽ in principio de rescript. tales actus dijudicat ex defectu voluntatis, & in specie allegat regulam, quòd potui noluí, quod volui adimplere requiritur desumptam ex cap. cum super, de offic. de-
5 leg.

leg. & ex l.multum interest C. si quis alteri,vel sibi. Casus autem noster est nimis clarus,quòd partes solummodò contraxere virtute assensus impetrandi, & non aliter, & hoc siue ipsius contractus verba, siue dispositionis substantiam, siue memorialium formulam intueamur, prout hæc omnia in facto deducta sunt vnde satis militat in casu nostro præfata decisio Loffred. Camer. & aliorum.

Nunc venio ad secundam responsionem
6 in qua patefaciam,quòd non modo deficit volūtas, sed potestas etiam euanuerat; erat enim talis potestas alienandi, non qualitas intrinseca, sicut pars vellet quasi fuisset erectum feudum alienabile ad omne libitum. Ita quod etiam Marchio Burgentiæ posset alienare sine assensu, & qui emeret ab eo similiter alienare posset sine assensu,& sic in infinitum,quod esset absurdum intollerabile, sed fuit licentia extrinseca post erectum feudum de sui natura non alienabile sine assensu, quæ quidem licentia restringitur ad certos actus, & ad certas personas,vt mox dicetur.

Quod autem non fuerit erectum feudum
7 alienabile patet luce clarius nam non dicitur constitui feudum alienabile, sed simpliciter conceditur Terra Burgētiæ in feudum, & Comitatum, iuxta ordinariam formam feudalium concessionum, quæ quidem concessio comprehendit omnia quæ veniūt de natura feudorum, ac si specialiter fuissent expressa, & cum prohibitio alienationis sine assensu, sit
8 de natura feudi introducta per tot iura Lotharij, & Federici,vt per Camerar.in cap. Imperialem fol.54. sequitur, vt eadem prohibitio absque alia expressione fuerit introducta in ipsa feudi erectione, sicut reliqua omnia, quæ sunt de feudi natura,iuxta text.in l.ex empto,ff. de acti. empti. sic declarat Bald. in prælud.feud. in quarta diuisione, & in consil.275. lib. 2. vbi declarat ea venire in
9 inuestitura,quæ sunt de natura feud.per Isern. & reliquos in cap.1.de feud. non habente propriam feud. naturam per Aluar. in prælud.feud. in tertia diuisione, & per Iason similiter in prælud.in quarta diuisione num.48. late per Tom. de Mar.in tractat.de feud. sub num.18. qui in cap.6.illius tituli in specie loquitur de hac feudi natura, quæ simul cum feudo oritur, vt sine consensu Domini non alienetur,& per Frecc.in lib.2. de subfeud. sub cap.incip. superest vt aliqua num.10. Immò hoc esse de com-
10 prehensis in fidelitate docet Francisc. de Aretin. in consilio 14.num.3. quem commendat, & sequitur Camer. in cap. Imperialem fol. 37. litera B C. Quo quidem feudo erecto, & secum virtualiter inducta alienandi prohibitione,iuxta feudi naturam ex omnium legum feudalium dispositione. Volens subsequenter Reginalis Maiestas Petricono tem gratam facere subdit licentiam disponendi.

Quæ licentia ex multis apparet, quòd fuit dispensatio extrinseca; Primo, quia (vt dixi) non erigitur feudum alienabile,sed post erectionem feudi, cum clausulis consuetis importantibus solitam prohibitionem subsequitur dispensatio. Secundo,quia Terra Brienzæ per prius fuerat Comitatus, & per consequēs feudum non alienabile, sine assensu.

Vnde dum iterum infeudatur non modo
11 non est præsumenda qualitas adeo noua,& insitata in hoc Regno,sed est præsumenda forma solita, vt per Andr. in cap.1. §. huius autem generis num.13. versic. sed si dixit, ex quibus caus. feud. amitt. & per Camer. in cap.Imperialem fol.40.litera K, & non modo de facili reuertebatur ad pristinam naturam non alienabilem sine assensu,& pristina natura præsumitur,vt per Camer. in cap.Imperialem fol.72. colum.4.in fin.Sed dico, quòd remansit illa pristina, & nun-
12 quam fuit immutata, nam licet feudum ad Regem reuersum amittat feudi naturam tamen hoc procedit,quando Rex illud,

lud, cum cæteris bonis regalibus incorporauit, & confusum habuit non autem quando illud retinuit separatum, vt per Andr. in c. 1. de controuerſ. feud. apud pares terminandi n. 11. & in dicto §. huius autem generis num. 13. in princ. vbi Aluar. & Cardin. Et in casu nostro Reginalis Maiestas tenebat hanc Terram non incorporatam cum cæteris bonis, sed valde distinctam sicut patet ex lectura eiusdem priuilegij, vbi dicit tenere hanc Terram cum titulo, & honore Comitatus, quod quidem esse non potuisset si ipsam Terram cum cæteris bonis regalibus incorporasset, vt per Andr. in dicto num. 13. Sed retinuit illam separatam cum primæua natura feudi, & feudi titulati. Tertiò, quod fuerit dispensatio extrinseca, patet quia si ipsum feudum fuisset erectum alienabile, tale permansisset pœnes quemlibet possessorem, sed Regina in licentia alienandi se restringit ad solum Petriconum, & suos hæredes, & successores, ergo &c. Quarto, idem patet, quia feudum alienabile nó requirit assensum, sed in illa inuestitura dicitur, quòd assensus intelligatur præstitus in alienatione faciẽda ergo assensus erat necessarius, sed ex gratia præconceditur: Patet autem, quod est gratia extrinseca.

Et est quidem gratia nimis exorbitans, ita vt consimilis in toto Regno forte non adsit quamobrem tanto facilius subsequens contrarius vsus indicat eiusdem
13 facultatis alterationem cap. cum accessissent in fine de constit. Vnde practica in Curijs omnium Principum cõfirmandi antiquas concessiones, cum clausula, quatenus in possessione existunt, & in casu nostro non modo non adest talis possessio, sed adsunt actus contrarij in omni alienatione, quæ occurrit: nam Petriconus primus alienans in Iacobum filium, & Petriconus tertius alienans in Alfonsum patruum, petijt, & obtinuit assensum, & denique præsens alienatio de qua nunc agitur facta fuit cum assensu impetrando, & non aliter, ex quo facto vltra prædictam violentam præsumptionem contra priuilegiatum oriuntur vlterius quinque conclusiones indubitatæ.

Quarum prima est, quòd dùm habuerunt
14 occasionem vtendi priuilegio, & eo non sunt vsi non possunt vlterius ad illud redire, ita est gloſ. in cap. Abbate de verborum signific. declarant ibi Ant. de Butr. in colum. fin. & Abb. num. 18. Innoc. in cap. querelam de elect. Bald. in l. 2. C. de seruitut. & aqua, & late Dec. in dicto c. cum accessissent num. 17. vbi affert Bart. in l. in filijs, C. de decur. lib. 10. cum cæteris de quibus per Consiliariũ de Ann. in consil. 59. num. 26. & 27. volum. 1. & consil. 105. num. 17. volum. 2.

Secunda est conclusio, quod tali priuilegio affirmatiuo permittenti alienationẽ absq;
15 assensu fuit præiudicatum per vnicum contrarium actum l. 2. C. de iur. domin. impetrand. vbi notãt Bar. Bald. & cæteri, latè gloſ. in dicto cap. cum accessissent in verbo contrauenerint circa medium, vbi refert Ioannem sic tenere, vt sufficiat vnica contrauentio, & in casu nostro sunt plures, & sumus in personis particularibus non in communitate, vel Ecclesia, quod ibi gloſ. considerat in finalib. verbis, sequitur Abb. ante num. 7. in verſ. primo casu perditur per vnicam contrauentionẽ, & Dec. qui allegat Bar. in leg. 1 C. de his, qui in prior. credit. loc. succed. & latè Doctor. in l. final. C. de constitut. Princip. & in l. falso C. de diuerſ. rescrip.

Tertia est conclusio, quòd quamuis essemus in illis casibus in quibus sola contrauen-
16 tio, vel non vsus priuilegij non sufficeret ad illius amissionem, sufficeret tamen in casu nostro, addito cursu temporis triginta annorum, vt est glosa in dicto c. cum accessissent in verbo cõtrauenerint circa finem, & ibi Abbas num. 7. & 8. per totum, & in consil. 101. volum. 2. & in cap. accedentibus, & cap. si de cætero de priuileg. Alex. in consil. 190. num. 23. & 24. vol. 2. cum cæteris latè adductis per Apostill. ad Bart. in l. 1. ff. mand. tanto fortius in casu nostro in quo affuerunt non

non vnus, sed plures actus contrarij, & cucurrit tempus sufficiens, non ad vnam, sed ad tres, vel quatuor præscriptiones.

Quarta est conclusio, quòd supposita tali facultate alienandi, absque nouo assensu

17 illa operari potuisset pro vna vice tantum, & hoc in prima alienatione, quæ occurrit non vlterius ex regula, text. in l. Boues in §. hoc sermone, ff. de verbor. significat. qui locum habet in priuilegijs, in contractibus, in dispositionibus, & similibus; & in specie in facultate aliquid faciendi concessa ab homine, prout latè declarat Dec. in consil. 512. num. 7. & Alexan. in consil. 116. volum. 4. qui hoc comprobant, quàm pluribus exemplis, & in specie de eo qui poterat feudum alienare, si alienat, & iterum recuperat non tamē iuuari posse illa primæua potestate docet Camerar. in cap. Imperialē fol. 45. litera P. Et hoc idem latius per nonaginta conclusiones hinc dependentes examinat Tiraq. in cōmentario d. l. Boues in §. hoc sermone, quæ omnes probant talem facultatem potuisse sol ummodò operari in prima alienatione facta per Petriconum Primum, non autem in secunda alienatione facta per Petriconū Tertium, & multò minus in præsenti alienatione, quæ est tertia.

Quinta conclusio est, quòd hæc Terra con-

18 cessa fuit Petricono, & suis hæredibus, & successoribus, & eisdem personis conceditur facultas alienandi. Vnde sequitur non comprehendi succedentes titulo particulari; siquidem verum est apud feudistas, quòd illa verba, (tibi, & cui dederis) comprehendunt succedentem titulo particulari, & hic non est casus noster; illa autem verba (tibi, & tuis hæredibus, & successoribus quibuscumque) dubium est inter Doctores si comprehēdunt, vel non comprehēduat succedentem titulo particulari, & hic etiam, non est casus nōster, sed hæc verba (tibi, & hæredibus, & successoribus) absque illo verbo quibuscumque, quæ propriè sunt

19 in casu nostro, ex omnium sentētia non comprehendunt succedētem titulo particulari, prout hæc omnia legimus apud Camer. in cap Imperialem fol. 29. col. 1. & 2. post Bald. in cap. 1. §. donare qualit. olim pot. feud. alien. latè Alex. consil. 30. vol. 1. Dec. cons. 193. Curt. Iunior in cons. 1. per totum, præsertim sub nu. 11. vbi hęc declarat, & cons. 4. n. 3. & 4. & in tractat. feud. in tertia parte principal. sub cap. incipiēti expedita igitur nu. 3. Brun. cons. 16. num. 8. Gozadin. cons. 8. nu. 7. Iacob. de sancto Georgio in sua inuestitura in verbo, & successoribus quibuscumque, latè Petr. de Grego. de concess. feudor. par. 6. quæst. 2. & Cum. in cap. si aliquem in prælud. num. 285. In facto autem deductum est, qualiter Petriconus primus alienans disposuit de hac Terra in filium sub titulo particulari cum assensu. Item postea Petriconus tertius hanc Terram vendidit Alfonso Caracciolo similiter cum assēsu, & huic Alfonso postea mediante persona sui patris successit Dux Ferdinandus Ioānes Baptista, qui fecit venditionem, de qua nunc agitur ex quibus patet, quòd hic venditor non habuit hanc Terram tanquam successor, & hæres illius Petriconi primi acquirentis, sed successit Alfonso Caracciolo, qui hanc Terram emerat, & per consequens tanquam successor titulo particulari, nec comprehensus in prędicta licentia, non potuit in eius successorem illud ius transferre, quòd ipse

20 non habuit. Imò etsi ipse idem qui potestatem habebat alienandi hanc Terram post alienationem rehabuisset, non potuisset vigore illius potestatis iterū alienare, vt in specie firmat Camer. in d. cap. Imperialem fol. 45. litera P. Et ex hoc, & reliquis supradictis bene sciebant partes opus esse nouo asſēsu cuius vigore contraxerunt, & non aliter.

Possem vlterius differere si post mortem

21 Regis assentientis ante alienationem requiritur nouus assensus Regis successoris, sicut post mortem feudatarij contrahentis; ante assensum requiritur nouus con-

contractus hæredis ob correspectiuam naturam feudalem: sed quia hæc est dubitabilis quæstio ex traditis per Bald. in l.1.de Constit.Princip.& per Frecc. in lib.2.de subfeud.in 27.quæstio. Ideò in hoc non insisto volens permanere in prędictis respõsionibus claris,& forte à nemine controuersis. Ex quibus patet quod oportet emptorē iuuari nouo assensu quo ipse partes vti voluerunt,& quo vti oportebat, vt dictum est. Qui nouus assẽsus innumeras habet subreptiones disformitates, & alios defectus in nota facti commemoratos.

Deo Gratias.

Decisio notatur in Allegatione sequenti.

SVMMARIVM.

1 *Feudum aliquando est vnum corpus particulare aliquando vniuersitas iuris, siue facti.*
2 *Diuisio feudi quomodo est considerabilis.*
3 *Assensus per subreptionem vitiatur.*
4 *Subreptio dicitur, vbi quod tacetur posset impedire, aut duriorem reddere concessionem idque relinquitur arbitrio Iudicis.*
5 *Subreptio considerabilis attento stylo Regia Cancellariæ. Et magis inducitur vbi ex pluribus impedimentis aliquod solum exprimitur num.8.*
6 *Expressio eorum quæ si tacentur inducerent subreptionem oportet esse clara ita vt videantur non per coniecturas, sed oculo corporali.*
7 *Arguere oportet à necessarijs non à contingentibus.*
9 *Disformitas contractus, & assensus vitiat actum respectu vtriusque contrahentis etiam si nociua est illam non allegantis, & num.14. Et etiam si est in re minima, vt num.11. Vnde vterque reuocat, vt num.12. & 15.*
10 *Contractus claudicare non debet.*
13 *Concessio feudi tenendi à Barone cum assensu, vt teneatur à Regia Curia non valet.*
15 *Vtile per inutile in contractibus vitiatur.*
16 *Concessio pro hæredibus simpliciter, vel si additur, & successoribus quid importent. Et quid si pluries repetuntur num.17. Et quid si additur in perpetuum num.18. Et quid de iure Regni cum decisione Regia Cameræ, num.19.*
20 *Terra vendi potest sine titulo, & etiam cum titulo cum Regio assensu.*
21 *Feuda habent aliqua substantialia. Item accidentalia, vt num.22. Item naturalia, vt num.23. Quæ naturalia assumit aliquando à persona concedente, vt num.24. Aliquando à lege feudorum, vt num.25. Aliquando à lege inuestitura, vt num.26. Et tunc tripliciter, vt num.27.28.& 29.*
30 *Feudi natura est vt sit transitorium, vel non transitorium ad aliquas personas. Item vt sit vel nõ sit titulatũ, & nu.31. Et de clausula feudi natura in aliquo non mutata, num.37.*
31 *Feuda quomodo erigantur in dignitates cohærentes rei, vel personæ occasione rei, & de illorum differentia, & nu.34. præsertim quando deuoluuntur ad directum Dominum, vt num.32.*
33 *Dignitates creantur, & destruuntur per Regem solo verbo. Et qualis in hoc erat mos antiquus, & qualis est modernus in num.35. Et de differentijs feudorum dignitatis à simplicibus Baronijs num.36.*
38 *Reuocatio reuocationis contractus feudalis, an, & quomodo, & quando fieri possit.*
39 *Assensus super contractu facto non validat faciendum nec è contra præsertim cum clausula veris existentibus prænarratis.*
40 *Assensu expedito super contractu faciendo infra quod tempus potest contractus subsequi.*

ALLE-

ALLEGATIO XXXI.

Pro eodem in eadem causa.

In Dei Nomine Amen.



Quia ex lectura, & defensione in Aula S. C. innotuit quod defendentes Marchionem Brienzæ nō modo iuuari prętendunt ex natura huius feudi quasi de sui natura alienabilis absque nouo assensu ad quod satis pro viribus in primis allegationibus responsum est. Sed prætendunt etiam iuuari ex nouo assensu per Maiestatem Catholicam expedito, & responsiones afferunt ad defectus in nota facti commemoratos, non pigebit defectus ipsos in iure comprobare. Et certè aduersus hunc nouum assensum multa sunt deducta ex quibus discutiam ea solummodò, quæ procedunt per conclusiones apud feudistas indubitatas deducendo eas sub tribus capitibus nempè subreptionis, difformitatis, & defectus.

Quò ad primum, subreptio est in duobus; nam tacetur Terram Brieniæ esse titulo decoratam, cum quo titulo, & honore Comitatus facta erat venditio, & similiter tacetur feudi diuisio, quæ ex tali venditione oriebatur, nec obstat partis responsio, quod hoc satis fuit expressum

1 per illa verba (excepto il feudo di Santa Elena.) Nam feudum est aliquando vnum corpus particulare. Aliquando est vniuersitas iuris siue facti, iuxta ipsius erectionem aptum comprehendere diuersa corpora feudalia distincta etiam burgensatica, quæ veniunt in venditione feudi, non tamen ea omnia ipsum feudum constituunt: sed aliud est ipsum feudum consistens, verbi gratia in vno castro cum suo territorio, vel aliter, iuxta ipsius erectionem, prout declarat Innocent. in cap. cum ad sedem num. 2. & 3. de restitut. spoliat. & hoc si non integrum permanet inducitur diuisio feudi. Aliud est aliquod corpus sub isto feudo comprehensum, & hoc à feudo segregatum non inducit diuisionē quandoquidem, vt dictum est, & alia feuda, & etiam bona burgensatica comprehendi possunt sub isto feudo sicuti post Host. in c. nimis de iure iuran. declarat Cam. in c. Imperialem fol. 38. lit. P. & fol. 39. lit. B. E. F. G. & sic illa verba (excepto feu-

2 do Sanctæ Elenæ) non modo parti non prosunt, cum non importent de necessitate feudi diuisionem, quæ claris verbis exprimi debet, vt infra dicetur. sed potius nocent summoperè, nam si nō adesset talis exceptio, venirent omnia cōprehensa in ipso feudo, vt per Innoc. & Camer. in locis prædictis, sed dum excipitur clarum est, quòd non venditur, & ecce feudi diuisio.

Et sic duę adsunt subreptiones ex taciturni-

3 tate tituli, & ex taciturnitate diuisionis, quarum quælibet de per se assensum vitiat, vt per Olprad. in consil. 247. in secundo dubio per Andr. in cap. Imperialē col. 4. & ibi per Camer. fol. 56. col. 3. & 4. in fin. Frecc. de subfeud. lib. 2. q. 26. iuxta regulas traditas per Ciuilistas in l. præscriptione C. si contra ius, vel vtilit. publ. & per Canonistas in c. cum dilecto de rescript. & in c. cum super literis eodem titulo. Qui omnes præsertim Abb. ibid. num. 7. in fine, & Socc. in cons. 260. num. 3. volum. 2. loquuntur, quando quòd tacetur tale est, vt eo expresso,

4 aut Princeps non concessisset, aut durius concessisset, quòd quidem relinquitur arbitrio Iudicis, vt per Decium in dicto capitulo super literis num. 9. Et in casu nostro non modo arbitrium est pro nobis; attenta grauitate rerum, quæ tacentur, sed sumus in claris quòd durior est Rex in huiusmodi assensibus, quorum expeditiones per Pragmaticam, quę est tertia sub titulo de feudo nominatim per nouem capita Proregi denegat cui tamen totius Regni gubernationem committit.

Et quod Regis intentio sit huiusmodi as-
5 sensus, aut nullo modo, aut valdè durius concedere vltra prædicta apparet etiam ex ordinario stilo Cancellariæ, iuxta quē semper in assensu specificatur illa clausula videlicet. Dummodò non inducatur diuisio feudi, & natura feudi in aliquo non mutata, in casu autem nostro, & natura feudi mutaretur, & diuisio induceretur.

Nec dicat pars, quòd saltem diuisio videtur expressa per illa verba (excepto feudo sanctæ Elenæ) nam probaui posse feudum plura comprehendere, quæ si non excipiuntur cum feudo transirent, si tamen excipiuntur non inducitur feudi diuisio, nec etiam dicat, quod hæc habebantur pro expressis dum assensus petebatur in Regia Curia, qui alioquin potuisset per Proregem expediri; nam vbi hoc quòd loco expressionis alicuius necessariæ qualitatis sufficiat coniectura?
6 certè Doctores omnes requirunt talium qualitatum expressionem, quæ oculatim inspiciatur super qua Princeps deliberet, vt per Frecc. in lib. 2. de subfeud. q. 11. num 9. non autem repetietur Doctor, qui obliget Principem ad augurandum, & coniecturandum ea quæ tacentur.

Vltra quòd coniectura etiam deficit, non enim ista duo tantum, sed nouem sunt capita quibus assentire Proregibus prohibetur, & ea Rex diuinare non tenetur, sed regulatur ex eo, quod videt cum oculo corporali, vt per Frecc. in loco prædicto.

Et insuper videmus quotidie nonnullos pro maiori quadam firmitate, vel pro maiori animi satisfactione ad disputationes euadendas obtinere ab ipsa Regia Maiestate assensus quosdam, qui à Proregibus similiter obtinerentur; Ex quibus liquet talem coniecturam nullo pa-
7 cto esse necessariam, & a consequentia contingenti, vel probabili, & non necessaria arguere minimè possumus, secundum Dialecticos, & probatur in leg. si is qui duos ff. de liber. leg per Bart. in l. 1. col. 9. c. de summa Trinit. & fid. Cathol. & in leg. 1. circa med. qui pot. in pignor. habeantur. Vltrà quod si diuisio feudi exprimitur in illis verbis ex-
8 cepto feudo Sanctę Elenę tanto minus poterat Rex augurari quod adhuc adesset alia causa prohibitionis, nempè ipse titulus de quo nulla mentio in petitione assensus facta fuerat.

Quò ad secundum caput dixi, quòd talis assensus prodesse non potest ratione difformitatis à contractu. In qua difformitate non est considerabile, quòd noceat emptori, vel venditori, sed satis est
9 adesse difformitatem adhoc vt vterque reuocare possit ad æqualitatem seruandam l. 1. C. de cupressis lib. 10. & l. fin. C. de indict. vid. tollend. per Geminian. in cap. 1. de tempor. ordinat. lib. 6. Nec
10 potest contractus claudicare, vt valeat respectu vnius, & non alterius l. Iulianus §. siquis ff. de actio. empt. l. non ideo minus, C. de procurator. Et non solum dif-
11 formitas grauis, sicut est in casu nostro, sed quantumuis minima vitiat assensum, tùm ratione voluntatis indiuiduæ, tùm etiam ex regula generali, quòd omnibus prohibitis vno concesso, cætera tamen etiam minoris præiudicij remanent adhuc prohibita, & sine assensu. Et si aliquid vno modo in assensu permittitur omnibus alijs modis remanet prohibitum, & sine assensu.

Vnde vtraque pars reuocare potest contra-
12 ctum, in quo adest assensus difformis, tanquam si nullatenus adesset assensus, vt per Andr. in dicta leg. Imperialem num. 5. & 6. declarat optimè Camerar. ibidem fol. 4. colum. 4. & fol. 47. col. 3. & fol. 48. & 49. Vbi allegat pulchrum text. in l. si pupillorum §. si prætor ff. de
13 rebus eorum, & optimè fol. 56. col. 4. vbi si quæ conceduntur cum vna qualitate, & illam qualitatem non habent censentur prohibita. Ex quo infert ad cōcessiones Baronum quod feudum teneātur ab ipsis, vt nō valeāt si superuenit asſēsus quod teneatur à R. Cur. nā tūc neutrū tenet

Idem

Idem post Andr. firmat Aluar. ibi nu.8. & Affict.num.12.Curt.in tract.feud. in quarta parte vers. 4. quæro si Dominus Loffred. consil.7. num. 33. & consil.9. num.20. & 23. Afflict.in constit.constitutionem diuæ memoriæ num.30. cum
14 cæteris de quibus per eos,& per Frāch. in decis.540.vbi in specie loquitur quādo difformitas noceret, ei qui de hoc nō curaret,nam & ipse renunciando nō conualidat contractum nullum ex difformitate.Capyc.in d.const. col.86. & idem Capyc.in decis.100.vbi ex Andrea ponderat hæc tanto magis procedere in Regno per Constitutionem requirentem licentiam expressam, & specialem sicut, & considerat Frecc. in lib.2. quæst.11. num.8. & Grammat.decis.103.nu.198. & sequen. & doctissime Præses de Franchis in decis.154. & in decis.71. nu.15. 16. & 17. Ad cuius rei confirmationem in assensu ponitur illa clausula quò ad expressa tantum, vt tanto magis certiorèmur, quòd stante aliqua difformitate, contractus remanet sine assensu,& assensus quoquomodo contractui difformis ex indiuidua volūtate pęnitus euanescit. Et isti sunt veri termini,licet aliquis videatur talem difformitatem non curare, sed non video responsum nec responderi posse ad prædicta. Nam semper in ma-
15 teria assensus vtile per inutile vitiari docet Camer. in leg.Imperialem fol.32.colum.tertia nec cōfirmatur contractus in eo,quòd est minus, licet adsit assensus in eo,quòd est plus, vt per Doctores præfatos: & est text. in capit. susceptum de rescript. in sexto,quem ponderat Felynus videndus in cap. super literis ante num.4. extra de rescript. & Præses de Franch. in dicta decis.71. num.15. cum sequentibus sunt autem duæ, & eæ maximè difformitates.

Prima est,quia emptio in contractu fuit pro se,& hæredibus, & successoribus in perpetuum,& assensus est solum pro se, & hæredibus ex corpore, quæ difformitas est valdè notabilis, nam licet hæc verba pro hæredibus,& successoribus, non cōprehendant successorem particularem,vt supra diximus tamen extenduntur vltra descendētes ex corpore; & licet verbum
16 hæres simpliciter prolatum in materia feudali possit restringi ad descendentes ex corpore ex doctrina Bart. in l.Gallus, §.etiam si parente ff. de liber. & posthumis per tex.in cap.1.§.etsi clientulus,de alien.feud.cum cæteris relatis per Alex. in cons.30.num.1.vol.1.Tamen quādo dicitur pro hæredibus,& successoribus, tunc ne illud verbum, & successoribus stet ociosum comprehenduntur etiā extranei,& succedentes ab intestato, dummodo sint hęredes,prout declarat Curt. Iunior in cons.4.num.9. & in col. final. Dec.in cons.390.nu.14.vers.3. nō videtur: & tanto magis si talia verba pluries
17 repetūtur sicut est in casu nostro, prout benè considerat Corneus in consil.16. nu.5.vers.Et hoc maxime vol.1. Gozad. in cons.17.& 19.Salyc. in l.2. num.30. in final.verbis, C.de iur.emphyt.Socc.in cons.266.vol.2.sub num.36. & 37.Vbi
18 tanto fortius hoc firmat, quando adest illud verbum, in perpetuum quod legitur in casu nostro cū cæteris latè cumulatis per Petr.de Greg.de concess.feud. par.6.q.4.num.1.&2.vbi Apostill.addit Roland.à Vall. Rimin. & alios. Nec obstat Capyc. in sua inuestitura feud. sub cap.feudorum clausulæ fol.93.Nam loquitur perfunctoriè, & articulū non disputat:neq; digerit,quòd patet,quia allegat.And.Alex.& cæteros in locis in quibus loquuntur simpliciter de hæredibus, quòd nō negamus,sed Salyc.Soc.Corn. Curt.& reliqui supradicti vim faciūt quādo additur verbū successoribus.Verū est, quòd Imol.in l.quod dicitur,ff. de verb. oblig.tenet contrariū, sed ipsemet refert alios contra se, & postea omnes prędicti similiter tenent contrariū,& ipsum refellūt adeo qđ pro nobis est opinio,& cōmunis,&verior ex rōne supradicta,& tāto magis in casu nostro ob illa verba repetita,& ob illud verbū in perpetuū, vt dictum est.

Et hoc de iure communi feudorum, sed in
19 Regno verbum hæres est aptum comprehendere fratres, & sorores vigore Constitutionis, vt de successionibus, quādo non est restrictum per illa verba ex suo corpore descendentibus, vt ibi per Andream, & per Regentem de Pont. de potest. Proreg. sub titul. de succefs. mulier. §. 1. num. 15. vers. Præterea si Andr. fol. mihi 464. latè Fab. de Ann. in consil. 125. vbi latè de omnibus gratijs. Et sic etiam in Regno fine dubio differentia est notoria, & notabilis, prout docet Camer. in c. Imperialem fol. 22. colum. 3. in princip. Et secundum hanc nostram opinionem specificè, ac punctualiter articulum decidendo iudicauit Regia Camera Summariæ, in inuestitura petita per Ducem Populi Antegratias in hoc obtentas, quæ in feudis pro hæredibus, & successoribus in perpetuum concessit inuestituram fratri, illamq; denegauit in feudis per se, & hæredibus ex corpore: quæ sola difformitas iam decisa sufficit in hac causa ad contractus annullationē.

Et vlterius aduerto, quòd quamuis opinio esset dubia nō cadit dubietas in casu nostro, in quo ipsamet emptrix declarauit, sic emisse, vt hæc verba plus importent, quàm descendentes ex corpore. Vnde ad euadendam difformitatem procurauit nouas literas Regias, quas obtinere non potuit, & sic difformitas est ineuitabilis; Dum assensus loquitur de descendentibus ex corpore, & contractus loquitur de hæredibus, & successoribus in perpetuum, quæ verba sunt valdè ampliora, tā ex dispositione iuris, sic recepti, & iudicari, quàm ex mente eiusdem emptricis à seipsa declarata.

Secunda est difformitas, quia emptio est cum titulo, & assensus est fine titulo, prout vtrumque in facto deductum est, & in iure apud feudistas non dubitatur, quod terra titulo decorata sicut vendi potest fine titulo, ita etiam vendi potest cum titulo Regio assensu interue-
20 niente sicut bene declarat Frecc. de sub-feud. lib. 2. in princ. sub tit. quis dicatur Comes num. 47. vers. itaq. si alienaretur post Soccin. in consl. 67. visis inuestituri-colum. 3. volum. 1. & tanto magis præs iudicat difformitas, quia contractus quo pars, vti vult, est post assēsum, & si eędem partes noluerunt se assensui conformare, & ab illo recesserunt cum qua consideratione tanto fortius tales difformitates non habent responsioem.

Quò ad tertium caput iuuari non potest assensu prædicto, quia assensus super hoc contractu non adest pœnitus, idq; probatur dupliciter. Primo probatur, ex quo (vt modo diximus) assensus non loquitur de titulo, nam cōmemoro, quod in feudis aliqua sunt substantialia, aliqua naturalia, aliqua accidētalia. De substan-
21 tia feudi est, vt reseruetur fidelitas, vt consistat in re immobili, vel huic æquiparata, & vt eius rei dominium directum pęnes dantem remaneat, vtile in accipiētem transeat, quorum si quid deest, non amplius erit cōtractus feudalis, sed transibit in aliam speciem magis similem, & meritò dicuntur substantialia, quia substantia rei sublata, res ipsa euanescit. Vnde, & formalia, vel de forma ab aliquibus etiam nuncupantur, quia forma dat esse rei, & de istis nihil ad præsentē causam, sed habentur per glos. in l. pacta conuenta ff. de contrahen. empt. per Bald. in l. 1. colum. 2. C. de sacrosanc. Eccles. benè per Bart. in l. vbi ita donatur ff. de donat. & & circa feuda per Andr. in cap. 1. §. huiu autem generis ex quibus causis feuds amitt. qui titulus alibi incipit, in quibus causis, & Andr. in cap. 1. §. Porrò col. 4. & 7. quæ fuit prima causa benef. amitt. Et hoc iuxta diffinitionem traditam in eodem c. 1. in fin. ex quibus causis feud. amitt. de qua aliquantulum per Camer. in cap. Imperialem colum. 2. & fol. 35. colum. 4. & latè Iacob. de Ardiz. in sua Summa in cap. 3. cui rubr. quid sit feudum, benè Cardinal. in prælud. feud. colum. 12. in quarta diuis. circa med. ibi, & ideo circa substantialia, &c. & bene etiam

Claud.

Claud. Seisell. in præl. quoque feudorum col. 6. & 7. in quæst. quid sit feudum, quos volui nominatim recensere, quia aliqui de reliquis scribentibus super feudis videtur in his terminis aliqua-
22 tenus confundi. Accidentalia verò sunt, quę ad libitum quoquomodo statuuntur occasione feudi, sed extra feudum veluti, quòd feudatarius teneatur associare, & similia, quæ etiam nihil ad nos, sed habentur per Bald. in c. cæterum num. 11. de Iudic.

Deniq; naturalia feudi sunt inter hæc me-
23 dia, quia non sunt extra feudum, sed feudo insunt, & in hoc differunt ab accidentalibus, non tamen ita insunt, vt mutari non possint, vt habetur in cap. 1. de feud. non habente propriam feudi naturam, & in hoc differunt à substantialibus, sunt autem naturalia, ea quæ in feudo dùm feudum constituitur producuntur, vt per Bald. in d. cap. cæterum de Iudic. num. 11. & clarius in prælud. feud. in quarta diuisione, aliàs in tertia diuisione, & per Curt. de feud. in prima parte cap. 7. num. 24. & 25. Et hæc naturalia assumit feudum aliquo ex tri-
24 bus modis, vel à concedente, vel à lege feudorum, vel à lege inuestituræ.

Naturam assumit a persona, quæ feudum concedit, vt si concedens est Ecclesiasticus feudi natura sit esse feudum Ecclesiasticum: si est sæcularis, sit sæculare, & si hic est Rex, vel Dux, vel Marchio feudi natura, sit esse feudũ Regale, vel Ducale, vel Marchionale, & sic de similibus vt in c. 1. per tot. de his qui feud. dar. poss. per Cardinal. in prælud. in prima, & quinta diuisione.

Secundo assumit naturam ex lege commu-
25 ni feudorum, cuius determinationi feudum eo ipso, quòd constituitur subiacet, vt inquit Bald. in prælud. in quarta diuisione ibi propria natura feudorum multa habet a consuetudine introducta Veluti de natura feudi est, vt sit trãsmissibile ad masculos, non ad fœminas c. 1. §. 1. de his qui feud. dare poss. cap. 1. §. filia de success. feud. Itẽ de natura feudi est, vt solum succedant descendentes c. 1. de natur. successio. feud. & sic multa naturalia feudi a lege feudorum prouisa cumulat Io. Thom. de Marinis in eius tractat. de feud. sub tit. 18.

Tertio feudum assumit naturam ex lege in-
26 uestituræ l. t. C. commod. vbi Bald. in summario specificat naturam, quæ oritur ab ipsa concessione, & de natura quę oritur ex inuestitura loquuntur, text. in cap. 1. fin. de success. feud. & in cap. 1. in fin. de duob. fratr. cum infinitis similibus, de quibus per Curt. in præd. c. 7. num. 20. & per Camer. in cap. 1. Imperialem fol. 35. colum. 2.

Quæ quidem inuestitura aliquando proui-
27 det eadem cum lege feudali, & tunc ab inuestitura, & a lege eadem natura sumi-
28 tur. Aliquando, & secundo prouidet contraria, & tunc seruatur prius natura proueniens ex lege inuestituræ in his quæ disponit, & in cæteris seruatur lex feudalis cap. 1. de duob. fratr. vbi And. Bald. Card. & Aluar. & est text. in cap. 1. de feud. non habente propriam feudi naturam Bald. in prælud. feud. in quarta diuisione, & in l. prima C. de latina libertate tollenda, latè Iason. in prælud. feud. similiter in quarta diuisione n. 98. Dec. cons. 208. Io de Anan. in cons. 7. colum. 1. Gratus in consil. 9. cum cæteris de quibus per Gozadin. in consil. 8. num. 16. & per Tib. Dec. in consil. 58. num. 23. cum sequentibus lib. 2. Vnde iuxta legem inuestituræ prærer ordinariam naturam feudorum, aliquando efficitur feudum fœmineum, vel fraternum, vel francum, & sic de cæteris, vt in cap. 1. de success. feud. Cardinal. in prælud. in octaua diuis. Iason ibidem num. 101. & Iacob. in sua inuestitura in verbo in feudum in quinta diuis.

Aliquando & tertio lex inuestituræ proui-
29 det indifferentia, & in illis natura sumitur ab ipsa inuestitura ad quam talia spectant puta concedere pro se, & filijs, vel pro se, & hæredibus, vt per Andr. in cap. 1.

cap.1. an agnatus, & in cap.1. De va-
xallo decrepitæ ætatis, vbi latè Anna, vel
concedere in feudum nobile, vel igno-
bile, vel cum titulo, vel cum ſimplici Ba-
ronia, iuxta quas conceſſiones, feudi na-
tura erit eſſe feudum nobile, vel ignobi-
le, vel Titulatum, vel ſimpliciter Baronia,
vt in cap.1. de feudo Marchiæ iuncto
cap. præcedenti in fin. tradunt Aluar. &
Cardinal. in prælud. in 4. diuiſ. & in c.1.
quis dicatur Dux, & talis erat natura
feudi de quo agimus tranſitoria ad hæ-
redes, & ſucceſſores nunc autem eſſet
30 trāſitoria ſolūmodò ad hæredes ex cor-
pore quæ qualitas addita, vel mutata
mutat naturam ipſius feudi, prout be-
ne probat Camer. in cap. Imperialem
fol.32.col.4.lit.T. Eſt enim qualitas im-
mutans feudi naturam contra formam
inueſtituræ & venditionis, vnde caducā-
tur aſſenſus per clauſulam natura feudi
in aliquo non mutata ſiquidem ob inte-
reſſe voluntatis, & ob clauſulam quo ad
expreſſa tantum, & ne contractus claudi-
cet non inquiritur num mutatio naturæ
proſit, vel noceat acquirenti ſicut iam
probauimus, & hæc clauſula reſoluitur
in conditionem quæ ſuſpendit aſſenſum
dum ipſa cōditio deficit vt mox dicetur.
Similiter eius feudi erat natura eſſe Terram
31 cum titulo, & honore Comitatus. Non
enim fuit conceſſus titulus vni, aut pluri-
bus perſonis quaſi in officium ſicut de-
clarat Camer. in cap. Imperialem fol.98.
col.3. circa fin. neque fuit conceſſus per-
ſonis occaſione rei eo modo qui mox
dicetur: ſed fuit ipſa res in dignitatem
erecta ſimpliciter iuxta declarationem
Frecc. de ſubfeud. lib.2. in princ. ſub tit.
Quis dicatur Comes num.47. verſ. Et ſi
Comitatus, & verſ. ſi vero Rex vbi late
probat quod feudo reuerſo ad Regem
eſtinguitur dignitas quæ data fuerat per-
32 ſonis occaſione rei. Non autem extin-
quitur quando ipſum feudum fuit ere-
ctum in comitatum, & ſic etiam loquitur
Mandel. in conſil.163. & Petr. de Greg.
de conceſs. feud. par.2. quæſt.3. Et hic
eſt caſus noſter in quo etiam apud Regē
durabat, & ab ipſa Regina appellabatur
Comitatus ſicut ponderatum eſt in pri-
mis allegationibus in capite incipienti.
Quæ licentia in verſic. & in caſu noſtro.
Et ſi dicimus quod per prius non erat
Comitatus adhuc ex ipſa conceſſione
33 apparet erigi terram in comitatum dum
Regina, quę ſolo verbo creat, vel deſtruit
dignitates, vt per Socc. in conſ.67. vol.1.
per Doct. in titul. quis dicat: Dux. & de
feud. March. ipſa prius inquit tenere
terram Brienze cum titulo Comitatus,
34 & poſtea illam concedit, ſicut bene di-
ſtinguit Frecc. in loco prædicto Cannet.
in cap. volentes fol.36. num.24. & Ca-
mill. de Curt. in ſuo diuerſorio in prima
parte cap.4. num.14. cum ſequentibus.
Qui quidem mos erigēdi ſimpliciter ip-
35 ſam rem in comitatū erat mos antiquus,
& concedere terras alicui, & eius hęredi-
bus in comitatum eſt mos modernus in-
troductus ab Imperatore Carolo V. In-
uictiſſimo, ſicut declarat Frecc. in dicto
num.47. in princ. Immò & ſi eſſemus in
cōceſſione ſecundum hunc morem mo-
derniorem adeo quod terra Brienze
vſque tunc fuiſſet abſque dignitate, &
tunc primum fuiſſet conceſſa in comita-
tum Petricono eiuſque hæredibus, &
ſucceſſoribus quis dubitat quod nihilo-
minus haberet diuerſam naturam a ſim-
plici Baronia, vtpotè cum in illa ſucceſ-
ſores non particulares, ſed vniuerſales
erant Comites, & reſpectu iſtarum per-
36 ſonarum aliam habet Naturam à ſimpli-
ci Baronia, & ſic etiam de iure communi
feudorum eſt feudum indiuiſibile, vt in
cap. Imperialem §. præterea Ducatus, vbi
Andr. & reliqui aduertunt, & declarant
ibi latè Camer. fol.98. col.3. & 4. Et in-
numeras differētias inter huiuſmodi ter-
ras titulatas, & ſimplices Baronias con-
gerit Frecc. in dicto lib.2. circa finem ſub
capite de differentijs inter feuda titula-
ta, & alia feuda Petr. de Gregor. in dicta
quæſt.3. vbi latè additio. Quæ quidem
natura per huiuſmodi alienationem im-
muta-

mutaretur dùm in emptorem transiret sine titulo,sicut paulò ante diximus in alia immutatione naturæ circa hæredes ex corpore.Et consequenter cessat assensus in quo adest conditio feudi natura
37 in aliquo non mutata leg. si is qui pro emptore vbi Iason num.60.ff.de vsucap. l.ab emptione, vbi Bart. ff. de condit. & demonstr.dùm talis naturæ mutatio Regi non exprimebatur,vt per Camer.in cap.Imperialem fol.33. col.1. in princ. & fol.35.col.2. in princ.

Secundò, quod non adsit assensus probatur, quia primus contractus super quo assensus est expeditus reperiebatur reuocatus antequam expediretur assensus. Et licet reuocatio huius reuocationis for-
38 tè fuisset permissa ante assensum ex traditis per Reg. de Pont. in decis.6. nu.4. de quo ego dubito, quia dum cõtractus annullatus est lege permittente non potest reuiuiscere ex voluntate vnius l. si res S. aream cum simil. ff. de solut. sed oportet fieri nouum contractum inter partes, tamen quãdo post reuocationem expeditur assẽsus qui sine dubio est nullus cum nihil repeuat confirmabile,tunc nihil operatur postea reuocatio reuocationis, sed oporteret iterum impetrare nouum assensum, ita passim decisum esse testantur Capyc. decis. 100. Frecc. de subfeud.lib.2.ad constit. constitutionem Diuæ memoriæ, in 28. limit. post Afflict. in decis.111. vbi reijcit Luc. de Penn. & alios hæsitãtes circa reuocationem,& clarius in decis.335. in secundo dubio,& per à Ponte in d.decis.6.nu.4. Et dum nouus assensus non adest super secundo cõtractu clarum remanet quod hic secundus contractus præfato assensu
39 iuuari non potest, quia interpositus super contractu facto non validat faciendũ nec è contra præsertim stante clausula. Veris existentibus prænarratis,prout nemine contradicente firmat Frecc.de subfeud.lib.2.quæst.11.vbi sic inquit fuisse iudicatum Afflict.in constit. constitutionem diuæ memoriæ colum.12. quæst.9. Capyc. in inuestit. feudorum in verbo feudales assensus vers. necessitas in fine fol.mihi 82. col.1.Grammat.decis.103. nu.188. & 189. & 203. Affl.decis 355. in principio,& in fine Minad. consil.18. num.6. & 7. benè Camer. ex doctrina Andreæ in c.Imperialem fol.54.col.12. & 13.Dicimus enim in facto qualiter de secundo isto contractu assensus ille nullatenus cogitauit.

Vltra quod licet loqueretur de contractu
40 faciẽdo tamen non proficeret, quia Rex assentiens non vult esse perpetuò in suspenso, sed præfigit certum terminum trium mensium ad contrahendum, & contractus, quem pars adducit non est subsequutus infra tempus requisitum ex dispositione Regiæ Pragmaticæ, quæ octaua est sub titulo de feud. per quem talis assensus annullatur, vt refert etiam Anna in eius allegat.55. num.15. licet in ea causa opus non fuerit assensu, quia erat refutatio in proximè successurum, vt ipse inquit in fine eiusdem allegat.

Et sic præsens assensus remanet subreptitius,difformis, & nullius roboris ex omnibus supradictis. Deo Gratias.

Marchio fuit absolutus, nocuit prout audiui causæ vetustas, & toties replicatæ venditiones, & ratificationes. Tamen pendet reclamatio. Scripsit pro Marchione Regius Consiliarius Rouitus, vt in eius doctissimis Consilijs nuper impressis 12. 13. & 14. Quæ legenda sunt vna cum istis,ad hoc vt collatis scriptis pro vtraq; parte plenius Lector percipiat articulos in causa discussos.

SVMMARIVM.

1 *Collecta soluitur ex omnibus bonis,nisi ex aliqua specialitate sunt exempta, quæ declarantur, num.14.*
2 *Negatiua probari debet quando est fundamentum intentionis.*
3 *Præscriptio non cadit in his quæ sunt merè*

rè facultatis. Et quid in discontinuis num. 7.

4 *Collectas solui decisum fuit in casu intro scripto. Item eas non solui quomodo probetur num. 5. Et quod ipsarum exactio, vel non exactio probanda est per scripturas num 6. Non possunt remitti tacitè, nec expresiè num. 9. Et quid à Principe, num. 10.*

8 *Praescriptio quae sit fauore possidentis, & quae in odium negligentis, & quando in vtraque requiritur titulus. Et quid de iure Canonico. Et de titulo, & bona fide num. 11. & 12.*

15 *Collectantur lucra quae habentur sine labore. Non autem laborum mercedes. Quid autem in donatis à Principe, & de quibusdã alijs bonis, vide in nu. 13. & 14. Et quid si lucrum prouenit ab exteris, vide in num. 16.*

ALLEGATIO XXXII.

Pro Ciuitate Cosentiæ.

In Dei Nomine Amen.



IN Anno 1557. Fratres de Bernaudo in memoriali per eos porrecto Excellentissimo Proregi, & per S.E. remisso ad Regiam Cameram Summariæ, petierunt se tractari immunes, nec cogi per Ciuitatem Cosentiæ ad collectandum redditus ipsis prouenientes ex officio Actuariatus Regiæ Audiẽtiæ pro quo asserunt semper fuisse immunes, & nuper fuisse coactos ad soluẽdum collectã pro dicto officio, ad quod prætendunt ex multis non teneri.

Super quo dato termino in contumaciam Ciuitatis, & compilato processu, fuerunt per Regiam Cameram diuersis temporibus expeditæ diuersæ prouisiones cum clausula Iustitiæ. Et tandem etiam in beneficijs est compilatus processus, de cuius expeditione nunc agitur. Et quia re-
1 gula est pro Ciuitate, vt de omnibus bonis soluatur collecta, nisi ob aliquod speciale essent exempta, l. munerum §. patrimoniorum, ff. de muner. & honor. l. forma ff. de censibus, l. fin. C. de imm. nem. conced. lib. 10. tradit Bar. in eod. lib. 10. in l. 1. num. 4. de Apoc. publ. & in l. 1. de Mulier. & in quo loc. nu. 28. 32. & 35. & Speculat. & ibi Io. Andr. in addit. in tit. de censib. vers. sed an collecta, Ideò ipsi de Bernaudo procurant euadere collectationem ex aliquo iure speciali.

Et in primis prætendunt se tueri præscriptione Immunitatis collectandi officium prædictum, eo quod Actuariatus, de quo agitur, fuit ipsis concessus in anno 1501. per Regem Federicum fol. 20. Et ex tunc prætendunt non soluisse vsque ad annum 1556.

Hæc prætensio non subsistit, nam deficit in probatione Immunitatis. Deficit in tempore sufficienti, & deficit in titulo necessario ad præscribendum.

Primò deficit in prædicto requisito necessario, Nam ipsi tanquam actores in excep-
2 tione debent fundare eorum intentionẽ, quamuis sit negatiua, ex doctrina Innoc. in cap. super his extra de accusat. Bal. in l. 1. in fin. C. de re iudic. Ias. in l. a bitraria §. si quis ff. de eo quod cer. loc. Et in proprijs terminis collectarum non solutarũ, loquitur Bart. in l. si quis consortium de fabric. lib. 11. Ipsi verò in processu non deduxerunt, quod infra hoc tempus fuerint habiti immunes. Non enim probant, Ciuitatem Cosentiæ intra hoc tempus collectasse alia bona, & prætermisisse hunc redditum. Est autem notorium, quod Ciuitas Cosentiæ vigore Capituli expediti p Alfonsum Secundũ Aragon. ità passim vsu recepti pro omnibus suis quotidianis necessitatibus vtitur gabellis: collectis autẽ vtitur per rarò pro aliquibus extraordinarijs, & specialibus occurrentijs, vndè, cum non ostendant eius tẽporis collectationes, vtique deficiunt in hoc requisito necessario. Potuit enim esse, quòd Ciuitas eo tempore collectationibus

nibus non indiguerit. Et per consequens
3 clarum est, quod in his quæ sunt meræ facultatis nulla oritur præscriptio, cap. ex parte, vbi Abb. nu. 7. de concess. præben. notatur in l. 2. C. quę sit long. consuet. & late Boer. decis. 133. nu. 9. Alioquin pro omnibus alijs bonis per idē tēpus nō collectatis, similr̄ prętēdi posset præscriptio.
Nec obstat ꝙ aliqui testes per eos producti loquūtur de tali Immunitate. Nā multipliciter respondetur. Nēpe ꝙ sunt nimis animosi, cùm ipsimet dicāt, quòd alij pro
4 huiusmodi redditibus non soluunt collectas. Et contrariū apparet per sententiā latā de anno 1552. fol. 86. vbi Regia Camera sollēniter determinauit solui tales collectas, vt etiā dicetur infr. sub nu. 15.
Itē nō dicunt ꝙ factis alijs collectationibus, isti de Bernaudo fuerūt habiti immunes,
5 ita ꝙ per inspectionē illorū quinternionū appareret, si soluerūt, vel nō, ex reg. l. Titiæ textores, vbi Bar. nu. 2. ff. de leg. 1. & Bal. in l. 2. nu. 8. C. de Iur. emphyt. Sed dicunt, ꝙ non soluerunt. Quod quidem potest verificari, quia nō fuerūt impositæ collectæ. Vltra quod licet fuissent impositæ, oporteret cōsiderare si per errorē, vel si consulto, & ciuitate contradicente obtinuerunt tractari immunes.
Itē speciale est, vt in materia collectatū non stetur dictis testiū, sed requiratur scriptu-
6 ra, l. 1. C. de apoc. publ. lib. 10. vbi glos. in ver. descriptio. Et Bar. in finalibus verbis, & in l. apparitores C. de exactoribus Tribur. eod. lib. & in d. l. Titiæ textores. Ex quibus colligitur, quòd loquūtur generaliter, tam in affirmatiua, quam in negatiua, & colligitur, quòd ratio est generalis, nēpè quia tale negotiū impositionis, collectatū fieri debet inscriptis, vnde per scripturā apparere debet veritas, quæ ratio cōprehendit æqualiter affirmatiuā, & negatiuā. Imò si obuiāt Iura suspitionib⁹ fraudis in affirmatiua, quæ nocere poteſt ad exactionē vnius anni, multò magis hoc militat in præsenti negatiua, quę noceret exactionibus in perpetuum.
Secundo, Deficit pars in tēpore, nā quāuis appareret per scripturas, ꝙ in aliquibus collectis nō assuerūt illi de Bernaudo, tñ cū dixerimus, ꝙ ciuitatis vsus quotidianus est gabellarū. Et aliqñ pro specialibus occurrētijs, & valdè rarò vtitur collectis. Sequitur, ꝙ pręscriptio Immunitatis ab hu-
7 iusmodi collecta discontinua nō cōparatur tēporibus diuersimodè statutis ad inducendas præscriptiones eorū quæ cōtinuatè possidentur, sed requirit spatiū cētū annorū ex reg. text. in l. hoc Iure in §. ductus aquæ, ff. de aqua quotid. & æstiu. iuncta gl. in l. 2. in vers. quęsisti in secūda solutione, quā ibi Doct. approbant C. de serui. & aqua, sequitur in specie, ibi Cyn. n. 6. Bar. n. 2. Bal. in 6. oppos. vbi declarat ꝙ actus cōtinuatus est efficacior ad pſcribendū, ꝙ ēt ꝓbāt Ang. Alber. & reliqui.
Tertiò, deficit in titulo necessario ad pręscribendū, nā supposito, ꝙ titulus requiratur
8 in pręscriptione lōgi tēporis decē vel viginti ann. inter pręsentes, vel absentes, vt in l. si fraude, & l. pen. & fi. C. de pręscrip. long. tēp. Etꝙ. nō requiratur in prescriptione 30. vel 40. an. cū illa sit introducta in odiū negligentiū. & fauore possidētiū, hæc autē introducta sit tantummodò in odiū negligentiū, prout declarat Imp. in l. siqs emptionē C. de pſcrip. 30. vel 40. an. in l. vn. in fin. vbi glo. in verf. ex vno, & in ver. ex vtroq. C. de ędic. D. Adr. tol. Azo in sūma ad tit. de præscrip. lōg. tēp. nu. 4. & de præscrip 30. vel 40. ann. n. 2. Tamē verissimū est, ꝙ aliqñ speciale est, vt præscriptio 30. vel 40. ann. requirat etiā titulū, vt tradit glo. in c. super quibusdā in ver. nō extat de verb sign. Et inter cætera speciale hoc est in collecta, vt ad eius immunitatē præscribendā, & tēpus longissimū, & titulus requirātur, l. cōpetit, vbi gl. declarat in ver. conamen C. de præscrip.
9 30. vel 40. ann. Quomodò .n. in collectis locū habere potest præscriptio soli tēpori innitens, quæ vim habet tacitæ renunciationis si & expressè remitti nō possūt, nec ab eisdē vniuersitatib. respectu suorū
10 ciuiū l. 2. vbi Bar. ff. de Iur. Immun. nec à Principe nisi in vim legis cōdendæ cum

 clausula

clausula non obstante contraria Iuris dispositione, nō autem per simplex rescriptū, l. in fraudē C. de Ann. & tribut. lib. 10. Nec tandē si & Principis rescriptū, & vniuersitatis remissio concurrerent, l. vacuatis, vbi latè Bar. C. de Decur. lib. 10. Sed oporteret adesse, & Principis rescriptum. & Immunitatis possessio 40. an. vt declarat glos. in d. l. in fraudem in ver. sortiri, & latius in l. fin. in vers. adempto canone C. de fund. pattim. lib. 11. & ibidem Bar. num. 5. Luc. de Penn. & reliqui.

Licet autem hæc omnia, & vnūquodq; prædictorū sufficiat ad tollendū obiectū præscriptionis, tamen (nè ipse mihi cōtrarius videar) me declaro, ꝗ tēpus 40. ann. procederet in Immunitate præstationis continuæ, nā in casu nostro, cùm sit præstatio valdè discōtinua requireretur immemorabilis, iuxt. cōclusionē supra firmatā.

Insuper me declaro, ꝗ de præscriptione 30. 11 vel 40. ann. absq; titulo loquuturus sū, iuxta meros terminos Iuris ciuilis, iux. quos in tali lōgissima præscriptione nec titulus requirebatur nec bona fides, prout declarant Iura, & Doct. supra relati, sed cōtrariū decisum est tēporibus nostris per Conciliū generale relatū in c. fin. de præscrip. nempè ꝗ nulla præscriptio ꝓcedit absq; bona fide, vnde regula, ꝗ possessor malæ fidei nullo tempore præscribit, c. possessor de reg. Iur. quæ dispositio tanquā in materia peccati seruatur indistinctè in vtroq; foro, declarat Host. i summ. de vsucap. nu. 6. latè Alex. cons. 99. nu. 5. & 6. vol. 4. vbi sub n. 8. declarat idē procedere in præscriptione statutaria, & alias statutū esset nullum. Et certè titulus esse posset absq; bona fide, & tunc mala fides vel in initio impediret præscriptionē inchoari, vel superueniēs interrūperet cursum ipsius præscriptionis, l. nunquā, vbi Paul. Castr. ff. de vsucap. Bar. in l. sed si lege §. scire ff. de peti. hęred. Alex. cōs. 121 viso Themate nu. 11. 12. 13. & 14. vol. 4.

12 Verūtamen bona fides absq; titulo considerari nō potest, sicut tradit Bal. in l. 2. in 3. oppos. C. de seruit. & aqua, & in l. j. eiusdē tit. nu. 17. post Iacob. de Aren. & Cyn. ibidē. Siquidem vnusquisq; nudus egreditur de vtero matris suæ, nec quicquā legitimè habere potest, nisi per aliquam acquisitionem ad eum peruenerit. Vndè volens præscribere, aut scit nō habere titulum, vel habere titulum sed illegitimum, & ex hoc est in mala fide. Aut credit titulum legitimum qui non est, & talis error Iuris similiter non prodest ad præscriptionem, vt declarat Bald. in dicto num. 17. Alex. in dicto cons. 121. & latè Franc. Balb. in repet. l. Celsus ff. de vsucap. num. 17. & 18. quæ repetitio est impressa post eius tract. de præscrip. Et ex hoc discursu tantò magis euanescit prætensio præscriptionis cum de tali Immunitate nullus adsit titulus, nec validus, nec inualidus.

Vlteriùs prætendunt esse immunes, stante ꝗ hoc fuit donū Regiū, ad quod alleg. De-13 cisionē And. Sed certè And. nunquā hoc dixit, nā quatenus in c. 1. de cap. qui cur. vend. in secunda Addit. nu. 26. inquit, ꝗ Principū donationes debēt esse oīs diminutionis extraneæ, ibi loquitur de præiudicijs ab ipso Principe nō faciendis cōtra formā suarū concessionū, sicut factū fuit in curia Capuana, vbi Federicus aliqua statuit cōtra formā præcedentiū cōcessionū, nā cū paulò antè firmasset And. ꝗ nō potest directus Dñs reuocare sine causa ea, quę legitimè cōcessit, infert subsequēter quod malè processit curia Capuana, alterādo præcedētes cōcessiones. Idēq; probare cōtinuat trib. alijs medijs, nēpè quia propriū est Imperatoriæ Maiestatis concessa nō auferre. Itē quia concessiones Principū diminui non debent. Item quia post Ius quæsitū, id quod nostrū est absq; facto nostro auferri nō pōt, & sic totus eius discursus agit de iniuria à Principe non facienda suis cōcessionarijs contra formā præcedentiū concessionū, ꝗ etiā patet ex decis. §. primi in Auth. de Refer. in l. 1. & 2. C. ne fiscus rē quā vēd. lib. 10. & in l. pen. C. de fid. instr. & Iur. hast. fiscal. cum cæteris per eum adductis.

Et

Et hæc omnia nihil commune, cum solutione Collectarum, qua in re nullam affert Dominus iniuriam concessionario contra formam suæ concessionis, sed cõcessionarius de iure communi collectat omnia eius bona quocumq; titulo quęsita, inter quæ non reperitur exceptuatũ si quid Principis largitate quæsitum est; Imò tanto fortius collectanda sunt quæsita titulo lucratiuo, dùm etiã collectantur quæsita titulo oneroso.

At verò ad Andr. rediens, & si de collectis
14 ipse non loquitur in loco prædicto loquitur tamen de illis in c. 1. in §. & plaustrotum, quæ sunt regalia, vbi sub nu. 55. latè declarat, quomodo soluuntur pro rata patrimonij, vel pro industria, & quomodò immunes sunt feudatarij & Ecclesiæ non tamen laici qui tenerent rem ab Ecclesia. Et inter cætera sub nu. 56. specificè decidit casum nostrum, dùm in collectis, inquit non excipi concessionarios Cæsaris quocumque titulo quo generali verbo vtitur etiam Imper. in l. 1. C. de Indict. lib. 10. cum cæteris per eum relatis. Quæ dispositió haberur etiam in cap. Caroli Secundi, quod incipit Porrecta, vbi clarissimè dicitur, quòd donatarij Principis soluunt collectam, nisi concessió sit in feudũ, vel sub aliquo annuo redditu, vel seruitio, ne tũc duplici onere grauentur. Quare dùm concessio de qua agitur fuit pura, sequitur, quòd absque dubio debet solui collecta, tàm attenta dispositione capitulorum Regni, quàm ex doctrina And. vbi supra, & Afflict. in constit. constitutionem Diuæ memoriæ colum. mihi 24.

Nec obstat, quòd talis cõcessio non est ali-
15 cuius rei stabilis, sed est Actuariatus, qui requirit exercitium, & ex consequenti, illud lucrum videtur esse præmium laboris, nam vnum enim lucrum proueniẽs annuatim ad ipsos de Bernaudo pro affictu Actuariatus, & hoc petitur collectari, in quo nullus cadit labor aut exercitium, sed percipitur lucrum ex affictu ipsius Actuariatus sicuti percipitur ex affictu molendini, seu taberne, & similium rerũ, ex quibus annui redditus sine dubio collectantur. Vndè satis rationabiliter Regia Camera in supradicta sententia lata tempore Locumtenẽtis Reuerterij decreuit, tale lucrum collectandum esse. Aliud verò est illud lucrum, quod cõductor vltrà pensionem quam soluit, dño ipse sibi superlucratur in suo labore, & exercitio siuè in Actuariatu siuè in molendino, vel taberna, & id genus cœteris, & de hoc nos non agimus.

Nec deniq; obstat illa consideratio, qđ tale lucrũ nõ prouenit solùm ex ipsamet Ci-
16 uitate Cosentiæ, sed ferè ex tota Prouincia, nã in huiusmodi solutionibus nõ spectatur causa siuè origo lucri, sed spectatur ipsius lucri perceptio, sicut in prædictis exẽplis Tabernę, vel molẽdini, quorũ integer affictus collectatur, quãuis de lõgè veniãt Triticũ afferẽtes ad molendũ, vel transeuntes petentes hospitiũ. Ad qđ est tex. egregius in c. ex trãsmissa de decimis. Vbi Summus Põtifex cũ paulò ante in c. puenit dixisset solui decimas de prouentibus molendinorũ, voluit tamẽ in d. c. ex transmissa exprimere, vt soluatur etiã qđ molendinũ sit ad ventũ, vbi glo. in princ. aduertit, ꝙ in hoc potuit esse ratio dubitãdi, quia vẽti nõ nascũtur in loco, sed tñ iustissima est Sũmi Põtificis decisio, quia attẽditur locus vbi lucrũ ꝑcipitur. Et certè si respicere velimus ad originẽ idẽ dubiũ fieri posset in prędijs, quę nec fructus redderẽt, si à nubibus, quę hinc indè aduenjũt nõ irrigarentur. Ideq; dubiũ esset in molẽdinis, & tabernis, & similibus. Et sequeretur etiã absurdũ, ꝙ tales collectę si nõ soluerẽtur in loco vbi lucrũ percipitur alibi, etiã solui nõ possent, ꝑpter incertitudinẽ. Porrò clarũ est, ꝙ tale lucrum de quo agitur percipitur in Ciuitate Cosentiæ, vbi Actuariatus exercetur ꝑpter residẽtiã Regię Audiẽtię in ipsa Ciuitate iuxta Regia Priuilegia, & Collateralis Cõsilij prouisiones. Nec omittendũ quàtoperè malè sonet, vt Ciues opulentissimi debilioribus, & pauperibus tñ relinque-

te velint Patriæ subuentionē, Patriæ præterea ad præsens nouis fiscalibus functionibus, & ære alieno grauatissimæ.

Deo Gratias.

Concordauerunt ob potentiam aduersarij in ea ciuitate, sed nescio punctualiter formam concordiæ.

SVMMARIVM.

1 *Medium illud siue expediens generale iussum per Catholicam Maiestatem in anno 1575. vulgo dictum El medio general, quale fuerit.*

2 *Interesse promissum ob retardatam solutionem petitur iure actionis. Non promissum petitur officio Iudicis, & quid referat hoc vel illo modo peti remissiue.*

3 *Pœna an exigatur in obligationibus soluendi quantitatem, & num. 8. Quid autem in obligatione speciei, vel facti? vide in num. 4. cum seqq. & ratio differentiæ in num. 7.*

5 *Iuramentum in litem defertur vbi interesse est difficilis probationis. Et an & qñ quantitas iurata refrenetur in n. 6.*

9 *Pœnam non exigi etiam in obligationibus facti, vel speciei est verius, & in S. C. receptum.*

10 *Stilus alicuius tribunalis ibi omninò seruandus est.*

11 *Quantitas certa promissa ob moram licet promittatur pro interesse non exigitur vltra id quod verè interest.*

12 *Contractus illicitus nō permittitur quantiuis licito colore veletur, nu. 21. & 22.*

13 *Iuramentum non validat contractum qui foueret vsuras.*

14 *Interesse futurum taxari non potest, si autem taxatur quid sit, & quomodo iudicetur vide in num. 15. Et quid si pro interesse repeteretur creditum sub tali conditione remissum in num. 16.*

17 *Text. in l. tale pactum in §. qui prouocauit ff. de pact. latissimè declaratur, & in num. seqq.*

18 *Iura primeua extincta amplius reuiuiscere non possunt, sed ex noua prouisione noua iura producuntur.*

19 *Transactio propriè fit de re dubia.*

20 *Text. in l. qui res in §. qui stipulatur ff. de solut. declaratur.*

ALLEGATIO XXXIII.

Pro Duce Ebuli.

In Dei Nomine Amen.



X latissima nota facti mihi ostensa breuiter colligo, quod in anno 1588. Nicolaus Grimaldus Salerni Princeps, & Augustinus Filius Dux Ebuli, ex causa scutorum 7293. non solutorum tempore conuento, sed post quinque menses condemnati fuerunt in S.C. ad beneficium Io. Pauli Pinelli ad scutos 11473. vna cum interesse ad rationem scutorum decē pro centenario. Et cum fuerit tunc defensus (vt audio) ab aduocatis grauissimis, credam à principalibus animaduersa non fuisse in facto non nulla, ex quibus nunc videtur satis rationabiliter Ducem defendi posse.

Ab hac sententia fuit reclamatum, & post illam integrè exequutam, & processum in reclamatione cōpilatum, instatur pro parte Nicolai Iunioris Ducis Ebuli filij Augustini prædicti pro eius expeditione. Sperant in reclamatione releuari, nec teneri ad aliud, quam ad interesse ipsorum scutorum 7293. pro illis quinque mensibus retardatæ solutionis, si fortè in hoc mora affuit, quę etiam negatur; Pro quorū dilucidatione ponderandū est, quod præfatus Io. Paulus erat creditor Principis Nicolai, ex causa pecuniæ traiectitiæ in scutis 11473. qui postea in effectu erant valdè minus, quam eorum medie-
1 tas; Nàm sicut Princeps vigore illius cedulæ generalis prolatæ per Catholicam Maiestatem de anno 1575. de omnibus suis creditis exegit seruata forma cedulæ, sic & suis creditoribus ad eandem rationem soluere per Regiam cedulam cauebatur, Quæ (secundum aliquos) ob talem dimidiatam solutionem sic genericè ordinatam, nomen quoque ad hoc congruum sumpsit, & passim apud Hispanos vocari

vocari cœpit (El medio General) quo nomine eadē Catholica Maiestas vtitur in cędula prædicta, vbi hæc omnia cauētur.

Sed realiter illa solutio in illis Iuribus erat in effectu ad rationem scutorum 40. pro centenario, & sic valdè minus, quam medietas, vt ex fide. In cuius conformitatem pro alia summa scutorum 11. mil. in circa eodem tempore se obligauit Princeps ad scuros 4600. in circa. & in casu inobseruātiæ se obligauit solum ad interesse.

Non autem ad pœnam adeò excessiuam qualis esset in casu nostro, de qua mox loquemur. Et secundum hoc dum solutio virtute cedulę importabat minus, quā medietatem interpretabimur illa verba (El medio general) iuxtà germanum sensum Hispanum, vt significent remedium quodam siuè expediens per Catholicam Maiestatē generaliter sumptum pro bono publico.

Erat ergo Princeps tutus vigore huius cedulæ nimis clarè loquentis, & disponentis genericè respectu omnium suorum creditorū, inter quos erat Pinellus prædictus. Imò cum ipso aderat etiam sententia particularis prolata coram ipsa Catholica Maiestate in Villa Madrid, qua specificè cauebarur comprehendi, Pinellum in hac cedula.

Et sic Princeps habens cedulam clarissimā, instetit velle ea vti cum Pinello, & prouisum fuit Pinellum teneri ad eius receptionem, quæ sentētia fuit de anno 1578. & transijt in rem iudicatam; Vndè sumus in claris, quod debitum Principis realiter est minus, quam scuti 5000. pro rata prædictorum 11473. iuxta cedulam; Et fortè pro cōmodiori solutione, aut fortè pro maiori vtilitate ipsius Pinelli statuerunt tempus quadriennij ad soluendum; In cuius temporis recompensam addidit Nicolaus, vsque ad summam scutorū 7293. quæ summa dicitur per eundem Pinellum quod est valdè maior suo vero credito.

Atq; ita in effectu die vltimo Martij 1581. promittit Princeps Nicolaus solutionem istorum scutorum 7293. In Ciuitate Ianuæ infra quadriennium cum pacto, vt eo tempore elapso, & solutione non facta remaneant salua iura pro integris scutis 11473.

Quadriennium elapsum fuit die primo Aprilis 1585. & solutio facta non fuerat, sed verum est, quod nec etiam reperitur aliqua interpellatio ad instantiam Pinelli, Imò non modicæ considerationis est apud me, quod Princeps Nicolaus vir admodum grauis, & fidei, vt notum est, in negotijs exploratissimè testatur se nondum soluisse in Ciuitate Ianuæ non ex obliuione, sed quia acceperat ab alijs negotiatoribus qualiter Pinellus solutionem cupiebat in partibus Hispaniæ, pro qua facienda eiusdem Pinelli literas expectabat in dies, cumque per aliquos menses de hac re non esset à Pinello certioratus, solutionem fieri mandauit in Ciuitate Ianuæ in mense Sept̄ebris proximè sequentis.

Adeò q; ex prędictis, aut mora nulla affuit aut fuit adeo modica videlicet à mense Aprilis, vsque ad mensem Septembris, quæ parua mora posse damnum afferre adeo excessiuum, vel auditu inhumanum est. Neque talia pati solet æquitas Sacri Consilij.

Sed adhuc ad rigorem descendendo terminos quippè non video ex quibus possit huiusmodi prætensio defendi. Siquidem in Iure, & tāto magis in Regno exploratissimum est, quod in obligationibus dandi certam quantitatem omne permissum ob retardatam solutionem si cōtinet interesse quod verè orietur ex mora rectè promittitur, eritq; promissionis effectus, vt illud exigatur iure actionis, quod alias peteretur officio Iudicis, l. ex contractu ff. de act. empt. l. pecuniæ,
2 vbi Doct. ff. de vsur. Et quid referat peti Iure actionis, vel officio Iudicis, docet latè Alex. in d. l. 1. col. fin. C. de edend. Si verò quod permittitur est pœna, vel certa quantitas pro interesse incerto numquam exigitur vltra id quod verè interest,

rest,& aliter incideremus in vsuras, prout de singulis loquemur.

Primo dixi,quod in obligationibus aliquid soluendi non exigitur pœna vltrà id qđ

3 interest, & alias deueniremus ad vsuras text.est ad literam in l.cum allegas C.de vsur. Dixi autem in obligationibus soluendis,vt vtar verbis Doctorum, qui distingunt in promissione quantitatis, vel

4 speciei,vel facti,vt primo casu numquam pœna exigatur secundo,& tertio,sic iuxta distinctionem glos. cõmuniter receptam in d.l.cum allegas, & in l. Lucius cũ l.seq.ff.de acti.empt.& in l. promissis C. de transact.quem text. in obligationibus facti intelligit glos.in d.l.cum allegas, & ibi Doct, & latè in § Cato, & in l. stipulationes non diuiduntur in vers. Celsus de verb.oblig.Abb. & Canonist. in cap. dilecti de arbitr. in cap.suam,vbi Innoc. de pœnis,& alibi sæpè. Hæc inquam distinctio à multis recipitur, verum (vt hoc obiter commemorem) sic prolata simpliciter est aliquantulum subobscura, nec vnquam reperio in Iure pœnam ex contractu exigi vti pœnam. Ex delictis proprium est pœnam exigi, ex contractibus autem non aliud quàm interesse. Verum quia in promissionibus facti, vel speciei vltra interesse bursale,cadit etiam vt plurimum aliud interesse commoditatis,vel affectionis,quod quidem adeò est

5 difficillimè probationis, vt deueniant eo casu Iura,vt plurimum ad Iuramentum in litem,vt in l.qui restituere ff.de rei vẽdicat.in l.1.C.de sent.quæ pro eo quod interest,& in l.videamus§.iurare vbi Bar. ff. de in lit. iur. Idcircò permittunt iura quasi in pœnam licet impropriè in his casibus exigi quantitatem promissam, tamquam arbitratam comprehendere omne id quod interest quoquo modo, & arbitratam non Iudicio vnius solummodò ex contrahentibus,sicut in Iuramento in

6 litem,quod ideo potest.Semper per Iudicem refrenari,secundum veriorẽ opinionem Fulgos. & Ias, in dicta l.videamus in fin. Sed arbitratam Iudicio amborum contrahentium, vnde denegatur refrenatio,nisi magnus appareret excessus,quę discussio nũc nihil ad nos.Quod verò ad nos attinet, est intelligere qualiter adhuc secundum istam opinionem etiam in promissionibus facti,vel speciei non exigitur quantitas promissa vti quid pœnale quod non cadit in contractibus, sed exigitur vti quantitas extimata pro

7 interesse, & pecuniario, & affectionis, & commoditatis,& omni alio modo qui considerari potest ex defectu alicuius facti,vel speciei,prout est text. egregius ex quo præfatam considerationem elicio in l.seruus ea lege ff.de seru. export. & considerat etiam Ias. quem vidi postquã hæc scripseram in §.omnes autem nu.13 inst.de action. Quando autem sumus in promissione pecuniæ in qua aliud interesse,non cadit, quam Interesse pecuniarium,sicut Bart.declarat in l.vnic.nu.18. C.de sentent. quæ pro eo quod interest tunc omnis pœna vltra id quod interest esset pactum vsurarium,nec alia oriri potest condemnatio,nisi ad verum interesse,prout dictant text.expressi in d.l.cum allegas.C.de vsur.in l.pecuniæ ff.eod.& vtrobique glos. & in l. Iulianus §. idem Papinianus ff.de actio. empt. Declarant Doct.in d.l.cum allegas præsertim Cyn. num.4.Bald.in 5. oppos. Salyc. optimè num.10. qui loquuntur in quolibet genere contractus, & in specie de transactione loquitur Alex. in l. promissis C. de trãsact.qui allegat Bart.Fulgos. Paul. & cæteros ante se, & post eum Ias. in ead.l.promissis, & iterum Alex. in l. stipulatio ista §.alteri ff.de verb.oblig.& in consil.49. 50. & 51. vol.4. Ias. in dicto §.omnes autem Instit.de act.num.14.

Cæterũ, vt omnia tangamus non deficiunt,

8 qui asserunt pœnam adiectam quantitati semper præsumi vsurariam, & in nihilo posse exigi, prout refert Alex.in præfato consil.51. num.3. in qua opinione non insisto, tùm quia in casu nostro satis modicum esse potest Interesse pro tam modica mora; Tum etiam,quia huic opinioni

nioni sic genericè; non omninò adhęreo, nisi in aliquo genere contractus qui non esset applicabilis ad casum nostrum.

Non etiam deficiunt alij,& numero non pauci,& authoritate insignes,qui contra supradictos affirmant omnem pœnam etiam in obligationibus facti non debere insolidum exigi,sed similiter esse reducēdā ad id quod interest , volentes potius subire difficultatem probationis superius consideratæ, quam periculum quantitatis immodicè,quæ deueniret ad vsuram, Ita Ioan. de Lign. Laurent. de Rodulf. Ioan. de Anan. & cæteri de quibus per Alex. in dicto consil.51. & ita intelligo glos. in l.cum allegas in final.verbis nam post vtrūq; caput distinctionis, facit dubium de vsuris prohibitis, & simpliciter residet,vt petatur interesse,& per Afflic. iñ decis.335.quorū opinionē,vti æquiorem,& magis tutā,in conscientia sequutum est semper Sacrum Cōsilium adeo ut vlterius de hoc apud nos disputandū non sit, sed obseruatur iam hæc opinio etiam de stylo Sac.Consil. vt per Afflic.
10 in decis. prædict. qui stylus est omninò seruandus l.Labeo.ff.de stat.liber.l.3.vbi Ias.not.C.de Sacrosanct.Eccles.Hyppol. in singul. 118. Incip. stylus Curiæ, latè Felyn.in cap.ex parte lo 2. de rescrip. & Cass.in prohem. consuet. Burg. num.7. cum seq. & ita passim videmus,quod in omnem casum pœna non exigitur, nisi quatenus cum Interesse concurrit.

Secundo dixi, quod idem est, vt non exiga-
11 tur certa quantitas promissa in casu moræ soluendi aliquod debitum quamuis dictum fuisset, quod illa quantitas promittitur,pro interesse resultante ex non adimplemento, sed inspicitur semper id quod verè interfuit,& pro illa rata exigitur.Nam alias duo sequerētur absurda. Alterum quia taxaretur Interesse futurū, & incertum,quod fieri non potest. Alterum, quia in eo quod excederet verum interesse reuerteremur ad vsurā: Et licet tota quantitas appelletur Interesse, tamē in eo quod excedit verum Interesse, erit in effectu non Interesse,sed pœna prohi-
12 bita,vt supra diximus,& hic esset modus fraudandi legem, quod non permittitur tot.tit.C.plus valere quod agitur quam quod simul:concipit:Et lex rebus,& effectui imponitur non autem verbis l.2. C. commun.de leg.l.qui testamentum ff.de probat.l.cū stipulati si sumus ff.de verb. oblig.Nec contractus illicitus potest alia via circumscribi,latè Anna in constit.cōstitutionem Diuæ memoriæ num.226. Ex quibus alijsq; rationibus hanc doctrinam communiter tradiderunt glos.in d. l.cum allegas in fin.C.de vsur.& ibi Doctor. præsertim Bald. num.10. & Salyc. num.15.post Oldrad. & Cyn.quem ipsi referunt Cynum, etiam, & Dynum refert, & sequitur latè Alex.in consil.44. num.17.circa medium vol.4. vbi aduer-
13 tit nihil in hoc proficere Iuramentum, quod esset contra bonos mores,& foueret vsuram contra regulam cap. non est obligatoriū de reg.Iur.in 6. vbi latè Canonist. & Ciuilist.in l.contractus de reg. Iur.& alibi sæpè,idē firmat Aret.in d. §. Caio. col.1.vers. Aduerto tamen,&Dec. in consil.111.& consil.116.Anton.Rub. consil.20.in fin.& consil.65. Nec miremur si pręfati Doctor.formant quæstionem præsupposito statuto, quod non exigatur pœna,nam loquuntur in promissione speciei,quo casu secundum illos exigitur pœna, sed apud nos non oportet præsupponere tale statutum, quia viget alia opinio quam supra dixi,& stylus Sac.Cons. vt numquam exigatur pęna nisi pro eo quod interest,& etiam secundum eos in promissione quantitatis, in qua (sicut diximus) pęna non exigitur indistinctè, non oportet præsupponere tale statutum. Itaque vt ad propositam quæstionem redeamus, remanet iam firmum quod vbi pœna non exigitur nec etiam exigitur promissum nomine interesse, vltra id quod verè interest, prout firmant Doctor. præfati, & in obligatione quantitatis etiam non præsupposito statuto prædicto, genericè de Iure idem firmant

firmant

firmant Canonistæ omnes in cap. fin. de
14 vsur. quos refert, & sequitur Socc. in consil. 130. num. 9. in tertia conclusione vol. 4. vbi ponderat rationem quam supra dixi, videlicet; quia non possumus cõuenire de Interesse futuro, quod etiã erat de mente Salyc. in dicta l. cum allegas num. 15. circa med. ibi quia aliud est Interesse cõuentum, aliud Interesse probatum idem Socc. in cons. 179. num. 1. vol. 2. Alex. cons. 62. col. fin. vers. plus dicit vol. 2. & cons. 27. nu. 10. & 11. vol. 4. Io. And. in c. bona fides de depos. Alber. in l. cunctos populos n. 30. C. de Summ. Trinit. & fid. Cathol. Bald. in l. Rogasti §. si tibi col. 2. vers. in contrarium non valet ista confessio ff. si cert. pet. Rom. in l. stipulatio ita §. alteri ff. de verb. obligat. latè Dec. cons. 322. num. 5. & 6. & alibi sæpè, prout illum, & cęteros ad hoc congerit Hieron. Cagnol. optimè loquens in repet. l. curabit num. 53. cum multis seq. C. de act. empt. Io. Plotus in l. si quando C. vnde vi num. 747.

His iactis fundamentis, intelligitur illico quid Iudicandum sit in casu nostro, in quo præsupposita mora, de qua adhuc dubito, prout in principio diximus, tamẽ si pro hac mora prætendit Pinellus sibi deberi interesse poterit per Sacrum Cõsilium ad sui beneficium liquidari quantiplurimi. Si verò prætendit scutos 4000 in circa sibi promissos vltra sortem principalem pro retardata solutione illorum scutorum 7293. & hoc absq; vlla discussione eius quod interest sed solum quia sic fuit conuentum; in hoc nullo pacto potest rectè loqui, & incideremus in vsuras, & esset euertere omnes regulas supra firmatas, & communiter traditas per omnes Ciuilistas, & Canonistas. Siquidẽ
15 hoc promissum in casu retardatæ solutionis, alterum est de duobus secundum Doctores, aut enim est illud interesse futurum ex nunc conuentum inter partes, aut est pœna adiecta in casu solutionis retardatæ, & hæc secunda opinio est verior, & magis communis firmata per Bart. in l. fin. §. fin. ff. de eo per quem fac. erit, & in l. fin. ff. de prætor. stipulat. per Alex. in l. Ita stipulatus col. penult. ff. de verb. obligat. Aret. in l. 4. §. Caio de ver. oblig. in primo notab. & in l. continuus §. cum quis in 2. col. in fin. eod. titul. vbi reprehendit tenentes contrariũ, sequuntur omnes moderni in d. §. Caio, qui cæteros cumulant præsertim Iason in 4. col. sub num. 5. Zas. num. 3. Crot. nu. 7. & 8. Sed omissa præsenti disputatione, quæ vtilis est ad alia, vtroq; modo tuti sumus in casu nostro, in quo aut talis promissio iudicetur pœna, aut iudicetur Interesse futurum semper clarum est, quod aliud nõ exigitur, nisi illud quod post moram verè, ac realiter interest, vt dictum est.

Istas conclusiones intelligens pars aduersa, & videns, quod tergiuersari non possunt conuolat ad quandam subtilitatem, quæ prima fronte videtur considerabilis, Inquit enim, quod isti scuti 4000. in circa vltra illos 7293. quos receperat, sibi debentur non pro pœna neque pro Interesse conuento in futurum, sed quia sibi iã debebantur stante quod per prius erat creditor in scutis 11473. vnde dum cõcedit dilationem, & remittit etiam de quantitate cum hac conditione, vt si solutio illorum scutorum 7293. non fit in tempore conuento exigat integros scutos 11423. hoc non est exigere pœnam,
16 neque Interesse futurum, sed est redire ad proprium creditum ob non adimplementum conditionis, & sic non potest dici pactum vsurarum, vel alias reprobatum, sed immò expressè approbatum per tex. in l. tale pactum in §. qui prouocauit ff. de pact. in quo tex. cum similibus habetur quod licito Iure redeo ad integrũ creditum primæuum, si tu deficis mihi in conditione, sub qua tibi sortem mei crediti diminueram siuè dilationem ad soluendum tibi fueram elargitus.

Hoc in effectu est quicquid pars prætendit quod quidem expressi efficacius quam potui, sed nihilominus iam ex ipsius cõsiderationis lectura apparet fallacia.

Nam

Nam text.in S. qui prouocauit cum cœte-
17 ris,illiûs generis procedit quando creditor habet suum creditum explicitum, & iste relaxat aliquam portionem, aut concedit dilationem sub conditione, vt non facta solutione in tempore, redeat ad primæua Iura. Ita legitur in illo S. vbi creditor obtinuerat sententiam pro suo credito,& licèt debitor appellauerat, tamē interim præsumebatur pro sententia adeò quòd creditum verè, ac realiter erat in esse. Modo ille creditor per transactionem diminuerat sortem,& concesserat dilationem sub tali conditione, vt solutione non facta in tempore, exigat solidum creditum, iuxta sententiam. Quid ergò mirum si hoc permittitur? Veruntamen iam quòd tale pactum permittitur in sententia illa quæ in S. qui prouocauit præsupponitur extare. Videamus modò præsupposito, quod illa sententia nō extaret, sed sublata fuisset per Iudicem superiorem, vel facto Principis, vtrum procederet eadem dispositio? & certum est, quòd non procederet, nam illamet primæua Iura iam extincta amplius reuiuiscere non possunt, l. qui res S. aream ff. de Sol. l. qui liberatus ff. de adoptio. l. homo liber. ff. de stat. homin. Sed ex noua prouisione noua iura insurgunt, & non primæua, vt in dictis Iuribus,& præ-
18 sertim in pactionibus clarè inquit Iurisc. in l. si vnus in S. pactus ne peteret ff. de pact. quod ex nouo pacto prior actio non resuscitatur, sed proficit pactum ad nouum contractum. Hæc sunt verba Iurisconsـ. quæ ibi ad hoc ponderat Bart. num. 4. Vnde si in S. qui prouocauit præsupponeremus primam sententiam fuisse sublatam, nec extare illud creditum cessaret vtique illa dispositio. Patet quia si ille creditor non habet primæua Iura existentia, sequitur quod innititur solummodò huic pactioni, prout optimè declarat Bart. in d. S. pactus ne peteret num. 26. Sed tale pactum quatenus promittitur vltra verum Interesse est penitus reprobatum, vt supra diximus ergò, & illud pactum non præsupposita existentia crediti antecedentis, sustineri non posset nisi pro vero Interesse futuro, quod quidem (meo Iudicio) adeò clarum est, vt demōstratione non egeat.

Et certè si dispositio illius S. non sustineretur ab existentia crediti antecedentis iam incideremus in vsuras,& sustineretur promissio pro retardata solutione vltrà verū interesse contra omnia Iura, omnesq; regulas supra relatas, quibus ille S. aliter conciliari non posset. Nec dicatur, quod illud creditum non erat omninò explicitum, dum adhuc pendebat appellatio, nā satis est, quod creditor habebat suum creditum subsistens, etiā iudicatum per sententiam; Et licèt debitor haberet remedium appellationis, hoc remediū erat satis dubium. Siquidē Iudex appellationis poterat reformare,& poterat etiā cōfirmare. Vnde optimè sustinetur transactio, cuius proprium est fieri in re dubia 2. vbi Bald. C. de transact. l. cum hi S. sed
19 cum lis ff. eod. l. eleganter S. 1. ff. de condit. indeb. l. si mulier, vbi Bald. ff. de condit. ob caus.& in auth. si tamen C. de tempor. appellat.

Imò melior fuit ibi conditio debitoris, qui remittebat dubium appellationis remedium, & obtinebat dilationem, ac diminutionem sortis iam iudicatæ,& creditor Iure sustinebat promissionem sibi factā non tanquam sumentem vires ex præsenti contractu ob moram subsequutam, sed tanquam dependentem ex causa de præterito, nempè ex credito suo antecedenti, quod quidem tempore transactionis existebat, & fuerat pro se iudicatum.

Igitur adhoc vt locum habeat dispositio illius S. oportet, vt tempore conuentionis existat creditum antecedēs illius cui promittitur. Quod quidem patet primo ex præcedenti discursu in quo latè probaui, quod si nūquam affuisset tale creditum, aut affuisset,& tempore conuentionis reperiretur sublatum, (quod in idem recidit) iam non posset sustineri talis promissio, quæ vires,& originem sumeret ex

præsenti contractu, pro mora futura.
Patet secundo ex intelligentia Bart. ad eundem §. vbi semper ponderat sententiam præcedentem, & in specie sub num. 2. sustinetur (inquit) illud pactum de parendo sententiæ, quibus verbis nos admonet, vt non sustineamus promissiones pro mora futura, sed promissiones fouentes creditum antecedens iam existens & iudicatum. Clarissimè etiam in finalibus verbis quęrit, vtrum ob inobseruantiam reincidas in pœnam sublatam sub illa conditione quam non obseruasti? & arguit quod sic per hunc §. sed contra determinat per text. in l. si vnus in §. pactus ne peteret eod. titul. vbi hoc latius examinat sub num. 26. & similiter concludit, quod prima obligatio si non erat in esse, sed reperiebatur extincta non reuiuiscit, sed incipit noua obligatio ex pręsenti contractu. Qui quidem contractus si aptus, est ad inducendam huiusmodi obligationem tunc inducitur, si aptus non est secus. Quæ doctrina punctualis est, ad id quod agimus dum intelligit dispositionem text. in §. qui prouocauit procedere ob existentiam crediti antecedentis. Et insimul firmat quod si tempore trāsactionis prima obligatio reperietur sublata, certè non reuiuisceret per transactionē, inciperet autem noua obligatio ex nouo contractu. Sed quia in casu nostro talis contractus non potest inducere obligationem ex mora vltrà interesse, sequitur necessario ex doctrina Bart. vt cesset dispositio illius §. casu quo antecedens creditum reperiretur sublatum.
Tertio hocidem patet ex intelligentia Bal. ad illum §. non ibi, sed in l. cum allegas C. de vsur. in quinta oppositione, iuncta quæstione subsequenti sub num. 11. & 12. Ibi Bald. allegat text. in §. qui prouocauit iuncta l. si intrà illum diem, quæ immediatè sequitur. Et in hac l. inquit Iurisconsult. Si intrà illum diem debiti partem mihi solueris acceptum tibi residuum referam, & te liberabo, & sic dum loquitur de solutione partis debiti præsupponit debitum integrum iam extare. Sed sic est, quod Bald. iungit dispositionem huius text. cum §. qui prouocauit. Ergo, & in hoc §. præsupponitur extare integrum creditum, sed clarius hoc ibi exprimit Bald. dum præsupposito, quod pœna non exigatur in promissione quantitatis, sed exigatur in promissionibus facti, quęrit an exigatur promissum mihi si non soluis Titio, & videbatur dicendum, quod exigatur, quia licet ad Titium perueniat quantitas tamen respectu mei est promissio facti, & ita videtur decidere text. in l. qui res in §.
20 qui stipulatur ff. de solut. Veruntamen absit hoc inquit Bal. quem sequitur Roman. in l. stipulatio ista in §. alteri ff. de verb. obligat. & Alber. in dicta l. cum allegas ante num. 2. Quoniam hoc esset viam aperire ad vsuras, & fraudem facere legibus prohibentibus pœnam in promissione quantitatis, vnde concludit, quod quicquid promittitur, aut alteri, aut mihi per quæcumque verba etiam si inciperet obligatio maioris summæ, quia promissa fuerunt decem, cum pacto, quod liberatio oriatur per solutionem quinque quo casu quinque non solutis tanquam cessante conditione videbatur remanere obligatio pro decem, iuxta text. in §. qui prouocauit. Tamen hęc omnia reijcit Bald. vti fraudolenta volens solummodò text. in §. qui stipulatur procedere quando verè, ac realiter extabat debitum à te contractum non autem quando ex eodem contractu incipit oriri. Ex quibus patet, quod si tacitus ponderamus in illo textu decidendi rationem, si vitare volumus ne contradicat cæteris omnibus, si tandem obseruamus, qualiter per grauissimos Doctores intelligitur semper intelligi oportet præsupposita præ existentia antecedentis crediti veri, ac realis, & non aliter.

Ex

Ex qua verissima intelligentia satis faciliter, ac satis clarè oritur decisio casus nostri, in quo pro retardata solutione exigi nō potest certa quantitas promissa, siuè vti pœna, siuè vti Interesse conuentum pro mora futura, sed verum Interesse oportet liquidari per Iudicem. Nec postremò applicabilis est, text. in §. qui prouocauit, dum ibi oportet præsupponere veram, & realem existentiam crediti antecedentis. Et in casu nostro illud creditum Pinelli tempore huius conuentionis reperiebatur iam sublatum per cedulam Regiam, & per sententiam Iudicis prolatam iam, & obtentam ad instantiā Principis, qui declarauerat velle vti cedula Regia, (adeò quod actus reperiebatur vndique perfectus) & ex Regia prouisione sic etiā iudicata non remanebat Pinellus verus creditor, nisi in scutis 5000. in circa, prout ipse idem fatetur in cōtractu præfatæ conuentionis, vnde dum sibi promittitur valdè plus nempè scuti 7293. in qua promissione interuenit etiam Dux filius, qui non erat, nec vnquā fuerat suus debitor, sequitur vt omne reliquum promissum in casu retardatæ solutionis illorum scutorum 7293. non possit sustineri tanquam ex creditis antecedentibus. Nam respectu Ducis nec erat, nec vnquā fuerat debitor, & tamen voluit Pinellus suam promissionem quod quidem magis ostendit, qualiter non se fundabat Pinellus in credito antecedenti, sed solum in contractu præsenti pro mora futura. Similiter Princeps licet per prius fuerit debitor in maiori summa, hoc nihil ad rē dum illud plus tempore contractus reperiebatur sublatum, & extinctum per cedulam Regiam sic iudicatam, vnde ex hoc nouo contractu incipiebat oriri noua obligatio. Hæc autem noua obligatio ad certam quantitatem pro mora futura certum est, quod non subsistit, sed post moram contractam inspicitur, ac taxatur verum interesse, vt pluries diximus.

Nec obstat, quod in eo contractu dicitur, vt in casu retardatæ solutionis remaneāt primæua Iura, nam contentatur Dux, vt illa habeat Pinellus qualia sunt absque præsenti cōtractu. Esset enim solummodò creditor in scuris 5000. in circa, & nunc fuerunt sibi promissi, & iam soluti 7293. de quibus oporteret restituere superfluum. Si verò inquit Pinellut qd in præsenti contractu specialiter cautum est, vt pro retardata solutione exigatur etiam illud quod vigore cedulæ, & sententiæ transactæ in rem iudicatam non amplius debebatur. Iam se ipsum accusat dum fatetur quod ante contractum non extabat creditum, super quo possit fundare dispositionem tex. in §. qui prouocauit, sed omnem obligationem elicere prætendit ex præsenti contractu, in quo non potuit certa quantiras promitti pro mora futura, & sic in vanum ponderatur renunciatio cedulæ, & reliqua huiusmodi dum nihil prodest quicquid elicitur ex præsenti contractu ad validādam promissionem certæ quātitatis pro mora futura; si talis promissio non sustinetur, & validatur ab existentia veri, & realis crediti antecedentis, & hæc realitas, & veritas crediti existentis, est quæ inspicitur non autem verba pro nostro arbitratu quoquomodo prolata siuè potius paliata ad fraudandam legem. Sic Bald. in dicta l. cum allegas num. 12. C. de vsur. deridebat illum qui dum creditum realiter non existebat, conabatur illud inducere, & postea promittere minorem summam, ne illud plus videretur pœna, sed obligatio antecedens. Imò dum talem cedulā in vim legis promulgauit Rex noster Catholicus, qui in
21 suis Regnis est lex animata, ridiculum est dicere, quod exigatur integrum creditum, non obstante cedula Regis, sicut ridiculum esset dicere, quod exigatur vsura, vel pœna, vel certa quantitas prohibita pro mora futura, non obstante lege, quæ hoc prohibet, legis enim prohibitionem tollere, aut suspendere Principum est, non priuatorum.

22 Esset enim frustratoria legis prohibitio, si per huiusmodi verba liceret priuatis hominibus legis prohibitionem euertere l.nemo potest ff.de leg.1. Fecerant quippè cedula,& sententia effectum suum extinguendo Pinelli creditum, sicut ipse idem fatebatur, vnde velle ex hoc cõtractu nouam obligationem elicere eiusdẽ quantitatis pro mora futura, reprobatũ est pœnitus ab vtroque iure, & sic videtur nullo modo posse aliud peti,quam pro illa patua mora hoc modicum interesse. Deo Gratias.

Subsequuntur in eadem causa Allegationes subsequentes.

SUMMARIUM.

1 *Adimplementum post moram contractã, ita moram purgat, vt pœna, vel alia quantitas in casu more promissa reducatur ad verum interesse, quod ex mora ortum est.*

2 *Mora contrahitur per litis contestationem ante adimplementum, sed purgatur per adimplementum ante sententiam.*

3 *Mora indistinctè purgatur ante sententiam, vbi agitur de lucro captando.*

4 *Oblationes sufficiunt ita fieri sicut mos est in regionibus in quibus factæ sunt.*

5 *Oblationes debent esse reales. Sufficiunt autem verbales, vbi creditor illas recipere detrectaret.*

6 *More in diuersis locis diuersimodè purgãtur, & in num. sequent.*

7 *More purgatio in Sacro Consilio non modo admittitur ante sententiam in censibus emphyteoticis, in annuis redditibus cum pactis rescissorijs, & similibus, sed etiam in ipsa sententia tempus præfigi solet ad purgandam morã moram qua purgata sententia non mandatur exequutioni.*

8 *Moram purgari post exequutionem sententiæ esset absurdum, sed ante exequutionem non adest ratio differentiæ quando purgetur.*

9 *Opinio disputabilis seruari debet, sicut in hoc dignissimo tribunali Sacr. Consil. recepta est.*

10 *Litem mouens in aliquo tribunali censetur cum eo quasi contrahere, & obseruationibus eiusdem tribunalis se submittere.*

11 *Iudicij locus attenditur in his, quæ post contractum eueniunt in loco iudicij.*

12 *Mora quomodo purgetur, vel non purgetur attenditur locus in quo fit prætensum adimplementum.*

ALLEGATIO XXXIV.

Pro eodem in eadem causa.

In Dei Nomine Amen.



Ost Allegationes in hac causa scriptas, & Iudicibus traditas. Quia pars difficultabat in Aula Sac. Consil. Primum depositum fuisse, sollemne aduerto quod illa oblatio facta per Iacobũ Spinulam est iuxta solitum in Ciuitate Ianuæ, vbi publici argentarij non adsunt, & proinde huiusmodi oblationes fieri solent per viros diuites, & idoneos qualis erat ille Iacobus sicut patent hæc omnia, ex fide fol.55. Eademque quantitas ibi more illius Patriæ oblata offertur hic Neapoli more huius ciuitatis per depositum in publico banco, iuxtà valutationem ex decreto fol.45. vbi liberatur Pinello citra prejudicium vtriusque partis, licet ipse Pinellus illud recipere noluisset, vt legitur in eius responsionibus ad hoc depositum,& ad illam oblationem. Et ex hoc facto sic ponderato aliud oritur defensionis caput. Siquidem in alijs allegationibus dictum est, quod dum illud Pinelli creditum tempore contractus de quo agimus, reperiebatur sublatum,& non extabat, non poterat ex illo

contractu

contractu oriri noua obligatio ad certam quantitatem pro mora futura, sed post moram liquidari debet verum Interesse, & hæc omnia satis clarè probata sunt. Modo (citra veri præiudicium) præsupposito contra omnes regulas prædictas, quod potuisset oriri talis obligatio. Ita quod per moram, & retardatam solutionem fuisset Princeps verè obligatus ad quantitatem promissam, tamen hujusmodi obligationis effectus impediti poterat per adimplementũ, circa quod duo fun-
1 dabimus. Primo, quod adimplementum eius est virtutis, vt impediat exactionem quantitatis promissæ in casu moræ, & exigatur solummodò Interesse à die solutionis retardatæ vsque ad solutionẽ effectiuam. Secundo quod Princeps soluit, & adimpleuit sufficienter.

Quò ad primum text. est in l. si Insulam ff. de verb. obligat. & licet Doct. ibi, & in l. magnam C. de contrahen. & committ. stipulat. diuersas afferant distinctiones qñ adest dies certa, & Iuramentum, tamen de æquitate Canonica (quæ ad euitandũ periculum lucri illiciti recepta est vbique & præsertim in Regno nostro.) Admittitur purgatio moræ per solutionem, etiã post tempus promissum, ita ut non exigatur postea quantitas promissa pro mora, sed solum Interesse medij temporis retardati. Ita Loffred. in cons. 41. num. 8. Ias. in l. si quis maior num. 27. vers. circa prædicta C. de transac. post Bald. in l. qui crimen in 11. quæst. C. qui accus. non poss. Butr. & Imol. in c. dilecti de arbitr. Host. in summ. eiusd. tit. in §. quid constituatur num. 8. Paul. in d. l. si quis maior, & ibi Alex. ant. num. 8. vers. fallit tamen cum cæteris per eos adductis vltra regnicolas nostros, quos modo afferemus.

Vlterius dixi, Principem adimpleuisse sufficienter, & hoc tàm respectu quantitatis, dum soluit prædictos 9200. valutatos pro illis scutis 7293. quàm respectu temporis, dum obtulit in Ciuitate Ianuæ, & postea hic Neap. & vtraque oblatio sufficeret de per se; Siquidem text. in l. si Insulã de verb. obligat. qui admittit purgationẽ vsque ad litem contestatam, procedit attento rigore, sed de æquitate recipitur vsque ad sententiam. Ità vt per litis contestationem committatur mora, sed non
2 irremediabiliter. Nam eius effectus impediri potest vsque ad sententiam, l. hoc ædicto, vbi glos. notat, & ita conciliat ff. de public. & vectigal. Et iuxta hoc habemus intentum, dum vtraque oblatio, & effectiua solutio tamdiù præcessere sententiam Bar. autem in d. l. hoc ædicto aliter conciliat, admittens procedere, text. in l. si Insulã, prout verba sonant, vbi agitur de damno vitando, vbi autem agitur
3 de lucro, tunc mitius esse procedendum, & admitti purgationẽ vsq; ad sentẽtiam, & hæc quoque distinctio nobis sufficit, dum clarum est, quod Pincellus non agit de damno vitando, sicut esset, si ipse aliquam ratam dimisisset de credito existẽte, sed ipse habuerat valdè plus quã erat creditum reale, & existens, & in hoc fuit in lucro. Ita quod nunc ageret, non solũ de lucro, sed de secundario lucro. Vnde quadrat in casu nostro distinctio glos. & etiam distinctio Bart. quæ realiter mihi magis placet. Et licet ipse nihil alleget, fortè quia sibi videbatur res admodum clara. Potuisset tamen ad hoc afferre text. egregios in l. in seruitutem §. petijsse ff. de bon. libert. & in l. qui cum natu §. accusare eod. titul. Nec omittendum quod Alber. in d. l. hoc ædicto illam glos. ita eleganter intelligit, vt & Bartolo reddatur conformis.

Multa quidem adhoc posset afferri, & multa considerari, quæ tamen consulto prætereo, tum ne tedio afficiam doctissimos Iudices, tùm etiam quia in causa nostra præsens articulus ab omni eximitur disputatione, & propter factum, & propter Ius.

Factum quidem ità se habet, vt oblatio illa in Ciuitate Ianuæ fuerit non solum ante sententiam, vel ante litis contestationem, sed absque vlla interpellatione, nec in Iudicio, nec extra, & fuit oblatio perfecta

iuxta

iuxtà morem illius Ciuitatis, prout in facto annotauimus. Nec dicatur nõ fuisse factum depositum, prout hic vtimur penès publicos argentarios, nam ibi tales argentarij non adsunt, & mos est, deposita ita fieri, prout in casu nostro factum
4 est, & sufficit factum iuxtà eius loci consuetudinem, ad tradita in l.cunctos populos C. de Summ. Trin. & fide Cathol. latè Host. in summ. de decimis num. 16.
Vltra quod Pinellus, & in Ciuitate Ianuæ,
5 & hic Neapol. semper hanc solutionem recipere recusauit, quo casu etiam in locis in quibus mos est, deposita fieri penès argentarios, sufficeret sola oblatio verbalis, sicut Alex. docet in l.si mora col. lum.3.vers.quinto fallit, ff. sol. matr. vbi affert Bal. in l.1.col.2. C. ne liceat tertio prouoc. Raphael Cuman. & Paul. Castr. in l.qui Romæ in princ. ff. de verb. oblig. A quibus licet solus Aret. suo more disputando dissenserit, tamen suis argumẽtis respondetur per Socc. ibi in 2.col. & latè per Ias. col.3. & iterũ in l. si ita quis in §.Seia col.6. de verb. oblig. Iterum quoque Alex. in d.l.qui Romæ, & Neguf. in 3.membro quintæ partis num.3. in quinta limit.
Ius etiam in hoc apud nos est clarissimum,
6 Siquidem vnaquęq; Prouincia, quæ diuersimodè suo sensu abundat diuersam in hac re admisit obseruantiam, sic Guid. Pap. in decis. 123. testatur de stylu illius parlamenti, nos autẽ in hoc Regno etiã in Ritu Magnæ Curiæ, qui est rigidissimus purgationem admittimus vsque ad condemnationem. In cęteris autem contractibus purgatio admittitur etiam post sentẽtiam ante effectiuam executionem, vt per Vrsill. in decis. Afflict. 174. Vnde praxis inoleuit in Sacro Consilio con-
7 demnare ad census decursos depositandos infrà tot menses alias quod res sit deuoluta, & tamen in contractibus emphyteoticis clarè dicitur, vt canone per biennium, vel triennium non soluto res illa deuoluta sit ipso Iure. Simile pactum est in venditionibus annuorum Introituum, & tamen per quodcumq; tempus fuerit cessatum, ferè semper Sacrum Cõsilium rescindit præcedentibus decretis pro solutione tertiarum, & sæpè dum rescindit, adhuc reseruat non exequi sentẽtiam, si soluantur tertiæ infra tot menses. Atque ita passim stylus, & obseruantia est in hoc Regno in omni contractu cum quauis clausula etiam cum iuramento, prout latè tradit Loffred. consil. 41. nu.8. vbi inquit purgari quandocumq; item scribentes nostri ad Ritum Magnę Curiæ 173. latè Vrsill. qui cæteros cumulat in add. ad Afflict. super decis. 174. & Frecc. in lib.2. de subfeud. sub cap. de different. feudi quaternati à feud. plano in 18. differ. Porrò multi etiam extra Regnum talem purgationem semper admittunt, prout Alex. in l.si quis maior. C. de transac. ante num.8. & ibi latè Bolog. circ. fin. Dec. consil. 138. num.7. Fulgos. consil.7. col.3. Cępol. cons. 28. in ciuil. Item Hier. Grat. & Cotta, & alij quamplures de quibus per Vrsill. in addit. prędict. Adeò quòd non solum in Regno talis obseruantia habet vim legis, & à proprio stylo non est recedendum, sicut in primis allegationibus diximus in alio stylo Sac. Cons. sed etiam extra Regnum huiusmodi obseruãtia magis communis est, & magis tuta propter periculum exi-
8 gendi plus eo quod verè interest, & insuper (meo Iudicio) probat vera, & viua ratione, nam talis purgatio aut nũquam deberet admitti, seu erè inhærendo contractui, aut si non obstante cõtractu ideò admittitur, quia satis esse debet alteri parti illud exigere quod sua interest cũ dãnis etiam, & expensis. Hoc certè quãdocumque exigere. Idem est. Non quidem post exequutionem, quia debemus aliquandò tuti esse. de eo quod nostrum est, & Interest quoque Reipubl. ne dominia rerum sint in incerto. Ac tandem ludibrio esset, vt quod hodie facto Iudicis ad me peruenit ad te. Iterũ cras facto meo tibi auferatur. Sed ante exequutione eodẽ modo semper exigi potest quicquid

quid intereſt, vt ſic moræ purgationem, quæ ab æquitate proficiſcitur æquiſsimè quo ad fieri poteſt interpretemur.

Vnde non obſtat conſideratio, quòd iſte contractus celebratus fuerit in Ciuitate Ianuæ. Nam extra Regnum quoque hæc opinio eſt magis vera, magis communis, & magis tuta; Et dato quod eſſet diſpu-
9 tabilis, & arbitraria ſicut videbatur Pariſio in conſil. 108. num. 44. vol. 1. adhuc diſputabilis nō eſt vlterius in Sacro Cōſilio nō quaſi ſtylus particularis, qui Regni fines nō egreditur, ſed quaſi opinio vbiq; tradita, ac diuerſimodè diſputata, ſed in Sac. Conſil. recepta. Et recepta ſicut ab ineunte Sacro Conſilio mos fuit ſemper opiniones recipere tutiores, & æquiores. Nec tandem, ſilentio prætermittam quod ſtylus Sacri Conſilij etiam vti particularis in hac cauſa ſeruandus eſſet. Primo, quia non conſtat de con-
10 trario ſtilo in loco contractus, quo caſu Pinellus litem in Sacro Cōſilio mouendo, ibidem quaſi contraxit, & ſtylo eiuſdem Iudicij ſe ſubmiſit l. 1. C. de emancipat. liber. vbi glo. & optimè Alber. circ. fin. in verſic. Sed quæritur, vbi pulchram hanc rationem conſiderat quæ non eſt
11 mea. Secundò quia in his quæ poſt contractum emergunt in loco Iudicij attenditur indifferenter locus Iudicij, & non contractus. Ita Bart. & Bald. in l. cunctos populos C. de Summ. Trinit. &
12 fid. Cathol. vterq; ſub nu. 20. vbi in ſpecie loquitur de mora, quę tunc cōtrahitur, vel purgatur. Et ſic mora ſufficienter purgata fuit in Ciuitate Ianuæ ante vllam interpellationem. Sufficienter quoque in Sacro Conſilio per ſolutionem ante ſententiam, & hoc tàm ex generali Doctorum traditione per Sacrum Conſilium recepta, quam etiam de ſtylo Sacri Conſilij, qui & ſi ſtylus eſſet particularis vigeret in hac cauſa, dum non appareret contrarius in loco contractus, & dum purgatio moræ in hoc iudicio emerſit.

Atq; ita ex omnibus allegatis breuiter colligo, quòd ille contractus obligationem parere non potuit ad beneficium Pinelli, pro certa quantitate in caſu moræ, neq; in vim pœnæ, neq; in vim Intereſſe conuenti vltra id quod verè intereſt. Colligo ſecundo, quod quamuis fuiſſet talis obligatio contracta, & purificata ob ſolutionem retardatam, potuit nihilominus eius effectus impediri, & mora purgari, prout cum effectu purgata fuit, & in Ciuitate Ianuæ, & hic Neapol. per integram ſolutionem, vltra quā ad aliud non tenetur conuentus, niſi ad verum intereſſe pro tempore moræ.

Deo Gratias.

Pendet Expeditio.

SVMMARIVM.

1 *Legitima matris vtrum præteritis fratribus ſit tertia totius hæreditatis, vel ſolummodò portionis quæ ad illam ſpectaret ab inteſtato. Examinatur in numeris ſequentibus, & concluditur contra matrem num. 30. Et de inconuenientibus opinionis contrariè nu. 24. cum ſequentibus.*

2 *Frater non venit contra diſpoſitionem fraternam, niſi turpi perſona inſtituta. Et tunc non per querelam, ſed pro legitima num. 25.*

3 *Legitima matris an augeatur ex præteritione fratrum ſunt hinc inde Doctores hic recenſiti, & deciſiones in nu. 4. cum ſequentibus.*

5 *Mater cui non relinquitur legitima titulo inſtitutionis venit contra teſtamentum, & num. 7. Et an iuſſa reſtituere detrahat legitimam, & trebellianicam etiam in cauſa pia num. 6. & 8.*

9 *Connexitas operatur aliquando; vt noceat id quod ob fauorem introductum eſt.*

10 *Legitimam iudicari, iuxta portionem quæ veniret ab inteſtato colligitur ex non-*

nonnullis iuribus, & rationibus, & num.11. cum seqq.

12 *Contrariorum eodem est disciplina.*

13 *Testati, & intestati causa nō concurrunt & testandi facultas non est restringenda.*

14 *Vinco vincentem ergo magis victum. Ex qua regula nonnullo prouenians.*

15 *Ius accrescendi locum habet in portione perpetuo exclusi, declara, vt num.16. Limita si de illa portione id positum est per legem, vel per testatorē, nu.17. Item si inter coniunctos coniunctione legali non agitur de Iure vniuersali num.18. Item si veniunt diuerso Iure num.20. Et quando portio accrescit per remotionem obstaculi num.22.*

19 *Legitima est quota bonorum. Matris est triens fratris quarta num.21.*

23 *Exheredatio quotuplex, & est de eius effectu.*

26 *Fratri si aliquid relinquitur quid operatur circa legitimam matris.*

27 *Soror facit partem licet non admittatur ad partem.*

28 *Matris existentia licet non succedat impedit effectum consuetudinis, vel statuti introscripti, & num.29.*

ALLEGATIO XXXV.

Pro Hieronymo Madaleno.

In Dei Nomine Amen.

1 Redo hūc Hieronymum iustè obtulisse sextam partē hæreditatis Corneliæ matri testatoris q̄ præterito fratre ac legitima matri relicta hunc consobrinum hęredem instituit. Et rationem dispositionis expressit eo quod mater non alium, & frater neminem habet filium, & hic & illa diuites sunt. Hæres vero (per quem sui nominis conseruatio attenditur, & cui nimis debere se profitetur) familia numerosa premitur, & egestate. Nonnulla etiam pia sibi commisit. Quæ omnia recensita sint ad disponētis rationabilitatem, non autem ad dispositionis firmitatem. Lex enim est dispositio testatoris à lege non improbata §. di-

2 sponat in Auth. de nupt. Improbari autem non legimus dispositionem respectu fratris nisi turpi persona instituta l. fratris vbi glos. & l. fratres C. de inoff. testam. Nec respectu matris cui legitima relinquatur, vt in Auth. nouissima C. eodem titulo, & in §. mater instit. de exhęred. liber. Hæc mater non negat, sed contendit fratris præteritionem suam augere legitimam ita vt sit tertia pars totius hęreditatis ac si frater non superesset. Et sic in isto dignissimo tribunali Regiæ Audientiæ Hidruntinæ decidendus erit articulus anceps quidem ob Doctorum dissentiones, difficilis ob rationum hinc inde copiam, sed forte in hoc Regno nō admodum difficiliter resoluendus. Quibus trinis sectionibus præsens discursus quoad breuius fieri poterit perstringetur.

Doctores in hoc articulo sic dissentiunt, vt quæ opinio sit communior vix agnoscatur. Pro matre Antesignanus dicitur Iacob. Butrig. eo quod articulum latè defendit in sua disputatione. Exordiente quidam habens duos filios, sed idem eleganter firmauerat Oltrad. in consil. 123. sequuntur Guglielm. de Cun. & Bald. in l. pater filium ff. de inoffic. test. & ibidem Io. Ant. Alexandrinus num. 108. consulunt copiosè Fulgos. in cōsil. 35. & Paul. Castr. in cōsil. 286. Quoniam fundamentum in vers. Quarto casu lib. 1. Idem firmant Alber. Cuman. & Alex in l. planè §. si duobus ff. delegat. 1. Crot. in l. re coniuncti num. 129. ff. delegat. 3. Ruin. in l. Gallus §. & quid si tantum ff. delegat. 3. Iacob. in Auth. nouissima, & ibidem Fab. num. 42. cum seqq. C. de inoffic. testam. Ferron. in consuet. Burdegal. in tit. de testam. §. 11. & Ant. Rosell. in titulo de succes. ab intestat. circa fin.

Contrariam sententiam tenuerunt alij nec autho-

authoritate nec numero inferiores, quorum primas tribuamus Bartolo solidissime illam defendenti in l. pater filium num. 14. ff. de inoffic. testament. Sequuntur Bald. in l. planè §. si duobus circa fin. ff. delegat. 1. & ibi Angel. in fin. Imol. colum. fin. in vers. Item inducitur Aret. col. penult. vers. vltimo. Florian. ibidem, & Paul. Cast. qui posterior, & Bald. primo loco citatus in hoc §. sunt maioris ponderis eo quod per prius cum Butrig. conuenerant, & postea tutius iudicauerunt (sicut ibi Castr. obtectatur) Bartoli sententiæ adhærere. Idemque fecit Iacob. in dicta l. pater filium num. 39. Et hanc opinionem magis communem asserit Aret. in loco prædicto illamq; iterum tenet in consil. 49. Similiter hanc opinionem latè comprobat, & asserit magis communem Iason in cons. 61. lib. 3. & vtrumque hoc eodem modo apud Bursat. in consil. 114. num. 10. & consil. 115. num. 4. Alexand. in consil. 140. lib. 1. & 197. lib. 2. Corn. in cons. 150. lib. 1. Bertrand. in cons. 252. vol. 3. Bereng. Fernand. in repetition. l. in quartam num. 156. ff. ad leg. falcid. Adeo quod ex numero, & ex circumstantijs Doctorum qui opinionem maturius mutauerunt, & aliorum attestantium quod hæc opinio est communior possumus (ni fallor) concludere hanc Bartoli opinionem esse communiorem.

Sed & aliæ apud nos dissensiones non
4 deficiunt. Adsunt enim decisiones tum Sacr. Consil. tum etiam arbitrorum in causa Sacri Hospitalis Beatissimæ Annunciatæ cum Auia Hugonis Carrafæ. Item in causa Ioannæ Caetanæ Ducissæ Neritoni circa bona Lucretiæ Aquæuiuæ. Item in causa capituli Barensis cum Gisotta matre Alexandri Calò testatoris. Item in causa Mariæ Aragoneæ Marchionissæ Vasti cum genero instituto per Beatricem Daualos. Sed non potest ex illis certa regula desumi tum quia sunt decisiones ad inuicem repugnantes, tum etiam quia omnes habuere aliquod factum particulare alterans iuris articulos prout Ioseph Iuuenis doctus, ac diligentissimus Procurator qui in hac causa scribere me requirit accuratissimè annotauit, & ex ea notula colligent eruditissimi Domini Auditores, qualiter in omnibus causis prædictis fuit hic articulus disputatus, sed in aliqua addebatur matrem fuisse præteritam; in aliqua ponderatur matri fuisse relictum minus legitima, & non titulo institutionis.

Vnde poterat prætendi testamentum
5 nullum, vt in §. sancimus in fine in Auth. vt cum de appellat. cognosc. in Auth. in testamento C. ad Senat. Consult. Tertullian. Bart. in l. filio præterito ff. de iniust. rupt & irrit. fact. testamen. & in Auth. ex causa num. 13. C. de liber. pret. & ibi Bald. num. 18. Castr. in Auth. nouissima num. 6. C. de inoffic. testam. & in l. 1. C. de bonorum possess. contr. tabul. Angel. & alij in l. nam & si parentibus C. de inoffic. testam. Et consequenter hæreditatem deferri venientibus ab intestato l. 1. ff. de suis, & legit. l. 1. de iniust. rupt. & irrit. fact. test. l. fin. ff. de liber. præt. & instit. de hæredit. quæ ab intestat. defer. in princip. Qui venientes ab intestato sunt eadem mater, & frater Auth. defuncto C. ad Tertullian. Et sic videtur non posse dubitari, vt hoc casu legitima matris sit (iuxta numerum personarum) tertia vel medietas portionis, quæ taliter sibi obuenit ab intestato l. Papinianus §. si quis mortis ff. de inoffic. testament. l. parentibus C. eodem titulo §. 1. cum ibi notatis in Authent. de trient. & semiss. glos. & Doctor. in Authent. nouissima, & in l. quæritur C. de inoffic. testam. Angel. in consil. 105. nu. 4. Alex. in cons. 140. volum. 1.

6 Et licet ob clausulam codicillarem te-

neantur restituere hæredi scripto prout contra glos. in Auth ex causa C. de liber. præterit. firmant Bart. & reliqui ibidem, & in l. 1. ff. de iure codicill. Dec. in consil. 490. num. 10. & in consil. 561. hoc non facit quin successerint ab intestato vnusquisque in sua portione, & per clausulam codicillarem hoc restituant, quod ab intestato acquisiuerant, Vnde & matri solummodo sua portio fuit ab intestato debita, & acquisita; Proindeque huius solummodò portionis tali casu retinere legitimam (etiam admissa alioquin Butrigarij sententia) concludit Bald. in consil. 350. In consulendo &c. volum. 4. Detrahit etiam Trebellianicam si non est prohibita etiam in causa pia secundum aliquos ibi relatos quibus ille contradicit eiusque opinio est magis communius, vt per Tiraquell. de priuileg. piæ causæ in priuileg. 27. Est enim locus pius in aliqua ex causis prædictis, & eius respectu eadem conclusiò procedit respectu fratrum quo ad Trebellianicam, Minusque prætendent legitimam non instituta turpi persona, vt in l. fratres, & l. fratris, vbi glos. & Doctor. C. de inoffic. testam.

In processu Gilottæ cum capitulo Barensi adsunt quædam comparitiones, & responsiones ex quibus colligitur Gilottam admittere præfatam conclusionem, vbi mater esset præterita, tunc enim ob nullitatem testamenti procederent termini supradicti, & præteritionem ibi notatur affuisse in causa Hospitalis Sanctissimæ Annunciatæ. In sua vero causa dicit testamentum subsisteri, nec posse hanc conclusionem

7 per capitulum impugnari quamuis sibi noceat. In quibus verbis sub obscuris credo Aduocatos Gilottæ annuere voluisse quod sibi relictum disputatur num requirat titulum institutionis expressum, ita vt non subintelligatur ad substinendam dispositionem saltim ex clausula, vt valeat testamentum omni meliori modo, prout Doctores vtriusque opinionis annotaui in allegatione 61. num. 12. & 14. vbi addita hac clausula, patet esse opinionem valdè communem pro validitate. Sed cessat dubitatio instituta causa pia, quo casu quicquid relinquatur, siue ascendentibus, siuè etiam descendentibus quocumq; relicti titulo testamen-

8 tum non expugnari, sed agi solummodo ad legitimę supplementum firmat Bart. in l. 1. num. 62. cum sequentibus C. de Sacr. sanct. Eccles. & reliqui, vt per Tiraquell. de priuileg. piæ causæ in priuileg. 14. Nec obstat quod hoc in præsenti casu noceat ipsi causæ piæ contra l. quod fauore C. de leg.

Nam concessi fauoris necessaria conse-

9 quentia non impeditur quamuis eidem noceat qui fauorem obtinuit, sicut vbi testamentum substinetur fauore piæ causæ institutæ quod alioquin corrueret ob omissas sollemnitates iuris ciuilis, debentur, & ab ipsa causa pia legata relicta priuatis personis quorum gratia testamentum non substineretur, vt per Anton. de Butr. in cap. quod clericis de for. compet. per Alex. in consil. 41. volum. 1. per Tiraquell. vbi supra in priuileg. 80. per Couar. in cap. relatum il primo num. 2. de testament.

Quare ob decisionum diuersitates, & ob diuersa facta in illis casibus ponderata dixi non posse desumi certum exemplum ad simplicis articuli decisionem, qui simpliciter decidendus est in casu nostro. In quo sicut communior, ita & verior Bartoli sententia mihi videtur ex nonnullis, quæ à Doctoribus consideratis, & paucis quibusdam pro tenui facultate additis non seorsum, sed ad vitandam prolixitatem simul insitis, breuiter quoad fieri poterit annotabo.

Primo

Primo ad hoc ponderatur text. in l. Papinianus in §. si quis mortis, ff. de inoffic. testament. vbi legitima, quæ debetur appellatur per Iurisconsult. portio eius, quod ad eum esset peruenturum si intestatus paterfamilias decessisset, quibus verbis destruitur Butrigarij fundamentum dicentis quod sola mater superest præteritis fratribus. Etenim text. ille ad legitimam diffiniendam excludit casum conditi testamenti, & illam metitur ex portione quæ peruentura fuisset ab intestato idq; non sine ratione, vt infra sub num. 12. & 21. Portio vero ab intestato debetur matri connumeratis fratribus, vt in Auth. defuncto C. ad Tertull. Nec
11 minus in l Parentibus C. eod. titul. nuncupatur portio eius partis quæ ab intestato ad eum potuit pertinere, quasi non modo repetens regulam Iurisconsul. statuentis legitimam ex portione debita ab intestato, sed ferè specificè excludens casum testamenti, dum inquit potuit pertinere, & non dixit potest, vt ostenderet non præsens tempus testamenti attendi debere, sed illud quod potuit esse, & illa portio, quæ potuit pertine re si delata fuisset successio ab intestato.

Secundo ponderatur quod matri cuius legitima statuitur ab intestato non posset
12 per eius filium quo ad legitimæ diminutionem præiudicium fieri ex testamēto in quo vellet suæ matri filius præiudicare peteret enim supplementum ex l. quoniam in prioribus C. de inoffic. testament. Vnde vt contrariorum regula [illegible] non debet e contra ex filij testamento ipsa legitima augeri, nam contrariorum eadem est disciplina, vt post Arist. notat glos. in §. 1. institut. de his, qui sunt sui, vel alien. iur. ad quod multa afferunt Dec. & Cagnol. in l. secundum naturam ff. de regulis iuris, & in specie, vt non claudicemus circa augmentum, & diminutionem tradit Bald. in l. penult. C. de solut.

Tertio, Dum regula est, vt legitima commensuretur, iuxta portionem debitam ab intestato, & portio ab intestato clarum est quod debetur fratribus connumeratis; ad hoc euitandum Butrig. eiusque sequaces inquiunt quod præteritio fratrum facit illos, quo ad hanc hæreditatem non existere, & dum non existunt integra hæreditas ab intestato debetur matri, Hæc consequentia falsa est, nam si quis instituto hærede extraneo iuberet matri dari integram portionem sibi competentem ab intestato, vtique iuxta positionem Butrigarij intelligeretur voluisse dari ipsi matri integram hæreditatem quod quidem ipso intuitu ridiculum esset, & magis si magis negotium introspicitur, Mater enim eodem tempore, & ad eundem finem vteretur causa testati, & intestati contra
13 text. in l. fin. C. de codicill. Et tolleretur pro aliqua rata integra testandi facultas contra regulam text. in l. posthumus ff. de inoffic. testament. Si quidem fratri non instituta turpi persona permittitur integram illam portionem, quæ ad fratrem perueniret ab intestato transferre in alium ex testamento Authent. Hoc amplius, vbi glosa notat C. de fideicommiss.

Si autem diceremus, vel in casu nunc proposito integram hæreditatem dici portionē matris ab intestato, vel in quæstione de qua agimus augeri matris legitimā ob dispositionem filij qui præterijt fratrem, sequeretur vt ea filij dispositio quę libera esse debet iam non esset libera, sed per indirectum diminueretur contra ipsius testatoris potestatem, & volūtatem. Et hæc ratio est adeo vrgens, vt immurauerit, atq; ad hanc partem flexerit Paulum Castr. in l. planè §. si duobus circ. fin. ff. de leg. 1.

Quarto, Existentia fratris impedit ne matris legitima liquidetur habito respectu ad totam hæreditatē. Sed fratres vinci-
14 tur ab hærede instituto, ergo dispositio

testamentaria non potest esse causa, vt portio matris vltra id quod esset in concursu fratrum augeatur in concursu instituti qui ex vi testamenti à lege vt iam diximus approbati est potior fratribus ad quod ponderatur text. in l. 2. §. si sit ff. ad Tertull. & in l. fin. §. sin autem, vbi Bald. notat consimilia C. eod. titul. Nec dicatur quod dum fratres non succedũt deberetur matri ab intestato integra hæreditas, cuius tertia est legitima non admittens diminutionem ad beneficium instituti. Nam hæc consideratio in qua præcipuè fundantur Oldrad. & Butrig. habet fallaciam. Interrogo enim quomodo præsupponimus fratres non succedere? Si respondes quia non adsunt sumus in claris, vt matri quæ sola remanet integra debeatur hæreditas ab intestato, sed si adsunt, & sunt præteriti, vtique possumus quærere qualis fuisset portio ab intestato quibus verbis vtitur Iurisconsult. in supradict. l. Papinianus, sed non possumus quærere qualis nunc debeatur ab intestato, quia sumus in causa testati, & consequenter dicere quod ob præteritionem fratris deberetur matri integra hæreditas ab intestato, est præsupponere casum impossibilem dum ipsa præteritio præsupponit necessario testamentum excludens casum intestati.

Oportet ergo inquirere quid operetur ipsa præteritio, & cum non reperiatur iure cautum, vt præteritio vnius augeat legi-
15 timam alterius nituntur illam augere ex argumẽto quod portio perpetuo exclusi accrescit ei qui non excluditur l. qui repudiantis, & l. si proponas §. fin. ff. de inoffic. testam. Sed responsio patet ex supradictis nempè quod decedente aliquo ab intestato, vel deducto testamento ad causam intestati si ex pluribus in eodem gradu succedentibus aliquis non acqui-
16 reret tunc ista portio alijs cohæredibus accresceret iuxta terminos text. in l. vnic. vbi glos. in verb. accrescere C. quando non petent. part. petentib. accresc. & sic procedunt prædicti tex. in l. qui repudiãtis, & in l. si proponas in §. fin. Sed cessant isti termini extante dispositione te-
17 stamentaria non enim habet locum ius accrescendi in ea portione quæ licet alteri in eodem gradu existenti non acquiratur, tamen de ea, siuè per legem, siue per testatorem (lege non repugnante) dispositum est l. Vnic. §. in primo, & §. seq. C. de caduc. tollend. Et hinc merito dicebat Imol. in dicto §. si duobus, quod hæc quæstio sibi videtur non habere magnum dubium, si quidem de iure accrescendi agitur circa portiones aliquo modo delatas, sed non acquisitas, & tunc dicitur talem portionem deficere, vt in supradictis exemplis in causa intestati. At vero in causa testati (non instituta turpi persona) integra hæreditas spectat ad institutum, & fratribus sicut alijs quibuslibet extraneis in testamento non mentionatis nihil acquiritur, nec defertur.

Item cessat ius accrescendi inter coniunctos
18 coniunctione legali, vbi non agitur de successione vniuersali l. seruus communis ff. de acquir. hæred. l. 1. §. idem ait ff. de vsufruct. accresc. legitima vero iure
19 vniuersali non defertur cum sit quota bonorum, & nõ hæreditatis l. Papinianus §. quoniã ff. de inoffic. test. l. nam qđ §. non omnis ff. ad Senat. Consult. Trebell.
20 ergo, &c. Et deniq; nõ potest adesse ius accrescendi inter eos qui à lege, vel ab homine vocantur diuerso iure l. sed cum patrono ff. de bonor. possess. tales autem sunt mater, & frater, huius enim legitimã de iure antiquo per ius authenticorum nouo innouato statuitur esse quartam, ma-
21 tris vero legitima aucta est ad trientem, vt in auth. de trient. & semiss. in §. 1. & in auth. nouissima C. de inoffic. testam. ergo non est casus in quo cadat ius accrescendi dicta l. sed cum patrono, & l. si sub cõditione in fin. ff. quibus modis vsusfruct. amitt.

Nec dicatur quod si cessat ius accrescendi
22 saltum portio matris augetur per remotionem

tionē obstaculi. Nam hoc procedit quando tollitur obstaculum, & remanet portio illius qui obstaret. Vt puta si tempore mortis illius de cuius hæreditate agitur, reperiretur frater incapax, vel præmortuus vnde maior esset ab intestato portio matris à qua regulatur legitima, & sic procedunt text. in l. planè in §. si duobus, & l. huiusmodi §. si Titio ff. de legat. 1. & in §. sed nostra instit. de success. libert. Sed hoc idem nō potest procedere quando iste frater est viuus, & capax, & consequenter succederet ab intestato à qua successione (vt dictum est) regulatur legitima. Quod autem non succedat, quia est præteritus hoc non potest augere portionem matris ab intestato, quia sumus in causa testati in qua vnus, & idem actus operatur eius præteritionem, & illius portionis dispositionem. Imò sificè hæc præcedit. Nā ex dispositione in alium oritur hunc fratrem non succedere, & remanere præteritum. Sufficit autem ad minuendam portionem, vt coæqualis extet aptus ad succedendum potentia licèt non actu l. 1. §. si sit ff. de assign. libert. Ex quo tex. nōnulla casum nostrum adiuuantia deducit Bar. in l. 1. §. si pater in potestate col. penul. ff. de coniug. cum emancip. liber. quem sequuntur relati per Ias. in consil. 61. num. 3. vol. 3.

Quintò ponderatur quod (dum vtrumque licet) eodem modo quis non succedit si est præteritus, vel si est exhæredatus cum eadem sit virtus taciti, & expressi l.

23 cum quid ff. si cert. petat. Immò vnus ex tribus modis exhæredationis est præteritio, vt per Bar. in l. filio præterito num. 5. ff de iniust. rupt. & irrit. fact. testam. & in Auth. ex causa C. de liber. præter. Sed portio expressè exhæredati non auget legitimam coæqualis, sed vadit ad institutum, vt per glos. in Auth. hoc amplius circ. med. glos. magnæ C. de fideicōmiss. & in Auth. vnde sumitur ergo, &c. est. n. inter vtrumq; casum non modo eadem ratio, sed maior. Nam exhæredatio quæ præcedere debet, vt substineatur institutio videtur magis considerabilis ad augendam portionem coæqualis, quā præteritio quæ est effectus dispositionis in alium.

Sextò ex opinione contra Bar. sequerentur plura inconuenientia, quorum primum

24 considerant Bald. in dicta l. planè in §. si duobus in vltima q. ff. de legat. 1. Alexan. in consil. 140. in primo volum. Nempè quod si multi essent fratres in quorum concursu mater ab intestato haberet sextam fortè portionem, vel minorem, & illis præteritis filius aliquam causam piam vel alium sibi acceptum institueret mater ex opinione Butrig. haberet tertiam, & sic pinguiorem portionem quasi in pœnam conditi testamenti contra text. in l. posthumus in princ. ff. de inoffic. testam. Voluit enim, & potuit testator instituto dare quicquid potuit non relinquere venientibus ab intestato, vt per Bar. in consil. 39. incip. Proponitur quod in testamento, & in l. vxorem §. hæres, ff. de legat. 3. & in l. paterfamilias vbi Ang. & Imol. ff. de hæred. instit. Bald. in auth. cui relictū C. de in dict. vid. toll. & in l. vnic. col. 12. C. de his quæ pœn. nom. Anchar. & Imol. in cap. si hæredes de test. Ang. in §. præfatæ. in Auth. de nupt.

Item esset inconueniens quia maiorē por-

25 tionem haberet mater instituta per filiū aliqua persona honesta, vel etiam causa pia, quam habuisset instituta turpi persona, quo casu mater haberet ratam suæ portionis cōnumeratis fratribus qui succederent, siuè per querelam secundum aliquos, siuè in quarta, vt per Afflict. in decis. 125. lib. 4. Natta in consil. 478. volum. 3.

Item esset inconueniens, nam si diceretur

26 portionem matris augeri ex eo quod nō habent fratres. Et præteriti dicerentur non extare, sequeretur, vt sicut si in totū sunt præteriti integra eorum portio augeret portionem matris, sic si non integrè illis relinquitur quicquid fuisset habituri

bituri ab intestato, augeretur simili portio matris pro eo quod deficit. Et quamuis aliqui dubitent num admissa opinione Butrig. admittatur saltim opinio Bar. si aliquid fratribus est relictum quasi tūc non possint haberi pro mortuis, vt per Bald in dicta Auth. nouissima per Corn. in consil. 197. lib. 1. Soce. in cons. 75. num. 7. lib. 3. Capr. in consil. 4. num. 5. Bursat. in dicto consil. 114. num. 11. & cons. 115. nu. 7. Ego nihil dubito quod opinio Butrig. si vera esset procederet, & in totum, & etiam in parte, nam idem iuris est de parte quò ad partem, quod de toto quo ad totum l. quæ de tota ff. de rei vēdic. non enim adesset ratio differētiæ, vt per Socc. in l. ait prætor col. 1. ff. de iur. iur. sed eadem vigeret ratio, vt non minuat matris legitimam ea portio, quæ ad fratrem non est peruentura, vt in supradict. §. sed nostra, & in l. si post mortē §. si liberi, & §. soluto ff. de contra tab. Et ex hoc oriretur nimia perplexitas, & insimul restrictio testantis cuius voluntas debet esse libera ex regulis supradictis. At cessant omnia inconuentia dum legitima regulatur ex portione quæ peruentura esset ab intestato iuxta verba legum superius ponderata ad quod multum faciunt tradita per Tiraquel. de Iure primog. quæst. 55. num. 10.

Septimo, pōdero quod opinio Bartoli ma-
27 gis indubitāter seruāda est in Regno, vbi vigente hac altercatione inter sequaces Bartoli, & Butrigarij fuit in d. §. si duobus, & alibi per Doctores subsequenter ad conclusionem de qua nunc agimus quæsitum nunc augeatur legitima matris per dotationem filiæ? Et quamuis Butrigarij sequaces ex eadē ratione quod talis filia non successura habetur pro mortua inclinauerint ad augmentum maternæ legitimæ, tamen obtinuit opinio, vt soror dotata faciat partem quamuis non admittatur ad partem, vt per Capyc. in decis. 158. Quinimò magis dubitabilis erat ille casus in quo filia etiam ante testamentum reperiebatur exclusa, & fratres soli etiam absq; testamēto successissent, vt Capyc. ibidem considerat nu. 5.

Octauo ad idem concurrit alia conclusio similiter indubitata apud Regnicolas, nē-
28 pè quod exclusio collateralium per existentiam matris iuxta doctrinam Napod. in constit. si quis, vel si qua suum operatur effectum quamuis mater non sit per defunctum instituta, & institutus fuerit extraneus, vt per Capyc. in decis. 210. nu. 5. & in consuet. filiusfamilias nu. 18. Quæ positio excludit consequētiam Butrigarij. Iuxta quam Collaterales non excluderētur nisi per matrem realiter concurrentem, & succedentem. Et præterea non succedens haberetur ac si non esset in rerum natura, & in eadem consuet fi-
29 liusfamilias refert Capyc. approbatam fuisse per Sac. Cons. aliam conclusionem huic affinem respectu matris exclusę per statutum ob existentiam fratrum, vt exclusa remaneat etiam si fratres alio instituto essent præteriti approbando sententiam Bart. in l. 1. §. si pater ff. de coniung. cum emancip. liber. quam nostris terminis applicat Corn. in cons. 150. vol. 1.

Ex quibus omnibus, & à Doctoribus, & à
30 nobis pro tenui facultate consideratis, & in hunc ordinem quo ad breuius, & clarius fieri potuit dispositis, credo firmiter remanere opinionem Bartoli comprobatam, & contrariam reiectam.

Deo Gratias.

Sic in ea Regia Audientia decisum fuit liquidando legitimam matris connumerato fratre praterito. Et postea de Anno 1622. in Banca de Martino. Idem decisum fuit per Sacrum Consilium in causa Aureliæ de Arsora cum Ecclesia Sancti Matthæi, & Francisci, in qua aliquis ex Dominis Iudicibus voluit videre istas Allegationes, quas audiuerat me annis præteritis scripsisse.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Monasterium capax ita succedit ex persona suæ monialis, sicut ipsa si esset in sæculo.*
2 *Soror excludit remotiores tàm de iure communi, quàm consuetudinario.*
3 *Ius de futuro remitti non potest, nisi per pactum stipulatione vallatum.*
4 *Renunciatio ingressi, an & quando noceat monasterio. Et in quibus bonis num. 5. Sicut de renunciatione filij respectu patris, vel matris respectu filiorum, num. 6. & 7.*
8 *Renunciatio quorum gratia sustinetur. Et comprehendit tàm personas, quibus est renunciatum, quàm eorum descendentes, non autem alios, vt num. 9. Etiam accedente Iuramento, vt n. 10. & 12. Quæ autem personæ, vltra descendentes, intelligantur prospectæ vide in num. 13. & 14.*
11 *Iuramentum addit robur, non autem immutat substantiam contractus.*
15 *Renunciatio realis excludit perpetuò. An autem sit realis, quia renuncians monacatur, vide num. 16. & de intelligentia aliarum decisionum ad hoc vide num. 19. 20. & 21. Et an sit realis si sit ob dotem receptam in num. 22. Vel ob clausulam pro se, & hæredibus, & successoribus num. 26. Vel ex alijs, vt num. 31. 34. 35. 36. 39. 40. 41. & 42.*
17 *Bona habita ex transactione cum consanguineo non dicuntur antiqua, sed acquisita.*
18 *Doctor intelligendus est iuxta legem, vel alium Doctorem quem allegat.*
23 *Læsio in renunciatione non potest intentari per monialem nec per monasterium ex ratione introscripta.*
24 *Metus reuerentialis addita læsione facit contractum præsumi inuoluntariũ, & proinde rescindendũ præsertim addita minori ætate, vel sexu fœmineo.*
25 *Filij nati magis diliguntur quam nascituri.*
27 *Renuntians successioni etiam ex testamento non excluditur si renunciationẽ recipiens illam ad successionem vocaret, & huius ratio in num. seq.*
28 *Remitti potest pactum, & similiter iuramentum pacto adiectum.*
29 *Decedens absque dispositione censetur disposuisse in beneficium succedentium ab intestato, & num. 30.*
32 *Renunciationes esse reales difficillime creditur, & de eius effectu, & quod omnes renunciationes sunt stricte intelligendæ num. 33.*
34 *Renunciatio vt sit realis quibus verbis concipi debet alias præsumitur donatio præsertim si adsunt verba introscripta, vt num. 35. Vnde non excludunt cessantibus personis prospectis, vt in multis decisionibus num. 38.*

ALLEGATIO XXXVI.

Pro Monasterio Reginæ Cęli.

In Dei Nomine Amen.



Pompeus Pignatellus habens duos filios Annibalem, & Io. Andream posuit in mense Octobris 1553. filiam Clemẽtiam in monasterio Reginæ Cœlorum animo ibi eam monacandi, pro qua dotem cõstituit ducatorũ 300. & pro eis annuos ducat. 30. Et versa vice Monasterium promisit, quòd ipsa Clementia ante professionem renunciaret, sicut legitur in instrumento fol. 267. à tergo cum seq.

Filiæ nihil promisit, & postea in sequenti anno 1554. reemit illos annuos duc. 30. soluens Monasterio duc. 300. fol. 273.

Paulò post Pompeus Pater decessit, & prædicti Anibal, & Io. Andreas fratres in anno 1563. similiter de mense Octobris promiserunt sibi sua vita durante annu. ducat. 60. & ipsa dictis fratribus fecit re-

renuncia-

nunciationem, quæ legitur fol. 16. cum seq. & eandem latius extensam præsentauit pars aduersa fol. 140.

Decessit Anibal, decessit, & postmodum ab intestato Io. Andreas de cuius hæreditate ad præsens agitur, inquit autē monasterium talem hæreditatem exclusis consanguineis remotioribus ad se spectare, & habere intentionem fundatam, dùm

1 Monasterium ipsum, quod capax est, in cōmuni ita succedit ex persona suæ monialis, sicut ipsa mulier succederet, si esset in sęculo, vt in Auth. de Monach. in §. illud quoque & in l. Deo nobis §. hoc etiā C. de Episc. & cler. & c. si qua mulier 19. quæst. vlt. Bart. in l. 1. col. 6. versic. Quid si est institutus Monacus ff. de vulgar. & pupill. Bald. & reliqui in d. l. Deo nobis C. de Episc. & cler. latè Angel. consl. 133. Præs. de Franch. in decis. 40. num. 2.

Remanent enim ad beneficium Monasterij iura monialis siuè sint iura suitatis, siue iura sanguinis respectu cuiusuis successionis, & quorumcumque bonorum, vt per Tell. Fernand. ad leges Tauri in l. 6. num. 51. & 52. & per Ludou. Molin. de primog. lib. 1. cap. 13. num. 72. cum seq. & per Minad. in conft. Regn. in aliquibus num. 66. in 3. notab.

Et clarum est, quòd soror hæc carnalis in

2 hæreditate fraterna, de qua nunc agimus excludit consobrinum, & reliquos colligantes in gradu remotiores, & hoc tàm de iure communi, vt in §. sit igitur lo secondo, & §. si verò in Auth. de hæred. ab intest. venien. quàm etiam de iure consuetudinario huius fidelissimæ Ciuitatis, vt in consuetud. 1. in titulo de success. ab intest. & hæc omnia sunt clara, nec à parte aduersa controuertuntur.

Opponitur autem de renunciatione cuius vigore prætendit hanc sororem esse perpetuò exclusam, & per consequens locū fieri consanguineis remotioribus stante iuramento ipsi renunciationi adiecto, cuius vigore ipsa renunciatio quam alioquin ius ciuile reijceret, seruāda est cap. quamuis de pact. in 6. Non enim de viuentis hæreditate acquirenda actum est, sed de illa non acquirēda, quod permittitur cùm cesset votum captandæ mortis, vt per Barr. in l. stipulatio hoc modo cōcepta col. 1. ff. de verb. oblig. præsertim

3 de consensu eiusdem de cuius hæreditate agebatur, vt in l. fin. C. de pact. & ius de futuro, quod simpliciter remitti non potest l. qui superstitis ff. de acquir. hæred. remitti benè potest per pactum præsertim stipulatione vallatum l. 1. vbi glos. Bart. & reliqui C. de pact. & per Dec. in consil. 31. col. 1. & 2. & per Minad. in consil. 12. num. 21. At pro parte Monasterij nonnullæ afferuntur clarissimæ responsiones.

Ad quas deueniens rogo, prius ponderari, quòd magna est inter Doctores altercatio, nùm quæuis amplissima renunciatio facta per eum, qui Religionem ingreditur, possit Monasterio præiudicare quo ad bona, quæ post factam professionem ipsi Monaco deuoluuntur, quo-

4 niam etsi de bonis proprijs quisquis Religionem ingreditur, disponere potest ad libitum, nec talis dispositio poterit per Monasterium inficiari cap. si qua mulier 19. quæst. vlt. §. illud, & §. nunc autē in Auth. de Monac. & in Authen. nunc autē, & in Auth. si qua mulier C. de Episc. & cler. tamen quo ad bona, quæ tunc nō habet longè differens ratio pro monasterio consideratur, si quidem renunciatio

5 habet tacitam conditionem, si hæreditas ipsi renuncianti defertur, prout Bart. declarat in l. qui superstitis ff. de acquiren. hæred. & latè Socc. in consil. 183. col. 2. volum. 2. Hæreditas autem post professionem non Monaco defertur, sed Monasterio, vt per Innoc. Abb. & reliquos in c. in præsentia de probat. latè Couar. in cap. 1. de testam. num. 21. & 22. Ergò

6 talis renunciatio Monasterio non nocet, sicuti non nocet Patri renunciatio filij, cui dum in patria potestate existit, aliqua defertur hæreditas, ex doctrina Paul. in l. fin. num. 5. C. de bonis quæ liberis.

7 Nec nocet filijs renunciatio matris præ-

defunctæ

defunctæ ex communissima opinione de qua per Gram. in decis. 57. num. 39. & per Marant. in disput. 10. num. 13. ex quibus specificè in Monasterio idem tenent omnes Canonistæ, & etiam multi Ciuilistæ, prout habetur latissimè per Ruin. in consil. 204. volum. 1. cum tribus consilijs sequentibus, quorum vnum est Soccini, aliud Felini, & aliud Cornei.

Magis est interpretanda pro Monasterio cũ in hac renunciatione facta fratribus excedatur promissio facta patri de renunciando portionem competentem super hæreditate, quę poterat esse ad beneficiũ masculorum, non autem ipsam hæreditatẽ, quæ præsupponit masculos extinctos.

Verùm est, quod in hoc articulo non insisto, quia aliqui contradicunt, vt per Minad. in constit. in aliquibus in 8. notab. nu. 23. sed Tell. Fernand. ad leges Tauri in l. 6. num. 63. vers. sed si dicatur, cum in præcedenti discursu præsertim nu. 52. latè firmasset opinionem pro Monasterio concludit tandẽ quòd quatenus opinio pro monasterio esset dubia in casu successionis contra voluntatem renunciantis, tamen vbi voluntas renunciantis esset ambigua debemus saltim illam interpretari ad beneficium monasterij pro quo ex rationibus supradictis adsunt tot eximiorum Doctorum auctoritates etiã in casu voluntatis certæ, & indubitatæ, & ex his inclinat, vt monasterium succedere possit etiam contra testamentum illius, qui renunciationem recepit, licèt hanc quæstionem non omninò firmet, & in ea relinquat cogitandum, sed casum successionis ab intestato, qualis est casus noster, & ipse ibi in vers. & ex inde fortius ab intestato, & cæteri omnes ibi relati admittunt pro monasterio indubitatè, idque vt appareat satis clarius iudicandũ esse in casu nostro, commemoro conclusiones aliquas communissimas, & à nemine controuersas.

Quarum prima sit, quod dispositio text. in
8 cap. quamuis pactum non solum procedit quando filia renunciat patri, sed etiã quando soror renunciat fratribus, siue patre defuncto, siuè etiam patre viuente modo pater ipse cõsentiat, ita post Alex. in cons. 155. col. fin. vol. 7. & post Rom. in l. qui superstitis ff. de acquir. hæred. tradit latissimè Couar. in d. cap. quamuis pactũ in initio tertiæ partis, col. 3. 4. & 5. & vlterius præsumunt iura ipsam sororẽ renunciãtem prospicere, in hoc non modo personas ipsorum fratrum, sed etiam eorundem fratrum filios, ac descendentes, ita vt illis extantibus talis renuncians nullum ad bona renunciata regressum habere possit ita Angel. in consil. 52. circa finem vers nõ obstat Calcan cons. 33. num. 16. Bald. cons. 437. col. 2. in versic. secus si non extat, vol. 1. latè D. Lanar. in cons. 49. num. 1. & 2. & Couar. in d. cap. quamuis pactum in 3. par. §. 3. vers. septimo si pater.

Secunda sit conclusio è conuerso, quòd so-
9 ror, quæ renunciauit ad beneficium fratrum quantũuis ampla, & clausulis abundantissimis referta fuerit renunciatio, semper hanc habet conditionem, vt illis eorumuè descendẽtibus non extantibus habeatur renunciatio pro non facta, talibus namq; personis cessantibus, iam causa renunciationis reducitur ad non causam vnde cessat eius effectus l. 1. ff. de cõdit. sine caus. l. nihil interest ff. de naut. fœn. glos. in constit. si quem nostrum, & ibi Afflic. in 3. notab & in materia renũciationis, idem Affl. ct. in cap. 1. §. præterea in 2. notab quib. mod. feud. amitt. & Tiraq in tract. cess. causa num. 14. & proinde tũc talis soror ita succedit, ac si nullatenus renũciasset l. iubemus C. ad Velleian. l. si de certa C. de transact. l. si actionem C. de pact. cap. 1. de eo, qui fin. fec. agnat. vbi Andr. ante num. 2. in vers. renunciatio ergò non nocet Bald. in l. pactum nu. 3. C. de collat. & ibidem Salyc. col. pen. Affl. in cap. 1. §. Titius num. 14. si de feud. defunct. milit. Tell. in d. l. 6. num. 44. Couar. in d. §. 3. col. 2. vers. 16. circa eandem Rip. in l. qui Romæ §. duo fratres nu. 39. ff. de verb. oblig. & Tiraq.

in tract. cess. caus. in verbo exclusiones num. 96. & 97. & in verbo renunciationis causa cessante num. 232.

Neque in hoc considerabilis est iuramenti
10 Religio, nam vltra quod in casu nostro adest absolutio ad cautelam clarum est, quod tali casu venit soror ex natura eiusdem contractus, & ex defectu consensus renunciandi ad beneficium aliorum quam
11 ipsorum fratrum, eorumuè descendentium, vt dictum est, & clarum est etiam, quod iuramentum non alterat naturam contractus, neque extendit contrahentium consensum, sed tantum contractui iuxta suam naturam, & consensui iuxta suos limites robur tribuit, ac firmitatem c. Quintauallis de iureiur. c. cum iuramento de homicid. Bald. in l. fin. per illum text. C. de non numer. pecun. & in cap. cum omnes colum. penult. & in cap. quæ in Ecclesiarum col. 5. de constit. Abb. in cap. veniens, & in cap. cum contingat nu. 14. de iureiur. Ias. in l. sed & si §. item si iurauero ff. de iureiur. Tiraq. qui ex nostratibus, & ex alijs in hoc suo more pulchrè discurrit in l. si vnquam in præfation. numero 165. vsque ad num. 174. & in nostra specie plenissimè Couar. in d. cap. quáuis in prima parte in §. quarto col. 1. & 2. Berard. Bomb. in cons. 55. num. 28. & 29. Tell. in d. l. 6. nu. 43. cum reliquis, quos modo afferam in conclusione sequenti.

Tertia igitur sit conclusio, quod vbi contra-
12 riū expressè non constat, semper renunciatio censetur ad beneficium fratrū facta, quibus cessantibus, cessat similiter renunciatio, quoniam idem est fratrum fauorē fuisse expressum, siuè præsumptum, & vtroq; casu fratribus absq; prole deficientibus tanquam cessante causa renunciationis succedit eadem soror non obstante renunciatione quantumuis ampla, & iurata, ita Napod. in consuet. si moriatur de success. ab intest. in verbo ipsi successores in vers. sed quid si est iuratum Bald. in consil. 437. vol. 1. Angel. in consil. 52. in fin. Pau. Castr. in l. pactum nu. 6. C. de collat. Imol. & Rom. in l. qui superstitis ff. de acquir. hæred. Alex. in l. stipulatio hoc modo concepta ff. de verb. obligat. num. 11. & ibidem Aret. num. 3. & Crot. num. 57. & 58. Salyc. in l. pactum ante nu 6. C. de pact. cum latissimè traditis per Alexand. in cons. 29. vbi magna Apost. num. 9. vol. 3. per Tell. in d. l. 6. nu. 45. latè Gomes. ad leges Tauri l. 22. nu. 11. & 12. Marant. in disput. 10. nu. 14 & per D. Lanar. in cons. 49. nu. 1. 2. & 3. & Dom. de Ponte in cons. 39. nu. 1. & 2. & in hoc non est contradictio.

Dubium autē remanet in duobus casibus, nempè quando morientibus fratribus supersunt aliæ personæ, quæ similiter videātur prospectæ in renunciatione, vel quādo renunciatio est taliter concepta, quòd renunciantem pœnitus excludit respectu omnium.

Primo casu iam dixi, quòd sicut prospectæ
13 sunt personæ fratrum, ita etiam intelliguntur prospecti eorum descēdentes, & in hoc nemo dubitat, sed an intelligātur prospectæ aliæ sorores magna inter Doctores est altercatio, nam Afflict. in decis. 161. licet non dicat ita fuisse decisum, per Sacrum Consilium tamē inclinat ad fauorem sororum in capillo, & ita inquit tenere Bald. in consil. 96. vol. 4. qui tamen sibimet est contrarius in prædicto cons. 437. vol. 1. & in effectu variæ in hoc sunt Doctorum sententiæ, ac decisiones, vt per Paris. in consil. 26. vol. 3. per Couar. in d. 3. par. in §. 3. num. 4. versic. sexto est præterea per Camil. Saler. in add. ad Napod. in consuet. si moriatur nu. 37 quæ incipit, dicit Napod. per Calean. in consil. 33. per Aym. in cons. 46. per Lanar. in prædicto cons. 49. num. 3. & per à Pont. in d. consil. 39. num. 3. in quibus non immoror, quia nos sumus in Monaca cuius renunciatio interpretatur etiam ad beneficiū sororum in sæculo permanētium, cessat enim ratio, vt masculis deficientibus seruetur æqualitas inter sorores in sæculo permanētes, & præsumitur Monacam renunciare, etiam vt sorores

dignius

dignius nubant, & comodius filios educere ficut ex omnibus ibi relatis per nonnullas conclusiones elicit Couar. in prædicta tertia parte in §. 3. num. 4. in versi. nono idem. Vbi tamen ac etiam in præcedenti versic. incipiente, Quarto si paternam firmat omninò ab intestato succedere Monacam, siuè eius Monasterium de-
14 ficientibus fratribus fine prole, ac fororibus in eodem gradu existentibus neq; tunc locum fieri consanguineis remotioribus, sed monasterium ipsum vocari ad successionem, quod etiam firmat Tell. in d. l. 6. num. 52. & 63. in fine, vbi etiã firmat contra testamentum sicut prius latè comprobauerat, licèt dicat in hoc cogitandum, sed casum intestati in concursu remotiorum habet pro indubitato, sicut etiam D. de Ponte in consil. 39. num. 1. & consl. 40. num. 3. in fine, & num. 8. D. Lanar. consl. 49. in princ. Aldobrand. in consil. 26. num. 89. & 90. & 146.

Ex quibus dum consanguinei concurrẽtes in casu nostro sine dubio sunt remotiores, clarum remanet, quòd monasterium non potest ab illis excludi vigore renunciationis factæ fratribus, quorum fauore, eorumq; descendentium tantum facta intelligitur, vt dictum est. Quod quidem
15 pars aduersa negare non valens, confugit ad secundum casum dicens, quòd quamuis renunciatio sit personalis, vbi simpliciter soror successionem renunciat patri, vel fratribus, vnde intelligitur solummodò renunciare ad beneficium illorum, & eorum descẽdentium tamen fieri potest renunciatio realis, ita vt renuncians perpetuò excludatur etiam à quouis extraneo ex reg. tex. in l. & hæredi §. 1. & §. fin. & in l. idem §. personale ff. de pactis. Quid enim si ita renunciaret, vt exprimeret velle in successione paterna, vel fraterna sibi præferri quemlibet consanguineum remotiorem, vel etiam fiscum iuxta cautelam traditam per Gomes. ad leges Tauri in l. 22. num. 12. vers. quod tamen certè nihil minus seruanda esset c. j. §. sapientes, vbi glos. & Andr. de eo, qui fin. fecit agnat. hoc autem, quod ita clarè in hac renunciatione de qua agimus expressum non est, colligitur saltim (inquit pars aduersa) per consimiles coniecturas, & clausulas renunciationis, quæ accuratè sunt ponderandæ, quia in hoc consistit tota causa; & licet in casu nostro habeamus contrariam probationem, & habeamus responsionem generalem ad omnes clausulas tamen prius sigillatim, & coniecturas, & clausulas ipsas diligenter examinemus.

Inquit ergo pars aduersa habere coniectu-
16 ram eo quòd sumus non in muliere laica, sed in moniali, quæ mundo renunciat, & paupertatem profitetur, vnde nullo tempore credendum est velle regressum habere ad diuitias, quas possidere non potest, & propterea eius renunciatio intelligenda est, vt sit realis, & perpetua in omnẽ casum sicut videtur perpendere D. de Franch. in decis. 375. in qua ipsa pars facit magnam vim, sed est oppositio penitus inanis. Si enim ex hoc diceretur renunciatio realis, & perpetuo excluderet dari non posset casus, vt monasterium succederet ex persona monialis, quæ renunciauerat, & euerterentur omnia iura ciuilia, & canonica allegata in principio præsentium allegationum cũ Doctoribus ibi relatis, ex quibus habemus, quod eodem modo, & in eisdem bonis, in quibus succederet sæcularis, succedit monasterium ex eius persona, & clarum est, quod si renũciatio ex hoc præsumeretur realis, quia facta est à moniali, oporteret illam semper excludi à quibusuis consanguineis, & tamen contrarium videmus quotidie, nempè monasterium ex eius persona præferri consanguineis, qui nõ præsumuntur prospecti in renunciatione, vt per Couar. in dicto vers. nono idem, & ex persona illius sororis Beatricis de Medicis, quæ renunciauerat, fuit admissum Monasterium Sanctæ Claræ, quæ sententia est præsen-

tata in processu fol. 337. eiusdemq; sententiæ meminit D.de Franch.in decis. 40. ex cuius lectura constat fuisse decisu m articulum renunciationis, non autem ob illam translationem cum Hilaria, quin imò illa Hilaria fuit prius conseruata in possessione tanquam cessionaria Monasterij, vt in processu originali, Et in dicta decis. non dicitur quod monasterium habuit ex contractu, sed quod fuit delata hæreditas, & certè in illa decis. 40. Si illa portio fuisset acquisita ex contractu non oportebat discutere articulum consuetudinis quæ solū habet locum in bonis antiquis obuētis titulo lucratiuo, sicut successionis legati donationis &c. vt in consuet. & si testator quæ

17 regulatur ex præcedenti, quæ incipit si aliquis moriens, vbi Napod. in verbo obuenerunt, & ibi inter reliquas clarè excludit acquisitionem à consanguineis, ex cōuētione, & habetur pro absoluto per D. Lanar. in d. consil. 49. in princ. per D. de Ponte in d. consi 39. nu. 1. & in cons. 40. num. 3. in fine cum seq.

Nec obstat præfata decisio 375. nā ibi Moniales, quæ renūnciauerant fratri concurrebant cum filijs sororum in hæreditate eiusdem fratris, sicut ibi declaratur nu. 2. Et propterea nō mirum est, si succubuit, imò illa decisio fortificat casum nostrum, quoniam fundatur in cōs. Dec. 31. vt patet d. decis. nu. 2. in fin. Decius autem loquitur ad beneficium hæredis relicti in testamento condito per eundem fratrem renunciantis, sicut ibi legitur ante nu. 2. vers. ex quibus, nos autem sumus in successione ab intestato, in qua est lōgè differens ratio, & tunc ipsemet Dec. & alij admittunt renunciātem, vt infra dicetur.

Vlterius dictū vnius Doctoris est intelligen-
18 dum secundum alium Doctorem, quem allegat, vt per Bar. in l. non solùm in § liberationis verba ff. de liberat. legat. & porrò hæc decisio fundatur in theorica Couar. in d. §. 3. in vers. nono idem, vbi ipse Couar. admittit renunciantem in cōcursu remotiorum, à quo & Vasques nō recedit in illo §. 18. & clarissimè firmant Tell. Lanar. & de Pont. in locis prędictis. Et idem Siluest. Aldobr. per partē allegatus in cons. 26. num. 89. & 146.

Secus autem inquit Couar. in concursu so-
19 rorum eiusq; descendentium. Diximus enim quòd quando renuncians est monialis, censetur Pater, aut frater recipere renunciationem non modo ad beneficiū fratrum, sed etiam ad beneficium aliarū sororū ex rationibus supradictis, & proinde optimè decisum fuit in illa decis. 375. & cum ministerio ibidem D. Præses, ex dictis Doctoribus elicit præsumptum fauorem ad beneficium proximiorum qui iuxta eosdem Doctores, quos allegat, esse debent in eodem gradu, non autem extēdit hunc præsumptum fauorem etiam ad beneficium remotiorum, quia loqueretur contra eosdem Doctores per eum relatos, & contra omnes suprascriptas conclusiones indubitatas. Et dum lex interpretatur tales renunciationes ad beneficium personarum sistentium in eodem gradu qui aliud non exprimit præsumitur se legi conformare, & velle illud idem quod lex statuit, vt infra pro Spinula num 5. versic. & per consequens, imò etsi crederemus voluisse contrarium hoc nihil ad nos dum non exprimitur, vt per Crauett. in cons. 761. num. 14. & per Lanar. cons 49. num. 5. Et nobis sufficit quod nostra renunciatio ex Doctorum intelligentia comprehendit solum beneficium proximiorum.

Aduertendo, quod D. Lanar. in dicto consil. 49. num. 4. inclinat, vt etiam Monialis
20 renuncians non excludatur, quando aliæ sorores similiter renunciauerunt, quasi ex hoc intelligatur quædam æqualitas, quæ verum est, quòd consideratur ab Alex. in d. consil. 29. num. 3. volum. 3. & Couar. in dicto §. 3. versic. octauo quoties, & ab alijs inter laicas, sed quando vna est monialis, & altera laica non est æqualis consideratio. Et propterea ego dubi-

dubitarem cõtra monialem, nã quamuis respectu sororis iam nuptæ cessaret ratio nubendi honorabilius, tamen duraret altera ratio filiorum commodius educãdorum, Sed & renunciatio illius sororis nuptæ non mentionatur in dicta decis. 375. & vel affuerit, vel non affuerit, recte monasterium fuit exclusum iam quod generaliter de fauore sororum loquitur Couar. in loco prædicto, & dum consideratur fauor alicuius personæ, consideratur etiam fauor eius descendentium sicut supra deduximus, & similiter ad fauorem filiorum sororis fuit exclusa Iulia dicta postmodum soror Zenobia de Sangro Monialis in Monasterio Sancti Sebastiani. Cuius renunciationes Patri, & postea sorori, eiusque viro leguntur factæ, & ratificatæ. Et omnia de plano procedunt, quia (vt dixi) in Moniali non dubitatur renunciationem intelligi ad fauorem fratrum, & sororum, eorumque descendentium.

Et hæc est vnica, & vera ratio illarum
21 decisionum, in quibus filij sororum prælati fuerunt sororibus Monialibus, quæ renunciauerant, nam dicere vlterius, quòd exclusæ fuerunt illæ sorores tanquam Moniales, esset error terminorum si quidem, & Monaca, quæ renunciauit, siuè Monasterium ex eius persona, sine dubio succedit in concursu remotiorum, vt dictum est, & licet Monaca non possit habere diuitias proprias, potest tamen acquirere Monasterio ad quod iura præsumunt habere affectum, quemadmodum nonnullos videmus relinquere potius Monasterijs quam consanguineis remotioribus, & maior charitas præsumitur in Monacu eiusdem Monasterij sibique solatium est monasterium acquirere ex eius persona sicuti ex text. in S. sed & hoc præsenti in Auth. de sanct. Episc. & ex alijs deducit Tell in dicta l. 6. num. 52. post August. Berou. in cap. in præsentia num. 481. de probat. adeo, quod nullo modo ex Monacatu potest elici renunciationem esse realem, & perpetuò exclusiuam respectu omnium etiã remotiorum.

Quod quidem pars aduersa non ignorans
22 incipit discutere clausulas ipsius renunciationis quas prætendit importare perpetuam exclusionem respectu omnium, atque ita primo loco ponderat, quod renunciatio non est facta simpliciter, sed ob dotem receptam, & sic quamuis cesset præsumptus fauor ipsorum fratrum sine prole iam defunctorum, non tamen cessat ipsa dos iam soluta, & annuus redditus similiter solutus, & soluendus durante vita ipsius D. Clementiæ.

Hęc obiectio non obstat, sed retorquetur, non obstat nam inspicere oportet quid actum fuerit ob dotem receptam, & porrò non aliud, nisi cessio fratribus quam admitto ob dotem receptam esse illis firmiorem, sed hoc non impedit eandem sororem eisdem fratribus post modum posse succedere, vt mox dicam in secunda ponderatione, vltra quod receptio dotis validat renunciationem eius, quod debetur de præsenti, si fortè legitima esset maior, vel alio modo plus deberetur at verò cessio hæreditatis deuoluendæ oritur ex affectu erga fratres, eorumque descendentes, siuè posteros, vnde illis deficientibus succedit renuncians quantumuis dictum fuerit renunciari ob dotem receptam, vt habetur latè per Tell. in dicta l. 6. num. 44. & 45. in 3. & 4. conclus. & num. 48. versic. & Primo, nam & clausula renunciationis ob dotem receptam bene aderat in dicto consil. Angeli 52. & tamen firmat non nocere, quem ad verbum ad fauorem renunciantis sequitur Aret. in consil. 161 col. fin. versic. pro ista, & sic loquitur Tell. post Rom. Alex. Crot. & alios copiosè ibi relatos.

Insuper

Insuper dixi, quod hæc consideratio retorquetur, nam Couar. in dicto §.3. num.4. versic. Decimo est omninò inquit non posse considerari causam dotis receptæ, nisi vbi esset magna dos, & vbi non adesset alia persona in eodem gradu quæ videretur prospecta, quæ omnia deficiunt in casu nostro, nam aderant fratres, qui prospecti fuerunt, & quantitas dotis fuit valdè exigua nempè ducatorum 300. quod qui-
23 dem non propono, vt defendam articulum læsionis, non enim me latet, quòd læsio, nec intentari potest à Monaca, quæ non habet proprium, nec à Monasterio, quod nullum jus habet ante Monacatum, quo tempore fiunt renunciationes, prout optimè considerat Couar. in prædicta tertia parte §.2. num.5. post Decium in consil.31. in fine, & Aymon. in consil.160. in principio sed dico hoc procedere, quando sumus in concursu personarum, ad quarum beneficium voluit Monialis renunciare etiam pro modico, aut pro nihilo.

Sed magna læsio auget credulitatem in
24 casu nostro, vt talis renunciatio videatur inuoluntaria stante metu reuerentiali, de quo loquemur postea, qui quidem metus reuerentialis addita læsione præsertim adeò exorbitanti reddit contractum inuoluntarium, & per consequens rescindendum, vt per Bart. in l.1. §. quæ onerandæ ff. quar. rer. act. non dat. latissimè Hondedeus in consil.29. num.33. & 34. volum.1. post Afflict. in decis.69. vbi Vrsill. & de importunis precibus eius, cui debetur reuerentia latè Grammat. in decis.103. num. 56. & 57. Couar. de sponsal. parte tertia §.4. & Cacheran. in decis.79. cum sequent. Et insuper diximus, quod ad beneficium istorum remotiorum nullo modo voluit Domina Clementia renunciare tum ex probationibus in facto, quas suo loco commemorabimus, tùm etiam ex iuris præsumptione (vt dictum est) & nunc addimus, quod hæc iuris præsumptio multò magis adaptatur ad casum nostrum, in quo non modo sumus in concursu remotiorum, sed hæreditas erat opulenta, & dos tam valdè exigua, & etiam tunc D. Clementia erat minor annorum 18. cum prædicta læsione, & metu reuerentiali, quæ omnia sunt valdè ponderanda ex latè traditis per Couar. de sponsal. parte tertia §.4. nu. 6. vbi loquitur distinctè de minoribus, & de mulieribus, & in casu nostro concurrit vtraque qualitas, cum sit mulier, & mi-
25 nor, & insuper isti remotiores, neque nati erant tempore illius renunciationis, vnde adeò minus erga illos præsumi potest affectio l. qui filiabus in principio ff. de legat. 1. vbi hoc annotant Dyn. Petr. Bald. Imol. & Castrens. ac Bald. etiam in leg. si filiabus ff. de testament. tutor. habetur per Tiraquell. in l. si vnquam in verbo filios non habens numer. 1. & 2.

Secundo, Ponderat pars aduersa, quod renunciatio fit per Dominam Clemen-
26 tiam, & recipitur per eius fratres non simpliciter, sed pro illis, eorumque hæredibus, & successoribus vniuersalibus, & particularibus, hæres autem ita est remotior sicut proximior, & ita fœmina, sicut masculus l. hæredis appellatione ff. de verbor. significat. l. final. C. suis, & legitimis, At pro Monasterio respondetur, quod non modo vbi specificè stipulatur quis pro se, & hæredibus, sed etiam quando stipulatur simpliciter, intelligitur pro se, & hæredibus stipulari l. si pactum ff. de probation. leg. veteris C. de contrahend. stipulat. latè Corne. in consil.2. col.2. volum.3. & Tiraquell. de retract. conuenti §.1. glos.8. nu.2. cum sequent.

Sed

Sed siuè subintellecti siuè etiā expressi successores fuerint ab eo, qui renunciationē recepit semper ipsa renunciatio est personalis per Alex.in cons.13.nu.4.vol.5. per Lanar. & per Curt. in consil.49. nu.71.circa med. latè Loffr. in parafras. ad And.in cap.1.in princ.col.fin.de nat. success.feud ipse inquam Loffr.ibi col.3 vers.Et secūdum probatur Alex. in l.qui Romæ §.duo fratres ff.de verb.oblig.Iacob.in sua inuest.in versic.Et vnus ex dictis vassallis refutauit feudum num.5.6. & 7. cum reliquis per eos adductis,& sic renuncians non perpetuò excluditur,sed perueniet res donata ad eum, qui à donatario causam habet,& portò si illemet, cui fuerat renunciatum testamentum condidit, vel aliam fecit dispositionem, nulli dubium est talem, siuè successorem vniuersalem, siuè particularem omninò excludere renunciantem, dum enim renuncians donauit illi, eiusq; successoribus, nec specificè expressit, aut limitauit successores. Remanet vtique donatario libera eligendi facultas sibi quem viuens, aut moriens voluerit successorem vulg. l. in re mandati C. mandati §. disponat in Auth.de nupt. sic firmat Dec. in d. consil.31.num.1.& 2.Angel. in cons.52. in fin.vers.Nec obstat Aret. in l.qui superstitis col.3.vers. nec est verisimile ff.de acquir.hæred.vbi ad idem D.de Rota Rom.& latè Ant.de Alex.in add.ad Napod.in consuet.si moriatur in verbo ipsi successores in addit. quæ incipit aduerte,& in ea, quæ incipit ad conclusionem fol.mihi 81.& 82.Frec.in add.ad Napodan.in consuet. siquis,vel siqua nu.195. quæ incipit ad consuetudinem fol. mihi 130. & sic procedit decisio Grāmat.57. in cuius principio figurat casum illius filiæ,quæ renunciauerat,& postea volebat infringere testamentum paternū, & Marant. in disput.10.nu.14.in fin. & D. de Ponte in cons.39.nu.2.in fin. & in consil.40.num.7.Et Aldobrand.in cons.26. num.149. & Aym.consil.42. num.2.

Et sicut talis donatarius eligere sibi potest
27 quemlibet successorem extraneum, ita etiam potest ad successionem vocare eandem, quæ renunciauit ita ex cap.cum inter de renunciat.firmat Bart. in l.stipulatio hoc modo concepta num.4.ff.de verb.oblig. & ibidem Alex. nu.6. Crot. num.26.Claud. à Seisellis num.11.Bal. in c.ad nostram lo 2.col.2.de iureiuran. & in l. pactum C. de collat. num.3. vbi Dec.num.6.Couar.in d. c. quamuis pactum in initio 3.par. col.6. in primo, & secundo casu latè Cagnol. in l.fin.C. de pact.num.4. & Tell.in d.l.6.num.40. in prima conclus. vbi in secunda conclus. ampliat hoc etiam quod renunciatio talis fuisset, vt nec succederet ex testamēto ibiq; reprobat Ferdin.Menchaça, qui in in hoc,& alijs in hac materia non admodum sibi ipsi alioquin doctissimo assimilatur.

Nam & hoc casu renunciantem succedere fuit decisum in S. C. vt per Afflict.decis.350. in secundo dubio, & ita firmauit Marant. in disput.10. num.25. post Paul.Castr. in l.fin.colum.4.C. de pact. Rom.in l.stipulatio hoc modo concepta ff.de verb.oblig. & Imol.in l. qui superstitis ff.de acquir.hęred.qui rationem afferunt, ne impediatur libera testandi facultas,& aliam rationem adducunt. Mo-
28 derniores, nempè quòd sicut pactum ita iuramentum pacto adiectum remitti potest per eundem, cui iurata promissio facta est c.1.vbi Felyn.num.1.& 2. de iureiurand.l.fin.ff.qui,& à quibus c.cùm inter de renunc.latè Rimin.instit.quibus alien.lic.vel non num.294.& Couar. in dicto c.quamuis in prima par. §.3.nu.1. & 2.Remittit autem qui eundem renunciātem instituit, prout bene probat Tell. in d.l.6.num.42.& 43.Et Couar.in prędicto initio 3.par.num.8.in primo,& secundo casu post Paris. in cōs.24.nu.90. & 91. vol.2. cùm cæteris per eos adductis.

Si verò is, cui renunciatum fuerat, testamē-
29 tum non condidit, sed decessit ab intestato tunc iura præsumunt illum dispo-

fuisse

fuisse ad beneficium proximiorum qui ab intestato vocantur l.conficiuntur,& l. siquis eum nullũ ff. de iure codicill. Napod. in consuet. si aliquis de success. ex testam.cum latè traditis per Surd. in decis.272. num.9. & per consequens dum in casu nostro iam probauimus ex defectu dispositionis eius qui obtinuit renunciationem, & similiter ob non existentiã fratrum,vel sororum, eorumq; descendentium deficere etiam præsentẽ renunciationem,nec ad præsens superesse personam in renunciatione prospectam, sequitur,quod eadem renuncians tanquã proximior vocatur à lege sicut declarant Andr.Card.Aluar.Bald. & reliqui in dicto cap.1.de eo qui fin.fec.agnat.qui loquuntur genericè in omnibus bonis, & non solum in bonis feudalibus sicut pars informat,nec est vis in qualitate bonorũ, sed in qualitate renunciationis nũ sit generalis,& simpliciter abdicatiua, (quod intelligitur respectu omnium)vel sit translatiua ad donatarium etiam quod dicatur,& ad eius hæredes,& cui dederit qđ quidem magis est quam dicere pro se, & hæredibus quibuscumque sicut latè declarat Camer.in cap.Imperialem fol.29. & Curt. Iun.in consil.4.num.1.circ.medium,& ante num.3.cum seqq.Iul.Clar. in lib.4.in §.emphyteosis quæst.28. in finalibus verbis. Sed hæc omnia non impediunt eandem esse hæredem,& succedere ab intestato si reperitur proximior nec Doctor est qui hoc neget.

Imò dicunt omnes, quod sicut in hoc casu 30 eadẽ, quæ renunciauit vocatur à lege sic vocata censetur etiam ab ipso decedente ab intestato,ita Bald. in dicto consf.437. num.2.vers. sed quid est,vbi refert idem dicere Doctorem insignem Bart. de Salyc.idem inquit Angel.in d.cons.52.in fin.vers.sed in rhemate idem Salyc. in l. pactum quod dotali num.5. circa fin.C. de pact.Castr.in l. qui superstitis ff. de acquir.hæred.Marant.quæst.10. nu.29. Calcan.in dicto cons.33.num.16.vers.& ideo,ex quibus patet,quòd ipsamet,quę renunciauit hæres erit vltimi decedentis ab intestato,sicut latè diximus in secũda, & tertia conclusione,& per consequens nihil obstat fratres D.Clemẽtiæ recepisse eius renunciationem pro se,& hæredibus quibuscumq; dum ad casum deuentum est, in quo eadem D. Clementia est illorum hæres,quod quidem pars aduersa negare non valẽs confugit ad alias clausulas,ex quibus fundare intendit hãc renunciationem fuisse realem, ac perpetuò exclusisse ad beneficium quorumcumque.

Ideòque tertio loco ponderat clausulam, 31 quod cessit iura præsentia, & futura, itẽ quòd transtulit, & omninò deriuauit, & alibi,quòd dicta renunciatio sit plena, & plenissima generalis,& generalissima sollemnis,efficax,& realis, & quod extẽdatur ad cognita,& incognita,& quod non possit donationi, & refutationi modo quo supra factæ contrauenire pro quauis causa etiam doli metus, vel læsionis.

Sed pro parte Monasterij respondetur quẽadmodum supradiximus de iuramento, quod ita etiam omnes clausulę non sunt introductæ ad immutandum sicut in effectu non immutant,neque alterant substantiam contractus, sed contractum ipsum validant,atq; roborant vnde in proposito si renunciatio deducta in contractum, de quo agimus, fuit realis adiuuãt clausulæ,vt renuncians ad rem ipsam renunciatam nullo modo, nullo tempore admittatur,si autem renunciatio fuit personalis adiuuant clausulæ, & roborant, & extendunt renunciationis effectum ad beneficium personarum quæ in renunciatione prospectæ sunt,& non aliorum, prout mox fundabitur.

Prius autem cognoscamus num substantia 32 dispositionis contentæ in præsenti renunciatione realis fuerit, vel personalis, & in hoc cõmemoro, quod sicut passim videmus renunciationes fieri ad beneficium personarum, quas quisque diligit ita perdifficile est quemquam renunciare non vt illi,aut illi rem gratam faciat, sed solum.

solummodò vt à se ipso abdicet, hæc est enim vis renunciationis realis, vt siuè postea bona illa aperiantur consanguineis proximioribus, siuè remotioribus, siuè etiam fisco, nunquam tamen succedat ipsa, quæ renunciauit quantumuis agnati omnes deficerent, Ipsa enim sic renunciãdo exclusit se ipsam de numero agnatorum. Hæc sunt verba Napod. In consuet. si moriatur sub tit. de succeſs. ab intest. in verbo ipsi successores circa finem in vers. secus si renunciasset fol. mihi 88. & in consuet. si quis emit sub tit. de iure congrui in verbo emit circa fin. & in vers. sic etiam fol. 328. & verbis consimilibus vtitur Card. in cap. 1. col. 1. circ. med. in vers. quia refutans de eo qui fin. fec. agnat. & ibidem Aluar. num. 2. iuxta text. in l. 1. §. quibus ff. de succeſs edict. Bal. in d. c. 1. de eo, qui fin. fec. agn. & in l. si actionem in prima opposit. C. de pactis quem sequitur Roman. in consil. 22. nu. 2. in fine in vers. proposita ergo no-

33 stra quęstio. Vnde infertur, quod si omnes renunciationes etiam ad beneficium certarum personarum sunt strictè intelligendæ, & in dubio intelliguntur ad beneficium renunciantis cum quisque præsumatur sibi magis prospicere quam alijs, vt per glos. & Bal. in l. 1. ff. de acquirend. hæred. prout communiter tradunt Bald. in d. consi. 437. col. 3. vers. item ista Aret. in consil. 161. verum est col. penult. vers. & hic maximè Castr. in consil. 86. vol. 1. Aym. cons. 42. num. 2. & 3. Lanar. in consil. 49. num. 2. in fin. certè multo minus interpretanda est renunciatio, vt renunciantem perpetuò excludat ad beneficium quorumcunque etiam incognitorum, quam quidem inuerisimilitudinem in rescriptis, & in contractibus abhorrent iura, vt per Bald. in l. tale pactum §. fin. ff. de pact. & ibi Angel. & Castr. Tiraq. in l. si vnquam in præfat. nu. 6. latè Barbat. in consil. 1. col. 32. vol. 3.

Idcircò in re adeò inuerisimili requirunt iu-

34 ra satis claram, expressam, & genericam repudiationem, vt in l. sicut C. de repud. hæredit. vel exprimere, quod renunciat etiam ad beneficium quorumcunque remotiorum, prout legimus in quibusdam alijs renunciationibus in quibus voluerũt prouidere etiã ad beneficium remotiorum, & est forma tradita per Ruin. in consil. 11. nu. 10. vol. 1. Gomes. in d. l. 22. num. 12. vers. quod tamen, & Aldobran. in dicto consil. 26. in finalibus verbis, vel exprimere, quod nullo tempore possit succedere, nec vt filia, nec vt legitima, nec vt agnata, sicut inquit Napod. in supradicto vers. secus si renunciasset, vel successionem ipsam à se abdicare, & renunciare non exprimendo in beneficium cuius, sicut inquit ipsemet Napod. in supradicto vers. sic etiam Grãmat. in decis. 57. in princ. vbi tamen aderat testamentum, & etiam est in concursu descendentium ab eo qui renunciationem recepit, & optimè Corn. inter consilia Ruin. in consil. 107. num. 2. in fin. & num. 3. vol. 1. & sic procedit consil. Minad. 22. vbi in principio, & in num. 4. & 5. patet, quod fuit simpliciter renunciatum successioni, & iuri succedendi non autem fuit successio renunciata alicui, quæ distinctio bene sumitur ex text. in dicto cap. 1. de eo, qui finem fecit agnat. in versic. nisi feudum.

Nam è contra si talem refutationem, & re-

35 nunciationem fecit aliquibus tunc sumus in claris, quòd illæ personæ sunt prospectæ, & est renunciatio personalis, & per consequens illis decedentibus, absque descendentibus ipsa renuncians si reperitur in gradu proximior non impeditur eidem succedere ab intestato text. est ad literam in dicto cap. 1. in princ. vbi glos. in verbo non obstante, & ibi Andr. in 1. col. in vers. sed refutaui, & ibidem Bald. in versic. quia refutatio ibi etiam Cardinal. qui optimè declarat in versic. sed refutatio, & in versic. nam licèt, & similiter Aluar. num. 2. & 3. idem Andr. in cap. 1. qui succeſs. teneant. num. 7. in fin. & in cap. 1. §. fin. ff. de feu. fuer. controu. & ibi Aluar. num. 2.

& iterum Andr. in cap. 1. in princ. de vassal.decrep. ætat. vbi latè declarat Lypar.in verb. vel simpliciter Loffred. in consil.11.num.25.Aret.in cons.3.nu.1. vers. secundum probatur post Bart. in l. qui Romæ in §. duo fratres circa med.ff. de verb. oblig. & latè per Tiraquell. de iure primogen.quæst.86 num.7.& 8.

At verò nostra renunciatio non modo est
35 personalis dum non est facta simpliciter, sed est facta fratribus verum tamen vt hoc clarius cognoscatur iuxtà ponderationem Corn.in d. num.3.post Card. & reliquos supradictos facta est in vim contractus puræ, & simplicis donationis, & licèt ipsa renunciatio alicui facta dicatur donatio prout declarat Afflict. in cap.1. §.rursus in 1.notab.quibus modis feud. amitt.tamen ad maiorem claritatem in casu nostro facta est donando, & transferendo à se ipsa ad fratres, & promittens non contrauenire etiam si excedat summam quingentorum aureorum, nec reuocare ex vitio ingratitudinis cum omnibus clausulis,quæ in donationibus apponi solent, vnde satis ridiculum esset prætendere, quod donans non possit donatario ab intestato succedere in rebus donatis,contra tradita per omnes superius allegatos.

Cognita autem renunciationis substantia intelligitur illicò effectus clausularum
36 adiectarum,quę iam diximus,quod non alterant substantiam dispositionis,sed illam fortificant, quare si refutatio, siue renunciatio est realis, aut ad realem vergit, poterunt huiusmodi clausulæ, & illam esse realem clarius demonstrare, & eius effectum fortius operari ad perpetuam renunciantis exclusionem,sic procedit Roman. consil. 22. vbi in principio proponitur simplex renunciatio omnis iuris competentis, & competituri, & non dicitur in beneficium cuius, ex quo sequitur quod clausulæ per ipsum ponderatæ in colum. 2. versic. illa enim faciunt clarius cognosci renunciationem fuisse realem, & operantur renunciantis exclusionem ad quod affert Bald. in l. si actionem in tertia oppositione C. de pact. qui clarè loquitur in renunciatione simplici, & non ad beneficium certæ personæ, & allegat text. in l. sicut, C. repud.hæred. vbi similiter repudiatio est simplex, nam si renunciatum esset ad beneficium aliquorum, & Bald. & Roman. in eisdem locis admittunt illis deficientibus renunciantem succedere.

Et quod ita Roman. sentiat vltrà quod clarè patet ex eius lectura, ita illum intelligit Loffred. in parafras. ad Andr. in cap.1. in principio in vltim.colum.de natur. success. feud. & propriè col. 4. versic. non obstat consilium Lud.22. & ibidem,& prius, & postea latè probat, quod quando renunciatur aliquibus, tunc omnes clausulæ faciunt renuncia-
37 tionem realem, & validam ad beneficium illorum, & non vltrà, nam & Aquiliana stipulatio non extenditur vltrà personas prospectas l. cum Aquiliana ff. de transact. declarat Roman. in l. stipulatio hoc modo concepta de verbor. obligat. & in fine illius discursus, ita inquit fuisse iudicatum in Sacro Consilio, idem firmat Capyc. in addit. ad Napod. in consuetud. si moriatur in verbo ipsi successores litera B num.31. quæ incipit ad hoc vide vbi tamen potuisset non reprehendere Ludou. Roman. in dicto consil.22.post Ant.de Alex. in Apostill. præcedenti, nam vt iam dixi Roman. benè distinguit inter repudiationem genericam, vel renunciationem factam certis personis. Et in hoc secundo casu non
38 contradicit tales clausulas operari solum ad beneficium earundem personarum, & non aliarum, prout benè concludit Capyc.à ratione cessante,& ipsum ad literam sequitur Pisanell. in consuet. si quis, vel si qua in addit. quæ incipit, hic esset fol. mihi 130.vbi ita inquit obtinuisse coram doctissimis viris,& hęc in conformitatem Loffred. cum alia decis. ibi relata.

Aliam

Aliam decisionem etiam stantibus clausulis prædictis factam per Regiam Cameram in Collaterali Consil. habeo in Codice vetusto manu eximij viri, qui iamdiù decessit Sacri Consilij Decanus laudatissimus Adsunt, & copiæ aliarum duarum decisionum præsentatæ in hoc processu, fol. 327. 329. & 337. Sed vix fieri potest renunciatio tot clausulis vallata; sicut illa quã suo fratri fecerat Margarita Freccia fol. 468. Et tamen Sacrum Consiliũ iunctis Aulis eandem admisit una cum sororibus in capillo ad successionẽ eiusdem fratris ab intestato fol. 472. Et tres alias decisiones refert Anna in cap. 1. num. 72. & 76. de vassal. decrep. ætat.

Semper enim suprema hæc tribunalia intel-
39 lexerunt renunciationes aliquibus factas non se extendere vltra personas prospectas, nec alijs sed eisdem, quibus renunciatum est prodesse huiusmodi clausulas sicuti, & clausulæ non deerant in renunciatione proposita per Angel. in d. consil. 52. & tamen illis personis deficientibus renunciantem admittit sic etiã Aret. consil. 161. col fin. Loffred. & Capyc. in locis prædictis, & Curt. in cõs. 49. nu. 71. vers. ad quintum. Et est notandum quod Præs. de Franch. in dicta decis. 375. & Grammat. in decis. 57. licet sint in concursu personarum prospectarum, sicut supra fundauimus, & Minad. in cons. 22. licèt loquatur in repudiatione generica, tamen etiam se fortificant in illis clausulis acceptilationis Aquilianæ stipulationis, & pacti de non petendo, quæ non sunt in casu nostro (vt supra dixi) nam quando sumus in renunciatione facta certis personis tunc idem Minad. non obstantibus quibusuis clausulis concurrit cum Loffred. in dicto cap. 1. de natur. succes. feud. quemadmodum Minad. ipsum refert, & sequitur in constit. in aliquibus in 8. notab. num. 11.

Cæterum in reliquis omnibus prædictis decisionibus Sacri Consilij, & Regiæ Cameræ, etiam in Consilio Collaterali, & similiter apud Curt. Capyc. Grammat. Loffred. & Pisanell. in locis prædictis aderant etiam clausulæ per acceptilationem, seù per Aquilianam stipulationem, & per pactum de non petendo, & tamen omnes intelliguntur ad solum beneficium personarum quibus renunciatum est, & non vltrà.

Nostra autem renunciatio facta fuit certis personis, quod solum sufficit (vt dictum est) & vlterius neque adsunt istæ clausulæ, & per consequens reliquæ clausulæ
40 ex omnium sententia tanto minus obstant. Nam quo ad clausulas pro dote recepta, & pro se, & hæredibus iam diximus nullam adesse cõtrouersiam Alia clausula iuris præsentis, & futuri, & clausula, quod omninò transtulit, & deriuauit, intelliguntur ad beneficium eorundem, quibus cessit ius præsens, & futurum, & in quos illud omninò transtulit, & non aliorum ita punctualiter Aret. in consil. 3. num. 1. vers. & licet, & in con. 161. num. 4. & etiam num. 5. in fin. vbi addit etiam quod dictum fuisset ex qualibet occasione, & causa Curt. in dicto consil. 49. num. 71. vers. & licet Loffred. in locis prædictis vers. & posito vbi probar verbum, omninò facere renunciationem realem, quando generic è refutatur, secus autem quando renunciatur certis personis, quod etiam benè posuit Anna in d. cap. 1. de vassall. decrep ætat. nu. 71. vsque ad nu. 81. vbi deridet quemdam contrarium defendentem, & allegat Doctores supradictos, & etiam Curt. Iun. in cons. 101. nu. 10. & alios, vt ibi p r eum, & ita inquit pluries fuisse decisum idemque latè ponit Lypar. ad Andr. in cap. 1. in princ. de vassall. decrep. ætat. in verbo vel simpliciter.

Similiter illa verba quod sit ipsis fratribus renunciatio plena efficax, & realis operantur, vt non sit verbalis, inefficax, vel
41 diminuta, sed quod plenè, efficaciter, & realiter ad beneficium ipsorum fratrum suum sortiatur effectum; & subditur, quod non possit contrauenire licet excedat quingentos solidos, nec

Ll 2 reuo-

reuocare propter ingratitudinem, quæ omnia patefaciunt non fieri genericam repudiationem, sed donationem certis personis, & renunciari ad beneficium eorundem quibus donatum est, non autem ad beneficium aliorum non prospectorum sic enim in ipsa renunciatione non genericè dicitur, quod sit renunciatio realis, sed exprimitur, quod dictis fratribus donatarijs sit efficax, realis, plena, & plenissima. Et licèt adeò clarè non fuisset expressum, tamen dum est clausula subsequens non ad genericam repudiationem, sed ad donationem certis personis, ita etiam ad eorundem
42 solummodò commodum ab ipsa lege intelligeretur, sicut expresse tradit Loffred. in dicto versic. & posito post Angel. in consil. 86. col. fin. vers. porrò, & Card. in dicto cap. 1. de eo qui fin. fec. agnat. in vers. pactum non prodest, licet enim donatio respectu donatarij sit realis, quia non extinguitur cum eius persona, sed transfertur ad habentes causam ab eo l. qui in futurum, §. si ex altera sicut ibi intelligit Bart. num. 2. in fin. ff. de pact. tamen donans iam quod genericè non repudiauit, sed in donatarium transtulit, non prohibetur postea ab eodem donatario causam habere illi succedendo ex testamento, vel ab intestato, vt dixi in versic. & sicut, & in versic. si vero.

Et hoc non alteratur per dictas clausulas, quæ solummodò operantur ad beneficium eorundem in donatione, ac renunciatione prospectorum, & non vltra, vt per Angel. Loffred. Cardin. Aluar. Ann. Curt. & reliquos supradictos in conformiratem tot sententiarum, supremorum Tribunalium huius Regni.

Deo Gratias.

Euentus legitur in Allegatione sequenti.

SVMMARIVM.

1 *Minor ætas est valdè considerabilis in contractibus damnosis, & clausulatis, nam eadem facilitate, &c.*

2 *Clausula vt plurimum de stylo. Vnde parum attendendæ, præsertim addita reuerentia, vel magno damno, & insolito.*

3 *Renunciatio est ponderanda si sit amplior quam fuerat promissa, & nu. seq.*

4 *Consilium Sapientis reseruantum operatur ad cautelandam cōuentionem non ad illam in aliquo alterandam.*

5 *Clausulæ non possunt extendi ad inducendum aliquid quod non colligitur ex verbis existentibus in protocollo.*

6 *Testes sunt habiles, & idonei pro Communitatibus, vbi agitur de beneficio cōmuni, & non singulorum. Item vbi non adest contraria probatio num. 7. Itē in rebus difficilis probationis nu. 8. Item vbi exuberat numerus testium, vel concurrit verisimilitudo, num. 9. 13. & 14.*

10 *Veritatem præcipuè dicere præsumuntur personæ morti proximæ.*

11 *Monaci, vel moniales possunt, & tenentur adiuuare lites monasterij, vbi superior est suspectus.*

12 *Gestum ex necessitate officij non est considerabile ad actiones proprias.*

14 *Verisimile est illud, quod Iuri consonat.*

15 *Renunciationem esse vtilem, vel non vtilem, quomodo est perscrutandum.*

ALLEGATIO XXXVII.

Pro eodem Monasterio, in eadem causa.

In Dei Nomine Amen.



Credo in Allegationibus fundasse quod præsens casus in renunciatione de qua agimus non cōprehenditur. Et responsiones accommodasse ad clausulas, quæ in contrarium ponde-
1 rantur. Nunc addo, quod in huiusmodi renunciationibus, in quibus pro re valdè modica ceditur aliquid magnum est

est valde considerabilis minor ætas, nam eadem facilitate qua promittunt se illaqueant circa genus promittendi, prout aduertunt Soccin. Dec. & reliqui relati per Couar.de sponsal.par.3.§.4.num.6. & per consequens in huiusmodi clausulis non est facienda vis cum vt plurimum apponantur à Notarijs ex quodam stilo,
2 nec ponderentur à partibus, vt inquit Bart. in l.1.in 6.quæst. in fine ff. de iure codicill. & tantò minus à puellis, vt per Andr.in cap.1.§. donare num.5. in fine qualit.olim pot.feud.alien.& adhuc tanto minus addita reuerentia fratrum, ex quibus attendenda est substantia contractus,& non extensio clausularum,vt bene in proposito probat Federic. de Sen. in consil.199. in fin.& Curt.Iun.inconsil.101.num.10.& 11. post Dec. in cōsil.394. col. fin. & tanto magis si operarentur aliquid inuerisimile, & non vsitatum,sicut post Lancell. Galiaul.in l.1. in princ. col. 2. ff. de verb. oblig. tradit latissime Tiraquell.de iur. constit. possess. limit.31. nu.12.13.14.& 15. nemo autem non videt quam inuerisimile,& omnino insitatū esset voluisse quemquam se perpetuo excludere ad beneficiū cognitorum,vel incognitorum, & etiam fisci, sed veritas est,quod & ipsæ clausulę supradictæ in casu nostro talem vim non habent,& de iure non obstant, sicut late deduximus.

Fortius autem non obstant in casu nostro attentis circumstantijs in facto deductis, si quidem verū est,quod in anno 1553. Pompeus Pater hanc filiam annorū septem Monasterium ingredi curauit dote constituta,& paulo post soluta ducatorū tercentum promisit Monasterium se curaturum,vt hæc filia renunciaret portionem ad se spectantem super hæreditate paterna,fraterna,zierna ad consilium sapientis. Nihil autem dixit de ipsa hæreditate paterna, vel hæreditatibus frater-
3 nis in futurum deuoluendis,& hoc summa cum ratione, quoniam respectu filiorum,& descendentium ipsius Pompæi, clatum est,quod ipsi præferebantur fęminæ dotatæ,siuè Moniali, siuè nuptæ, vt in constit.in aliquibus,& in constit. vt de successionibus,& in consuetud. sed si morienti. Quò verò ad alios extraneos nolebat filiæ præiudicare, sicut declarat
4 Marant. in disput.10. num.14. Decessit Pompeus; & postea eius filij debuissent paternam dispositionem exequi, & non alterare, prout latissimè declarat Minad. in constit. in aliquibus nu.14. cum multis seqq. Sapientis namq; consilium versatur circa promissa,vt bene, ac solemniter disponantur, non autem vt alterentur,vel immutentur, sic tradit Franciscus Ripa in l.si vnquam in vlt.quæst.& ibidē Tiraq.num.174.C.de reuoc.donat. Vnde sola ipsa immutatio paternæ dispositionis arguit deceptionem,vt hinc renunciatio annulletur sicut optimè probat Feder.de Sen. in d.consil.199.

Illi autem fratres immutare volentes non modo vsi fuerunt suamet reuerentia atque etiam authoritate Abbatissæ Lucretiæ Pignatellæ amitæ, sub cuius protectione fuerat hæc adolescentula in Monasterio ęducata, sed callidè non vocato Procuratore Monasterij qui in omnibus contractibus solebat interuenire, & asserendo soluisse illos ducatos tercentum, quod non est verum, & quod peius non vocato Notario solito, qui Monasterij contractus celebrare solebat,& qui fecerat contractum paternum curauerunt sibi fieri hanc renunciationem in anno 1563. quæ ex prædictis intelligitur quātum sit paruifacienda in qua mirum est, non actum fuisse de perpetua exclusione stante facilitate sexus,& minoris ætatis addita reuerentia non modo fratrum, & patruorum,sed etiam dictæ Abbatissę, quæ erat soror consobrina Sigismundi, & Octauiani, à quibus præsentes aduersarij descendunt.

Sed ex omnibus supradictis quæ memoriæ causa breuiter commemoro patet,quod nō permisit Dominus tale præiudicium. Primo,quia renunciatio concepta fuit in vim

vim donationis suis fratribus,& per consequens omnes,& quæcumque clausulæ prospiciunt illis, & eorum descendentibus,& non vltra. Secundo tanto magis sumus in claris,quia nec etiā adsunt clausulæ magis considerabiles,sicut Aquiliana stipulatio,& pactum de non petendo. Tertio adhuc fortius, quia nihil potest extendi, quod non sit prius in protoco-
5 lo,sicut affirmant omnes Notarij, posset enim non sine scandalo oriri diuersitas in pluribus transumptis,vnde non potest haberi ratio de illis verbis, refutauit, ac penitus,& omninò deriuauit,quæ non sunt in protocollo, & sic aut hæc verba operantur perpetuam exclusionem, & nullo modo potuissent sic extendi,stante supradicta inuerisimilitudine, vt per Tiraq. de iure constit.possessor.limit. 31 nu.10.& 11.& in d.l.si vnquam nu.174 aut iuxta verisimiles,& consuetas renunciationes, & donationes operantur solum beneficium illorū, quibus donatur, & habentium causam ab eis,prout supra demonstraui, & est ipsa veritas,& sic ista verba sunt benè extensa, & nobis non obstant.

Item non adsunt in protocollo illa verba (successoribus vniuersalibus, & particularibus) quod quidem est valdè considerabile,nā vt plurimum hæredes ab idiotis intelliguntur pro filijs, & verum est, quod hæc adolescentula nolebat alterare contractum paternum, ne sibi præiudicaret in casu deficientiæ fratrum absque filijs,& dubitans, ne ex tali renunciatione sibi præiudicium oriretur, plorabat, & lamentabatur, nec vllo pacto stipulari volebat.Patrui verò dixerunt renunciationē talem esse, & ita intelligi,vt fratribus tantum, eorumq; filijs proficiat, & non alijs,qua declaratione facta ipsa consentijt, & quemadmodum sibi in eo contractu declaratum fuit, ita etiam ipsa declarauit pluries,& ante,& post contractum, & temporibus sequentibus apparet hoc idem per scripturas, vt infra dicam,sed hæc omnia in facto tempore renunciationis deponunt septem dignissimæ Moniales fol.183. vsq; ad fol.197. quarum indubitata est fides.

Primo, Quia hic articulus nullam habet dubitationem, quod vbi commo-
6 dum non est proprium, sed commune testes sunt habiles, siuè ciues pro Vniuersitate, siuè Monaci pro Monasterio c. Insuper de testib. vbi latè Abb. & Felyn num.1.& 2. Henr.Boic.nu.11. post glos. in l. in tantum §. vniuersitatis ff.de rer.diuis.& ibi Bar.num.1.& 2.Afflict.in decis.400 in princ.Iacob.Aegyd. in tract. de testib. num.3. Nell. de test. num.22.Hector Emilius de testib. par.1. in verbo testis.Mascard.de probat.lib.1. conclus.3.num.11.Farin.de opposit.cōtra person testi.concl.6.illat.17.nu.450 & 451.cum seq.& nu.463.464.& 465. idque fortius procedere in Monasterio quā in Vniuersitate tradit Ant. de Butr.
7 in d.cap.Insuper, & tanto fortius dum nō adest contraria probatio,vt per Odofred.in l.1.col.penul.vers.sed denuo.C. vti possid.Bald. in cap.tertio loco,& ibidem Dec.num.10.de probat.Afflict.in d.decis.400. post med.in vers. secundario,Abb.& Felyn.in d.cap.insuper nu.3. & in casu nostro nihil penitus cōtra nostras probationes deductum est.

Secundò tanto maior est fides testium ha-
8 bilium,dum sumus in facto intus Monasterium, quod non potuisset aliundè verificari,& per consequens probant testes etiam, quod aliquo respectu essent inhabiles,ita declarat Bart. in d §. vniuersitatis num.1.vers.quædam sunt,& ibi Alex. num.7.Fulgos.num.1.latè Felyn. in cap. veniens lo secondo num.21. extra de test.Dec.in d.cap.3.loco num.4.de probat,& in casu fortiori Fari.in d.cōclus.6. illat.16.num.417.post Abb.Franc.& reliquos ibi relatos,& in casu nostro haberi pro indubitato, & esse testes omni exceptione maiores firmat ibidem in 17. illat.num.471.479.& 480.& 589.vbi reliquos cumulat.

Tertio considerabilis est numerus, nam illa etiam

9 etiam in quibus duo testes non omninò probant, remanet optimè probata si numerus exceditur sicut ex Dec. in c. tertio loco num 53. de probar. cum cæteris copiosè ibi relatis tradit Fari. in loco prædicto num. 540. Et insuper omnis verisimilitudo negat credere voluisse mentiri tot Moniales nobilissimas, & vita insignes, & iam septuagenarias, aut paulò minus, & per consequens morti proxi-
10 mas, sicut iam aliquæ ex illis cum tali depositione obierunt, quas omninò credere oporteret fuisse immemores salutis æternæ contra text. in l. fin. C. ad l. Iul. repet. & in l. cum quis decedens §. codicillis, vbi Bart. num. 3. in fin. ff. de leg. 3. ex quo multa infert Menoch. de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 60. post Andr. in constit. si damna clandestina Grammat. in vot. 11. num. 18. Hyppol. in cons. 109. col. fin. & in rubr. de fideiuss. col. 5. Qua in re non possum non admirari quo pacto pars aduersa prætendat. (nisi potius hoc prætendere simulat) tam clara testimonia euadere nihil tamen in processu, aut extra processum afferens aduersus harum testium depositiones. Nobis iura statuunt hisce testibus fidem integram adhibere statuunt ex probatis iudicare. Quid vlterius quærendum est? Nec obstat consideratio partis quod aliquæ ex illis subscripserunt rogantes commissariũ ne pateretur sumptus in hac lite fieri de pecunijs monasterij stante ipsius monasterij paupertate, & necessitate rerum comestibilium quæ vix poterant emi, Nã hoc est potius litẽ impedire quam adiu-
11 uare. Imò & litem adiuuare possent, dum Abbatissa est soror carnalis colligitantium, quæ potius litem adiuuat contra monasterium quo casu tenentur Monaci supplere cap. cum in cunctis, §. clerici, vbi glos. in verbo capitulum, & Abb.
12 num. 5. de elect. & quod fit ex necessitate officij non est cõsiderabile ad actiones proprias l. tutorem, ff. de his quibus vt indign. l. cum quidam. C. de administ. tutor. præsertim cum hoc euenerit longè post examen.

Quinimò & quarto quo magis inquirimus, magis earum testimonium suadetur non
13 modo ex qualitate, & ætate, vita, & professione, sed etiam ex verisimilitudine quam in testibus iura magnifaciunt: prout innumeris exemplis comprobant omnes relati per Aym. in consil. 75. nu. 30. & 31. & latius per Tiraquell. in l. si vnquam in præfat. num. 49. vsq; ad nu. 62.
14 Nihil autem est verisimilius, quam quod iuri consonat, verba sunt Innoc. in cap. auditis num. 4. in verbo exceptionem de præscript. Bald. in cap. 1. de rescriptis multos cumulat Tiraquell. in d. præfat. num. 60. præsertim Butr. qui hoc dictum commendat in cap. nostra de test.

Et porrò istæ depositiones omnes consonant iuri communi, nam displicentia illius adolescentulæ præiudicandi sibi in magna successione pro re adeo minima confirmatur legibus, quæ neminem præsumunt iactare suum præsertim in mulieribus quarum genus, &c. timor eius reuerentialis erga Abbatissam amitam, & educatricem, & erga fratres, & patruos confirmatur legibus quę talium personarum reuerentiam summoperè perpendunt, & considerant. Ac denique ipsam Clementiam noluisse præiudicium fieri, nisi ad beneficium fratrum eorumque descendentium conformatur iuri communi, quod sic tales renunciationes interpretatur, & conformatur opinioni cõtinuatæ quam & ipsa, & Monasterium semper habuerunt tam ad præsens, quã etiam in vita fratris nempè quod fratribus absque prole deficientibus ad ipsam, eiusque Monasterium spectaret hæreditas, prout legitur in processu.

Nec dicat pars quod hæc renunciatio fuis-
15 set inutilis si nõ comprehenderet remotiores, quandoquidem descẽdentes etiã sine renunciatione succedere debuisset, nam vltra quod debemus potius interpretari verba frustratoria, quam nociua vltra verisimilitudinem, & legis interpretationem, vt dicetur in alleg. 70. nu. 10. cũ seqq. dico etiam quod fuit vtilis tàm

respectu portionis sibi debitę de præsenti, quam respectu libertatis testandi de omnibus bonis; Item in casu mortis alterius fratris, quo casu in bonis extra districtum oportuisset succedere etiam sororem pro sua rata, & in bonis intra districtum succedebat alter frater absque onere erga sororem iuxta consuetudinē, & in hęreditatibus fortè deuoluendis ab alijs agnatis successissent solum ipsi fratres, & sic multos effectus operari poterat talis renunciatio, sed illam extendere ad perpetuam exclusionem, etiam omnibus deficientibus esset porrò interpretatio, & contra verba, & contra omnem verisimilitudinē omnēq; iuris interpretationem, & contra declarationem ipsimet Clementiæ specificatam. Quare si passim absque alia declaratione tales renunciationes sic à lege intelliguntur, vt non excludant renunciantem ad beneficium remotiorum quemadmodum ex tot nostrorum Tribunalium sententijs, & ex Doctorum traditionibus probatum est multo facilius iudicandum est hoc idem in casu nostro, in quo affuit hæc specifica declaratio vltra tot alias circunstantias, quæ renunciationem infirmant.

Laus Deo, ac Virgini Beatissimæ cuius causa (ipsa nouit) veritatem inquirere, & pro veritate scribere quoad potui conatus sum scripta tamen tutissima conscientia talium iudicantium doctrinæ, ac religioni submittens. Deo Gratias.

S.C. *admisit Pignatellos, & auxit in notabili quantitate annuos introitus huius monialis eius vita durante.*

Monasteriū interposuit reclamationem, quæ adhuc pēdet. Pro Pignatellis videri possūt Consilia Regij Consil. Rouiti 42.43.& 44. Et visis illis ac præsentibus Allegationibus scripsit postea Molfes. ea quæ leguntur in eius 4. part. super Consuetud. Neapol. sub tit. de renunciat. quæst. 17. vbi nobis audacter adhæret.

SVMMARIVM.

1 *Legata res debetur cum onere suo. Quod magis est clarum si dixerit legare rem cum iuribus, & oneribus suis num. 8. Onera verò intelliguntur de censibus emphyteoticis non de annuis reditibus venditis super certo corpore, & super omnibus bonis num. 23. & seq.*

2 *Legatum intelligitur illud quod habet testator. Vt si actionem solum habeat legata re, intelligatur actio tantum legata. Etiam si est actio dubia nu. 3.*

4 *Legato seruo fugitiuo, vel infirmo: hæres non præstabit æstimationem, sed solummodò diligentiam curandi, vel persequendi.*

5 *Legato fundo communi, intelligitur solum quod habet testator. Amplia etiam si id quod habet testator sit per eius mortem extinguibile num. 6. Limita in vsufructu: quem si alienus est tenetur, hæres redimere, vel æstimationem tradere num. 19.*

7 *Contrahens in beneficium alicuius intelligitur id solum transferre in eum quod ipse habet.*

9 *Debita hæreditaria, non certa bona, sed patrimonium totum imminuunt limitata, in annuis reditibus venditis super certo corpore num. 10. Declara nu. 26. & seq.*

11 *Annui introitus qualiter vendebantur olim. Et dicuntur onus reale transiens ad quemcumque possessorem. Et ab eo exigi possunt etiam non discusso principali possessore num. 12. Sed respectu debitorum non restringuntur ad illam rem, sed ad totum patrimonium nu. 27 & 28.*

13 *Annui reditus vnde dicti.*

14 *Annui reditus possidentur à Domino reditus, non à Domino fundi.*

15 *Possessio inspicitur ex facto.*

16 *Hæres in dubio præsumitur minus grauatus, quia magis dilectus.*

17 *Legatarius respectu rei legatæ est magis dilectus quam hæres: & proinde circa id*

id quod est relictum sit plena interpretatio. Etiam vbi hæres duplici onere grauaretur num. 18.

20 *Interpetratio mentis testatoris fit in fauorem hæredis quando est dubium an res sit legata. At quando certè est legata fit infauorem legatarij.*

21 *Verba testamenti sunt potius improprianda, quã vt legatum inutile reddatur etiam si verbum taliter improprialum plus importaret quam verbum ipsum propriè sumptum nu.* 22. *Eo magis dum legatarius est consanguineus num.* 23.

24 *Testator censetur iuri se conformare.*

25 *Testator legando rem intelligitur cum iuribus suis, & expressio nihil operatur.*

26 *Venditio annuorum introituum licet pro summa vendita transferat ratam dominij annuorum introituum. Tamen non transfert rem stabilem neque partem illius.*

28 *Debitor ad sui libitum luit illos annuos introitus.*

29 *Contributio fit pro rata bonorum tàm burgensaticorum quàm feudalium età pro debitis hic expressis.*

30 *Legata plenius interpretamur ad beneficium consanguineorum.*

31 *Actiones actiuè, & passiuè regulariter resident penès hæredem, & fortius actiones passiuè si legatarius est consanguineus.*

32 *Legatis bonis super quibus venditi reperiuntur annui introitus quid fuerit decisum circa ipsa debita.*

ALLEGATIO XXXVIII.

Quæ potius consultatio dicenda est pro hæredibus Baronis.....

In Dei Nomine Amen.

EOdem momento quo tuas literas legebam venit ad me tunc Neapolim peruentus adhuc ocereatus legatarius ille de quo verba facis rogauitq; vt sibi in hac causa patrocinarer aduersus istas filias, & hæredes defuncti Baronis consanguinei sui. Ego tuas ostendi literas in quibus meum pro istis hæredibus patrocinium requiris, quibus inspectis dixit factum tale esse quale annotasti, & consimilem notulam nihil in substantialibus differentem habebat præmanibus, lætari autem profitebatur, vt & tu de me confideres, inquiens se litium abhorrentem concordiam sic appetere, vt si dixerim ius non iouere cedet illico, si dixerim ius fouere dimittet aliquid, si autem videtur negotium vtrinque ambiguum dari sibi minus contentabitur quam ego mei arbitrabor. Dixi vbi lis erit non posse me tibi tuisque consanguineis deesse, sed concordiam prius obruli me proponere, & ipse interim litem non inchoare.
Propono autem libēter, tum vt tibi mei morem geram qui rogas me respondere quid verè sentiam tum etiam quia prosiguæ, vt plurimum esse solent concordię præsertim ab aduersarijs exoptatę, tũ deniq; quoniã negotiũ, non ita indubitatũ videtur mihi, sicut videri scribis aliquibus aduocatis istius Prouinciæ dicentibus nimis clara esse illa verba cum iuribus, & oneribus, ex quibus verbis inquiunt ad legatarium spectare iura seruitutum quæ debentur domibus, & vineis legatis, & è conuerso ad eundem spectare onera annuorum introituum super eisdem domibus, & vineis vēditorum. Nam etsi istà verba, & alia in iure pro hæredibus ponderabo, dicam etiam nonnulla quæ pro legatario ponderari possunt, vt omnibus pensatis, & adhibito eorundem doctissimorum (vt opinor) aduocatorum consilio dijudices si magis expedit ipsas hæredes litium expensis, & incommodis submittere, & litis exitum expectare, vel potius honestam concordiam amplexari.
Et primo videtur quod quamuis testator
1 onera non expressisset, non ex hoc teneretur hæres onera assumere, & rem legatam liberam consignare, Ita enim text. in

l.ſi domus in §. fin. ff. delegat. 1. inquit
quod legato fundo vectigali nõ tenetur
hæres directum dominium redimere,
vel ipſius directi dominij præſtare lega-
tario æſtimationem, rationem aſſignat ibi
gloſ. & concordantes allegat, quia vide-
2 tur legare id quod habet, neç modo ve-
rificatur legatum in eo quod habet teſta-
tor exiſtenter, ſed verificatur etiam in a-
ctione quam habet ad rẽ, vt illa re lega-
ta non teneatur hæres ad extimationem,
ſed ſolummodò ad actionis ceſsionem l.
apud Iulianum in §. idem Iulianus (qui
§. alibi inſcribitur tãquam lex) ff. deleg. 1.
3 & etiam ſi illa actio eſt dubia, & incerta
l. ſi ſic §. fin. & ſi ęquè ff. eod. titul.
4 Sic legato ſeruo fugitiuo, vel infirmo ne-
quaquam æſtimationẽ præſtabit hæres,
ſed ſolummodò diligentiam curandi, vel
perſequendi l. cum ſeruus ff. delegat. 1.
5 Et legando fundum communem, ſiue
quis dixerit fundum meum, ſiuè dixerit
ſimpliciter legare fundum ſemper lega-
tum verificatur ſolummodò in eo quod
teſtator habet in eo fundo l. 4. §. cũ fun-
dus ff. delegat. 1. l. fundus qui locatus, ff.
de fund. inſtruct. & inſtr. legat. declarant
Alex. in l. ſi domus §. fi. in princ. ff. de le-
gat. 1. & latius Rip. in dicto §. cum fun-
dus nu. 2. & 3. cum ſeqq. Et quod plus
6 eſt ita hoc intelligitur quamuis id quod
teſtator habet ſit per eius mortem extin-
guibile ſicut eſt text. mirabilis in l. vxor
patrui, vbi gloſ. C. de legat.
Quod quidem vt transferre ſolummodò
7 illud velit quod quis habet, in contracti-
bus etiam procedere inquit Iuriſconſult.
in l. qui tabernas, ff. de contrahen. empt.
& probatur in cap. paſtoralis extra de
donation. latè Iaſon in l. ſi res obligata
ff. delegat. 1. Ex quo nonnulla pulchrè
deciduntur per Bald. in l. monumenta
C. de legat. in l. 1. in fine ff. de rerum di-
uiſ. in cap. 1. de capit. qui cur. vendid. &
in cap. 1. de pace conſtanti. colum. 33.
per Afflict. in deciſ. 334. vbi per Vrſill.
poſt Aret. in conſil. 15. verſic. Tertio
præmitto, & alios, vt ibi per eos. Adeo
quod ſi etiam legatũ de illis bonis ſim-
pliciter factum deberet ex prædictis iu-
ribus, & authoritatibus intelligi cum illis
oneribus, & quemadmodum illa bona
teſtator ipſe poſſederat, multò magis hoc
8 idem dicendum eſt dum ea bona legare
dixit cum ſuis iuribus, & oneribus ad tra-
dita in l. reſtituta ff. ad Trebellian. & in l.
quod ſi in venditione cum l. ſequent. ff.
de hæred. vel act. vendit.
Nec dicatur debita nõ poſſe appellari one-
9 ra iſtorum bonorum quandoquidem æs
alienum non certa bona, ſed patrimoniũ
totum imminuit l. ſi fideicommiſſum §.
tractatum ff. de Iud. l. Caius ff. delegat. 2.
l. 1. §. ſed quod diximus ff. de dot. præ-
legat. Nam procedit hoc ſine dubio in
debitis ex actione perſonali vel etiã cum
hypoteca generali, vel ſpeciali, quæ re-
dit creditorem magis tutum ſuper bo-
nis, quæ poſtmodum alteri obligaren-
tur, ſed non alterat genus debiti affi-
ciens æqualiter totum patrimonium l.
vltim. §. fin. ff. de contrahend. empt. l.
ſciendum in §. ſi fundus ff. qui ſatiſdar.
10 cogant. Verum vbi ſunt venditi annui
introitus ſuper fundo tunc ipſe fundus
dicitur imminutus penès Dominum
pro ea rata quæ vendita eſt, & tranſijt ad
emptorem cum rata dominij, vt patet ex
Bulla Papæ Nicolai inſerta, & ſeruari
iuſſa in Pragmatica Alfonſi Primi de an-
no 1451, quæ eſt prima in titulo de
cenſibus, vbi pluries ſpecificatur fieri
venditionem, & apponi pactum retro-
11 uendendi in cuius veritatis conformi-
tatem antiquitus per annos vltra cen-
ſum poſt illam pragmaticam fiebat ven-
ditio totius fundi cum pacto de retro-
uendendo pro eo pretio pro quo tot
redditus vendi conueniebant, & po-
ſtea talis emptor locabat perpetuo eun-
dem fundum eidem venditori pro tot
annuis introitibus annuatim ſoluendis
donec ille redditus per venditorem
exercentem pactum de retrouendendo
redimeretur qui mos nunc receſſit pro
maiori commoditate venditoris ad hoc

vt

vt habens fundum preciosum, & ex eo vendens modicum redditum posset vlterius facere alias venditiones. Et ideo nunc non venditur fundus, sed venduntur tot introitus ipsius fundi, & nihilominus in effectu est venditio.

Est autem proprium huius contractus emptionis, & venditionis, vt venditor pretij emptor ipsius rei Dominus efficiatur §. cum autem, vbi glos. inst. de empt. & vẽdit. Vnde quamuis testator in casu nostro non dixisset legare cum oneribus videretur tamen legasse solummodò id quod sibi remanserat demptis annuis quantitatibus venditis, prout supra diximus in legato rei communis ex l. 4. in §. cum fundus ff. de legat. 1. cum alijs superius adductis.

Vel vbi diceremus non fieri abdicationem realiter, sed integrum fundum remanere apud venditorem licèt cum onere illius annuæ præstationis tamen negari
12 non potest hoc esse onus reale, & intrinsecum transiens ad quemcumque possessorem, vt in l. Imperatores ff. de public. & vectigal. & in l. quæro ff. de vsufruct. legat. & in specie hoc idem dicitur per Alfonsum Primum in dicta Pragmatica prima de censib. vbi disponitur tales redditus exigi à tertio possessore etiam non discusso principali de-
13 bitore. Idque colligitur ex ipsa ethymologia talium redditus à reddendo, quia fundus hoc annuatim reddit emptori, prout latè probat Corn. in consil. 289. col. 2. volum. 1. Neque obstat Tiraquell. de retract. lignag. §. 1. glos. 6. numero 1. Vbi potius credit dici reditum cum vna d. ex eo quod singulis annis redeat, nam neque nouum est eandem rem duobus, & pluribus etiam nominibus nuncupari, & ex quolibet nomine aliquando ethymologari, neque firmior est opinio Tiraquell. deducta ex Poetis apud quos ratione metri non semper adeo rigorosa est verborum obseruantia sicut apud soluta oratione scribentes clasicos quorum pro ethymologia fundata per Corn. afferuntur Plin. Senior, & Iunior, & Aul. Gell. & quod plus est Iurisconsulti in l. æquissimum §. 1. ff. de vsufruct. & in alijs locis per eundem Tiraquell. relatis in supradicto numero 1. Et fortè magis propria est ethymologia à reddendo. Et ex omnibus supradictis patet hos redditus esse onera, & consequenter deberi à legatario in illis corporibus à Testatore cum iuribus, & oneribus relictis.

Similiter non obstant illa verba quæ subsequuntur nempè cum iuribus, & oneribus sicut à me possidentur ex eo quod
14 hæc onera non possidentur à Domino fundi, sed à Domino redditus, vt notat Bart. in l. Mæuius § fundo in fin. ff. de legat. 2. nam illa verba sicut à me possidentur referuntur ad bona quæ possidentur cum iuribus, & oneribus, quæ
15 possessio de facto inspicitur, vt est text. in l. stipulatio ista §. hæc quoque in verb. stipulatio de verbor. obligat. ita possessores appellantur in dicta l. Imperatores, & est bonus text. in l. Seie ex parte in §. final. in fin. ff. de fund. instr. & instrum. legat.

Ex quibus omnibus in casu nostro videtur posuisse legatarium in locum suũ, vt legata prædia habeat, & redditus ex eisdẽ prædijs vẽditos exoluat. Præsertim quia
16 in dubio censetur hęres minus grauatus tãquam magis dilectus l. vnum ex familia in §. si rem ff. de leg. 2. l. qui concubinam §. cum ita, & l. nummis ff. de legat. 3. Dec. in cons. 92. num. 3. Paris. in cons. 79. nu. 25. lib. 2. Menoch. de præsump. lib. 4. præsumpt. 106. num. 19. Roland. in consil. 5. nu. 29. lib. 2. Cephal. in cons. 122. num. 20. vol. 1.

E contra quod isti redditus remanere debeãt ad onus hæredis, & quod illa verba cum oneribus intelligi debeant de oneribus emphyteoticis pro quantitatibus in quibus ista bona obnoxia sunt

directis Dominis, & non etiam pro redditibus venditis super eisdem bonis possunt multa considerari. Et primo quod hæc regula, vt dilectior sit hæres quam legatarius, & proinde interpretatio fiat in dubijs pro hæredibus est omnino vera, vbi dubitatur si aliquid est vel non est relictum. Cum enim certissimum sit dilectiorem esse hæredem (vt Lucæ 7.) cui plus donauit eum relinquendo hęredem vniuersalem, sequitur vt in dubio non censeatur damnificatus ad beneficium legatarij particularis erga quem ex minori donatione minor iudicatur dilectio, & in hac dubietate procedunt innumeri text. vt in l. Idem Iulianus in §. scio ff. delegat. 1. in l. legato generaliter in §. si de certo, & l. si ita scriptum ff. eodem in l. apud § seio, & in l. si ita scriptum delegat. 3. cum alijs paulo ante relatis, & alijs adductis per glos. in l. qui lancem ff. de aur. & argent. legat. & per Old. ad. in consil. 8. Licet aliquando cum moderatione, & reductione ad mediocritatem, vt in dicta l. legato generaliter in princ. ff. delegat. 1.

Verumtamen vbi constat aliquid esse reli-
17 ctum tunc in eo quod relictum est magis diligitur legatarius quam hæres l. 1. ff. de donat. caus. mort. militat enim supradicta ratio quod is diligitur cui donatur. Et clarum est legatum ab hærede auferre ad beneficium legatarij l. le-
18 gatum ff. delegat. 2. Proindeque circa id quod relictum est plena fit interpretatio etiam vbi hæres duplici onere grauaretur, vt est text. egregius in leg. qui concubinam in §. qui hortos ff. delegat. 3. vbi præter fructus conductos pensionem etiam præstat hæres. Et ad idem ponderari potest text. in l. Diuus in principio ff. de vsu, & habit. & text. in l. meuius §. fundo ff. delegat. 2. vbi fun-
19 do legato si alienus est vsufructus tenetur hæres illum redimere, vel soluere æstimationem. Et aliud valdè simile statuitur in l. si res obligata ff. delegat. 1. Ad quæ, & alia consimilia iura licet variæ afferantur distinctiones, per Bart. & Bald. in dicta l. meuius in §. fundo. Alexand. & Iason in l. si domus in §. finali delegat. 1. Imol. & Barb. in cap. pastoralis de donat. Doctor. in l. cum alienam C. delegat. & in §. non solum institut. eodem in l. 4. §. cum fundus delegat. 1. in l. ex his verbis in §. fin. ff. delegat. 3. & alibi sæpè, tamen
20 omnes videntur reincidere, vt interpretemur pro hærede, vbi dubitatur an ista res fuerit relicta. Interpretamur autem pro legatario exemptionem, & vtilitatem illius rei quæ sine dubio relicta est.

Præsertim quia in casu nostro debita contracta super istis bonis legatis sunt nonnulla, & in maxima quantitate adeo quod legatum cum omnibus ipsis oneribus esset ferè inutile. Et sic non modo quia onera possunt verè, & propriè verificari in censibus, & redditibus emphyteoticis, & ista debita non ita propriè appellantur onera, vt infra dicemus, sed quantumuis oporteret verba
21 impropriare essent potius impropriè intelligenda, quam vt legatum inutile redderetur sicut post glos. final. in dicto §. qui hortos tradit Iason in consil. 173. num. 16. volum. 2.

Etiam si verbum taliter impropriatum plus
22 importaret quam verbum ipsum prolatum propriè sumptum, sicut text. est singularis in leg. Diuus in principio ff. de vsu, & habit. tradunt Alexand. in consil. 21. colum. 3. in versiculo Non obstant volum. 5. Paris. in consilio 71. volum. 2. Aymon. in consilio 119. num. 9. volum. 1. Corn. in consil. 64. colum. 1. volum. 4. Dec. in consil. 4. colum. 1. Curt. Iunior. in consil. 14. Grat. in cons. 29. num. 13. volum. 2. Curt. sen. in consil. 51. num. 23. Socc. in cons. 151. num. 15. volum. 1. Bal. Angel. & Fulgos. in l. Proculus ff. de vsufruct. Albert. in tract. de augment. & diminut. colum. 6.

Bauer.

Bauer. & Loaz. in l.filiusfamilias in §. Diui ff. delegat.1.hic num.15. ille sub num.38.

Quod autem illa verba cū oneribus quæ
23 verè, & propriè continent census, & redditus emphyteoticos possint absq; impropriętate nō comprehendere istos annuos redditusvidetur posse fundari, nam illi sunt onus adeo intrinsecum,vt eo respectu sit ipsa res minus pretiosa, proindeq; talis qualis est ad legatarium transit, nec tenetur hæres censum redimere, sicut non tenetur rem tradere magis pretiosam l.si domus §.final. vbi
24 notatur ff.delegat.1. Et testator qui exprimendo cum suis iuribus,& oneribus censetur iuri se conformare,vt per Bart. in l.hæredes mei §. cum ita ff. ad
25 Trebellian. sicut dicens cum suis iuribus nihil addidit, nam & iura etiam sine expressione continerentur l. testatrix §. finali, ff. si seruit. vendicet.leg. vxorem §. legauerat, & l. prædijs §. Titio, & §.final. ff. delegat.3. l. Seie §. si ratione ff. de fund. instruct.& instrum. legat. leg. rei appellatione, vbi Doctor. ff. de verbor. significat. ita dicendo, & cum oneribus videtur intelligere de illis oneribus supradictis, quæ de iure comprehenderentur,vt in dicta l. si domus in §. fin. cum concordantibus.

Ista vero debita licet pro ea summa, quæ
26 vendita est transferatur iata dominij tot introituum rei stabilis super qua facta est venditio, tamen non transferunt ipsam rem stabilem neque partem [illegible]s, sed ipsa res quamuis obligata creditori remanet penès debitorem, nec dicitur vendita l. sicut §. superuacuum, & §. si voluntate ff. quibus modis pignor. vel hypot. soluit, prout glos. declarat in l.final. in verbo indignum C. de remiss. pignor. & proinde non videtur esse applicabilem text. in leg.5. §. cum fundus ff. delegat.1. cum alijs supra relatis, quæ procedunt in legato rei communis in quo legata videtur solummodo pars testatoris vltra quod glos. ibi intelligit illum textum, vbi dictum est lego fundum meum quæ dictio meum non potest verificari in parte socij quę intelligentia meo iudicio colligitur ex ipso textu: Hæc dictio non legitur in casu nostro, vltra quod Cum. ibi intelligit facta diuisione, tunc enim dicitur meus fundus, & ante dicitur pars fundi l. planè §. final. & l. si quis post ff. de legat.1. vnde legando fundum intelligit de toto, sed præter hęc omnia in casu nostro dici non potest rem esse communem, sed integra res est debitoris licet obligata, & reddititia creditori. Porro autem quo ad obligationem res legata, ab hærede luenda est l. si res obligata, vbi Bart. Alexand. & Iason. ff. de legat. 1. Bart. etiam latè in l. si domus in §. si de euictione in secundo membro,vbi huius responsi rationem affert ff. eodem Iason, & Rip. in dicta l.5. in §. cum fundus ad quod afferunt alios textus valdè claros, vt in l.Meuius in §.fundo ff. de legat 2. in l. prædia C. de fideicommiss. & in §. si rem instit. de legat. Quo vero ad redditum si res ipsa tantum super qua fit venditio submitteretur alicuj annuæ præstationi, non dubitarem hanc præstationem fieri onus proprium ipsius rei, iuxta terminos textus in l. Imperatores ff. de public. & vectigal. & proinde ab hærede non esse luendum, vt in l. si domus in §. fin. de legat.1.

Sed quia vltra venditionem introituum super certo corpore additur promissio tertiarum etiam de propria pecunia. Et venditio fit super certo corpore, & in eius defectum super omnibus alijs bonis, cum obligatione totius patrimonij, & cum pacto de retrouendendo videtur quod ex aliquibus ex istis clausulis, & tanto magis

gis ex omnibus simul iunctis, non
27 restringatur onus ad illam rem quæ perempta creditum non amittitur sicut amitteretur census emphyteoticus qui verè, & propriè est onus rei, Sed remaneret debitum sicut passim remanet, etiam extincta re hypotecata leg. fundus quem, vbi Bart. ff. de annu. legat. non enim extinguitur actio personalis, nec venditio in defectum super alijs bonis cum hypoteca omnium bonorum, & procedunt termini text. in leg. cum venderet, vbi Paul. Castrens. ff. de pignorat. actio. Bartol. in l. emptione C. plus valer. quod agit: Bald. in consil. 201. volum. 4. Socc. in consil. 15. num. 35. volum. 1. Gozadin. in l. 2. num. 9. C. de pact. inter empto. & venditor. Quinimò in potestate debitoris est talem redditum extinguere, & totum patrimonium liberare oblato pretio
28 absque noua conuentione l. si rem §. omnis, ff. de pignorat. actio. cum alijs consideratis per Couar. in lib 3. var. ar. resolut. cap. 7. & per Præsid. de Franchis in decis. 159. num. 3. & 4.

Ex quibus videtur quod talia debita respiciunt totum patrimonium iuxta
29 text. in l. fideicommissum in §. tractatum cum alijs supra adductis ff. de leg. 1. Sicut passim tales redditus non transeunt in successorem particularem sicut in illum transeunt seruitutes census, & similia onera realia. Imò nec afficiunt solum vniuersalem successorem in illis bonis super quibus facta est venditio, sed afficiunt omnes successores in omnibus bonis, & fit contributio pro rata bonorum etiam feudalium hæreditariorum, vt per Capyc. in decis. 198. Camerar. in cap. 1. an agnat. quæst. 22. num. 154. Præsid. de Franchis in decis. 1. num. 24. & 41. & decis. 159. in principio. Ioannes Vincentius de Anna in Allegat. 96. Frecc. de subfeud. lib. 3. in 13. different. post Guglielm. de Cun. & alios per ipsos relatos. Vnde si tales redditus non sunt vera, & propria onera ipsarum rerum legatarum, non videtur quod transeant in legatarium nec de illis videtur sensisse testatorem, sed remanent penès hæredem l. si domus §. de euictione, ff. de legat. 1.

Tanto magis dum legatarius est consan-
30 guineus ad cuius beneficium amplior fit interpretatio tum ne legata remaneant parum vtilia sicut supra generaliter commemoraui, & nunc specialiter addo, vt tanto minus ferenda sit legati inutilitas, vbi legatarius est consanguineus l. Aurelius §. Titius testamento ff. de liberat. legat. Bart. in l. Aurelio §. Caius colum. penult. in versic. Quæro quando &c. ff. de liber. & posthum. Corn. in cons. 103. num. 5. volum. 4. Dec. in consil. 69. num. 5. Cæphal. in consil. 81. num. 16. volum. 1. Soccin. Iunior. in consil. 98. num. 22. & 29. volum. 1. Gozadin. in consil. 82. num. 12. Tum etiam quia
31 regula generalis, vt actiones actiuè, & passiuè remaneant penès hæredem l. quoties C. de hæred. instit. Bart. in l. ex facto la seconda ff. eodem. Rolandus in consil. 8. in principio, & num. 20. volum. 2. procedit fortius ad beneficium legatarij si est consanguineus, vt habetur per Dec. in consil. 289. colum. finali, & latissimè per Marcum Antonium Nattam, qui omnes cumulat in consil. 626. volum. 3.

Et annis elapsis audiui ab aduocatis se-
32 nioribus quod hæc ratio fuit magni ponderis in legato Terræ S. hifati, olim facto per Ducem Amalfię Don Ioan. de Piccolominibus, vbi Sacrum Cōsilium decreuit venditiones annuorum introituum factas super illa Terra spectare ad onus hæredis vniuersalis, qui processus erit reperiendus, &

& percunctandus, si nostra lis vlterius progredietur, & siue ad litem, siuè ad cōcordiam quam exopto semper præsertim inter consanguineos, me reperies ad vtrumque paratum. Vale.

Deo Gratias.

Volebat vtraque pars in me compromittere. Ego autem renui arbitrari, sed proposui conuentionem quam acceptauerunt, & concordauerunt, vt ista debita pro duabus partibus ab hæredibus, & pro tertia à legatario soluerentur.

SVMMARIVM.

1 *Obligatio penès acta dicitur quoddam pactum inter partem, & Iudicem iuxta tenorem sua iussionis.*

2 *Pacta non porriguntur ad ea quæ posteà eueniunt.*

3 *Graduatione commissa sunt citandi in liberatione depositi omnes creditores graduati aliàs liberatio non afficit non citatos.*

4 *Graduationis in iudicio vti summario non tenentur creditores facere litem formatam. Sed liberatio est facienda illis quorum iustitia magis liquet.*

5 *Dos durante matrimonio est mariti quo ad vsumfructum: & quoad dominium reuocabile. Soluto verò matrimonio dominium transfertur in mulierem, & vsusfructus cum proprietate consolidatur.*

6 *Mulieri non potest satisfieri super bonis viri pro dotibus. Si corpora dotalia extant.*

7 *Assensus Regius pro obligatione feudalium in beneficium mulierum Neapolitanarum concessus à Rege Catholico, intelligitur in subsidium bonorum burgensaticorum, & ita decisum.*

8 *Creditori debet prius satisfieri super bonis specialiter obligatis. Nisi sit conuentum cum clausula, vt specialitas generalitati non deroget. Amplia etiam si creditor extaret in possessione aliorum bonorum num. 9. Amplia in dote num. 11.*

10 *Bona specialiter obligata præsumuntur sufficere. Nisi contrarium probetur.*

11 *Priuilegia non præsumuntur, nisi reperiantur in iure expressa.*

ALLEGATIO XXXIX.

Pro Roueris, & Baldanis.

In Dei Nomine Amen.



Endita Ciuitate Biteċti Scipioni Vespulo pro ducatis 47800. facta fuit graduatio creditorum Marchionis ipsius Terræ, & vltra creditores anteriores, quibus de pretio fuit satisfactū, graduata fuit Marchionissa eius relicta pro ducatis 20. mil. suarum dotium cum antefato aliorum ducatorum 4666. pro quibus Dominus de Franchis causæ Commissarius iussit præfatum emptorem sibi correspondere de tot annuis introitibus cum clausula citra præiudicium omnium creditorum.

Post Marchionissam graduati sunt Iulius, & Simon de la Rouere, & Io. Baptista Baldanus pro ducatis 12. m. capitalis cum alijs ducatis 4000. in circa pro tertijs, de quibus capitale, & tertijs isti creditores institerunt sibi satisfieri tàm super ducatis 5168. remansis penès emptorem pro residuo pretij, quàm super illis ducatis 4666. assignatis Marchionissæ, & in hoc debitor nullum habet interesse, & paratus est soluere, cui per S. C. prouidebitur, sed quo ad residuum pretij se oppo-

opponunt filij Marchionis, & quo ad quantitatem assignatam se opponit ipsa Marchionissa assignataria.

Quo ad residuum pretij inquiunt filii Marchionis, quod Octauius Carrafa patruus donauerat Marchioni ipsorum patri ducatos 16. mil. quibus vita durante frueretur, & post eius mortem ad istos filios peruenirent. Exegit Marchio per aliquos annos huius quantitatis introitus, & postea restituta sorte principali per debitores reperitur facta noua emptio cum hoc vinculo pro ducatis 10.m. qui iam extant, & per istos filios possidentur. Alij ducati 6000. fuerunt similiter depositati cum clausula adimpletis vinculis, Et vltra hoc aderat concursus creditorum, qua de re causę Commissarius liberando hanc pecuniam Marchioni prospexit omnibus; Nam pro interesse creditorum iussit liberationem cum cautione de restituendo, cui quibus, & quando per S.C. fuerit ordinatum, & in hanc conformitatem Marchio se obligauit, & fideiussorem dedit, & pecuniam in banco in sui creditum descripsit; Dum autem banci administratores expectabãt cognitionẽ vinculorum, si quæ adessent, vt illis adimpletis & non aliter ipsi ducati 6000. per Marchionem à bãco extrahi potuissent, comparuit siuè ex errore Notarij, siuè ex alia causa quædam Notarij fides asserentis in ea pecunia vinculum non adesse, sic Marchio liberè disposuit. Nunc eius filij prætendunt in bonis patris hypotecam anteriorem ex præfata eius obligatione de restituendo, cui quibus, & quando.

Verum hæc prætensio non subsistit non enim in obligationibus datur extẽsio de casu ad casum; Et in casu nostro clarum est quod obligatio cum fideiussione fuit exacta à Iudice, vt fieri solet ad cautelam concreditorum, qui comparuerant, aut in futurum comparere potuissent. Et cõsequenter si adesset aliquis creditor anterior illius depositantis, extaret vtique in eius beneficium illa Marchionis obligatio cum hypoteca, & illa fideiussio, ad quorum beneficium ex instantijs, & ex decreto colligitur fuisse habitam; Sed respectu alicuius vinculi quod potuisset adesse, fuit facta prouisio consueta, nempè adimpletis vinculis, & conditionibus fortè extantibus.

Et sic decretum cum obligatione, & fideiussione indè sequuta habuerunt eorum effectum per descriptionem factam in banco illorum ducat. 6000. in creditũ Marchionis ibidem relictorum pro facienda emptione. Quando autem postea Marchio producit illam fidem nihil fidam cũ qua sibi cœpit pecuniam, hoc quidem est nouum factum pœnitus extra decretum, & consequenter illa obligatio quæ facta fuit, sicut expressè dicitur fieri, iuxta formam decreti, & pro eius obseruantia, non potest trahi ad hoc nouum factum

1 contra decretum, est enim obligatio penes acta quodam pactum inter partem, & Iudicem iuxta tenorem suæ iussionis, l.eum pro quo, vbi Bart. & Alber. ff. de

2 in ius vocando. Pacta autem ad ea, quæ postea eueniunt, nullo modo porriguntur, l.in lege fundi, ff.de contrah. empt. vbi glos. ponit concordantes. Et solum ex hoc nouo facto oritur noua actio personalis, nec quicquam distat Marchionẽ talem pecuniam à banco extraxisse per huiusmodi calliditatem, quam si eandem surripuisset, aut per vim eripuisset,

Vlterius respectu Marchionissæ, dixi, quod ante illud decretum domi latum cum as-

3 signatione, erat iam vendita Terra, aderat concursus cred torum, & in specie istorum Roueri, & Baldani, & fuerat cõmissa graduatio, vnde sicut in tali statu causæ non poterat fieri præiudicium nobis pœnitus in auditis tot. titul. Res inter alios acta, cum latè traditis in clem. 2. vt lit. pend. & in cap. gratum de offic. deleg. per Innoc. in cap. bonę in fin. de appellat. vbi Butr. & Abb. Lap. & Dom. de Sancto Gemin. in cap. ad decimas de restit. spoliat. in 6. & per Ciuilistas in l. 1. C. quando libell. Princ. dat. per Bald. in cap. sancimus

sancimus lo 2. num. 2. quo tempor. mil. latè per Alex. in cons. 99. uisis processibus nu. 9. uol. 5. Sic etiam noluit causæ Cõmissarius quicquam creditoribus præiudicare, ut patet ex lectura decreti reseruantis omne ius creditorum, & conditio prædicta facit extare pecuniam, ut benè D. de Frãc. dec. 75. sub nu. 9. & 10.

4 Et potissimum ius est, creditorum anteriorum ne in summario iud. graduationis teneantur litem facere formalem, sed dum causæ Commissarius, neque potuisset, neque ullo modo uoluit anteriores defatigare, sequitur, ut liberatio summariè facienda sit illis creditoribus, de quorum iustitia magis liquet.

Est autem notoria iustitia istorum Roueri, & Baldani contra Marchionissam, cuius creditum primo diminuitur in illis duc. 6000. per eam receptis uiuente uiro, & communi filiæ in dotem datis. Secundo in quantitate per Sac. Cons. arbitranda pro bonis mobilibus per eam receptis, & confessatis. Postea pro eo quod consequi debet, tenetur prius discutere reliqua bona, & super illis sibi satisfacere ex omni iure, & ex omni æquitate.

Ex omni iure ex tribus conclusionibus indubitatis, quarum prima est, quia ex facto apparet de corporibus dotalibus extare duc. 14. mil. cum alijs ducatis 1900. debitis per Ducem Bonini, & clarum est,

5 quod ipsorum corporum dotalium, quæ durante matrimonio erant mariti quò ad usumfructum, & etiam quò ad dominium reuocabile, iuxta l. doce ancillam C. de rei uendicat. soluto postea matrimonio fuit ususfructus cum proprietate reconsolidatus in beneficium uxoris, ad quam ipso iure dominium eorundem corporum dotalium translatum fuit, iuxta text. in l. in rebus C. de iur. dot. & in l. unic. §. sin autem, C. de rei uxor. act. declarat optimè Socc. in consil. 56. num. 1. cum sequentibus uol. 1. post Bart. & reliquos in l. 1. & in l. æstimatæ ff. solut. matrim. & in l. res in do-

6 tem ff. de iur. dot. dum ergo habet suas dotes, & habet dominium corporum dotalium, clarum est quod non potest ex eadem causa concurrere] quasi creditrix in bonis viri, sed debet suis bonis proprijs esse contenta, & illa sibi possidere aut si ab alijs detinentur rei vendicare. Et si forte ex facto viri impedimentum aliquod reperiet tunc rectè aget. Nunc vero, vt ea bona consanguineis debitoribus dimittat velle ad exclusionem creditorum sui viri in bonis viri experiri nulla ratione, nec æquitate iuuatur.

Nec quo ad factum obstat quod in instrumento dotali fol. 20. à tergo fit mentio de pecunia, nam illud est demonstratiuè, nempè, vt vltra Corredum, restituantur ducat. 20. milia consistentes in pecunia, iuxta conuentionem, quam intelligo de cõuentione habita inter promittentem dotem, & recipientem eius promissionem, partim in pecunia, & partim in Corredo. Et quod hæc lectura sit verissima, apparet ex capitulis matrimonialibus fol. 5. (ex capitulis namque oritur Instrumentum dotale, in quo capitula non alterantur) in illis inquam capitulis, & propriè fol. 10. aliud non adest, nisi enunciatio. Nam promittitur restitutio dotis tàm consistentis in pecunia, quàm in Corredo, & certè si voluissent alterare formam restitutionis, clarè dixissent, quod sit in electione vxoris repetere emptiones, vel pecuniam numeratam, & alia huiusmodi verba clara, quibus vtimur in similibus pactionibus, de quibus verbum nullum, Imò semper exprimitur, vt fiant emptiones pro recuperanda dote, sicut pluries legitur fol. 7. & 8. & in Instrumento dotali fol. 16.

Secunda est conclusio, quod Marchionissa non habet assensum hominis, sed habet assensum capituli expediti per Regem

7 Catholicum, in quo clarè dicitur fieri talem gratiam mulieribus Neapolitanis, nè remaneant indotatæ, vnde semper fuit interpretatum, vt prosit in subsidium, non enim est mulier indotata,

dum potest sibi satisfacere super alijs bonis quæ sunt discutienda prius quam perueniatur ad feudalia, prout semper fuisse decisum, testatur Frecc. de subfeud. lib. 2. quæst. 13. & Camer. in cap. Imperialem fol. 52. lit. Q. & latius fol. 90. col. 3. Et anno præterito fuit expressè decisum in causa Ducissæ Populi cum moderno Duce eiusdem Terræ vltra aliam decisionem in anno 1587. in causa D. Vittori ædè Marra cum D. Francisco de Aquino, de quibus sunt exemplatæ fideles que copię, præsentatæ in processu ipsorum de la Rouere, & Baldani fol. Et sic quatenus teneretur vir ad restitutionem dotis in pecunia, quo casu, illa corpora dotalia essent patrimonium viri, adhuc super illis cum reliquis bonis viri, debet Marchionissa sibi satisfacere priusquam perueniat ad feuda.

Tertia est conclusio, quod quamuis dicta corpora dotalia essent in bonis viri, nec de illis fuisset matrimonio soluto acquisitum dominium uxori, tamen tamquam
8 bona uiri specialiter hypotecata pro dote essent antè omnia discutienda. Quod enim sint specialiter hypotecata, patet ex lectura Capitulorum, præsertim fol. 7. & 8. & in Instrumento dotali fol. 16. Nec adest clausula. Ita quod specialitas generalitati non deroget, nec è contra, quo casu ipsa corpora specialiter obligata sunt ante omnia discutienda, ex text. claro in l. 2. C. de pignor., ubi latè Doctor. cum reliquis relatis per nostrum Præsidem de Franch. in decis. 5. Nec potest talis creditor sibi satisfacere super a-
9 lijs bonis, etiam quod extaret in illorum possessione, prout notat glos. in dicta l. 2. in verbo iubebit, quam sequuntur ibi Bart. in finalib. verbis Butr. circa med. Sal. num. 2. in fin. in vers. quęrit glos. cum cæteris ibi, & per Nicol. de pignor. in 2. membro quintæ partis nu. 51. vers. Itē dicta lex. Tantò magis in casu nostro, in quo est facienda prouisio inter creditores in causa graduationis, vbi præferuntur creditores expliciti, & reliquis prouidetur cum cautione.

Est autem explicitum, & clarum præsens creditum istorum Roueri, & Baldani, habentium Instrumentum cum assensu, & etiam sententiam pro capitale, & tertijs, Marchionissa verò in istis bonis habet resistentiam legis prohibentis ad ea conuolare, nisi præcedat discussio bonorum specialiter obligatorum, vt in d. l. 2. cum præfata decis. Domini de Franch. Habet etiam præsumptionem cōtra se, nam
10 bona specialiter obligata præsumuntur sufficientia, nisi contrarium probetur ab ipso creditore, qui vult ad alia bona conuolare, ita est glos. in d. l. 2. in verbo redigere, Sal. in 1. oppos. & Nicol. de pignor. in 2. mēbro quintę partis in finalibus verbis, Paris. cons. 50. nu. 28. lib. 1. cum cæteris, de quibus per Couarr. in lib. 3. variar. resolut. c. 18. nu. 1. & per Ias. de act. in princ. nu. 94. & per Rip. in l. priuilegia num. 22. ff. de priuil. creditor.

Non obstat Bald. nouell. qui in tract. dot. part. 8. in vlt. priuilegio disputat, num di-
11 spositio d. l. 2. habeat locum in dote, nā priuilegia non præsumuntur, nisi reperiuntur in iure expressa, nec tale reperitur priuilegium in dote, imò Bal. senior, & in iure famosior in d. l. aduertit illum text. vt plurimum in dotium restitutione locum habere, & ita semel, & bis in supremo Reg. Hispano Consilio fuisse decisum, testatur Couar. in d. lib. 3. var. resol. c. 18. uers. 8. in controuersiam. Sic enim Doctores omnes docuerunt hac in re, non esse priuilegium dotibus à iure concessum, ut per Rip. in leg. priuilegia nu. 19. ff. de priuileg. credit. per Aym. in cons. 77. nu. 15. per Rom. in cons. 187. cum cæteris per eos adductis, ex quibus iam patet omni iure satisfaciendum esse Roueris, & Baldanis creditoribus explicitis, non obstante prætēsione Marchionissæ, quæ pluribus modis eliditur.

Dixi insuper, hoc idem non modo omni iure, sed etiam omni æquitate fulciri, quoniam, dum creditum Marchionissæ p dotibus est ualdè minus duc. 14000. sicut supra diximus, & creditum

pro

pro antefato est ducat. 4666. & dum ostendimus extare in vna manu ducat. 14000. & in alia partitam ducat. 1900. & extare tot bona mobilia maximi valoris, vtiq; eidem Marchionissæ est consultum, præsertim quia Vespulus iam est debitor in ducat. 30000. in circa, à quibus deductis creditis Roueri, & Baldani ascēdentibus ad duc. 18. mil. in circa remanent alij ducat. 12. mil. in circa; quæ omnes partitæ satis excedūt creditum Marchionissæ, vltra quod eisdem Roueris, & Baldanis liberatio fiet cum cautione pro securitate in omnem euentum, & Marchionissæ, & omnium interesse prætendentium, sed ad præsens de eorum creditis omni iure, & omni æquitate sunt satisfaciendi sicut instatur quam citiùs expediri tale negotium exterorum, qui suam pecuniam crediderunt huic Marchioni, nec decet eos ab vxore, & filijs debitoris parum iustè impediri.

Deo Gratias.

Obtinueru nt isti creditores ipsorum credita.

SVMMARIVM.

1 *Vsuræ vsurarum non currunt.*

2 *Arguere licet de vsuris ad interesse.*

3 *Vsuræ ad quam rationem pro centenario taxantur?*

4 *Doctores antiqui legum Interpretes excusantur circa latinitatis exquisitam intelligentiam.*

5 *Ermolaus Barbarus in hoc notatur, in reliquis commendatur.*

6 *Vsura quarè centesima appellantur?*

7 *Vsura centesima maior est omnibus alijs vsuris, & quot sunt partes illius?*

8 *Vsura vel ex conuentione, vel ex mora non soluentis debentur iuxta legum prouisiones.*

9 *Mutuans pecuniam ex ipso mutuo lucrum sentire non potest, & infra num. 16. Vnde adhoc vt lucrum acquirere valeat annuos introitus emere debet.*

10 *Interesse ex pecunia mutuata dupliciter peti potest vel ex conuentione, vel ex legis prouisione.*

11 *Lucrum ex cambijs qua ratione permittitur?*

12 *Interesse vltra illud, quod verè interfuit nullo modo debetur.*

13 *Interesse vtrum saltim ex affectione in promissionibus facti consideretur, vltra interesse bursale.*

14 *Vsuræ sunt odiosæ etiam apud Ethnicos sapientes.*

15 *Lucrum extra rem turpiter petitur, sed hoc in interesse minimè verificatur.*

16 *Lucrum ex pecunia, vel re, quæ vsu consumitur nō debetur, interesse verò tàm damni passi, quàm lucri cessantis, & num. 25.*

17 *Lucro priuare te possum, faciendo aliquid in meo, damnificare verò non possum.*

18 *Auferri à te quod tuum est, sine facto tuo non potest.*

19 *Damnum, & lucrum integrum refici debet ab eo, qui quod facere debet, non facit.*

20 *Lucrum solito negotiari refici debet.*

21 *Authoris nouus methodus circa interesse debitum, vel non debitum.*

22 *Interesse illi refici debet, qui illud passus fuit, & cuius interest, ex quo aliqua sequuntur, & num. 26.*

23 *Alind pro alio aliquando solui licet, vbi res restituenda impossibiliter restitui potest.*

24 *Interesse quando refici debet, tantum debetur quantum verè interesse passus fui, siuè quia perdidi, siuè quia non percipio.*

25 *Lucrum quando in vsuras incidit est improbatum, & ideo peti non potest lucrum vero permissum, & probatum infallibiliter petitur. Et declaratur quale sit lucrum permissum, vel non permissum.*

26 *Interesse siuè damni passi, siuè lucri cessantis*

fantis clarè probari debet. Et quomodo permittitur exactio dupli, vel quadrupli, & quid vbi sumus in incerto.

27 *Iudex ad instar legis mediam viam in ambiguitatibus, sequi debet.*

28 *Interesse tantum refici debet, quantum verè interfuit, siuè mihi pecunia promissa fuit, siuè alteri causa mei.*

29 *Interessè quando quantum sit explicitè non probatur tunc Iudicis arbitrio taxatur.*

30 *Interesse ad quam rationem pro centenario taxari debeat, & num. 36.*

31 *Lucrum certum nemo prætermisisse creditur.*

32 *Pactum de soluenda certa quantitate pro mora reducitur ad verum interesse, & sustinetur, si solitum lucrum iuxta Regni consuetudinem, non excedit.*

33 *Rex circa interesse, illud taxando, legem generaliter condere potest.*

34 *Lucrum cessans pro aliqua summa petitum non debetur, nisi solito negotiari, & probato præmanibus occasionē negotiationis adfuisse quo casu Iudex non integrum lucrum, sed minorem quantitatem taxabit.*

35 *Restitutio facienda per eum, qui aliquem promoueri impedit, vel obtinere, aliquam rem, quæ certum euentum non habet, quomodo taxetur remissiuè.*

36 *Interesse tertiarum, quarè per S. C. liquidatur ad rationem quinque pro centenario.*

37 *Interesse quantitatis minimè sicut infra ducatos centum, non debetur.*

38 *Interesse refici debet ab eo, cuius culpa euenit damnum, vnde cessante culpa, licèt tui causa patiar damnum, attamen ad interessè non teneris.*

39 *Culpa quando sit leuis, vel leuissima, grauis vel grauissima, Iudicis arbitrio relinquitur.*

40 *Venditor scire tenetur vitium rei suæ, vnde ignoranter vendens, tenetur quanto minoris.*

41 *Venditor retardans consignationem rei venditæ, vel non præuidens quæ verisimiliter præuidere debebat ad quid, & quando teneatur.*

42 *Excusatur qui culpa caret; & quando hoc dicendum sit in numeris sequentibus.*

43 *Mora ei qui semel obtulit non imputatur.*

44 *Interesse sine mora non debetur, & in numeris sequentibus.*

45 *Mora non imputatur ei, qui exceptione est tutus, vel soluendo non est cautus, aut est debitor quantitatis non liquidæ, & num. 56.*

46 *Interesse alterius interessè, an & quando debeatur? & in numeris sequentibus.*

47 *Debitum vbi verum, & certum est, nihil refert esse principale, vel accessorium ad finem producendi, vel non producendi interessè.*

48 *Debitum vbi est certum, quamuis sit ex causa interessè constituit debitorem in mora, & ex hac ratione procedit text. in l. socium qui in eo. Et non ob specialitatem, & num. 52.*

49 *Interesse tertiarum quod passim datur per S. C. ex qua ratione detur, & sic de aliis consimilibus.*

50 *Interesse alterius interesse datum fuit per S.C. in causa hic annotata.*

51 *Interesse alterius interessè quando, & quare non debetur, & quomodo intelligantur decisiones, & Doctores illud negantes.*

52 *Interessè verè debiti certitudo constare potest aliquibus modis, in quibus semper producit aliud interesse.*

53 *Interesse etiam de antefato debetur.*

54 *Incertitudo excusat à mora in quolibet debito, siuè sortis, siuè interessè.*

55 *Interesse annuorum introituum debetur vbi debitor est in mora, si verò introitus non sunt empti, quod contingit quando sors ad libitum, peti potest, tunc nullum interesse currit, nisi à die petitionis sortis, quod quia est incertum, debet liquidari, & interim aliud*

aliud intereſſe non oritur.
56 *Mora adeò debet eſſe voluntaria, quod non imputatur pauperi, qui ſoluere non poteſt, vnde intereſſe non currit.*
57 *Feudum non deuoluitur Domino ex defectu ſeruitij, ob impotentiam feudatarij cauſatam.*
58 *Emphyteuſis non deuoluitur ob canonis nō ſolutionem ex impotentia.*
59 *Debitorum calumnia excreſcerent, ſi tuti eſſent à ſolutione intereſſe etiam poſt moram inexcuſabilem propter certitudinem veræ debitæ quantitatis.*
60 *Vſura vſurarum neque ex conuentione, nec poſt ſententiam currunt.*
61 *Intereſſe vſurarum liquidatarum debetur.*
62 *Vſura centeſima quæ maior eſt omnibus impoſita eſt in pœnam reſpectu ſortis, & vti pœna non extenditur ad alias quantitates non expreſſas, quæ remanet ſub generalibus regulis diſponentibus, quando ex illis debetur intereſſe.*

ALLEGATIO XXXX.

Pro Horatio Loffredo.

In Dei Nomine Amen.



IN Anno 1580. Io. Cæſar de Loffredo obtinuit Decretum Sacri Conſilij contra cōuentum pro quibuſdam quantitatibus Et quia cōdemnatus retardabat ſolutionem cum nonnullis dilationibus, cū quibus differebat, ſicut diſtulit exequutionē vſque in præſentem diem, fuit propterea petitum per Io. Cæſarem, vt illæ quantitates nunc ſibi ſoluantur vna cum intereſſe illarum decurſo, & decurrendo vſq; ad integram ſatisfactionem, & tandem ſeruatis ſeruandis eſt factus calculus, & reuiſio calculi ad rationem diuerſarum quantitatum pro centenario, ad hoc, vt Sacrum Conſilium eligat ratam quæ ſibi iuſtior videbitur, & in hoc non immoror, quia ex deductis in proceſſu, & in calculis faciliter S.C. delibeiabit ad quam ratam pro centenario erit ſoluendum tale intereſſe, ad beneficium Horatij Loffredi dicti Io. Cæſaris hæredis.

Verumtamen pars difficultat deberi intereſſe. Eo quod ſententia præcedens condemnauerat ad capitale vna cum intereſſe liquidando, & poſtea illud intereſſe liquidauit in alijs duc.... de quibus vnitis loquitur ſubſequens decretum Sacri Conſilij de anno 1580. & ſic prætendit ab eo tempore vſque ad preſentem diem deberi quidem intereſſe ſortis non autē quantitatis liquidatæ pro intereſſe tunc decurſo, quia pro intereſſe ſolueretur a-
1 liud intereſſe contra iura dictantia non currere vſuras vſurarum l. placuit l. neq; eorum, vbi Bart. ff. de vſur. l. fin. C. eod. l. improbum C. ex quib. cauſ. infam. irrog. l. ſi non ſortem in principio ff. de condit. indebit. Ex quibus vſuris ad intereſſe
2 arguunt Doctor. vt per Ruin. conſil. 55. col. 3. lib. 2. cum cæteris, de quibus late per Rimin. Iun. in conſil. 166. nu. 15. volum. 2. Ceſal. conſil. 85. num. 8. cum ſeq. volum. 1. & per Ant. Gabr. comm. opin. lib. 3. ſub tit. de ſolut. concluſ. 10.

In quo articulo quoniam imbecillitas ingenij mei aliquando apud Doctores de hoc loquentes reperijt perplexitatem, dignabitur S. C. legere, & vbi opus eſt corrigere quid in hoc ſenſerim per alios terminos quàm Doctores hucuſq; ſcripſerint, & ad prolixitatem vitandam omittendo ſingula, in quibus, & quibus de cauſis, vt alibi ſcripſi non acquieſcebam, coarctans me ad caſum noſtrum commemoro, qualiter vſuræ centeſimæ beſſes,
3 trientes, vel ſemiſſes incognitæ fuerunt longo tempore, & grammaticis in annotationibus ad Priſcianū in libro de ponderibus, & menſuris in cap. quod incipit neceſſarium, & Doctoribus noſtris, vt per gloſ. in l. 1. in ver. ſemiſſes C. de his quibus, vt indig. & in cap. ea enim in §. hoc ius in ver. centeſimæ 10. quæſt. 2. & in c. quoniam in ver. centeſimas 47. diſtinct.

Azo

Azo in summa de vsur.nu.17.Bart.Bal.
& reliqui in l.fin.& in l. eos C. de vsur.
& alibi sæpè, quos admodum inurbane
4 irridebat Ermolaus Barbarus in castiga-
tionibus ad Plin. lib. 14. c. 1. in secunda
editione, qui tamen potuisset in hoc ve-
tustiores legũ interpretes excusatos ha-
bere; Tum quia, vt Bud.fatetur in l.in
comites ff. ad l.Iul. repetund. non inge-
niorũ tarditas quæ summa illis eximiaq;
fuerunt, nec rerum incuria ad quas per-
cipiendas summo studio incubuerunt,
sed temporum iniuria ob præcedentes
barbarorum inundationes Germanam
Romani eloquij intelligentiam obscura-
uerat. Tum etiam quia temporibus iam
felicioribus ipse met in prima editione
in eundem errorem inciderat, & minus
5 excusabiliter. Nã legebat vsuras semisses
appellari modicas, & ipse contra omnem
verisimilitudinem interpretabatur quin-
quaginta pro centenario, & magis excu-
sabilis erat error nostratum ex his quæ
concinnè tradit Socc.in l.si hæres in §. si
Reipublicę ff. ad l.falcid. Debemus tamen
Ermolao, qui in secũda editione se cor-
rigens ponderat Luc.Columell. in lib.4.
6 de agric.c.3.& inde elicit vsuras centesi-
mas esse duodecim pro centenario, sic di-
ctas, quia vt plurimum antiqui mensatim
stipulabantur vsuras, vt in l. publia §.1.
ff.depos.in l.cum stipulati ff.de verb.ob-
lig. quas menstruas appellabant, vt in l.le-
cta ff.si cert.petat. quare centesimæ dice-
bantur vsuræ; quæ centesimo mense sor-
tem adequabant, vnde post menses duo-
decim, & sic post annũ soluebantur duo-
decim pro centenario, & hæc est vsura
cẽtesima, quæ & colligi posset ex §.vnic.
in auth. de vsur. nautic. Ad quod multa
postmodum addiderunt Gugliel.Bud.in
lib.1.de asse Alciat.in l.1.§.siquis simpli-
citer ff.de verb.oblig.Cagnol.& Hieron.
Groslut.in l.lecta si cert.petat.ille col.3.
Hic. col.1.nu.5.Tiraq.de retract.lignag.
§.1.glos.6.num.28.Briss.de verb.signif.
lib.19.vers.vsurarum autem.
Hæc vsura centesima maior est omnibus l.
7 qui sine vsuris in ver. maximas vbi glos.
ff.de negot. gest. siquidem cœteræ sunt
partes illius videlicet besses, duæ partes
illius, & sic octo pro centenario semisses
medietas, trientes tertia, & sic de singulis
iuxta computationem text. in §. hæredi-
tas instit.de hæred.instit. prout colligitur
in l.eos C.de vsur. declarat Socc. in d.§.
si Reipublicæ num.3. & 4. moderni in
tract.de vsur. nempè Lupus in cõment.j.
§.3.num.21.Hottom.in lib.1.cap.9.
Currebant autem vsuræ altero de duobus
8 modis, vel ex conuẽtione, puta ob pecu-
niam mutuatam, & tunc statuebatur vsu-
ra maior, vel minor pro qualitate nego-
tij, & personarũ, vt in d.l.eos, & in auct.
ad hæc eod. titul. & in d. auth.de usur.
naut.& in l.1.& 2.ff.de naut.fenor.& in
l.si ut proponis C.de edific.priuat.& ui-
cem mutui obtinebat etiam pecunia de-
bita, & relaxata debitori sub usuris do-
nec soluatur ut in l.cum stipulati sumus
ff. de uerb.oblig. Vel & secundo statue-
bantur usuræ ab ipsa lege ob moram nõ
soluentis, & similiter statuebantur maio-
res, uel minores iuxta qualitatem nego-
tij, aliquando uidelicet centesimæ, ali-
quando besses, & aliquã do plus, uel mi-
nus, ut in l.fin.C.de usur. rei indic. & in
l.non existimo ff.de administr.tut. iunct.
l.qui sine ubi glo.ff.de negot.gest.in l.1.
C. de his quib. ut indig.& in auth. hoc
ius porrectum C.de sacros. Eccles.
Ex his liquere incipit differentia lucri quod
nostris temporibus peruenit ad credito-
res, siuè ex conuẽtionibus, siuè ex legum
9 dispositionibus: nam in contractibus mu-
tuum damus nihil inde sperantes, opor-
tet autem qui lucrum desiderat emere
introitus, ut declarat Pręs.de Franch.de-
cis.254. num.11. & hoc cum translatio-
ne dominij, & cũ alijs requisitis in Bulla
Summi Pontificis Nicolai, alias qui cre-
ditor est in pecunia nullum speret emo-
lumentum cap.consuluit de usur. decla-
rat Rom.consl.238. Azo de usur. nu.20.
Host.col.2.Diu.Thom.in 2.2.quæst.78.
artic.1. Sed è contra quia iniustum esset
10 creditorem pati interesse ob debitorem
non soluentem, idcircò emendatur inte-
resse,

resse, siuè ex promissione legis, ut infra dicetur, siuè ex conuentione, nunquam tamen quasi lucrum ex pecunia, sed quasi
11 refectio interesse: Nam & lucrum quod ab vno percipitur ab alio promittitur, vel soluitur in cambijs, non permittitur ratione pecuniæ, sed ob impensas in ministris, ob labores in exercitio, & ob periculum in decoctionibus, quas considerationes iuxta loci, & temporis consuetudinem si lucrum excederet, esset iniustum, neque permissum, prout declarant omnes Theologi, de quibus per Caiet. in tract. de cambijs, qui est impressus post Diu. Tho. in prima secundæ Sum. Angel. in ver. vsura il primo §. 14. col. 3. Sot. de de iust. & iur. lib. 6. quæst. 8. art. 2. Sum. Siluest. in vers. vsura quæst. 4. & similiter Doctor. nostri, vt per Bald. in rubr. C. de constit. pecun. num. 1. & cons. 328. vol. 1. & 447. nu. 11. vol. 5. Sal. in auth. ad hæc q. 11. C. de vsur. Alex. consil. 61. nu. 13. vol. 2. Rota Genuæ in decis. 1. num. 27. & decis. 37. num. 11. Ludou. à Peguer. in quæst. crimin. cap. 33. num. 1. & 4. Ioan. Lopez in repet. c. per vestras §. 9. nu. 13. de donat. int. vir. & vxor. & Io. Bapt. Lup. in tract. de vsur. comment. 3. ad cap. nauiganti §. 2. num. 26.

Similiter conuentio, vt debito non soluto
12 aliquid soluatur, vel nomine pene vel ꝑ interesse, vel sub quouis quæsito colore penitus reijcitur vltra id quod verè interest, prout Doct. omnes in l. cum allegas C. de vsur. nempè glos. in final. verbis Dyn. in principio Cyn. num. 4. Bald. in quinta oppos. Sal. num. 10. & 15. Alber. num. 1. in fin. Alex. consil. 44. nu. 17. & cons. 49. & 50. vol. 4. & in l. stipulatio ista §. alteri ff. de verb. oblig. & in l. promissis C. de transact. vbi adfert Butr. Fulgos. Paul. & reliquos ante se, & postea Ias. ibi, & in §. omnes autem, instit. de action. num. 13. & 14. Canonist. in c. fin. de vsur. quorum meminit Socc. in consil. 130 num. 9. vol. 4 cum cœteris, de quibus latè per Dec. cons. 39. num. 5. & per Hieron. Cagnol. in repet. l. curabit num. 53. cum multis sequent. C. de act. empt. & per Ioan. Plot. in l. si quando
13 num. 247. C. vnde vi. Et licet aliqui hoc limitauerint in promissionibus facti, ex distinctione glos. in d. l. cum allegas, vbi Doctor. & Canonist. in c. dilecti de arbit. quia tunc vltra interesse bursale videtur etiam considerari interesse affectionis, vel commoditatis, ad quod videtur mihi text. aureus in l. seruus ea lege ff. de seru. export. tamen receptior est opinio, vt & tunc liquidetur verum interesse, ne fortè incidamus in vsuras sic intelligo glos. in l. cum allegas, quæ post distinctionē adhuc ex nouo dubio vsurarū in fin. verb. simpliciter declinat ad verū interesse, & tradunt Io. de Lign. Laur. de Rod. Io. de Anan. & cæteri, de quibus latè per Alex. in consil. 51. vol. 4 Afflict. decis. 135. vbi hoc seruari testatur etiam de stylo Sacri Cōsilij. Adeo respuunt obseruanter Christianæ aures hoc nomen vsura præsertim post Concil. Nic. cap. 18. de quo in cap. quoniam, vbi glos. 47. distinct. & glos. in auth. de Ecclesiast. tit. in princ.

Imò (& hoc rogo ponderetur pro eo quod dicetur inferius) inter nonnulla quæ solummodò ex lumine iuris naturę cogno-
14 uerunt gentiles conformia iuri diuino, vsuras quoque intellexerunt admodum non licere. Etenim Plato in Hippar. lucri cupidos appellat eos, qui lucrum quærunt, vnde non est fructus, quod naturæ repugnat, ac si fructum quæramus ex planta celibe. Clarius autem Arist. in primo Polyt. cap. 7. lucrum ex pecunia reijcit tanquam naturæ repugnans, non enim ex pecunia fructū percipimus, salua rei substantia, sicut ex fundo non commoditatem sicut ex domo, & similibus rebus, quæ adhuc remanent sed pecunię vsus est eius consumptio, sicut tritici, vel vini, & proinde dum restituitur tantundem, si quid super additur est præter naturam, cum nō possit carpi ex re in contractu deducta. Ex quibus (subdit Arist.) valdè rationabiliter, tale lucrum dicit odiosum, id quod iura, & Doctor. nostri simi-

similiter affirmant vsuras etiam permissas dici odiosas, vt declarat Minad. in decis. 17. versic. Et probatur per text. in l. Improbum cum simil. C. ex quibus caus. infam. irrogat. & omnes prædicti tractantes de vsuris hoc præmittunt quasi principium, quod vsuræ sunt odiosæ. sicut cum effectu legētes totum tit. ff. & C. de vsur. præsertim in l. eos, & in l. fin. aduertimus quod Legislatores inuiti, & ferè coacti huc deueniunt, vt aliquando permittant vsuras, & D. Thom. in 2.2. q. 78. art. 1. in resp. ad tertium clare docet quod lex ciuilis agnouit huius lucri improbitatem, licèt inuita hoc aliquando permiserit ad sustinendos quosdam contractus. Idemque agnouit Azo. in summa. de vsur. in finalibus verbis subdens nunc omnes reijci, de quo vt iam diximus non dubitatur, sed fundare volui quod etiam ius ciuile nauseabat super vsuris illasque in conformitatem Aristotelis odibiles iudicabat.

Vlterius ex præfato discursu intelligere
15 opinor quid sibi velint Doctor. improbantes peti, quæ veniunt extra rem, vt per Bar. & cœteros in l. si sterilis §. cum per venditorem ff. de action. empt. quòd quidē sic simpliciter intellectum est falsissimum. Quid enim magis extra rem quam eleemosinæ, & similia quæ adhùc deberi notat glos. in cap. si Canonici in uer. occasionem de offic. ordin. in 6. eodemq; modo ob tignum vitiosum, petitur pretium domus dirutæ, quæ est extra tignum, & ob pecus morbosum soluitur interesse cæterorum animalium, quæ ex grege perierunt l. Iulianus in princ. eod. tit. & ob pecuniam non suo tempore restitutam debetur pœnā soluta, uel pignus distractum l. nummis ff. de in lit. iurand. & huiusmodi iura sexcenta repetiuntur, quæ ut Doctor. concilient multas adferunt diuinationes, & distinctiones, in quibus tenue iudicium meum nō acquiescit, sed breuiter & faciliter acquiesco, dum obseruo hæc omnia procedere in lucro, quod quidem improbatur extra rē tanquam naturæ repugnans, ut modo diximus, & de lucro agitur in iuribus considerantibus differentiam in re, uel extra rem. At uero emēdatio eius quod interest, longè diuersam habet rationem, ut mox dicetur in uers. sunt tamen casus, ubi & interpretabimur tex. in §. cum per uenditorem, qui loquitur de interesse.

Itaque (ad casum nostrum accedendo) sicut
16 prædicta lucra captanda ex pecunia, & similibus rebus, quæ vsu consumuntur iura omnia abhorrent, sic è contra eius quod interest integram emendationem quoquomodo faciendam iura cuncta præcipiunt, vt per Theologos relatos in prædictis summis in ver. interesse, & in verbo restitutio, siuè emendatio post D. Thom. in 2.2. q. 62. per totam Arist. in 5. Ethyc. cap. 3. 4. & 5. Ciuilistæ omnes, & Canonistæ in l. vnic. C. de senten. quæ pro eo quod interest, vbi glos. in finalib. verbis, & in l. 2. ff. de eo quod cert. loco, latè Bald. in l. 1. num. 4. C. de summ. Trinit. & fid. Cathol. Anchar. in cap. peccati venia de reg. iur. in quæst. 6. & ibi Abb. col. 2. & 3. Inn. in cap. sacro de sent. excom. num. 10. Io. Andr. in cap. nauiganti de vsur. cum cæteris, de quibus latè per Dec. in cap. cum venerabilis de exceptio. nu. 14. vbi ex communi opinion. dicit hoc intelligi de emendatione interesse, tàm damni passi, quam lucri cessantis, & in hoc facere differentiam quasi puerilē irridet Alex. in l. cum quidam in princip. ff. de acquir. hæred. nam & damnum est lucro priuari vnde vtroque casu dari restitutionē comprobat latè Couar. variar. resolut. lib. 1. cap. 5. num. 1. & 2. Et circa prædictam emendationem sunt iura clara in l. vnica §. & hoc C. de sent. quę pro eo quod interest in l. vēditor ff. de euict. in l. 3. §. fin. ff. de eo quod cert. loc. cum cæteris relatis per glos. in dicto §. cum per venditorem in verb. ęstimandum circa medium in vers. Sed specialia, quæ glosa est obscura, & vt percipiam in quo non approbatur à Bart. Aduerto quod

glosa prius adfert iura concordantia, quæ, etsi videtur similia in dispositione, quia prouidēt circa damnum, non circa lucrum, tamen series quæstionum, super qua dispositiones fundantur est longe diuersa. Nam in illis iuribus agitur de
17 prouisione circa præiudiciū, quod oritur alicui ex facto meo, dum facio, quæ mihi licent, puta, altius tollo ædes meas, vel effodio in solo meo, & dicunt Iurisconsulti, quod si ex hoc aufero tibi lucrum, tu non debes conqueri eo quod vtor iure meo, si tibi facio damnū rectè conquereris, & est ratio: Namq; eo ipso
18 quod te damnifico auferendo quod tuū est facio ego quod mihi non licet: quia quod tuum est absque facto tuo auferri non potest l. Id quod nostrum ff. de reg. iur. & sic procedunt text. in l. fluminum §. fin. & in l. Proculus ff. de damn. infect. & in l. 1. de aqu. plu. arc. cum reliquis ibi per glos. adductis qui omnes loquuntur de præiudicio quod tibi oritur, dum ego facio quod mihi licet. Nostra autem materia, de qua etiam in §. cum per venditorē, est de præiudicio, quod tibi oritur, dum ego non facio quod debeo, quia nō solui tempore debito, & tunc omnia iura supra relata, & omnes Doctores dicunt esse reficiendum, & in damno, & in
19 lucro cessante, & in hoc conuenit eadē glos. in fin. dum affert text. in l. vnic. C. de sent. quæ pro eo quod inter. sed dicit glos. hoc esse de iure C. & omnia iura per eam adducta in digestis dicit esse specialia, & in hoc notatur à Bart. qui in d. l. vnic. num. 24. & 25. optimè docet idem esse de iure digestorum, & sic procedere omnia iura allegata per glos. tex. autem in §. cum per venditorem, inquit Bart. quod procedit propter incertitudinem, quia non sumus in solito negotiari, & licet illum textum inferius aliter intelligemus, tamen secundum vtramque intelligentiam est casus specialis, & regula est in contrarium, & in hoc Bartolum sequuntur ibi Bald. & Salyc. Nam in solito negotiari omnes firmant deberi etiā

20 lucrum cessans, vt in iuribus, & Doctoribus supra relatis cum cæteris quoque additis per Dec. in consil. 321. num. 5. & 6. & in dicto capit. cum venerabilis num. 14. & per Rotam Genuæ in decis. 134. in fine. Immò Aret. in consil. 9. num. 2. aduertit hæc omnia procedere expeditius de Iure Canonico ad exonerandam conscientiam eius, qui adamussim reficere debet quicquid sui causa quomodolibet alterius interest, Vt etiam Alexand. consil. 141. num. 2. volum. 5. & consil. 172. num. 22. volum. 6. & in l. diuortio num. 25. vbi Apostilla ff. solut. matrim. & multos affert Ant. Gabr. comm. conclus. lib. 3. in titulo de solut. conclus. 10. latè Couar. in lib. 3. variar. resolut. cap. 4. in principio, & in final. verbis.

Hæc omnia quo ad regulas constituendas de plano procedunt. Verum vt exinde descendamus ad casus particulares, non mediorem reperio difficultatem ob Doctorum varietates, qui casus hinc inde diuersos diuersimodè decidunt, neque eos, certis regulis perstringunt. Qua de re opinabar aliquando posse eorum doctrinas breuiter, ac certo methodo claudi sub tribus capitibus, videlicet, vt intelligamus Primo cui est facienda talis emendatio. Secundo quid
21 est, quod emendari debeat. Tertio à quo emendatio facienda est. Atque vtinam quo ad hanc materiam Iurisconsultorum scripta integra nobis essent, legeremus fortè prima principia, ex quibus eorum discursum protraxerunt, & illis cognitis, quid ipsi voluerint postea, & quo itinere ad similia decidenda nobis incedendum esset agnosceremus faciliter, sed quando sic decurtata sunt apud nos, dum in eorum fragmentis reperio decisiones diuersas, & latent meæ rationes fundamentales ex quibus illi sua responsa deducebant, oportet rationes illorum radicales sic inquirere, vt ex illis pateat responsa quę legimus congruè deriuari.

Primo ergo propoſui intelligere cui talis emendatio facienda eſt. Et breuiter reſpondet Ariſt. in 5. Ethyc. cap.4. quod illi facienda eſt, qui patitur intereſſe, & non alij,quod & gloſ. aduertit in l. liber homo la ſeconda §.fin. in ver. Incerti ff. de verb.obligat.quare etiam non dominus pro eo quod legitimè ſua intereſt rectè agit l. cuius interfuit cum duabus ſequentibus ff. de furt. & è contra, qui agere poſſet, adhùc non agit,dum aliunde ſibi eſt conſultum, quia iam ſua non intereſt l.ſi cui ff.eod. & vtrumque clarè ponitur in l.ſequenti, quæ incipit eum qui in §. Idem ſcribit nec obſtat quod aliquando ſoluitur aliquid non ſolum intereſſe paſſo,ſed & fiſco, qui damnum paſſus non eſt,vt in l.agraria,vbi Bar.declarat ff.de ter.mot.quod eſt generale in pœnis pecuniarijs ex delicto: Nam illud eſt, quia vltra damnum partis lęditur authoritas ſuperioris, cuius lęſionis emendatio ſtatuitur aliquando per pœnam corporalem, aliquando per pecuniariam,prout Legiſlatori viſum eſt congruentius, vt patet ex diſcurſu legum pœnalium,& declarat D.Thom. in 2.2.
23 quæſt.62.artic.5. Nec nouum eſt aliud pro alio reſtitui arbitrio boni viri, vbi eſt impoſſibilis reſtitutio eiuſdem rei in indiuiduo, vel etiam in ſpecie, vt ibidem Diu.Thom. in artic.2. in reſpon. ad primum.

Secundo propoſui quid eſt,quod emenda-
24 ri debeat, & Ariſt. in loco prædicto, & in cap. ſequenti docet integrum intereſſe refici oportere de æqualitate iuſtitiæ, Itaut ſicut pro numero cētenario oportet dinumerari centum, & vno addito, vel detracto, centenarius numerus corrumperetur, ſic vera eius quod intereſt reſtitutio non fit, ſi vnus obolus minuitur vel augetur, quodquidem in effectu inquit Imperator, in l. vnica de ſentent. quæ pro eo quod intereſt ibi, & hoc quod re vera eſt damnum hoc reddatur. Ex quibus aduertimus quomodo intelligendi ſunt termini eorum,qui in reſtitutione eius quod intereſt,diſtinguunt inter lucrum non adeptum, & damnum paſſum,& iterum inter lucrum ex re vel extra rem,vt per Innoc. in c.ſacro de ſent. excom.num.10. in verſ. Alij autem cum cæteris prædictis,quæ omnia ſunt conſiderabilia in probatione, & liquidatione veri intereſſe,vt infra dicetur, ſed quando intereſſe eſt bene probatum,nonne eodem modo intereſt decem non percipere,vel decem refundere. Certè vtroq; modo decem non habeo,quæ haberem, & vtroque modo damnum ſentio, vnde cum præcepiſſet Imperator in d.l. vnica damnum reddi, ſtatim ſubiunxit hoc intelligi, ſiuè in eo, quod perditur, ſiuè in eo quod non percipitur, & hoc latè ſupra fundauimus. Eodemq; modo conſideratio intereſſe lucri ceſſantis ex re vel extra rem,non cadit in themate noſtro, in quo æqualitas iuſtitię vult ad vnguem omnia reſtitui,& inter alterutrū non poteſt conſiderari ratio differētię,dū vtroq; modo mea intereſt. Sed ratio radicalis huius doctrinæ eſt, quia etſi iura emendāt etiam lucrum non perceptum,quod percipi potuiſſet, hoc intelligitur de eo, quod legitimè percipi potuiſſet, & quia lucrum extra rem non legitimè percipitur,vt ſupra declarauimus. Idcircò huius lucri non habetur ratio,quia non dicitur poſſe, quod legitimè nō poſſumus Clement. ſæpè de verbor. ſignif. vt optimè decidit Alex.conſ.210.num.11.vol.7.

Hæc ergo cognitio reincidit in cognitio-
25 nem eius quod ſupra diximus de lucro permiſſo, vel non permiſſo, & propterea non peteretur lucrum ceſſans ex vſura, & ſimilibus, ſed lucrum probatum, & permiſſum petitur infallibiliter, neque dicitur lucrum improbatum (ſicut aliqui Doctores æquiuocant) niſi quando incidit in vſuras, eo modo quo diximus.Nā alias quamuis ſit extra rem,non tamen percipitur quaſi ex re ſicut in vſura,ſed percipitur ex negotiatione, licet occaſione rei,ſicut in mercimonijs, & ſimilibus negotiationibus permiſ-

promissis, in quibus vltra rem adest, & labor, & industria, & periculum, & id genus cætera quæ faciunt lucrum permissum, & de tali lucro extra rem reficiẽdo, loquuntur text. clarissimi in d.l.3. in fin. ff. de eo quod cer. loc. & in c. si Canonici in ver. occasionem vbi glos. de offic. ord. in 6. & sic procedunt omnes Doctores supra relati, qui in solito negotiari emẽdari volũt lucrum cessans etiam ex cambijs, & mercantijs.

Dixi ergo emendationem fieri debere ex æqualitate iustitiæ, & proinde nihil minus, vllo modo, vt dictum est, sed & nihil 26 magis, vt declaratur per eosdem. Nec obstat quod aliquãdo redditur duplum, aut plus, vt in l.1. §.1. cum concord. ff. de pos. quia sicut declarat D. Thom. in dicta quæst. 62. art. 3. quod excedit interesse bursale datur in recompensam iniuriæ ex contemptu, vel ex violentia, sicut supradictum est de contemptu superioris. Inquit enim Arist. in loco prædicto quod qui talia facit, iniquè agit, & Iudex ad æqualitatem perducit, prout potest.

Item dixi quod interesse siuè damni passi, siuè lucri non habiti debet clarè probari ex reg. l. fin. C. de probat. cum alias actore non probãte, &c. Et in his terminis loquitur Dec. conf. 489. n. 11. & 539. n. 10 Afflict. decis. 284. Hinc est quod damnũ passum liquidè exigitur, quia statim constat quod ego soluerim, vt supra dixi; Si verò adesset incertitudo, tunc prouidet lex, prout melius potest taxando certam quantitatem, & sic procedit l. vnica in principio C. de sent. quæ pro eo quod interest, idemque facit in lucro incerto, vt in d.c. si Canonici qui ad hoc est au-27 reus, vt infra dicam. Et Iudex similiter exemplo legis in huiusmodi ambiguitatibus taxat aliquod medium, qui etiam est sensus Arist. modo citati, cum dicit quod Iudex ad æqualitatem perducit, prout potest, declarat D. Thom. in dicta quæst. 62. articulo secundo in respon. ad primum.

Ex quo fortasse intelligo text. in l. liber homo §. fin. ff. de verb. oblig. qui est difficilis, quoniam aliqui volunt exinde colligere differẽtiam respectu interesse, si promittitur quãtitas mihi, vel alteri mei causa, quasi primo casu sit pecunia. Secundo sit factum cui succedit obligatio ad interesse ex regula l. stipulationes non diuiduntur in vers. Celsus eod. tit. Sed talis intelligentia sustineri non potest, quia si loquimur de lucro vltra id quod interest (supposita etiam differentia antiquorum quam nos reijcimus circa exactionẽ pœnæ in promissione facti, & non in promissione quantitatis) sicut non possumus hoc exigere ex mora eius quod est soluendum mihi, nam incideremus in vsuras, vt supra dixi. Ita idem est in eo quod mei causa soluendum est alteri, quia esset aperire viam fraudibus ad supponendum 28 alium loco mei quod in specie euenisse apud Romanos testatur Liu. Decad. 4. lib. 5. inquiens quod cum multis fenebribus legibus constricta auaritia esset, via fraudis inita erat, vt in socios qui non tenerentur ijs legibus, nomina transcriberent, & propterea vtroque casu solum exigitur quod verè interest, vt optimè declarat Bal. in l. cum allegas C. de vsur. num. 11. 12. & 13. sequitur Alber. nu. 2. & Roman. in l. stipulatio ista § alteri de verbor. obligat. Si vero loquimur de eo quod interest, millies diximus quod exigitur ex mora etiam in promissione quãtitatis, ad quod est text. ad literam in l. nummis ff. de in lit. iur. quare talis distinctio sustineri non potest, & Iurisconf. in in illo §. fin. non facit aliud, nisi declarare obligationem certam, vel incertam ab initio; & dicit quod promissio mihi est certa, alteri est incerta, quia potest meã non interesse, vel interesse parũ, vel multum, Sed quando ex post facto propter moram constat quod interfuit tunc ex hac noua causa illud emendatur, siuè alteri solui, vt in dicto §. final. siuè, vt mihi soluatur sit facta promissio, vt in dicta l. nummis. Nec certè potest in hoc consi-

derari solida ratio differentiæ,sed vtroq;
casu emendatur integrum interesse, si
29 clarè constat.& si non constat explicitè,
taxatur arbitrio Iudicis,vt dictum est. Et
firmant etiam Hostien.in summ.de vsur.
in §.an aliquo casu, Canonist. ferè om-
nes in cap. salubriter de vsuris cum cæ-
teris de quibus per Alex.cõs.141.nu.3.
vol.5.& clarius cons.77 nu.13. vol.6.
Idem quod dixi in interesse ob damnum
passum procedit in interesse ob lucrum
30 non adeptum: Nam si clarè constat,re-
ficitur integrè,vt supra fundauimus, ex
quo oritur, quod dũ in hoc Regno pas-
sim vsu receptæ sunt emptiones ad ra-
tionem septem, vel octo in circa pro cẽ-
tenario cum personis diuitibus, & etiam
cum Regia Curia,aut cum fidelissima Ci-
uitate tale interesse lucri cessantis ex mo-
ra debitoris passim reficitur de stylo Sa-
cri Consilij absq; alia probatione, & est
doctrina punctualis. Alex.in consil.172.
num.20.vol.6.post Cyn.&Bar.per eum
relatos,& Canonist. in c. salubriter,& in
cap.conquestus,vbi glos.& Abb.num.6.
de vsur.& hoc voluit Afflict.in decis.20.
dum distinguit inter lucrum certum, &
incertum, & cap. decis. 19. numer. 8.
Idemque seruandum erit in alijs Mundi
partibus in quibus est in vsu aliquod
eiusmodi lucrum certum absque impen-
sa, labore,& risico,vt in iuribus Hispani-
31 cis, & similibus, quæ lucra certa nemo
creditur prætermisisse ex regula l. cum
de indebito ff.de probat. declarat Alex.
in dicto cons.172.num.22. Vnde,& pa-
ctum de soluenda certa quantitate pro
32 mora reducitur ad verum interesse, vt
supra firmaui,sed sustinetur,si non exce-
dit solitum lucrum, iuxta Regionis con-
suetudinem,quia hoc mea interest quod
lucrarer,vt pulchrè Bald.in l.1.num.38.
vers.Tertio quæritur C. de his quæ pœ-
næ nom.Dec.in dicto cap.cum venerabi-
lis ante num.15.in vers. putarem, & per
Couar.var.resolut.lib.3.cap.4.in octaua
illatione,& sic est rationabilis nostra cõ-
suetudo, quæ incipit viro mortuo; vbi
statuitur interesse pro dote,cuius memi-
nit Afflict. decis.284. in principio quod
non aduerterunt Imol. & reliqui relati
per Capyc.in decis.65.num.12. quia ta-
xat lex quod posset pactum pro interes-
33 se,vt ibi Capyc. num.5. & in fin. decis.
quam recompensationem etiam consi-
derauit Bald.in l.1.nu.14.C. de summ.
Trinit. & fid.Cathol. in vers.aut est lex:
Nam & generaliter potest Rex legem cõ-
dere circa interesse illud statuendo ad
rationabilem quantitatem pro centena-
rio,vt per Couar.in lib.3.variar. resolut.
cap.9. num.6.Pinell.de rescind. vendit.
par.3.cap.vltim.num.35. Velasque de
cens. Hispan.cap.28.num.2.Quæ autem
magis communiter dicatur rationabilis
quantitas pro cẽtenario in redditibus per-
petuis,vel redimibilibus,vel advitã habe-
tur per Couar.in dicto cap.9.& 10.Gut-
tierez in 2.pract.quæst.171.Gaspar Ro-
der.de Ann.redit.lib.1.quæst.5.titul.6.
Velasq.vbi supra cap.27.32.& 33.
Si autem petitur maius lucrum puta ad ra-
tionem cambiorum,vel ex mercimonijs,
34 quç negotiationes non ita passim vsitan-
tur ab omnibus,tunc necesse est probare
se solitum taliter negotiari, & quod illa
negotiatio fuisset præmanibus, vt decla-
rat Dec.in l. diem functo num.8.ff. de
offic. assess. & in dicto num.14. versic.
Et hoc verum Afflict. in dicta decis.20.
post Bart.& Castr.in l.3. §. final.ff. de eo
quod cer.loc. & in l.vnic.C.de sent. quç
pro eo quod interest col.fin. cum cæte-
ris,de quibus latè per Couar. variar. re-
solut.lib.3.cap.4.vers.quod si Cæsarum.
Et nihilominus aduertendum est quod
post omnes præfatas probationes adhuc
non taxabit Iudex integrum lucrũ quod
percipere solitus erat, quia quicquid
probetur non potest tale lucrum proba-
ri in actu, sed in potentia, quæ vt redu-
catur ad actum requirit industriam,& la-
borem,& fortè impensam,& pericula,ex
quibus sicut diximus in damno incerto
similiter taxabit Iudex pro maiori lucro
incerto minorem quãtitatem certã iuxta

pulchrum

pulchrum text. paulò ante mentionatum in cap. si canonici in §. si autem iuncta glos. in ver. occasionem de offic. ordin. in 6. declarat D.Thom.in 2.2.quæst.62. art.4.per totum Paul. de Castr. in l.non vtique §.nunc de officio ff. de eo quod cer.loc. qua ratione monetur Afflict. in dicta decis.20.& Dec. consil.322. nu.5. in fin. ad quæ sunt pulchra verba Arist. in 5.Ethyc.c.4.dicentis quod ius emendatiuum medium tenet inter extrema incerta.

Ex hac incertitudine oriuntur seriosi discur-
35 sus inter Theologos de restitutione facienda per eum qui impedit aliquē promoueri, vel aliquid obtinere, vel si male distribuitur,& sic de singulis quæ non habent certum euentum nec certam æstimationem,ita quod insudant in adequādo incerto cum aliquo certo,vt latè per Caiet. ad D.Thom. in dicta quæst.62. & ferè per omnes Summistas in ver. Interesse, & in ver. restitutio, & hinc opinor
36 quod fundatur stylus Sacri Consilij liquidantis interesse tertiarum ad rationē quinque pro centenario quod videtur esse sine ratione,quia aut non debetur, aut si debetur esset liquidandum iuxta communes emptiones introitū, vt modo dixi,sed meo iudicio præoculis habet Sacrum Consilium quod creditor in notabili summa tertiarū si grauatur aliquo ære alieno,quod exoluisset cum illis tertijs decens est sibi solui integrum interesse quod pro illo debito passus est, & tales decisiones videmus in dies,& sic procedit illa decisio mentionata per Franc. in decis.254. num.12. cum reliquis relatis per Io.Vinc.de Anna in sing.261.

Si vero non passus est tale interesse, sed perit lucrum cessans, tunc præoculis habet S. C. quod nō ita passim de tertijs fiunt nouę emptiones,sicut de sorte principali,vnde cū simus in dubio,vel quod fortè nihil emisset,sed illas tertias consumpsisset, vel quod fortè emisset vsque ad rationem decem pro centenario iuxta permissiones pontificias inter duo extrema Sacr. Consil. eligit medium taxando tale interesse ad rationem quinq; pro cen-
37 tenario. Pro modica autem quantitate infra ducatos centum non taxat interesse, quia ferè nunquam fiunt emptiones tam modicæ quantitatis,vt per Vrsill. ad Afflict.decis.291. num.6.

Tertio & vltimo proposui intelligere à quo facienda est talis emendatio, & breuiter respondet Arist. in locis prædictis ab eo fieri,cuius causa damnum patior. Ipse
38 enim, qui iniquè in hoc egit ad æqualitatem perducet per emēdationem,quod & iura nostra statuunt in l.2. ff.ad l.rod. de iact.in l.lecta.vers.Non enim ff.si cer. petat. cū reliquis de quibus per Couar. variat.resol.lib.3.cap.4. col.2. vers. Deinde,& concinne D.Tho.in d.quæst.62. art.6.vbi declarat diuersitatem emendationum pro diuersitate culpæ sicut clarius hoc habemus in iure nostro: Nam si nulla adest culpa quāuis tui causa damnum sentio,tu ad nihilum teneris, vnde casum fortuitum excipit lex in depositis, & etiam in commodatis,vt per Azo.in summa vtriusque rubricæ ibi num.21. & 22. hic nu.17. pro dolo autem fit emēdatio etiam in duplo, vel quadruplo, vt dictum est, & hæc duo extrema faciliter dignoscuntur. Mediæ vero sunt cognitu
39 difficiliores, & quia diuersæ sunt iuris prouisiones quando culpa est leuis, aut leuissima,vel grauis,aut grauissima oportet prudentem Iudicem pro suo iudicio hos gradus dijudicare,vt per Azo.in dictò num.6. cum præcedentibus Ias. in l. si mora cum simil. ff. solut.matrim.

Sunt tamen casus aliqui à lege decisi, quo-
40 rum exemplo ad reliquos procedendū est nobis, vt ecce culpa est ignorare vitiū rei nostræ,& proinde tenemur ex venditione quanto minoris l.Iulianus, ff. de action.empt. sed maior est culpa tacere quod scimus,& proinde idem tex.inquit
41 teneri ad totale interesse,debuit enim præuidere quod ex tigno vitioso domus ruet, vel quod ob solutionē retardatam deuenitur ad pœnas, & ad pignorum distra-

distractiones, quæ omnia refici dicit ibi Iurisconsult.& in d.l.nummis, & d.l. liber homo cum concordantibus. Si autē eueniret alius casus valdè inopinatus, puta quod ob triticum,non suo tempore mihi consignatum, seruus meus fame interrijt,vtique excusaris quod rem adeo
42 extrauagantem non præuideris nec culpa caret Dominus non affetens seruo cibum necessarium qui cunctis brutis non deficit,& ideo non teneris,vt in l.si sterilis in §.cū per venditorē ff. de act. empt. qui tex.meo iudicio cum reliquis supradictis aliter non conciliabitur.

Excusatur igitur, qui culpa caret,vnde mo-
43 ra nō est in eo qui semel obtulit,vt l.acceptam C.de vsur.& in l.si mora,& in l.
44 semel mora ff. solut.matrim.& sine mora non posse deberi interesse notatur in l.mora per illum text. ff.de vsur. in l.lecta ff.si cert.petat.Couar. variar. resolut, lib.3.cap.4.col.2.Crauet.cons.87.nu.5. & consil 232. num.4. Surd. decis.262. nu.5.Rot. Genuæ decis.86.nu.4. Gabr, com.conclus.in tit.de solut.conclus.10. num.6.Bursconsil.456.num.26. vol.4. Ita vt neque per pactum fieri possit contrarium,vt per Io.Bapt.Lupum in repet. l.curabit §.6.nu.9.& 13.C.de act.empt. Item in eo,qui est tutus ex.cept.vt in d.l. lecta vers. non enim.Item in eo, qui soluendo non est cautus,vt in debitore pupilli,& similium non habentium personā legitimam l.cum quidam §. si pupillo ff. de vsur.& huiusmodi exempla habemus in iure quamplurima,inter quæ (pro eo quod attinet ad casum nostrum) clarum est non esse in mora debitorem quanti-
45 tatis non liquidæ. Excusatur enim qui ignorat quid soluere debeat,& per consequens donec liquidetur, non dicitur esse in mora,nec tenetur ad interesse, vt per Doctor.in l.Insulā ff. de verb. oblig. & in dicta l.vnic.C. de sent. quæ pro eo quod inter.Castr. in d. l.3.in fin. de eo quod cer.loc. & latè Bart. Veronens. in sua cautela 27. quæ incipit nota quod vbi,&c.

Et hinc faciliter distinguere possumus in
46 ista magna quæstione an debeatur interesse alterius interesse, in qua Doctores non modo rationibus certant,sed clamoribus etiam & cōtumelijs, sicut pro parte negatiua est videre apud Ruin. consil.55.col.3.lib.2. contra quem acriter insistit Cagnol.in l.vnic.C. de sent. quæ pro eo quod inter. in tertia dubitatione sic dicens fuisse decisum in illo Senatu, sed eum reprehendit Bologn.ibi nu.13. prorumpens parum ciuiliter contra Sacrum Consilium Præses autem de Franchis,& Consiliarius de Anna saluant Sacri Consilij decisiones, ille decis.254. num.12. hic in cons.48. num.13. & illi quidem qui antiquitus examinabant articulum, incidebāt in varias difficultates, quia perquirebant, quæ & qualis sit differentia principalis,& accessorij,in qua differentia simpliciter ad hunc finem,neque Philosophi,vel Theologi neque Iurisconsulti faciunt vim nulla enim in hoc differentia desumi potest ex lege Naturę nec vlla differentia dignoscitur inter pecuniam solutam pro sorte,vel pro interesse. Vtraque eodem modo deseruit. Et si verū est quod refici debet quicquid interest,quid obsecro ad rē id cuius causa interest esse principale vel accessorium certè,& cuius interest, & quicquid inte-
47 rest emendari debet, & consequenter deberetur semper tale interesse,sed quia adest,& tertium requisitum,de quo nūc agimus,vt scilicet emendetur ab eo, qui est in mora. Idcircò apparent varietates, nam debitor interesse aliquando est in mora, aliquando non, & hæc erit distinctio.

Nempè quia præsuppositis alijs requisitis supra narratis tunc si interesse est certū, vtiq; debitor est in mora, & consequenter debet aliud interesse ex hac mora,sic
48 procedit decisio illius Senatus cum opinione Cagnoli,& sequentium,& sic procedit text. in l. socium, qui in eo ff. pro Sot.vbi tenetur socius ad interesse, non modo sortis, sed etiā lucri, quod est accesso-

cessorium. Nec quæso in hoc text. & in alijs consimilibus confugiamus ad specialitates, quæ sunt vitādæ. Adest namq; decisionis ratio generalis, & nimis clara, quia illud lucrum licet accessorium erat certum, quia per ipsum fuerat quęsitum, & ex consequenti non erat ignarus quātitatis debitæ. Et sic tenebatur illud socio refundere, vel paratum habere pro aliquo lucro quod occurrere potuisset ad beneficium Communitatis, quod nō fecit, sed conuertit in proprios vsus, & proinde teneri inquit Iurisconsult. ad interesse, iam quod tanquā certus quantitatis debitæ sine dubio fuit in mora. Similiter certæ sunt accessiones in l. sed & partus, ff. de eo quod met. caus. vnde debentur etiam illarum fructus, vt ibi in glos. Et hoc ratione interesse ex mora iuxta præfatam regulam generalem. Additur etiam ibi vt non modo exigantur accessiones verè perceptæ, sed etiam quas vim passus percipere potuisset; & hoc est in pœnam violentiæ illatæ ex ratione, vt supra in vers. Dixi ergo. Sic
49 etiam procedit stylus Sacri Consilij cōdemnantis ad interesse tertiarum, vt in præfata decis. 254. & latè per Io. Vincēt. de Anna in suo singul. 261. rationem assignat dictus Præses in dicto num. 12. quia tertiæ debentur principaliter, quam rationem prius dixerat Socc. in cons. 41. num. 7. vers. Si ergo vol. 4. post Anchar. in reg. necessarium col. 3. vers. sed hic de reg. iur. in 6. Ratio autem rationis est, quia cum illæ tertiæ debeantur principaliter debitor absque alia liquidatione certus est eius quod debet annuatim, & propterea non soluens est in mora, & tenetur ad interesse, quæ declaratio est necessaria, nam alias non comprehenderentur omnes casus, fingæ enim emissæ Titium à Sempronio pro ducatis mille annuum redditum ad rationem declarandā per communē amicum, certè donec fiat declaratio debetur annuus redditus principaliter, non tamen debetur interesse, quia debitor ob incertitudinem non est in mora. Et è contra in l. socium, qui in eo debetur interesse, & sortis, & lucri, quia socius debitor certus erat vtriusque quātitatis: quod autem dixi in prædictis annuis introitibus, idem dico in annuo redditu, modo sit certus, quamuis in eo non cadat dominium, sicut in annuo redditu relicto per testatorem donec hæres soluat aliquid certum, vt per Socc. in dicto consil. 41. vol. 4. num. 7. & 10. vel in redditibus, qui soluuntur per Montem Florentiæ, & similes, quibus datur aliqua pecunię quantitas non repetenda, donec soluitur aliquid annuum, de quo contractu dubitauit Bald. in l. hac ędictali in §. his illud num. 6. C. de secund. nupt. sed postea licere decidit in l. 1. num. 4. in fin. C. de sum. Trinit. & fid. Cathol. eo quod sors non est repetibilis ad voluntatem creditoris, & lucrum non excedit communem rationem interesse iuxta id quod supra tetigimus. Hinc Sacrum Cōsilium
50 dedit interesse alterius interesse in causa Io. Baptistæ Cioffi cum Vincentio Gomes. in Banca de Felice, quia primum interesse promissum erat certum, & non indigebat aliqua liquidatione, vnde aderat mora ob non solutionem quantitatis certæ.

Ex qua decisione declaratur Præs. de Fran-
51 chis in illa decis. 254. num. 14. vbi simpliciter inquit non dari interesse alterius interesse. Est enim intelligendus quando interesse nō est liquidum, & certum. Nam si est iam certum non potest mora
52 excusari ex supradictis. Constare autem potest certitudo pluribus modis, puta ex partium conuentione, vel ex debitoris confessione sicut in præfatis exemplis. Item certus est debitor si ipsemet exegit quantitatem ad me spectantem, & proinde ex mora debet mihi interesse illius quantitatis quamuis illam exegerit tamquam mihi debitam non pro sorte, sed pro interesse iura sunt apertissima in d. l. socium qui in eo ff. de pro Soc. in l. qui negociationem in §. fin. ff. de administr. tutor. in l. tutor qui repertorium in §. si

quas

quas vsuras,vbi glos.eod.tit.& in l.idẽq; in S. denique Papinianus ff. mandat. Idemque in eo qui pro alio soluit siuè sortem,siuè interesse tradit idem Præs. ibidem sub num.15. & Ann.in cons.48. num.28. ad quod vltra adducta per eos est punctualis doctrina Bald.in l.1 col.4. in vers.deinde pono C.de summ.Trinit. & fid.Cathol.Et dum aliqui Doctor. rationem assignant quia penès alias personas etiam interesse dicitur sors, verum dicunt,sed verbis defectiuis non enim quiescit intellectus in sola diuersitate personæ, sed oportet addere quod interuentus alterius personæ,quæ iam soluit,vel exegit inducit scientiam quantitatis verè debitæ,& sic inducitur mora ex qua oritur interesse. Si enim tu me sciente soluis centum Titio meo creditori ex causa cuiuspiã interesse, vel si ego exigam centum tibi à Sempronio debitos pro interesse. vtroque casu,& sic de similibus certa est quantitas, quæ certitudo inducit moram aptam producere interesse.

Similiter antefatum est lucrũ dotis in auth.
53 dos data C. de donat. ante nupt. quod simpliciter consideràs Affl.in decis.291. decidit pro antefato non peti interesse, sed quia melius deinde considerauit Sacrum Consilium, quod licet antefatum sit lucrum accessorium ad dotem,tamen est certum, & consequenter debitor huius quantitatis certæ nõ excusatur à mora.Idcircò millies postea Sacrum Consilium decreuit cõtrarium, nempè vt interesse currat etiam pro antefato, & hoc iure vtimur, vt refert Vrsill. in dicta decis.291.num.4.& 5. post Grammat.in decis.103. nu.96.vsque ad 100. Et denique idem est generaliter vt debeatur interesse alterius interesse quando illud primum non est amplius incertum, ita puod non soluens quantitatem certam erat in mora, & sic procedit decisio 17. Minad. de qua iterum in sequenti capite loqui oportebit.

Aliud ergo huius distinctionis caput est,
54 quod dum primum interesse est illiquidum, & incertũ debitor excusatur à mora,& proinde non debet aliud interesse, talis enim incertitudo excusat à mora in quolibet debito siuè sortis, siuè interesse,vt supra diximus,& declarat etiã Couar.in dicto cap.4.col.2.circa fin.& Dec. in cap.cum venerabilis de except.nu.14. circa med.Et sic procedit cons.Ruin.55. vol.2.cum rationibus per eum adductis, sic etiam Dec.in dicto num.14.vers. sed retenta, vbi clarè supponit incertitudinẽ primi interesse Rota Genuæ in decis.87 ante nu.9. & sic reliqui huius classis, qui vt plurimum declinant ad incertitudinẽ
55 nam quando interesse est certum eadẽ Rota postea decidit deberi aliud interesse illius,vt in supradicta decis.134.in fine,quæ decisio absque tali certitudine sustineri non posset,& sic Præs.de Franchis in d.decis.254. nu.14. cum cęteris, de quibus latè Rebuff. in repet. l. vnica de sentent.quæ pro eo quod inter.col.2. Etenim quando sors peti non potest (cũ licitus sit contractus) certa est quantitas introitus vel annui redditus exinde debiti, & proinde debitor est in mora, & debet interesse,vt dictum est. Si autem sors peti potest, frustra quærimus de interesse secundario,quando eiusdem sortis nullus est redditus: nam esset vsura. Quod si per sortis petitionẽ debitor non soluens est in mora, tunc incipit deberi interesse,vt declarat Bal. in l. si pro mutua C.si cer.pet.Sed illud non est certũ, quia oportet probari,& liquidari,& per consequens in hoc interesse non potest mora considerari, donec liquidetur, vnde aliud interesse illinc oriri non potest sicut in quolibet debito non certo nec liquidato.

Mora enim intãtum requiritur quod opor-
56 tet etiam,vt sit voluntaria. Quid enim (inquit Iurisconsult. in l.cum quidam S. si pupillo ff. de vsur.) potest imputari ei, qui soluere etiam si vellet non potuit? Vnde pauper, qui verè soluere non potuit non est in mora, & excusatur ab ali-

quo interesse ex doctrina D. Antonini Episcopi Florent. in 2. par. suæ summæ sub tit. de auaritia in cap. incip. quid de pœna, quem sequutus est Sacrum Consilium, vt per Affliĉt. decis. 20. in vers. &
57 ego. Sicut eadem impotẽtia excusat, ne deuoluatur siuè feudum ob seruitij non
58 præstationem siuè emphyteusis ob canonis non solutionem, vt per Afflict. decis. 252. col. 2. vers. Et ideo Andr. in c. 1. §. sed nec est alia num. 35. vers. si vero, quæ sit prima causa, & in c. Imperialem §. firmiter num. 34. & in specular. de locato §. nunc aliqua vers. 29. quæritur in fin. & sic iterum Sacr. Consil. in præfata decis. Minadoi quæ est 17, ob inopiam illius Vniuersitatis, quæ non potuit soluere absoluit eam ab interesse, ad quod tenebatur ob moram alterius interesse iam liquidati, quia post legitimam liquidationem sine fraude factam per easdem partes, vel per Iudicem competentem, cuius decisio per appellationem non est suspensa, tollitur incertitudo, & per consequens incipit mora, & ex mora incipit deberi interesse, & sic decisus remanet casus noster, in quo petimus interesse quantitatis iam decisæ per Sacrum Consilium. Clarum est enim quod mora cõtrahitur post rem iudicatam.

Et erit præsens decisio nõ modo iustissima
59 per veros atq; reales iuris terminos, sed erit insimul æquissima tãquam obuians fraudibus, & calumnijs. Quis enim non protrahet in infinitum solutionem quantitatis pro aliquo interesse liquidato per Sac. Conf. si certus est quod post multos annos, & post mille dilationes ad hoc idẽ deueniet, & nullum sibi medio tempore currit interesse pro quantitate, qua interim fruitur, & in specie in casu nostro innumerę sunt dilationes quibus vsus est pars aduersa ad retardãdam exequutionem sententiæ Sacri Consilij, quod quidem sibi prodesse, & alijs nocere nõ debet ex reg. text. in l. euictio §. fin. ibi, ne alterius dolus alij noceat ff. de noxal. action. cum ibi notat. per glos. & in l. 3. ff. de transact.

Non obstat quod vsuræ vsurarum non cur-
60 runt neque ex conuentione, vt in l. final. C. de vsur. neque post sententiam vt in l. fin. C. de vsur. rei iudic. Nam vt aduertit Minad. in dicta decis. 17. & nos latè differuimus vsurę omni tempore fuerunt odibiles, & quatenus legum latores ferè inuiti ex aliqua necessitate illas concesserunt, voluere saltim illas limitare, ne vlterius percurrerẽt, & vsurarũ vsuras infallibiliter prohibuerũt itaut pro illis inducẽdis nullus penitus relinqui possit modus, vel excogitari quare glos. quæ in d. l. fin. C. de vsur. huic rei fraudẽ aptauerat à Bal. & à Salyc. ibidem merito reprobatur, & hos commendat Pacius ibi nu. 7. & Vuesembec. in cons. 72. ante num. 8. lib. 2. Sed quid hoc respectu emẽdationis eius quod interest, quæ emendatio omni iure præcipitur, & omni iure est fauorabilis? Fateor quod vsuræ vsurarum nullo
61 modo permittũtur, sed interesse ob vsuras præteritas sine fraude inter partes ex nouo contractu liquidatas, & postea nõ suo tempore solutas, iam non debetur ex contractu, sed ex mora subsequenti, quã adhibet debitor cũ interesse creditoris, & proinde tale interesse tenetur reficere, lucrum namq; per vsuras iura prohibent non autem interesse refectionem, vt clarè inquit glos. in l. 1. C. de summ. Trin. & fid. Cath. sub lit. & ibi Bal. K. n. 4. vers. Item petantur, & hic repeto quę supra dixi in differentia lucri acquirendi, vel refectionis interesse.

Similiter fateor quod lucrum vsuræ centesimæ statuit Imperator post rem iudicatã respectu sortis, & proinde non potest peti idem lucrum pro vsuris præteritis, & in eandem condemnationem deductis, sed si post condemnationem quantitatis iam certæ, & liquidatę adhuc debitor esset in mora soluendi. Quis dicit quod ex hac mora non debetur interesse? Porrò hoc esset incitare debitores ad moram, & ad calumnias, & esset euertere omnes terminos, & authoritates supra mentionatas. Et addo fortius quod vsura cen-

tesima, quæ maior est omnibus, vt dictũ est, & solum conceditur in paucis casibus valdè vrgentibus, vt in l. eos, vbi glos. C. de vsur. statuitur postea in l. fin. de vsur. rei iudic. in pœnam non obtempetantium sententiæ, vt colligitur ex eod. text. in quo ponderat Imperator quod vt plurimum contractus, ex quo sententia oritur valdè minorem gignebat vsuram. Cum ergo sit dispositio pœnalis, non mirum si restringitur ab Imperatore solum respectu sortis, quantitas vero debita ex quauis accessione ad sortem remanet sub consueta dispositione iutis, vt inspiciatur si est liquida, vel illiquida, & per consequens si debitor est, vel nõ est morosus iuxta regulas supradictas. Et tanto magis procedit hæc interpretatio tempotibus nostris, dum creditor etiam pro sorte non exigit hoc lucrum pęnale vsuræ centesimæ, sed pro tota quantitate debita petit solummodò id quod interest ex mora ad quod morosum condemnandum censeo ex præfatis Theologorum, & Doctorum traditionibus.

Deo Gratias.

Causa fuit proposita in vna aula. Et partes cognouerunt quod illi Domini voluissent occasionem causæ magis importantis, vt articulum deciderent solemniter cum maiori numero Iudicum. Interim vero conuentus vidit hac scripta, & obtulit medietatem quantitatis prætensæ pro interesse alterius interesse iudicati, vt supra. Et actor ne pro modica re vlterius litigaret, & vt citò integra pecunia frueretur oblationem acceptauit.

SVMMARIVM.

1 *Bona sunt aliqua de quibus nemo disponit sicut res sacræ, Alia de quibus disponimus, sed hoc cũ assensu superioris, prout feuda, & regalia quæ quo ad hoc à Doctoribus æquiparantur.*

2 *Officia inter regalia potissimè connumerantur.*

3 *Officia dicuntur potius commendari quam concedi.*

4 *Actuariatum esse officium ex multis comprobatur, & non alienari sine assensu decisum est, vt in num. 6.*

5 *Officia etiam iurisdictione carentia de regalibus esse demonstratur.*

6 *Iurisdictionales actus sunt iuramenta deferre, & mandare sub pœna.*

7 *Successio in feudis, & in officijs paulisper est ampliata.*

8 *Feuda, & alia de sui natura non transitoria ad hæredes extraneos non iudicantur ad extraneos transitoria, nisi verbis clarissimis hoc exprimatur.*

9 *Concessio feudorum tibi, & cui dederis, vel tibi, & habentibus causam à te comprehendit quoslibet successores.*

10 *Concessio tibi, & hæredibus, & successoribus quibuscumque ex opinione magis communi comprehendit extraneos ob amplitudinem verbi quibuscumque.*

11 *Regentis de Ponte in decisione 28. verba quædam declarantur iuxta veros terminos feudales.*

12 *Concessio tibi, & hæredibus, & successoribus in perpetuum absque illo verbo quibuscumque non comprehendit vltra descendentes tàm in feudis, quàm in omni re de sui natura non transitoria ad hæredes extraneos, & num. 13.*

14 *Officia sunt magis personalia quam feuda, & in illis strictius proceditur.*

15 *Legati petitio an & quando inducat testamenti approbationem.*

16 *Dispositionum in eodem testamento potest vna subsistere, & alia prohibita corruere.*

ALLEGATIO XXXXI.

Pro Pirro de Ciaccia.

In Dei Nomine Amen.

QVærimus num potuerit Pirrus de Bernaudo super eius officio Actuarius Calabriæ pro parte per eum possessa

fessa fideicommissum inducere, si enim potuit, rectè possident conuenti ex illius fideicommisso vocati. Si non potuit, obtinere debēt Pirrus, & Ioannes Andreas de Ciaccio illius Pirri in hoc officio, successores mediantibus personis in arbore descriptis.

Quod non potuerit, fundatur, nam multa
1 sunt de quibus disponere nō possumus, & in quibusdam numquam, iuxta tradita in l. sancimus, C. de Sacr. sanct. Eccles. in l. sacra. §. 1. ff. de rer. diuis. in §. sacræ res cum seq. instit. eod. In quibusdam vero aliquando dispensatur, inter quæ nouissimè in Regno duo frequentius commemorantur. Primo feuda de quibus adest celebris constitutio quę incipit constitutionem Diuæ memoriæ, & aliæ multæ cōstitutiones, & tituli in iure feudorum. Secundo, Regalia vt in titul. quæ sint regal. de quibus magnum vel paruum qui tenet nullo modo disponit, vt in constit. Scire volumus, quod quidem de iure communi etiam statuebatur, vt per Bart. in l. in diem in fine ff. de aqu. pluu. arc. & in l. contē ferro, §. qui maximos nu. 4. ff. de public. & vectigal.

In hac autem constit. notāda est glos. æquiparans regalia, & feudalia quo ad prohibitam alienationem sine assensu, prout ibi aduertit Afflict. circa finem in versic. glos. vnica, & successionem vtroque casu absque assensu non posse alterari declarat ibidem col. 2. vers. sed in istis, & in quarto notabili specificat siuè Regalia dentur in feudum, siuè in allodiū, Idēq; firmat Capyc. in sua inuestit. feudal. in verbo Gabellis in vers. Item nota, vbi similiter exprimit siuè habeantur in feudū, siuè in allodium, & postea Consiliar. de Georgio in suis repet. feudal. cap. 54. num. 37. & afferunt Bart. in d. §. qui maximos, & in d. l. in diem, vbi etiam Imol. Socc. in consil. 4. num. 3. lib. 1. Bertach. in tract. de Gabell. in prima parte q. 14. Frecc. de subfeud. in 13 author. circa fin. Franc. de Amic. in c. 1. de hi. qui feud. dar. poss. in capite incip. resistit enim fol. mihi 63.

Potissimæ vero ipsa constitutio locum ha-
2 bet in officijs, quæ inter Regalia describuntur, vt per Afflict. in constit. cum satis in 5. & 6. notab. Et hoc obseruantius quam reliqua omnia Regalia. Siquidem ex ipsis Regalibus aliqua conceduntur pleno iure, vt per Afflict. in constit. Puritatem col. penult. vers. An autem i psi, & in istis etiam habere locum constitutionem. Scire volumus declarat Afflict. ibi col. penult. vers. item pondera, & sic procedit Capyc. cum reliquis supradictis.

Aliqua strictius conceduntur prout feuda, quorum directum dominium retinetur, & vtile transfertur ad feudatarium c. 1. §. huius autem generis in quibus caus. feud. amitt. Strictissimè verò conceduntur officia quorum proprietas remanet apud Principem, §. potestas in titul. quę sint Regal. & sola administratio conceditur, prout in casu nostro iniungitur ab omnibus in hoc officio vocatis præstari debere iuramentum de illud bene, & fi-
3 deliter administrando quamobrem officia dicuntur potius commendata quam concessa sicut hoc verbum commendamus similiter legitur in priuilegijs huius officij de quo agimus, vt verificetur officia cōmēdari, & solam administrationem concedi, vt per Andr. in cap. 1. colum. 2. de feud. Mareh. per Frecc. in d. 13. author. num. 9. circa finem post Felin. in c. Pastoralis de offic. ordin. Reg. de Pont. in decis. 28. num. 7. & 43. & Consiliar. de Giorg. in repet. feudal. cap. 53. num. 15. cum sequentibus. Et consequenter tanto magis omne commercium in ipsis officijs interdictum est plusquam in feudis, vt per Capyc. in decis. 121. num. 5. cum reliquis de quibus per Regentem de Ponte in dicta decis. 28. num. 1. & num. 28. & per Consiliar. de Giorg. in loco prædicto, & etiam in seq. cap. num. 32. cum seq. & num. 52. & 53.

Quod autem actuariatus sit officium à ne-
4 mine controuertitur. Sic enim in Priuilegijs concessionū huius actuariatus pluries ab ipsis Regibus appellatur officiū magi-

ftratus actorum. Sic Cæfarea Maieftas in affenfu ad contractum quem inferius cõmemorabimus celebratum inter eofdem de Bernaudo circa præfepτem actuariatũ inquit non obftante quod fuper officio proceffiffe nofcatur. Sic in pragmat.4.de Actuar. appellatur officium,& in alia Regia Pragmat.quæ eft 2. fub titulo de offic. ad Regiæ Maieftatis collat. fpectantibus inquit Rex los offitios del Reyno de Napoles que han de quedar, y queremos que queden à nueftra prouifion fon los figuientes. Et inter illa enumerat officia actuariatus in omni tribunali, & in omni prouincia,& in fpecie in Prouincia Calabriæ enumerat actuariatum de quo nunc agimus.

Officium quoque appellatur in conftit. occupatis nobis in rubr. & in §. ad cuius iuncto,§.ftatuimus,& de illis ftatuitur ficut de officijs Iudicum in conftit. Baiulos in princ. & in cõftit. Magiftri Camer. vbi Afflict. notat circa princ. In verfic. in quinta parte,& in nono notab. Similiter officiales appellantur in cap. Regni incip. & ftatus Reipubl.in §.Item quod prædicti,& In cap. Item quia in §. fimiliter, incip. Item quod prædicti, Idemq; de iure ciuili deducitur ex text. in l. præcipimus circa med.C.de appellat.in l.eum pro quo ff.de in ius vocand. tradunt Innoc.& reliqui in c.cum P.tabellio de fid. inftrum.Couarr.pract.quæft.c.19.in fin. Auendagn. de exequend.mandat.par.1. cap.1.num.11.& cap.10.per totum.

Idq; merito quoniam non modo magiftra-
5 tus in quibus maior dignitas, & iurifdictio refidet,fed officia omnia, etiam iurifdictione carentia, & quæ magiftratus dici non poffunt, attamen funt fimiliter de regalibus,vt per Andr. in cap.1. quæ fint regalia num.68.benè Afflict.in conftit.cum fatis in 5.notab.& Confiliar.de Giorg.in dicto cap.54 num.33.Et tanto
6 fortius actorum magiftri quos videmus iuramenta deferre, & mandare fub pœna qui funt actus iurifdictionis,vt per Frec. de fubfeud.lib.2.in 46. authorit.nu.11. poft Innoc.In c. cum acceffiffent de conftit. Diximus autem in omni officio fiuè adfit, fiuè non adfit iurifdictio locum habere conftitutionem Regni. Scire volumus,nec in illis admitti difpofitionẽ abfque affenfu,& fpecificè de actuariatu loquitur Regens de Ponte in dicta decif.28.num.46.

Non obftat confideratio partis quod hoc officium conceffum eft pro fe,& hæredibus in perpetuum quafi ex hoc conceffa fuerit poteftas ad libitũ difponendi tàm in morte,quàm inter viuos,quoniam talia verba hoc non important,& dum habemus Regulã quod in hoc officio nulla fieri poteft difpofitio fine Regis affenfu, onus erit partis aduerfæ fundare ex his verbis limitationem.

Vt autem vltrò oftendamus hoc fundari nõ
7 poffe aduertatur, qualiter iam diximus feuda,& officia æquiparari,& præfertim hoc euenit in cafu noftro. Feuda etenim per prius ad vitam, poftea, & pro vnico filio conceffa fuere ac tandem eorum fucceffio ad omnes defcendentes extenfa eft cap.1.§.1.qui feud.dar.pofs. Idem in officijs aliquãdo euenire commemorat Confiliar.de Giorg.in alleg.37. & in dicto cap.53.num.17.& hoc euenit in officio de quo agimus conceffo quidem prius ad vitam poft modum ad hæredes extenfo hæres autem in cafu noftro non alios comprehendit quam defcendentes ordine fucceffiuo.

Etenim licet Rex poffit, & feuda, & alia de
8 fui natura non trãfitoria ad hæredes extraneos ita concedere,vt extranei quoq; hæredes comprehendantur, tamen hoc, & fimilia ex quibus illius rei natura immutatur oportet exprimi ita clarè,vt verba intelligi aliter non poffint; Alioquin fi verba poffunt quoquomodo ita intelligi, vt cõceffæ rei natura permaneat immutata,fic omninò intelligi debent, vt eius rei natura non immutetur nec alteretur,cap.1.vbi Andr.& reliqui de feud. non habent propr.feud. natur. Frecc. in fuis quæft.50.51.& 53.Reg.de Pont. in decif.28.nu.9. Hinc

Hinc est quod feudum quamuis de sui na-
9 tura non sit transitorium ad extraneos, tamen si conceditur tibi, & cui dederis, vel tibi & habentibus causam à se comprehenduntur quilibet successores, etiam particulares, & extranei; Hoc enim importat verborum talium proprietas, & latitudo, & aliter verba ipsa contra mentem loquentis restringeremus sic declarant Doctor. in d. cap. 1. Capyc. in decis. 121. num. 8. Dec. in consil 171. num. 2. Camer. in cap. Imperialem fol. 29. Et hic non est casus noster.

Quæritur autem num idem importent illa
10 verba tibi tuisque hæredibus, & successoribus quibuscumque? Et Doctores aliqui tenent non idem importare, prout latè fundauit D Collega ex eo, quia possunt hæredes, & successores quicumque ita intelligi, vt quicumque descendentes comprehendantur. Alij volunt extraneos etiam comprehendi ob amplitudinem verbi quicũque, vt in l. 1. ff. de offic. eius per Bart. in l. hoc artic. ff. de hæred. instit. Sic per Franc. Rip. in l. ex facto, §. siquis ita num. 16. cum sequentib. ff. ad Trebel. & Camer. in l. Imperialem fol. 28. col. 4. in fin. & fol. 29. Et hic similiter non est casus noster, sed obseruari deprecor quo pacto omnes admittentes extraneos fundantur in latitudine huius verbi quicumque. Nam qui omne dicit nihil excludit sic Bald. in cap. 1. §. donare qualit. olim poter. feud. alien. & in l. 1. q. 34. ff. de rer. diuis. & in cap. inter dilectos de fid. instrũ. & in cap. quæ in ecclesiarũ nu. 39. de constit. Aluar. in prohem. in 3. diuis. Alex. cons. 30. num. 11. vol. 1. Dec. consil. 193. num. 5. Curt. Iun. cons. 4. & in tract. de feud. in tertia parte princip. sub capite incip. expedita igitur nu. 3. Brun. in consil. 10. & consil. 16. num. 8. Gozadin. in consil. 8. num. 7. Iacob. de Sancto Georg. in sua inuest. in verb. Et successoribus quibuscumq; Tom. de Marin. in titul. de feud. fem. quæst. 18. Capyc. in l. Imperialem glos. 2. in 6. ampliat. & ibidem Camer. fol. 29. col. 1. & 2. Alex. in l. si patroni col. penul. ff. ad Trebell. & in l. Gallus, §. etiam ff. de libe. & posth. Ias. in l. quædam, §. nihil interest, ff. de edend. Felin. in cap. in præsentia num. 48. de probat. Barb. in rubr. de feud. nu. 1. Cassan. in consuet. Burg. in rubr. 3. §. 5. in text. excep. les religieux fol. mihi 115. colum. 3. limit. 8. Ex quo discursu colligigitur quod dum præfatus Regens de
11 Ponte in eadem decis. 28. perfunctoriè nominat sub eodem contextu verborum feuda, vel officia data pro hæredibus, vel cum potestate alienandi. Ne dicamus virum doctissimum ignorasse istorum terminorum distinctionem est intelligendus, vt loquarur de concessionibus pro hæredibus quibuscumque iuxta opinionem supradictorum qui tenẽt concessionẽ pro hæredibus, & successoribus quibuscumque idem importare, quod concessio tibi, & cui dederis, vel cum potestate alienandi, quamuis alij contrarium teneant vt modo retulimus.

Sed absque hoc verbo quibuscumque ne-
12 mo est qui dubitet, quod nullatenus cõprehenduntur successores extranei. Nam in re de sui natura non transmissibili ad extraneos verbum hæres intelligitur de descendentibus, in quibus verificari possunt illa verba pro hæredibus, & successoribus in perpetuum, nempè siuè sint hæredes vniuersales, & de iure ciuili, siuè sint proximè successuri refutatarij, & sic successores particulares, vel successores vniuersales de iure prætorio, & hoc non ad generationẽ limitatam, sed perpetuam, & proinde cum verba hæc omnia possint verificari in descendentibus, non oportet rei naturam vlterius alterare, ita vt etiam extranei comprehendantur. Ita vnanimiter tradunt glos. in cõstit. vt de successionibus col. antepen. in vers. Item est contra ascendentes Bart. in sua magistrali distinct. in l. Gallus in §. etiam si parente num. 4. circa med. ff. de liber. & posthum. Bald. in cap. 1. in princ. de natur. success. feud. latè Dec. in cõs. 171. num. 4. & 5. & sub num. 6. firmat idem, etiam

etiam cum illo verbo in perpetuum ad quod affert Angel. Imol. Alex. Abb. & alios, & testatur de communi, & iterum in consil.185.num.4.Rip.in d.l.ex facto in §.si quis ita num.15. ff.ad Trebell.vbi etiam glos.Imol.Paul.& Alexand.qui,& idem dixerat in dicto §.etiam si parente, & in consil. 30.volum.1. & consil. 22. num.8.volum.5.Camer.in cap.Imperialem fol.22.colum.2.Abb. in cap.in præsentia col.7. & post Dec. & Felyn. de probat.qui ad hoc ponderant text.apertissimos in cap.1. §. & si clientulus de alienat.feud.& in cap.1.§.similiter de leg.Corrad. cum alijs quæ recenset Camer.in d.l.Imperialem fol.21.col.4.

Aduertendo quod glos.in dicta colum.an-
13 tepenult.Bart.in d.§. etiam si parente Dec. Camer. & reliqui modo relati non loquuntur particulariter de feudis, sed genericè de re ex sui natura non trāsmissibili ad hæredes extraneos, & ex hoc inferunt ad feudum ad emphyteosim ad vsumfructum,& similia. Vnde eadem theorica procedit in officijs non modo, quia similiter officia non sunt transitoria ad hæredes, & non modo,quia valet argumentum de feudis ad officia, vt supra deduximus,sed etiam,& fortius,quia officia sunt magis personalia, & in illis stri-
14 ctius proceditur quam in feudis, vt per glos. in dicta constit. scire volumus, vbi Afflict.colum.2. vers. nec est mirum, & col.final.vers.glos. vnica optimè Capyc. in decis.121.nu.5.Consiliar.de Georg. in dicto cap.54.num.52.& 53. Regens de Ponte in consil.137.& 139.& in decis.28.num.5.& 6.& nu.62.vers.cumq; officium post Boer. Frecc. Lup. & reliquos ibi relatos.

Et cum in prædictis attendarur valdè consuetudo, hoc corroborat casum nostrum dum prædicti omnes Regnicolæ, testantur in officijs, & præsertim in actuariatu nullum admitti commercium sine assensu,& in vnica alienatione quę de præsenti officio reperitur, Regius quoque interuenit assensus cum dispensatione specifica non obstante quod super officio processisse noscatur. Quiquidem assensus in præsenti fideicommisso nullatenus
15 interuenit.Nec Antira, petendo suum legatum dicitur fideicommissum approbasse quoniam tunc nihil iuris prętendere poterat. Antira respectu officij viuentibus fratribus qui ratione sexus præferebantur, adeo quod ipsi Antire post mortem fratrum cępit actio competere, vltrà quod benè potest vna dispositio subsistere in eodem testamento respectu
16 bonorum de quibus disponere nō prohibemur,& corruere alia dispositio circa bona de quibus absque assensu inter dicta est dispositio. Imò,& vbi assensus requiritur, quia in hoc versatur domini præiudicium nec possunt partes huiusmodi dispositiones assensu carentes conualidare,quinimò,& hæredibus, & ipsismet contrahentibus licitum est contrauenire ex regula l.quemadmodum C.de agric.& censit. lib.11. tradunt omnes in l.Imperialem,& in constit.constitutionē diuæ memoriæ, & Reg. de Ponte in eadem decis.28.num.35.Adeò quod stante illius fideicommissi inualiditate clarū est hanc portionem huius officij ad Antiram,& successiuè ad præsentes actores illius hæredes pertinere.

Deo Gratias.

S V M M A R I V M.

1 *Filij si sunt vocati in donatione facta contēplatione matrimonij,an veniant ex propria persona remissiuè.*

2 *Filij nisi nominentur in donatione facta contemplatione matrimonij nullum ius eis quæritur.*

3 *Donatio in qua non est facta mentio hæredum,non est transitoria ad hæredes donatarij, sed extinguitur moriente donatario in vita donantis.*

4 *L. si pactum ff.de probat. declaratur.*

5 *Donatio facta contemplatione matrimonij eatenus substinetur à patre in filiū in-*

in potestate quatenus interuenit iuramentum.

6 *Donatio facta à patre filio acquiritur ipsi filio tantum, non autem vxori filij, quamuis contemplatione matrimonij fuerit facta.*

7 *Vxor filij habet aliquod interesse in donatione facta filio causa matrimonij, ita vt possit egere ad illius obseruantiam. Nec poterit reuocari etiam de consensu filij donatarij absque consensu vxoris num. 8. & super dictis bonis donatis est vxori consultum pro dotibus, & iuribus dotalibus num. 9. Quod intelligitur durante matrimonio, sed eo dissoluto per mortem alterius, cessat interesse vxoris num. 10.*

11 *Donatio à patre filio facta contemplatione matrimonij, est donatio ob causam, & dissoluto matrimonio, remanet simplex donatio, qua non est valida, nisi morte donantis confirmetur, superstite donatario, & num. 12.*

13 *Donatio reuocabilis intelligitur reuocata si aliter in testamento disponitur, quã vt in donatione.*

14 *Donatio facta ex causa resoluitur resoluta causa ne ex illa ius aliquod metiri possit hæres donatarij.*

15 *Diuisio à patre facta bonorum inter filios, semper est reuocabilis. Etiam si interueniat, vel sequatur acceptatio filiorum cum iuramento num. 16.*

17 *Traditio requiritur pro validitate donationis inter patrem, & filium.*

18 *Donatio facta à patre, quamuis contemplatione matrimonij, non aduentitia, sed profectitia est vnde mortuo filio etiam cum liberis, donata ad patrem spectabunt num. 19.*

Pro Hirena Maria Greca.

COmpromissa causa inter Hirenam Mariam Grecam eiusque Patruos valida dubia hinc inde per doctissimos Arbitros excitabuntur quibus respõdere conabar oretenus, & in scriptis in allegationibus quæ subsequuntur; Et quia post laudum in fauorem Hirenæ promulgatum vidi eruditissimi exaduerso Aduocati scripta pro patruis; volui, & illa hic inserere vt plenius studiosis in articulis pulcherrimis, & quotidianis satisfactum sit. Sunt ergo sequentia, videlicet.

ALLEGATIO XXXXII.

Pro Patruis Hirenæ Mariæ Grecæ.

Sit Nomen Domini Benedictum.



IN capitulis matrimonialibus inter Scipionem Grecum, & Elionoram de Bonis coniuges. Io. Antonius Pater qui tũc duos alios habebat filios promisit donare prout ex tunc donauit in reuocabiliter inter viuos post mortem suam contemplatione dicti matrimonij, eidem Scipioni tertiam partem omnium suorum bonorũ, quę tempore mortis reperirentur: Quam donationem promisit non reuocare ex quauis causa etiam ingratitudinis, & in casu procreationis aliorum filiorum intelligatur facta donatio pro æquali portione secundum numerum filiorum: Quę quidem capitula fuerunt subscripta tantum tàm à patre sponsæ, quàm ab ipso Io. Antonio patre sponsi ac ab ipsomet Scipione sponso, per hæc formalia verba, videlicet.

Io Gio. Antonio Greco prometto quanto dì sopra si contiene manu propria.

Io Scipione Grieco prometto quanto di sopra si contiene manu propria.

Eadem Capitula fuerunt postmodum in stipulationem deducta per ipsos coniuges solos, absque interuentu Io. Antonij Patris subsceptaque vnica filia nomine Hirena dissolutum est matrimonium per mortem vxoris, & infra paucos annos decessit etiam Scipio in vita patris donantis superstite dicta filia, Demum decessit

Io.

Io. Antonius donator qui in vltimo testamento institutis duobus filijs minoribus, reliquit prædictæ Hirenæ titulo institutionis ducatos duos mille tantum, pro sua legitima, & supplemento legitimæ cum cõditione, quod tempore contrahendi matrimonij debeat renunciare hæreditati, & succesioni ipsius testatoris in amplisima forma, ita vt remanere debeat quieta, contenta, & integrè satisfacta de omnibus quæ quo quomodo prætendere potest, quomodocunque, & qualitercumq; pro dictis duc. 2000.

Et quia dicta Herena, iam in matrimonium collocata non vult stare prædictæ dispotioni ab Auo factæ, & prætendit, ne dũ supplementum integrè legitimè sibi vti nepti competenti ex propria persona, sed integram partem totius hæreditatis Auitę quam asserit sibi competere vti filiæ hæredi dicti Scipionis sui patris, vigore dictæ donationis ei factæ, contemplatione matrimonij, quæ prætensio fuit amicabiliter (vt inter consanguineos, & affines decet) compromissa; Id circo quæritur nunc coram doctissimis Arbitris, an dictæ Herenæ fuerit acquisitum aliquod ius ex dicta donatione tertiæ partis, siuè ex persona propria, siuè ex persona patris, vti illius hæredi.

Et omissis ambagibus rem ipsam ad punctum (ni fallor) perstringendo quatenus actinet ad personã propriam ipsius Herenæ, indubium mihi est, illam ex sua persona nullum penitus ius metiri posse, cum in donatione nulla sit facta mẽtio de filijs, ita vt opus non sit disputa-
1 re an filij censeantur vocati vti filij ex propria persona, vel vti hæredes patris, prout disputant Bertrand. consl. 176. lib. 3. par. 1. Regens de Ponte consl. 25. & Surd. in decisl. 322. qui omnes loquuntur, quando in stipulatione donationis est facta expressa mẽtio filiorum, aut hæredum, vt in casu Bertrand. ipse notat d. cõs. 176. nu. 4. vers. sed superest. Et in casu Reg. de Ponte, ipse aduertit d. cons. 25. num. 3. & in casu Surdi ipse satis explicat in principio decisionis. Vnde cum
2 in casu nostro partes nihil loquutæ sint de filijs, vtique cessat omnis prætensio in hac filia ex sua propria persona. Ita concludit Dec. consil. 215. quod secundum nouissimam impressionem est consilium 216. incip. visa transactione num. 4. propè finem vers. & ad ostẽdendum.

Quatenus verò actinet ad ius, quod metiri posset ex persona sui patris vti hæres illius, tunc ex infrascriptis censeo explosa penitus omni dubitatione, quod omni prorsus careat actione, ex nonnullis cõclusionibus: Apud DD. indubitatis.

Prima conclusio est, quod donatio in qua
3 non est facta mentio hæredum non est transitoria ad hæredes donatarij, sed extinguitur cum morte donatarij in vita donantis, ita plenè probat, & decisum refert in senatu Sabaud. Ant. Fabr. in suo cod. Fabrian. in lib. 8. tit. de reuocãd. donatio. diffin. 21. Quæ est vltima illius tit. quam decisionem ego confirmo ex tex. rotundo in l. penult. ff. de seruit. rustic. præd. vbi Titius donauit seio eius fratri digitum aquæ fluentis à fonte suo ad domum fratris, & concludit Iurisconsl. illam donationem esse personalem, & ad hæredes non transmitti.

Item ex l. cũ precario in fin. vbi cum Iurisconsl. tradidisset præcarium non transire ad hæredes recipientis, vbi non est facta mentio hæredum, postea volens asignare rationem in l. interdictum, statim subdit; quia magis ad donationis, & beneficij causam, quam ad negotij contracti spectat præcari conditio. Ecce igitur clarus tex. quod donationis conditio, est vt non transeat ad hæredes.

His accedit etiam authoritas Menoch. consil. 84. nu. 15. vol. 1. vbi ait, quod quãdo donatarius præmoritur, redditur nulla donatio ex præsumpta mente donantis, quem lex præsumit voluisse donare illi donatario, & non eius hæredibus. Cũ non eãdem fiduciam de illis, ac de ipso donatario habuerit, citat Alciat. respons. 99. nu. 24.

Nec

Nec obstat regul. test.in l. si pactum, ff. de
4 probatio,quia ille tex.procedit quando is,qui acquirit ex pacto,facit ipse aliquẽ actum,per quem sibi prospiciat. Nam tunc censetur etiam prospicere hæredibus suis, secus in casu nostro,vbi Scipio donatarius nullum actum huiusmodi fecit imo ex eius subscriptione, quam in principio transcripsi; nec etiam acceptatio donationis resultat, sed obligatio sui ipsius tantum, ad omnia contenta in capitulis, quibus ipse Scipio se expresse obligat ad solutionem antefati,& hoc est quod considerat perbelle Ant. Fabr. in dict.diffinit.21. dum ait, quòd nec sibi ipsi prospicit is cui donatur, sed tantum alterius voluntati acquiescit.

Quò fit,vt cum in casu nostro nulla sit facta mentio nec filiorum, nec hæredum habebit locum hęc prima conclusio,vt per subsequutum obitum Scipionis donatarij, in vita Io.Antonij sui patris donatoris, ipsa donatio remanserit extincta,nec transiuerit ad filiam eius hæredum.

Neque huic conclusioni aduersatur authoritas Guid Papæ cons. 12.quē (vt audio) pars adducit pro se.Nã ibi donatio fuit facta filio, & liberis, ex matrimonio nascituris, vt expresse adnotatur in principio illius Consilij,& sic etiã in casu Dec. dicto consil.215. filius donatarius stipulatus fuit pro se, & suis & quæstio erat qui venirent appellatione suorum, an filij,vt filij,vel vti hæredes vti expresse pōderat Dec.cōs.161. n.5.Illud idem constat ex casu Bertrand. dicto consil.176. lib.3. par.1. & Regentis de Ponte consil.25. neque hucusque mihi innotuit authoritas alicuius Doctoris qui loquatur in casu in quo non sit facta mentio hæredum, aut filiorum, prout est casus noster; Et ideo casus noster non potest recipere decisionem ab illorum authoritatibus, sed potius ab authoritate Senatus Sabaudiæ quam pro nobis citaui in terminis terminantibus.

Secunda conclusio est quod etiam donatio
5 facta cōtemplatione matrimonij eatenus sustinetur à patre in filium in potestate, quatenus interuenerit iuramentum vt est communis opinio de qua testatur Dec. dicto cons.215. Secundum nouissimam impressionem num.1. & expresse ponderat Guid.Pap.dicto consil.12.num.5. vers.2.ex alio capite Præs.de Franch.decis.162.num.5. ibi etiam cum iuramento Franc.Marc.decis.331. nu.11. par.1. Ant.Fabr.de error.Pragm. decad.41.errore quarto in principio,licet ipse neruosissimè demonstret etiam cum Iuramento non valere.

Qua de re, Cum in casu nostro nullum interuenerit Iuramentum Patris in donatione nullo pacto sustineri potuit,& ab ipso initio fuit nulla.

Tertia erit conclusio,vt data, & non cōcessa validitate dictæ donationis etiã absq;
6 iuramento,illa tamen non fuit acquisita, nisi ipsi filio donatario tantum, non autem vxori filij, cum qua est contractum matrimonium, cuius matrimonij cōtemplatione est facta donatio, vt pulchrè probat Alciat.consil.7.num.22 vers. circa secundum vsq; ad finem lib.8. Regens de Ponte in cons.25. num. 12. est be-
7 ne verum, quod vxor filij, qui contēplatione talis donationis cōtraxit matrimonium, & fortasse aliter non contraxisset habet aliquale interesse in consequentiã, & ab hoc interesse introductum est,vt ipsa possit agere ad obseruantiam donationis prædictæ, iuxta text. in l. stipulatio ista §.si stipuler cum glos.in vers. fieri potest ff.de verb.obligat.& in §. sed & si quis cũ glos.in vers. valet instit.de inutil. stipul.& notat sigillatim Regens de Pon-
8 te dicto consil.80.num.15.Item vt non possit reuocari etiam de cōsensu filij donatarij, absque consensu vxoris, vt decisum refert Præs.de Franch.decis.205.& fusius probat Tell. Fernand. 17. Tauri num.76.77.Matiens lib.5. recopill. le-
9 gum Hispan.tit.6. glos.8. Item vt super eisdem bonis donatis sit eidem vxori cōsultum pro suis dotibus,& iuribus dotalibus,vt cōsiderat angulo de melior.siuè

Qq ad

ad l.6.gloſ.4.num.8: & 10.tit.6. lib.5.
eiuſdem recopill.ll Hiſpan.

Sed hoc intereſſe non eſt perpetuum niſi
10 donec, &quouſque durat matrimoniũ
noque conſtante. At matrimonio ipſo
diſſoluto per mortem alterius,ceſſat pe-
nitus hoc intereſſe vxoris,vt optimè con-
cludit Oldrad. conſil.151.

Et hoc adeo verum eſt,vt idem Oldrad.eo-
11 dem conſ.151.dixerit donationem con-
templatione matrimonij factam conſtan-
te matrimonio eſſe donationem ob cau-
ſam, ſed matrimonio diſſoluto remane-
re ſimplicem donationem,& non eſſe
validam niſi morte donantis cõfirmetur
ad inſtar cuiuslibet ſimplicis donationis
à patre in filium collatæ. Ita notabiliter
conſuluit Oldrad.d.conſ.151.& eum ſe-
quutus eſt Apoſtillator ad Guid. Pap.
Dec.conſ.145.in ver.valida.Panciral.cõ-
ſil.59.nu.101. poſt verſ. Hæc autem ibi,
ſed videtur valuiſſe tantum durante ma-
trimonio,& ſatis apertè indicat Mozz.de
contract.titul.de donatio.colum.1. poſt
num.19.verſ.infertur,ibi reſidet in per-
ſona filij conſtante matrimonio citans
etiam Oldrad.dicto conſil.151.& eſt de
expreſſa mente Fulgoſ. in l. Pomponius
Philadelphus num.2.ff famil.Herciſc.vbi
ait quod,ſi matrimonium viuo patre ſol-
ueretur, prædia donata non eſſent præ-
cipuè filiæ donatariç,quaſi dote,reuerſa
ad patrẽ,quod expreſsim tradidit Card.
Zabar.conſil.152. nu.2. verſ. ad l.Pom-
ponius, & ſolidiſsimè confirmat Barboſ.
in l.2. §. quod ſi in patris poſt num.7.
verſ.vlterius ſi.ſolut. matrim.& DD. qui
tenent huiuſmodi donationem contem-
platione matrimonij eſſe validam totam
eorum, vim conſtituerunt in eo text. &
ſic ab eo debet talis donatio recipere
declarationem quam deſumpſit Fulgoſ.
ex verbis eiuſdem text.

Qua propter, cum in caſu noſtro matrimo-
12 nium fuerit diſſolutum per mortẽ vxo-
ris ſuperſtite Scipione.Abſq; dubio talis
donatio quantumuis ab initio valida, &
irreuocabilis mutauit naturam, & euaſit
donatio ſimplex quæ egebat confirma-
tione per mortem donantis ſuperſtite
donatario l.cum hic ſtatus §.ſi diuortiũ,
& §.ſi ambo ff.de don.inter vir. & vxor.
l.donationes quas parentes C.eod. titul.
ſed quia etiam Scipio donatarius poſtea
præmortuus fuit donatori, qui nè dum
illam moriens non confirmauit, ſed po-
13 tius reuocauit dum pater idẽq; Anus in
teſtamento diſpoſuit aliter quã in dona-
tione continetur Aret.in l.apud Iulianũ
§. ſiquis alicui ante primam concluſionẽ
ff.de leg.2.Surd.conſ.305.nu.42. vol.3.
14 omninò dicendum eſt,talem donationẽ
prorſus ceſſare,& fuiſſe extinctam; Itaut
nec eius hæredes aliquod ius ex ea meti-
ri poſſint, vt in proprijs terminis dona-
tionis factæ ob cauſam matrimonij pro
indubitato tradit Paul.de Caſtr.cõſ.345
vol.1.num.1. Quem ſequitur Tell. Fer-
nand.d.l.17.Tauri num.79. circa princ.
verſ. quod adeo verum eſt.

Tanto magis,quia talis donatio non eſt cer-
tæ rei, aut certæ quantitatis, ſed certæ,
aut potius incertæ portionis hæreditariç
quotatiuæ relatè ad numerum filiorum
qui fuiſſent ſuperſtites tempore mortis,
& ſic habuit vim potius ſupremi Iudicij
15 quàm verè donationis tanquam diuiſio
à patre facta inter filios in vita,quæ ſem-
per eſt reuocabilis,iuxta tex.in l.quoties
inter omnes,cum gloſ. in ver.diuidit C.
16 famil. Herciſc. etiã ſi interueniat vel ſe-
quatur acceptatio filiorum cum Iuramẽ-
to apertiſsimè tradidit Aluarad. de con-
iect.ment. defunct.lib.2.c.3.§.1.nu.78.

Eoque fortius, quo in hac donatione nulla
interuenit rei traditio, aut conſtitutum,
& præcarium,ſeu aliud,quod loco tradi-
17 tionis haberi poſsit,quæ traditio omni-
nò requiritur pro validitate donationis
inter patrem, & filium etiam in terminis
l.Pomponius Philadelphus ff.famil.Her-
ciſc. cui innituntur DD. pro validitate
huiuſmodi donationis contemplatione
matrimonij, vt in ſpecie adnotauit ibi
Florian. num.4. & eſt expreſſum in ipſo
textu in principio ibi tradidit,quod in
proprijs

proprijs terminis ponderauit Burgos.de pace conf. 14.nu.13.

His omnibus pro coronyde accedit, quod
18 huiusmodi donatio quatumuis contemplatione matrimonij facta, non aduentitia, sed profectitia est quia à patre processit, & de substantia patris l.cum oportet, vers. ex eius substantia C. de bon. quæ liber, & tunc intrat alia Iuris conclusio, quod licet donatio à patre facta sit iura-
19 mento firmata, tamē quando filius præmoritur patri donanti, ēt relictis liberis, talis donatio tanquā profectitia ad patrem spectabit iure peculij, & non ad filios tanquam hæredes, ita in indiniduo firmat Mendez de Castr. in repet. d.l. cū oportet par.2.effect.3.num.58. C. de bon. quæ liber.

Ergo multo fortius idem est dicendum in casu nostro vbi hæc donatio non fuit iuramento conualidata, & soluto matrimonio remansit simplex donatio.

Concludo igitur ex omnibus, & singulis supradictis conclusionibus in iure verissimis, quod prædicta Herena nullum Ius prætendere potest in hæreditate Io. Antonij vigore prædictæ donationis.

SVMMARIVM.

1 *Dispositio de hereditate viuentis quare non substinetur, & num.3.*
2 *Dispositio de hereditate viuentis cum eius consensu valet, declara vt num.4.& 5.*
6 *Donatio inter patrem, & filium quare inualida.*
7 *Quicquid acquirit filius in potestate acquirit patri.*
8 *Donatio inter patrem, & filium morte confirmatur. Et est valida si sit filio emancipato num.9. vel interueniat iuramentum num.11.*
10 *Donatio facta filio bastardo valet.*
12 *Donatio facta à patre filio, vel filia contemplatione matrimonij valet.*
13 *Donatio facta sponso præsenti est valida absque acceptatione.*
14 *Donatio facta sponso contemplatiōne matrimonij est valida absque scientia donatarij, dummodò sequatur matrimonium.*
15 *Hæres acquirentis semper intelligitur comprehensus in acquisitione, nisi specialiter sit dictum ne comprehendatur, etiam si promitteretur cum dictione taxatiua, nam talis dictio repelleret extraneos non hæredem num.16.*
17 *Seruitutes personales de sui natura non sunt transitoria ad hæredes.*
18 *Donatio quando intelligatur personalis ne transeat ad hæredes donatarij.*
19 *Donatio causa mortis est reuocabilis.*
20 *Vxor & quilibet alius qui interuenit in capitulis matrimonialibus potest agere, vt seruentur promissa in capitulis etiam si donatarius fecisset actum contrarium.*
21 *Donatio à patre filio collata contemplatione matrimonij an sit valida matrimonio non secuto, remissiuè.*
22 *Donatio à patre filio collata ex causa matrimonij si matrimonium dissoluitur remanet donatio valida, & per totam.*
23 *Ius alteri quæsitum non cessat, licet deficiat causa acquisitionis.*
24 *Cessante causa quando cessat effectus.*
25 *Cessantibus filijs quando cessat reuocatio donationis ob matrimonium.*
26 *Donatio facta filio contemplatione matrimonij si decedat filius relictis liberis transit donatio ad liberos.*
27 *Causa donationis propter matrimonium durat extātibus liberis ex matrimonio.*
28 *Donatio à patre filio collata extra causam matrimonij in morte filij non vadit ad eius liberos, sed reuertitur ad patrem donantem, & num.29.*
29 *Filius potest habere peculium in quatuor differentias: & quando vsusfructus quæritur patri.*
30 *Peculium peruentum filio ex donatione valida à patre facta dicitur aduentitium.*
31 *Prima causa successionis est liberorum.*
32 *Contrariorum eadem est disciplina.*

ALLEGATIO XXXXIII.

Pro Hirena Maria Greca.

In Dei nomine Amen.



X tribus dijudicatur validitas, vel inualiditas dispositionum nempè ex re in cõtractum deducta. Item ex personis contrahentium, ac tertio ex forma, & solẽnitate contrahendi. Et tria hæc videntur obstare filiæ, & hæredi Scipionis Greci, videtur enim quod donatio facta per Io. Antoniũ, Scipioni filio contineat dispositionem hæreditatis, quæ pacto dari non potest. Item & secundo prohibita est donatio inter patrem, & filium, & quatenus valuisset videtur caducata per mortem donatarij, vel saltim patri reacquisita iure reuersionis. Et tertio in illa donatione non affuit legitima forma stipulationis, nec solemnitas iuramenti, quæ singula discutiamus.

Et primo respectu rei in contractum deductæ commemoro quod tribus de causis
1 non substinentur dispositiones de hæreditate viuentium, quarum. Prima est ad euitandum votum captandæ mortis, ex
2 regula l fin. C. de pactis, & hæc cessat per consensum eius de cuius hæreditate agitur siuè quia consentit alteri paciscenti, siuè, & fortius quando ipsemet paciscitur, prout ex eod. tex. & etiam ex l. 1. C. vt ab hæred. & contr. hæred. deducũt glo. in d. l. fin. in verbo accomodauerint, & ibi Bar. num. 10. Castr. num. 8. & reliqui ibi, & alias sæpè, vt referunt Crauet. cons. 138. nu. 2. Gozad. cons. 87. nu. 19. & latè Tiraquell. de iure primogenituræ quæst. 6. num. 5.

Secunda ratio est quia hęreditas non datur
3 pacto, sed successione l. hæreditas C. de
4 pactis conuent. hęc quoque cessat in casu nostro in quo non est promissa, nec petitur integra hæreditas, sed promissa fuit illa tertia pars bonorum quæ nunc petitur. Non iure successionis, sed ex cõtractu in quo (dum remanent alia bona in quibus constitui possit hæres) potuisset fieri valdè maior promissio etiã promittendo ius vniuersale, vt per Alber. in l. hæreditas C. de pactis conuentis, & in l. fin. C. de pact. num. 6. vers. si autem, & num. 7. post glosam in verbo accomodauerit in fin. per Oldrad. in cons. 139. in princ. per Bar. in cons. 212. in princ. vbi loquitur de iure vniuersali taliter promissio sicut etiam Dec. in consil. 655. num. 10. & 11. & optimè in cons. 516. num. 17. & Aymon, Crauet. in cons. 85. cum cæteris latè deductis per Curt. Iun. in cons. 1. num. 16.

Tertia est ratio ne tollatur libera testandi
5 facultas ex l. stipulatio hoc modo cõcepta ff. de verb. oblig. Et hæc militat quãdo nihil remanet donãti de quo testetur secus autem quando aliquid sibi reseruat, prout declarant Bar. & reliqui in dicta l. stipulatio hoc modo concepta latissimè Angel. in cons. 179. Dec. in d. cons. 516. num. 17. Imol. & Rom. in l. Aquilius regulus ff. de donat. Guid. Pap. in dec. 512. cum cæteris per Curt. Iun. in d. consil. 1. num. 16. & 17. qui sub nu. 16. circ. med. in vers. Præterea aduertit Doctores omnes loqui etiam in talibus promissionibus absq; Iuramento, & omnes firmant illas valere quando aliquid modicum sibi donans reseruauit; At in casu nostro modicum est quod donauit adeo quod ratione rei donatæ, nulla remanet dubitatio.

Secundo videamus si aliqua oritur dubitatio ex personis dum sumus in contractu inter patrem, & filium in potestate cui à patre donari non potest l. 2. vbi glos. in verb. in potestate in fin. C. de inoffic. donat. l. donationes in princ. C. de donat. inter vir. & vxor. Pro cuius articuli intelligentia commemoro quod inualiditas
6 donationis factę filio in potestate non oritur ex filij incapacitate sicut si donaretur deportato, aut aliter incapaci, vt per Doctores in rubr. C. de senten. pass.

Neque oritur ex iuris prohibitione sicut inter virũ & vxorem ne mutuo amore inuicem spolientur, vel ex alijs causis, vt in dict.l.donationes. Sed oritur ex iuris impossibilitate sicut inquit glos.in d.l. donationes in verbo in liberos. Hæc autem impossibilitas declaratur per aliam glos.in d.l.2.in verbo in potestate circa medium nempè ex incompatibilitate, ex iuris dispositione, quia pater,& filius reputantur vna,& eadem persona l.fin.C. de impub. & alijs subst. notatur in l.cum non solum §. necessitate C.de bon. quæ liber. & actio, & passio non possunt in
7 idem concurrere quandoquidem quicquid acquirit filius in potestate constitutus acquirit patri l. placet ff. de acquir. hæred. Vnde sequeretur quod idem pater donaret idemque acquireret quod esse non potest l. hæres à debitore §. si stipulatur, & §.seruo tuo ff. de fideiuss.

Tali autem repugnantia cessante valet donatio sicut inquit glo.in dicto verbo in in Potestate,& Præs.de Franch.in decis. 162.vbi sub num. 4. assignat hanc eãdẽ rationem dicens, quia tunc cessat ratio acquisitionis sibi ipsi donanti, Quod idẽ
8 latius dixerat Crot.in repet. l. frater a fratre,ff.de condit.indeb.in hac quæst.in
9 2. limit.n.71. Qua de re talem donationem dicimus morte confirmari,quia per patris mortem extincta remanet patria potestas,& consequenter tunc sibi filius acquirit l. si donatione C. de collat. habetur per Doct. in auth. ex testam. eod. tit.& per Aim.in conf.87.nu.7. Sic etiã
9 filio emancipato,qui solutus à patria potestate sibimet acquirere potest rectè donatur l.si quis in emancipatum. C.de donat. l.liberis C. de collat. Socc. in regul.103.in 1.limit. Rectè etiam donatur
10 filio bastardo l.omnes res. §. latius. ff. quæ in fraud. cred. non quod legibus carior sit quam legitimus, sed quia a legibus patria potestate iudicatur indignus & extra potestatem existens sibi acquirit §.fin. inst. de nupt. l.Item ff. de hijs, qui sunt sui,vel alien.iur.

Et generaliter etiam filio in potestate rectè donatur quando, ex aliqua ratione speciali cautũ est, vt filius acquirat sibi quẽ
11 admodum talem effectũ parit iuramentum pro cuius reuerentia efficiunt iura ipsum filium capacem ne alias actus iuratus euaderet irritus, vt per Bart. & reliquos in l.frater à fratre, ff. de condit. indebit. Abb.& Canonist.in c.cum contingat de iure iurand.Bald.in l.irritam, C. de vsucap. pro donat. Soccin. in regul.103.in 8.limit. Guid. Pap. in decis. 146.& late per Petr.Duen.in regul.229 in 2. ampliat.Eodemq; modo quia interest Reip.ipsã liberis hominibus repleri ad matrimonia facilius contrahenda sta-
12 tutum est,vt filijs acquiratur,& omnino valeat paterna donatio in dotẽ, vel donatio propter nuptias vel ob spõsalitiam largitatem, vt in iuribus relatis per glos. in dict.verb.in Potestate in princ,& in spetie(qui est cãsus noster)ex causa, vel contemplatione matrimonij per filium contrahendi, siue cum aliqua in speciæ, siue etiam generice, vt nubat sicut latè tradit, & fuisse ita decisum testatur Gui. Pap. in decis.245.vbi affert Petr.Cin. & Bald. & dat rationem inæqualitatis euitande, & doli quo decepti remanerent contrahentes, & comparationis ad finẽ cui fine dubio acquiritur ex l. Pomponius Philadelphus,ff.famil.Hercisc. cum alijs optimis rationibus, & authoritatibus, quas ne frustra transcribam hic non repeto.

Sed aduerto,quod idem firmat in cons.12. in principio. sequitur Soccin. in regul. 203.in 6. fallent. bene Cassan. in consuet. Burgund. in Rubr. 4. quæ est Des Droict. & appartenens nu.36. sub capite incipienti. Quinto quia & Præses de Franch. in decis. 162.num.5.qui refert, & sequitur prędictos,& ex abundanti in illo casu aderat etiam iuramentum, sed non erat necessarium, vt patet ex prædictis,quos ipse refert,& sequitur,& similiter absque iuramento optime loquitur Dec. in cons. 414.num.12.Bertrãd. in

in conf. 227.vol.2.Tell.Ferdinandez ad leges tauri in 1.part.in l.17.nu.7.

Et dum fieri poterat rectèque fiebat talis promissio parum refert acceptationem

13 ex notarij in curia ibi non legi, stante.n. præsentia coniugum, de quorum commodo agebatur suppletur à lege, vt in lege qui patitur vbi glo.notat.ff.mandat. & glo.etiam in c. is qui tacet in vers. vel 3.de regul.iur.in 6.& in c.ad id de spon sal.latè Felyn.in c.cum M. de constit. Et Molin.de primogenit.lib.4.c. 2. nu.76. Nam,& in absentem collata donatio perfecta est l. absenti,ff.de donat.Licet in illo tex.requiratur sciētia absentis,quod quidem generale est in omnibus donationibus, sed in donationibus ex causa matrimonij speciale est, vt nec requira-

14 tur scientia spōsi donatarij absentis modo matrimonium sequatur sicut late fundat Tell. Fernand. ad leges Tauri parte 1. sub l.17.num. 71. & 72. & est ratio, quia quisquis in capitulis matrimonialibus interuenerit, potest agere ad illorum obseruationem, vt infradicetur at in casu nostro adest & præsentia, & subscriptio, & ad inuicem promissiones. Et ex his sublata etiam remanet tertia difficultas, quam in principio proposuimus circà sollemnitatem promissionis, & circa defectum iuramenti.

Hinc sequitur subsequenter, quod dum filius acquisiuit, talis certè fuit acquisitio, qualis de iure intelligitur, nempe vt acquisierit pro se, & hæredibus suis. Hoc

15 enim lege cautum est, vt semper hæres comprehendatur nisi specificè actum sit hæredes non comprehendi, l. si pactū ff.de probat.l.veteris, C. de contrahen. & cōmiċt.stipulat. l.si necessarias, §.pen. ff.de pign.action.l.cū præcario la 2.ff.de præcario, quę loquitur in donatione tradit latè Corn.cons.2.col.2. vers. His nō obstātibus vol.3.& Tiraquell.de retract. conuent.§.1.glos.6.vbi firmat idem esse

16 si promicteretur alicui cum dictione taxatiua, talis enim dictio repelleret extraneos venientes titulo particulari non autem hæredem, qui dum censetur vna & eadem persona cum defuncto venit ex ui comprehensiua sub intellectus cum defuncto.

Qua in re non insisto quia non adest in casu nostro talis restrictio, imo & verba, & coniecturæ indicant, ac sonant contrarium, vt infra dicetur. Nunc autem in simplici articulo iuris fundare intendo, quod hæredes Scipionis habent regulā & intentionem fundatam, vt cōprehensi fuerint in eo, quod Scipio acquirebat, & omnia contraria procedunt, aut quādo expresse aliter actum est cuius probationis onus spectat ad impugnantes hæredem, vt in iuribus, & Doctoribus prædictis, aut quando natura rei, vel cōtractus non est transitoria sicut in seruitutibus personalibus, vt in l. penult. ff.

17 de seruit.rustic.prædior.vel si promictitur vsufructus, & similia, vt per Bar.in dict. l.penult. latè per per Det. in cons. 261.cui me remicto, quia latè examinat hanc materiam.

Verum est, quod sicut tales promissiones sunt de sui natura inreuocabiles, & transitoriæ ad hæredes, Ita adsunt casus speciales in quibus, & reuocantur, & ad hæredes non transeunt. Qui tamen casus particulares tanquam nostram regulam limitantes per partem aduersam probari debent in casu autem nostro nihil tale probari poterit.

Nam respectu reuocationis sic fieri potest quando adest causa expressa in iure, vt in titulo de reuocādis donat.& talis causa in casu nostro non proponitur, imò expresse in capitulis matrimonialibus cautum est vt Donatio sit perpetua, & inreuocabilis etiam ex vitio ingratitudinis. Respectu verò durabilitatis etiam

18 apud hæredes concedimus limitari regulam l.si pactum, qñ aut hoc expressè actum est, aut saltim apparet ex violentis coniecturis, quod donatio fiat solūmodo intuitu donatarij adeo, ꝙ sit personalis, & sic procedit l.cū præcario la 1. in fin. ff. de præcar. quæ sic concilia-

tur

tur cum alia l. supraallegata, quæ similiter incipit cum præcario in eod. titul. & sic etiam procedit tex. in l. non omnis. ff. si cert. petat. ibi aut si is qui accipiebat prior decessisset, qui text. loquitur in donatione, causa mortis, & ita ibi glos. notat, Sed quando sumus in donatione inter viuos procedit illa dispositio solummodo vbi constat, quod solum prospecta est persona donatarij sicut declarat Dec. in cõs.470. num.14.& sic procedunt ea, quæ scripsit Ant.Fabr.in suo Codice lib.8.sub tit. de reuocand.donat.diffinit.21.vbi prius ad uerto, quod decisio per eum relata est circa secundum casum, cui illa decisio subnectitur. Quod autem, ipse inquit in primo casu de donatione non egrediète personam donatarij recte procedit sicut ab ipso declaratur, quando (Hæc .n. sunt verba illius) Intuitu donatarij tantum donatio facta est,& sic etiam procedunt dicta per Menoch. in cons. 84. nu. 15. qui tamen non præsupponit adesse filios. Aliter namq; loquerentur contra omnia iura,& regulas supradictas. Et tex. per quem mouetur, loquitur in do-
19 natione causa mortis, quæ longè diuersam rationem habet à donatione inter viuos cum illa de sui natura sit reuocabilis, in tribus casibus inter quos vnus est, si præmoritur donatarius l. non omnis vbi glo. ff. si cert. pet. vnde secus est si in ipsa donatione, causa mortis adesset clausula, vt non reuocetur l. vbi ita donatur, ff. de donat. caus. mort. imò hæc consideratio confirmat perpetuitatem, & transmissionem in casu nostro, in quo agitur de donatione, quæ est de sui natura inreuocabilis, vt dictum est. Et tanto magis si fuit ex causa matrimonij sicut inquit ipsemet Ant. Fab. in tit. supradicto in prima diffinitione,& alij, quos paulo post recensebimus.

In casu autem nostro nihil proponi potest ex quo intelligatur promissionem Io. Antonij fuisse solummodo restrictam in personam Scipionis filij, Imò contrarium luce clarius dignoscitur.

Primo respectu mulieris eiusq; patris cum non sit verisimile contrahentes dantes dotem perpetuam voluisse è conuerso ad beneficium sponsi donationem personalem, ita q. filij remanerent absq; vllo patrimonio paterno. Imò potius ad securitatem promissionum receptum est
20 passim,& iudicatum, vt & vxor, & quisquis alius in capitulis matrimonialibus interuenerit agere possit ad eorum obseruãtiam, vt firma, & perpetua sint omnia in eis contenta, quantumuis, aut donans, aut ipsemet donatarius per prius, vel postea fecissent actum contrarium, vt per Tell. Fernandez ad leges Tauri part. 1. in l.17.num.72.& 73. ad quod Reg. de Ponte facit duo docta consilia num. 25.& 80. afferendo consimilia,& est nota decisio Præsidis de Franch. 205. post Bal. Matthens,& reliquos per eos adductos. Quare idem ius, quod vxori competijsset, competit etiam suis filijs,& hæredibus in quos translata sunt iura actiuè,& passiuè sicut dictum est. Et in quibus militat eadem ratio, qua mouentur Franch. Tell.& reliqui nempe, quod eodem modo parentes mulieris, qui dotẽ dederant remanerent decepti, & eodem modo ipsa mulier decepta remaneret in filijs sicut in se ipsa.

Secundo, Idem est respectu viri, nam cau-
21 sa matrimonij, quæ vt dictum est validat donationem inter patrem, & filium hoc habet de sui natura, vt faciat donationem perpetuam,& transmissibilem ad descendentes. Qua in re, vt distinctius loquar, facio plures conclusiones, quarum prima sit, quod causa matrimonij est sufficiens ad validandam donationem inter patrem,& filium in potestate absq; iuramento,& hoc supra ex omnium consensu probatum est.

Secunda Conclusio sit num talis causa validet donationẽ matrimonio nõ sequuto, & in hoc aliqui dixerunt, quod sic prout refert Tell. Ferdinand. in doct.l. 17.num.76. ipse disputat nu. 77. & 78. & tan-

& tandem nu. 79. tenet contrarium, & pōderat Paul. de Castr. in cons. 345. vol. 1. Et isti non sunt allegandi ad casum nostrū cū loquantur in casu valde diuerso.

Tertia est conclusio quando causa habuit
22 effectum quia matrimonium fuit sequutum, sed postea fuit ipsum matrimoniū dissolutum, & in hac specie inquit pars aduersa quod cessat donatio dum causa illa cessat quę donationem cōualidabat. Et inquit quod Oldrad. in cons. 151. tenet in isto casu quod donatio reducitur ad non causam adeo quod remanet donatio simplex sequitur Apostil. ad Guid. Pap. in decis. 145. & aliqui moderni, qui andabatarum more insequuntur, nec Oldradi sensum percipiunt. In quo aduertendum est, quod Oldrad. ibi non agit de inualiditate donationis ex causa cessante, qua in re si tanta adest controuersia num valeat causa non sequuta, vt modo diximus multo maior fuisset dubitatio causa sequuta licet cessante quando effectus fuit cōsumatus, & ius quæsitum ad quod videatur Rogo Tiraquell. in tract. cessante causa, qui in vndecima
23 limitatione optimè probat non cessare ius alteri quæsitum licet cesset causa qua potuit acquirere. Et hic in specie est casus noster. Insuper in limitatione 12. fusè
24 probat cessante causa non cessare effectū cōsumatum, quod idem Oldrad. fundat
25 in cons. 21. sicut cessantibus filijs nō cessat reuocatio facta ex l. si vnquam, & matrimonio dissoluto non reuertitur tutela ad mulierem quę nubens illam perdiderat, qui omnes sunt casus casui nostro per affines. Nec credam Oldradum contra tot Iuris regulas sentire, illasq; duobus solummodò verbis euertere voluisse, sed eius intentio ad quod scribebat non solum erat sustinere donationem, sed imò volebat illam haberi præcipuā, & non conferri. Et quia donatio ob causam cōfertur, ideò ipse nitebatur causam auferre non respectu validitatis donationis iam cōsumatæ, sed respectu collationis faciendæ post matrimonium dissolutum.

Et ita saluari oportet ne loquatur contra tot iuris regulas, & conclusiones cōmuniter receptas firmantes, vt valida remaneat talis donatio, licet, cesset causa post ius quæsitum, & effectum consumatum. Quæ distinctæ annotaui pro veritate cōclusionis. Nam in casu nostro in quo adsunt filij (contra quos nec Oldrad. nec quisquam quem ego nouerim est qui loquatur) causa non cessat imò durat, &
26 talem donationem ad ipsos transire, & ad patrem non reuerti expresfsè firmat, & asserit ita fuisse decisum Guid. Pap. in decis. 147. Idemque ipse probat in suo cōnsil. 12. Et licet in casu illius Consilij fuerit facta promissio etiam filijs nascituris tamen obstabat quod pro filijs nemo acceptauit nec poterat adesse acceptatio præsumpta per scientiam in eorum commodum, dum illi non erant in rerum natura sicut ipse author proponit dubium in principio consilij ad quod non respōdet, vnde talem promissionem considerat ex abundanti in fin. consilij num. 7. Sed conclusio in qua fundatur est, quia
27 causa donationis propter matrimonium perpetuatur in filijs, & hoc fundat nu. 6. & allegat Mart. & alios dicentes, ita seruari de consuetudine sicut, & postea ita fuisse decisum testatur in dicta decis. 147 in fin. & pro indubitato habetur per Tel. Fernandez ad leges Tauri in prima parte in leg. 22. num. 19. vbi allegat etiam Gomes, & Ant. Fab. in prædicto suo Codice Fabriano lib. 8. sub tit. de reuocand. donat. in prima diffinitione ad qđ ponderari potest æquiparatio filij viuentis, vel defuncti cum filijs in casu meo iudicio fortiori in l. quod scitis in princ. C. de bon. quæ liber.

Cum autem dixerim neminem vidisse qui contradicat in casu existentiæ liberorum nollem negligentiæ notari quasi non viderim Emanuelem Mendez de Castro qui in repetitione l. cum oportet C. de
28 bon. quæ liber. dicit donationem paternam etiam iuratam tanquam profectitiā reuerti ad patrem non ad filios donatarij,

rij,sed ille non est casus noster quia non dicit donationem fuisse ex causa matrimonij quæ causa perpetuatur in filijs, vt latè probauimus,sicut in dote non dubitat Menoch.in dicto con.84. sub nu.65. licet extra dotem, & absque existentia filiorum adhærendo Decio in consil.240. & 659. teneat non vlterius subsistere donationem factã filiæ ipsa præmoriente, de qua sententia nimis dubito ex authoritatibus, & rationibus quas recenset in prima columna quibus non video cõgruè responderi, imò specificè contra Dec. & iuxta consilium Aym.102. qui Decium validè impugnat decisum fuit in nostro Sacro Consilio apud Præsid. de Franch.in decis.59. vbi refert etiam alias consimiles decisiones ad quod videndus est etiam Thesaur. in decis.27. & 32.Consiliar. de Georg. in Alleg.17. num.15. Regens de Ponte in consil.19. num.11. cum sequentibus vol.1.sed neque ille est casus noster, in quo adsunt filij.

Non ommittẽdo quod prædictus Emanuel etiam in casu suo decipitur negligentia

29 terminorum, nam filiusfamilias potest habere peculium Castrense,& quasi Caprense quod integrè ad eum spectat nec quicquam iuris pater habet in eo l. cum oportet in verf.exceptis Castrẽsibus, vbi latè glos. C. de bonis quæ liber. potest insuper habere peculium aduentitium quod iure antiquo integrè patri acquirebatur nouiter autem in dicta leg. cum oportet statutum est,vt proprietas, & dominium sit filij vsusfructus vero sit patris exceptis casibus notatis in tribus authenticis quæ subsequuntur in quibus vsusfructus etiam acquiritur filio.Potest, & tertio habere peculium profectitium quod tanquam dependens de bonis paternis remanet paternum, quo ad proprietatem, & vsufructum, & solum permissu patris administratur per filiũ, sicut declarat glos. in eadem lege cum oportet in verbo ex eius, & in verbo exceptis.Et tale peculium non dubitamus post

30 mortem filij spectare ad patrem quando,& filio viuente erat eius proprium, & solummodò per filium administrabatur. Sed quando vigore iuramenti, aut alio modo à Iure statuto potest donatio filio acquiri tunc clarũ est quod res donatæ apud filium non sunt peculiũ profectitium, quia in idem reinciderem us, vt pater donaret, & pater acquireret sicut glo.aduertit in l.2.C.de inoffic. donat. in verbo in potestate, quæ proinde res filio donatas appellat peculium aduentitium. Et aduertatur ipsa glosa,quia disputat num ex omni causa ad præsens rectè donetur filio, vel solum ex causis in iure expresis,sed data permissione donationis non dubitat bona donata iam non esse peculium profectitium, sed aduentitium, & vbi pater potest, & vult donare etiam quo ad vsumfructum erũt bona donata peculium aduentitium in in casibus in quibus,& proprietas,& vsufructus spectat ad filium, vt in authenticis supra relatis, & huc tẽdunt bene tradita per Aymon.in dicto cons.102.

Et dum est proprium patrimonium filij sequitur,vt vadat ad filios ipsius ex regu-

31 la quod prima causa est descendentium §.1.in authen. de hæred.ab intest.veniẽt auth. in successione C. de suis, & legit. quæ considerat Guid. Pap. in dicta decis.147. Ex quibus patet illum virum loquutum fuisse absq; ratione. Item absq; lege dum nihil allegat,& etiam absq; authoritate vllius Doctoris.

Et tamẽ videre potuisset relatos per Guid. Pap. in dicta decis.147. vbi expresè dicit,& Iuribus probat quod quando donatio paterna est valida consequenter transit ad filios donatarij,vt per Doctor. ibi relatos,& ita inquit fuisse decisum, & apud Hispanos hoc idem firmant indubitanter Gomes.ad leges Tauri in l.22. & Tellius Fernand.ad easdem leges in prima parte in eadem leg.22.num.19.& transire etiam ad alios hæredes decisum fuit apud Præsid. de Franch.in dicta decis.59. & dixi in alleg.35. Ex quibus remanet

manet probatum talem donationem, & promissionem fuisse, & esse transitoriam ad filios, primo respectu vxoris Secundo respectu eiusdem Scipionis donatarij.

Tertio, Hoc idē patet. Clarissimè ex dispositione eiusdem Io. Antonij qui fecit suā promissionem nō solum ex causa matrimonij, quæ causa perpetuatur in filios, vt dictum est, sed apposuit etiam clausulam donationis irreuocabilis interuiuos, & quod non possit annullari, seù reuocari quocumque prætextu etiam ex ingratitudine, quæ verba tanto magis fortificant donationem fieri perpetuam, & duraturam ad descendentes, sicut optimè considerat Guid. Pap. in d. decis. 147. vers. his tamen nō obstantibus, & in vers. postquam ergo latè Roland. à Vall. in consil. 77. vol. 1. per totum præsertim num. 11. Et insuper expressit casum reuersionis ex defficientia liberorum ab ipso matrimonio nascēdorum, quæ dispositio specificè à cōtrario sensu perpetuat promissionem si adsunt liberi, vt latè per
32 Decium in cons. 414. num. 2. 3. 4. Contrariorum namque eadem est disciplina, & aliæ adhoc sunt regulæ traditæ per Bar. in l. fin. ff. de leg. 3. & in l. si contra tabulas ff. de vulg. & pupil. cum latè traditis per Dec. in loco prædicto, & etiam in consil. 656. in princ. Adeo quod (ni fallor) absq. vlla dubitatione quidquid promissum fuerat Scipionis patris transiuit in eius filios, & hæredes.

Deo Gratias.

Arbitri laudauerunt prædictam donationem fuisse irreuocabilem, & transitoriam ad prædictam filiam.

SVMMARIVM.

1 *Ius tertij opponi non potest ad finē agendi, sed rectè opponitur excipiendo cum distinctione, vt intus etiam respectu iuris Fisco competentis.*

2 *Euictionem passo contra quem datur actio?*

3 *Possessor cuiuspiam redditus dicitur is cui soluitur non is qui soluit.*

4 *Reo criminis an & quando rectè solui possit vel ab eo exigi, & num. 5.*

6 *Fraus in contractibus ex quibus præsumitur, vel dignoscitur.*

7 *Contrahens cum aliquo scire tenetur eius conditionē amplia, vt nec excuset ignorantia propter absentiam num. 8. Limita in ignorantia nimis excusabili, vt num. 9. & 24.*

10 *Scientia eorum quæ facti sunt non præsumitur limita in vicinis, in personis eminentibus, & in rebus iudicatis numero 11. & 12. Sed declara, vt nu. 13. cum seqq.*

14 *Probatio vel præsumptio validior vincit debiliorem. Item minus valida sufficit in rebus difficilioris probationis nu. 15.*

16 *Ignorantia quia consistit in animo probatur iuramento declara, vt num. 17. 20. & 21. Item alijs modis, vt nu. 19. Quid autem si est persona quam scire tenemur. Et quid vbi adest fama publica, vel sententia, vide num. 24. 25. & 26.*

18 *Animi affectus probatur ex præsumptionibus, etiam in malum.*

21 *Iuramentum quando defertur, vel non defertur, & num. 22. & 23.*

24 *Ignorantia etiam contra præsumptionem scientiæ probatur per absentiam, & num. 25. & 26. & magis per ætatem infantilem num. 27. Vel ex qualitate contractus nu. 28. & 30. Vel ex qualitate contrahentium nu. 31. 32. & 34 An autem sit idem error, & ignorantia vide in num. 29.*

33 *Status præsens præsumitur in præteritum & è contra.*

34 *Soluens ei cum quo contraxerat, & postea mutauit conditionem an excusetur, & sic in delictis, & alijs similibus ibi, & in num. præcedentibus.*

35 *Capitulum Regni quod incipit bona proditorum affertur, & declaratur.*

ALLE-

ALLEGATIO XXXXIV.

Pro Duce Montis Leonis.

In Dei Nomine Amen.



Reuiter Fiscus fundat intentionem aduersus Ducem inquiens, qđ in anno 1513. Hector Pignatellus tūc Comes Montis Leonis asserēs se debitorem Iacobo Mariç Caetano Comiti Fundi, & Murconis in ducatis 2000. pro illis datin solutum annuum censum ducat. 100. super eius domibus in regione Sedilis Nidi. Qui Comes in anno 1528. per sententiam diffinitiuam declaratur rebellis, & bona sua confiscantur. Vnde Regius. Fiscus in anno 1571. petijt in Regia Camera cōdemnari modernum Ducem ad constituendum se debitorem Regiæ Curiæ in prædicto censu, & ad soluendum annatas decursas à die contractus, non obstāte solutione tertiarum, & extinctione census per restitutionem sortis principalis, facta eidē Comiti in anno 1546. quoniam asserit Fiscus præcessisse rebellionē vt supra, ob quam omnia Comitis bona ad Regiam Curiam deuenere. Nec obstare restitutionem obtentam per ipsum Comitem in anno 1536. & 1537. quia fuit restricta solummodò ad Comitatū Murconis, & ad feudum de Cossiano, & non ad alia bona.

Vnitur cum instantia Regij Fisci petitio D. Marcelli Cauaniglia, hāc prætentionem Fisco denunciantis, vt super ea sibimet de suo credito aduersus Regium Fiscum satisfaciat. Et inquit insimul posse etiam ex iuribus proprijs ipsum obtinere. Nam præsupponit Lucretiam de Mont'Alto eius matrem emisse à Regia Curia Terras Sancti Marci, & Sancti Georgij, quæ ob præfatam rebellionem prędicti Comitis, fuerant Regiæ Curiæ deuolutæ. Et subdit fuisse post emptionē euictas pro quibusdam summis, solutis iam per ipsum D. Marcellum creditoribus, habentibus hypothecam cum assensu expedito ante rebellionem, à quibus ipse D. Marcellus in actu solutionis obtinuit cessiones. Atque ita ex istis iuribus sibi cessis petijt pro euictione passa dari sibi assistentiam super hoc eodem censu tanquam adhuc existente, & perperam per Comitem sui debitorem extincto.

Vt autem incipiam ab ista secunda prætensione quæ paucis verbis absoluitur, respondetur pro parte Ducis obstare Don Marcello exceptionem, & insimul carentiam actionis, obstat exceptio quia cēsus nō extat, sed fuit (vt dictum est) per Ducem prædecessorem extinctus. Dum autem D. Marcellus prætēdit non subsistere extinctionem, quia dominium illius census iam non erat comitis, sed Regiæ Curiæ, respondetur hoc ius tertij oppo-
1 ni non posse ad finem agendi l. loci corpus §. competit ff. si seruit. vendicet l. vti frui ff. si vsusfruct. petat. l. 1. §. 1. ff. si pars hæred. petat. Oldrad. in consil. 139. latè Ias. post alios in l. indebiti §. sed si numeratione ff. de condit. indeb.

Verum tamen D. Marcellus responsioni nō acquiescēs replicat non esse fundamentum suæ actionis existentiam huius census penès Regiam Curiam, sed fundari suam actionem per instrumenta ex quibus apparet Comes Fundi debitor personis illis à quibus ipse actor mediātibus dictis cessionibus causam habet, & per aliud instrumentum cuius vigore acquirit Comes hunc censum per Ducē Montis leonis super eius domibus constitutum. Dux vero inquiens hunc censum iam non extare, vtique excipit de ipsius census extinctione, & sic in exceptione est actor l. 1. §. labeo ff. de flum. Et consequenter admittitur ipsius D. Marcelli responsio negans talem extinctionem, quę est fundamentum exceptionis in qua Dux cōuentus est actor. Et sic rectè proponitur ad hoc excludendum, iuxta aliam regulam traditam per Speculat. in tit. de locat. in §. Nunc aliqua in vers. 66.

per rex. in l.fin. C. de reiuendic. notant glo.& doctor.in l.cum seruum quispiam C.de seru.fugit. Bart.in dict.§.competit & in dict.l.indebiti in §.si nummi,& in l. 1.ff.de except. rei iudic. Nec obstat ius fisco competens ab alijs opponi non posse, vt in l. His consequenter §.1.vbi glo.notat ff.famil.hercisc. Nã hoc procedit quousque fiscus ipse non experitur,vt per Bal. in dict.l. cum seruum nu. 1.in fine sub quo num. hanc materiam magistraliter declarat C.de seru. fugit.

Ad hanc replicationem respondetur pro
2 parte Ducis quod elidere exceptionem spectat ad eum qui proposuit actionem subsistentem.Sed D.Marcellus nullam habet actionem aduersus Ducem, ex eo quod sibi res aliqua euincitur, quæ fuerat creditoris ipsius Ducis, sed actionem habet etiam ex iuribus cessis contra Re-
3 giam Curiam venditricem, neque etiam agere potest contra Ducem vti possessorem huius census qui fuerat Comitis sui debitoris, quia possessor non est is, qui soluit,sed is cui soluitur,vt per Bart. in l. Meuius §. fundo ff. de legat.2. & sic aut ille census fuit bene reemptus, & ex tũc esse desijt,nam fuit extinctus,aut nõ fuit bene reemptus, & cõtinuauit esse penes Regiam Curiam cum alijs bonis illius Comitis Regiæ Curiæ confiscatis. Quod si inquit velle sibi satisfieri super hoc cẽsu Regiæ Curiæ ob Comitis rebelliõe acquisito, & non obstante reemptione, adhuc extante penes Regiam Curiam,sibi ex causa euictionis passæ debitricem, iam in illud reincidimus, quod in nostra comparitione oppositum est, nempe vt non teneamur & fisco è d. Marcello respondere,& duplici iudicio nos fieri ob noxios, verum fisco qui prius egit respondebimus, & Fiscum d. Marcellus si sua interest ad libitum adiuuet, non autem nos cogat secum etiam principaliter in iudicio sistere.

Fisco igitur (vnde & eliditur d. Marcelli
4 prætensio) respondemus hunc censum fuisse reemptum. Verum est autẽ quod reo criminis licet solui possit etiam post inchoatam inquisitionem ne alias forte innocens necessario sumptu indigeret l. reo criminis ff. de solut. & ne forte innocens priuetur commercio idem reus
5 creditori soluere non prohibetur l. sed nec illud ff.eod.tit. tamen aliquæ in hoc adsunt limitationes,vt ibi per glo.& doctor.quarum vna est si & condemnatio, quæ bona auferret sequuta sit l. post cõtractum ff. de donat. vbi in princ. glosat Bart. de crimine ob quod bona debeant publicari. Alia est limitatio si crimen ex quo postulatur, crimẽ esset perduellionis ob eius atrocitatem l. fin. C. ad leg. Iul.Maiest.l.si quis post ff. de bon. proscript.Et tertia est limitatio,vt dispositio annulletur,vel rescindatur si facta fuit in fraudem futuræ pœnę sicut post Dyn.&
6 alios distinguit Bart. in d.l. post contractum col. 1. vbi prosequitur quomodo, & quando præsumitur dispositionẽ fieri in fraudem, & Bartoli vestigia calcando plene etiam in hoc discurrit Det. in consi.235.

Et istæ tres limitationes vidẽtur omnes applicabiles ad casum nostrum sumus enim in contractu post condemnationem, sumus in crimine perduellionis, & fraus excusari non potest in contractibus post sentẽtiam quæ fisco ius tribuerat, vt per Bart.in dict.l.post contractum num. 15. per Det. in dict.consi.235.num.4. Neq; aut delicti,aut inquisitionis, aut sententiæ ignorantia videtur in hoc casu considerabilis dum conuentus innititur retrouẽditioni habitæ ab illo Comite,cum
7 quo Dux Hector contrahens illius conditionem scire tenebatur l. qui cum alio ff.de reg. iur. Quæ scientia ita requiritur
8 vt ignorantia neq; exterum excuset prout in spetie firmant in ea l. qui cum alio Cagnol. num.11. Det.num.1.in vers.& in hoc,& in consi.19.num.5. per tot.vbi loquitur etiã de muliere forense Cum. in consi.26.col. 1. Roland. de lucr.dot. quæst.14.nu.16.Menoch.de præsumpt. part.1.lib.3.præsumpt.88.num.12.

Basis

Basis responsionum pro parte Ducis erit to
9 tius huius facti satis iusta, & excusabilis ignorantia si quidem Primus ille Comes & postea Dux Montis Leonis Hector Pignatellus fuit Carolo V. Imperatori gloriosissimo acceptissimus eiusq; Prorex in Regno Siciliæ vltra Farum vbi de consilio Petri de Gregorio eius tempestatis feudistæ celebris suorum bonorum feudalium, & burgensaticorum in præsenti Regno sistentium eodem Imperatore in anno 1526. su per dispositione facienda assentiente, Maioratum instituit in anno 1531. Et postea in anno 1533. ad vberiorem cautelam super dispositione iam facta alium impetrauit assensum. Et hæc omnia, eo sistente, atque Imperatoris Vicesgerēte in Regno Siciliæ, vbi natus fuit aut paulò ante annum 1526. illuc infans allatus fuerat Hector eius nepos ex primogenito, qui decesserat ante annum 1526. proindeque hunc Hectorem nepotem patris locum ingressum Hector auus assensum petens, & Maioratum instituens suum proximum, & immediatè successorem appellat, illumque semper apud se retinuit magnoque affectu, ac diligentia æducari curauit donec paulo ante annum 1546. ipso Auo defuncto, hic Hector nepos Neapolim venit.

Hæc absentia prædictis alijsque scripturis, & etiam testibus comprobata, addita quoque puerili ætate in tempore absentiæ, plenissime, ac citra omnem calumniam excusat huius Hectoris ignorantiam delicti, & inquisitionis, & sententiæ late cō-
10 tra Comitem Fundi in anno 1528. Non enim eorum, quæ facti alieni sunt præsumitur scientia, nisi probetur l. verius ff. de probat. l. qui cum tutoribus §. fin. ff. de transact. l. fin. ff. pro suo l. qui in alterius vbi doctor. ff. de reg. iur. si quidem negan ti sufficit sola negatio, dum contrarium non probatur l. in illa, & l. hoc iure vbi Doctor. ff. de verb. oblig. Inno. in cap. super his de accusat. & in cap. cum ecclesia de caus. poss. & propr. Et ignorantiam esse negatiuam probat Bart. in l. ab eo col. fin. C. quomod. & quand. lud. vnde regula præsumitur de regul. iur. in 6. Et licet verum sit probari scientiam etiam ex præsumptionibus, vt per Bart. in l. si
11 cui §. ijsdem nu. 3. de accusat. & sic præsumitur scientia ex vicinitate cap. 1. & 2. de præsumpt. & à vicinitate ad personas insignes arguere fiscus potest eo quod de illorum gestis ob personarum eminen tiam solet publica fama exoriri iuxta illud Claudiani ad Honorium cognoscas cunctis tua gentibus esse facta palam facit tex. in cap. cum illorum de senten. excom. & multa per Tiraquell. de nobilit. cap. 37. num. 110. & publicæ famæ non datur, aut non excusatur ignorantia cap. 2. de const. in 6. cap. Apostolice de cler. excom. ministr. tra sunt glos. Bart. & cæteri in l. is potest ff. de acquir. hæred. & in l. si tutor C. de pericul. tutor. Sal. in l. qui de crimine C. de accusat. Angel. in
12 l. & si sciens C. de administrat. tutor. Et insuper sententiam facere notoriū proindeque non dari, aut non excusari igno rantiam notat Innoc. in cap. ex insinuatione de appellat. & in cap. per tuas de testib. & probatur in cap. vestra, & in c. fin. de cohab. cler. & mulier.

Tamen quia scientia, & ignorantia consi-
13 stunt in animo oportet vtramque probari, vel præsumi per actus exteriores, & validior probatio, vel præsumptio vincit debiliorem, prout genericè probant re-
14 lati per nos in alleg. 6. num. 31. Et in specie de præsumptionibus plus, vel minus vrgentibus ad credendam scientiam vel ignorantiam habetur in cap. si quis per ignorātiam, & in cap. si quis à simoniacis 1. quæst. 1. in cap. pastoralis de except. in cap. vt circa de elect. in 6. in cap. si vero lo secōdo de sent. excom. in cap. præsumitur vbi latè glos. de reg. iur. in 6. Goffr. in summ. de except. in §. sed sciendum Bald. in l. 1. C. de leg. in l. 2. ff. de iurisd. omn. iud. & in cap. ad audientiā vbi glo. magna de rescript. latè Menoch. de arbitr. iudic. casu 186. & de præsūpt. lib. 6. præsumpt. 23. nu. 15. cum seqq.

Imo

Imo dum ſcientia poteſt habere magis certam probationem, poteſt enim conuinci aliquis quod ſibi innotuerit per ſenſum corporis, quia fortè rem hanc alijs præſentibus vidit, vel audiuit, vel de ea illa loquutus eſt, quæ probationes ſunt ad ignorantiam inapplicabiles, conſequens
15 fit vt ignorantiæ probatio tamquam difficilior plus adiuuetur à lege, quę paſſim in habentibus difficilem probationem leuiora probandi genera admittit, vt per Bart. in l. ſi quando C. vnd. vi, & in l. ſi quis ex argentarijs in §. penult. ff. de ædend. latè per Hypp. de Marſil. in l. de
16 minore §. plurium num. 87. ff. de quæſt. Et tamquam res quæ conſiſtit in animo ſolo iuramento probatur aſſerentis ſe ignorare iuxta gloſ. in §. aliæ iuſt. de act. & in cap. ſignificaſti il primo de homicid. Ruin. in conſ. 1. num. 4. & conſ. 13. lib. 1. Socc. in regul. 72. Pariſ. in conſ. 20. num 65. probatur in ſupradict. cap. paſtoralis, & cap. vt circa, & cap. ſi vero. glo. in dict. regula præſumitur ignorantia in verb. præſumitur in verſ. vno modo Iaſ. in repetition. l. admonendi num. 256. ff. de iureiur. & in §. ſed iſte num. 9. inſtit. de act. Crauett. in conſ. 2. num. 3. Tiraq. de retract. lignag. §. 4. glo. 1. nu. 5. quod tamen paulo inferius declarabimus.

Verum eſt autē ceſſare in caſu noſtro pro-
17 bationem ex iuramento tum, quia viuus non eſt ille Dux qui contraxit, & iurare poſſet, tum etiam quia hæc probatio priuilegiata admittitur reliquis deficientibus prout ex text. in l. 2. §. diuus il primo ff. de iure fiſci tradūt ferè omnes Canoniſtæ in cap. 1. de probat. & in caſu noſtro non deficiunt præſumptiones ſupra commemoratæ in contrarium quo caſu non admitti iuramētum ignorantiæ tradunt in cap. cognoſcentes de conſt. Felyn. nu. 13. Dec. nu. 187. in verſ. ſimiliter Beio. num. 54. Gemin. in cap. eos qui de tempor. ordinat. Alexan. conſ. 71. vol. 1. Ioan. Regiens in l. 3. §. tutari quæſt. 63. ff. de iureiur. Et adſunt etiā præſumptiones ignorātiæ quas modo dicemus. Sed fundare volui quod ignorantia alicuius rei dum ex eo quod conſiſtit in animo
18 probari etiam poſſet per iuramentum, probata remanet plenius per cōiecturas, quæ & ſufficiunt ad probandum animum doloſum, & fraudolentum, vt in l. dolum C. de dol. in cap. 1. de renunciat. in 6 gloſ. in l. apud Celſum in princ. ff. de dol. except. Dec. in conſ. 235. num. 1. & cōſ. 659. in princ. cum reliquis vt per Crauett. in conſ. 156. per Calc. in conſ. 26 num. 18. & 19. per Tiraquell. de retract. ligng. §. 1. gloſ. 14. num. 58. & per Maſca d. de probat. concluſ. 438. nu. 8. 10. & 11. & concluſ. 815. in princ.

Vnde tanto magis ad probandum aliquid ignorari, nam ibi adeſt legis repugnantia dum quiſquis præſumitur bonus cap. dudum de præſumpt. cap. præſentium vbi gloſ. in verb. iuramento extra de teſtib. hic adeſt legis aſſiſtentia ex regula quod præſumitur ignorantia, vt in cap. præſumitur de regul. iur. in 6. cum alijs ſupra relatis, & ſic præſumptio ignorantiæ, & difficilior ignorantiæ probatio ſuperius conſiderata operantur in caſu noſtro, quod minores quoq; præſumptiones ignorantiam arguentes vincere deberent maiores præſumptiones ex quibus ſcientia deduceretur, At vero ignorantia in caſu noſtro tales habet præſūptiones quæ aduerſas non modo ſuperarēt ſed elidunt.

Dixi enim quod tempore delicti inquiſitionis, & ſententiæ contra Comitem Fundi in præſenti Regno, ille Dux erat in Regno Siciliæ, & abſentia ſic auget præſumptionem ignorantiæ, vt præualeat etiam in his de quibus eſt publica vox, & fama, nā talis fama inducit præſumptionem contra præſentes non contra abſentes. Sic gloſ. magiſtralis in dict. cap. præſumitur docet regulam eſſe, vt præſuma-
19 tur ignorātia, quæ transfert in aduerſarium onus probandi ſcientiam opponit de nonnullis iuribus, & ſoluit limitando in illis caſibus propter famam publicam, vel vbi ſcire tenemur negotium, aut perſonam

ſonam de qua agitur, in quibus caſibus diſponunt iura effectum contrariũ, nempè vt præſumatur ſcientia & transferatur in aduerſarium onus probandi ignorantiam cap. propoſuiſti vbi glo. fin. in verb. deteguntur 82. diſtinct. Et ſubdit hæc gloſ. in cap. præſumitur tunc ignorãtiam probari tribus modis, quorum primus eſt per iuramentum ſed adiuncta aliqua probabilitate. Hæc verba indigent declaratione, vt & inſimul intelligamus qñ eſt adhibendum, & qualem fidem faciat iuramentum. Quoniam vbi nulla adeſt

20 probatio, vel præſumptio pro ſcientia, tunc ſtat regula pro ignorantia, vt in regul. præſumitur & ſufficit negatiua, vt ſupra dix mus. Et ſic nullum probandi genus incumbit ignoranti ſicut ex text. in l. hoc autem ff. de adminiſtr. tutor. tradit glo. in cap. 1. de poſtul. Prælator. in verb. Allegans in fin. Et conſequenter dum iſta glo. de qua agimus inquit iuramentũ eſſe probationem, & probatio in hoc caſu non requiritur ſimiliter nec à Iudice adhibendum eſt iuramentum fruſtratorium, nec iurare quis vltro debet abſq; neceſſitate cap. 1. vbi gloſ. declarat. 22. quæſt. 1. Et è contra ſi aduerſus ignorantem vrget aliqua præſumptio tunc gloſ. inquit non ſufficere iuramentum. Quando ergo verificatur ſupradicta concluſio vt aliquis admittatur ad iurandum, & ſuum ſufficiat iuramentum?

Hanc difficultatem nõ video fieri à Doctoribus quos legiſſe recolo, quamuis illam videntur prætentire dum inquiunt hanc eſſe probationem ſubſidiariam, & priuilegiatam proindeq; non admitti, vbi aliæ poſſunt eſſe probationes, nec admitti, vel non ſufficere, vbi adſunt præſumptiones in contrarium, & diſtinguunt ſi adeſt, vel non adeſt præiudicium tertij, & ſi illud eſt magnum, vel paruum, & tandem cun-

21 cta remittunt arbitrio Iudicis præſertim Abb. Felyn. & Dec. in dicto cap. cognoſcentes. Quæ omnia comprehenduntur ſub hac diſtinctione, quod ſi aduerſus ignorantiam nihil præſumitur ſufficit ipſa ignorantia à lege præſumpta neq; vlla lex aut canon tali caſu exigit iuramentũ, non enim eſt fruſtra iurandum. Et quatenus fortè aduerſarius iurari inſtaret, & ignorans non abnueret ne forte iurare detrectans ſuſpicionem contra ſe excitaret, vt in cap. ſi vero lo ſecondo vbi gloſ. in verb. noluerit de ſent. excom. adhuc non debet Iudex iubere neque permittere iuramentum fruſtratorium per ſupradicta. Et ſimiliter non eſt iurandum, vbi ſuppetunt aliæ ſufficientes probationes aduerſus præſumptionem ſcientiæ, nam aut illæ non deducuntur ab eo qui offert ſe iuraturũ, & magna ſuſpicio oritur aduerſus volentem potius iurare quam probare, ſic procedunt tradita per Card. in clem. 1. in 8. quæſt. de conſanguin. & affin. per Felyn. in c. cognoſcentes num. 12. per Dec. num. 18. in verſ. Et iſta. Aut deducuntur, & iuramentum eſſet fruſtratorium dum adſunt aliæ probationes ſufficientes, vt per Io. Andr. Ant. de Butr. & Abb. in cap. ex ratione de appellat. num. 11. in 4. quæſt. ſic declarando Speculat. in eodem titul. de appellat. in §. nunc breuiter in verſ. Quid ergo. Si autem aduerſus ignorantiam poteſt aliquid opponi non in promptu abolendum per contrarias probationes oportunum eſt iuramentum. Et ita procedunt innumera iura in quibus datur iuramentum, quia contra ignorantiam aderat aliqua præſumptio, quam non legimus alijs argumẽtis reijci. At ipſæ præſumptiones tamquam leues eliduntur iuramento, quod fouetur à legali præſumptione ignorantiæ. Sic in cap. præſentium de

22 teſtibus aderat aliqua præſumptio contra eum qui paſſus erat teſtes examinari, & publicari, & nihil prius dixerat, aut proteſtatus fuerat contra illos. Sic etiam in cap. paſtoralis de except. præſumptio eſt contra eum qui dilatorias non propoſuit infra terminum ad hoc datum. Similiter in cap. nulli de elect. in 6. præſumptio eſt contra illum qui in electione cõcurrerat, & poſtea inquit electũ demerita

merita innotuisse. Eodemque modo aliqua suspicio aderat contra producẽtem illos testes in cap. 2. §. si vero vbi glo. notat in verbo iuramẽto extra de test. Et sic de similib. iurib. quę poterũt obseruari.

Cæterum si contra allegãtem ignorantiam
23 graues vrgerent præsumptiones nõ sufficeret solummodo ipsum iurare, vt per Innoc. & Ioan. And. in cap. 2. de constit. Paul. de Leaz. in clem. constitutus de elect. Bar. in l. inter omnes §. rectè nu. 3. ff. de furt. & ibi Alex. in Apost. & in consil. 71. nu. 2. vol. 1. Et proinde iuramentum quod alijs argumentis non associaretur ne frustratorium sit non est deferendum, sic intelligendi sunt negãtes tali casu dari iuramentum sicut Gemin. in cap. eos qui col. 1. de tempor. ordinat. Rot. Roman. Bald. & alij de quibus per Felyn. in dicto cap. cognoscentes in 6. fallent. num. 17. & 18. & ibi Dec. etiam num. 18. in versic. similiter post Abb. in cap 2. de except. Nam si iuramentum alia argumenta concomitantur defertur vtique, & Iudex perpendet omnia hinc inde deducta. sicut latè prosequitur Felyn. vbi supra num. 19. & in hoc, & in reliquis omnibus supradictis liquet quã rationabiliter Doctor. illas omnes probationes præsumptiones aliasq; circumstantias Iudicis arbitrio remittunt. Iudex vero in multis regulari potest ex iuribus supra deductis, & in conflictu pensare quid magis vrget, vt supra num. 14. In æqualibus autem coniecturis potiores erunt illæ quibus adiungitur iuramentũ, & ideò glo. de qua agimus aduersus cõtrarias præsumptiones admittit hanc primam formam probandi per iuramentum adiuncta ipsius probabilitate, idest alijs argumẽtis quibus iusiurandum comprobatur, & hæc species (vt dixi) non est applicabilis ad casum nostrum.

De secunda loquemur paulò inferius. Tertius vero modus probandi ignorantiam
24 aduersus præsumptionem scientiæ inquit hæc glos. quod est si probetur absentia. Absens enim verisimiliter ignorat ea quæ alibi fiunt, & ad probandam ignorantiam sufficit probare aliquid ex quo verisimiliter sequitur me ignorare, concordat glos. in cap. si qui à simoniacis 1. quæst. 1. Et aduerso quod istæ glo. specificè admittunt probationem ignorantiæ aduersus præsumptionem scientiæ ratione personæ cum qua contrahitur sicut hæc glos. loquuta fuerat in c. præsumitur in vers. in his autem. Et postea aduersus illam præsumptionem affert tres probationes quarum tertia est per absentiam, ad quod est tex. cum glo. in dicto cap. si qui a simoniacis, in l. tres fratres ff. de pact. in l. Titius §. Lucius ff. de liber. & posthum. Declarat Bald. in dicto c. cognoscentes, & ibi Abb. nu. 10. Felin. num. 19. Bero. num. 54. Menoch. de arbitr. Iudic. cas. 186 num. 16. Et hoc vltra aliam excusationẽ ex eo quod publicè conuersabatur, vt infra dicam sub num. 32. Et sic limitantur ea quæ diximus sub num. 8.

Et similiter admittunt hanc probationem
25 absentiæ aduersus præsumptionem ex fama publica, vt in dicta glos. in versic. Sed circa & alia glos. in dicto c. cognoscẽtes de const. in final. verb. & ibi Abb. & Dec similiter in final. verb. Felyn. in dicto num. 19. & sunt iura expressa in l. planè vbi Bald. ff. de excus. tut. & in cap. cum in tua qui matrim. accus. poss. Rom. in consil. 59. notat Barbat. in l. si cui §. ijsdem ff. de accusat. Et sic eliditur prima, & secunda præsumptio contra Ducem ex eo quod præsumitur sciuisse cõditionem comitis cum quo contraxit, & ex eo quod de illius comitis delicto fuit in vrbe Neapolis fama publica.

Tertia præsumptio ob sentẽtiam ipsius comitis condemnatoriam eliditur etiam ob
26 eandem Ducis absentiam. Non enim sententia nec legis promulgatio facit notorium respectu absentium cap. proposuisti, vbi glos. in verb. Non probatur in vers. vel etiam 82. distinct. glos. in l. quoties §. fin. ff. de probat. Butr. in cap. inter monasterium de re iudic. Ias. post Bar. ibi

in l.naturaliter in §.nihil cõmune nu.51. ff.de acquir.possess. Et generaliter in omnibus excusare ignorantiam propter absentiam,tradit Menoch. cum alijs ab eo relatis in dicto casu 186. num.16.

Sed maiorem certitudinem ignorantiæ af-
27 fert infantilis ætas in qua Dux reperiebatur in eo anno 1528. sicut est tex. in dicto c.cum in tua.Qui matr.accus.poss. in vers.vel in annis,vbi glos.notat, & addit tex.in l.1.§ impuberes C.de fals.monet. & in cap. tuæ fraternitatis de sponsal.glo.in l.1.in verb.cessat ff.de condit. indeb.Vnde glos.in dicto cap. præsumitur in secunda forma probationis dicit hanc esse probationem necessariam sicut in cap.cum dilectus de success. ab intest. cum similibus,vt per Menoch. in supradicto num.16.

Confirmatur hæc adeo iusta ignorantia ex
28 qualitate contractus cuius vigore non actum est vt Dux dissimulata comitis cõditione aliquid forte exigeret,vel aliter quicquam sibi vtile stipularetur, sed habens debitum redimibile solutis cẽsibus decursis illud redemit præsenti pecunia restituens comiti sortem principalem.

Et fuit contractus neque vtilis,neque damnosus dum comes credebatur habilis ad contrahendum, sed de illius habilitate si Dux dubitasset fecisset contractum damnosum,& imprudentissimum.Siquidem potuisset, vel non redimere, vel sortem principalem deponere liberandam auditis comite,& Regio Fisco,non autem, & soluere, & iteratæ solutioni, vel futuræ litis defatigationi se submittere. Quam ob rem omninò dicendum est soluisse Ducem, quia ignorauit immutatam fuisse comitis conditionem post illum censum constitutum, siquidem ex regula tex. in l. cum de indebito ff. de probat. firmissimè tradunt Iurisconf. illorumq; interpretes omnem coniecturam in dubio sumendam esse potius quam fecisse aliquem rem damnosam, vt in l.qui cum aurum ff.de solut.& in l.eleganter §.qui reprobos ff.de pignorat.actio.vsq; adeo ut animus fatuus præsumatur potius quã sibi damnosus si Bald. credimus in l. generaliter C. de non numerat. pecun. ad quod multa afferunt Paris. in consil.88. num.13.volum.3.Menoch.de arbitr.iudic.casu 88. col.1. Tiraquell. in l. si vnquã in verb.donatione largitus nu.200.

29 specificè autem præsumi ignorantiam, vel errorem (non enim curo istos terminos seiungere cum à nostratibus in hoc sensu confundantur, vt per Alber. in l. error num.1.C.de iur.& fac. ignor. per Menoch.de præsumpt.lib.6.)præsumpt. 23.num.2.licet distinguantur per filosophos,vt per Alber.Magn.& D.u.Thom. in 4.senten.distinc.30. artic.1. neque hoc latuit Azor. nostrum in summa de iur. & fac. ignor. num.1. & 2.) præsumi inquam ignorantiam, vel errorem in ea
30 ore cuius cognitio indicaret voluisse contrahentem sibimet consulto damnum inferre probant Bald. in consil.189. in fin. lib. 2. Ruin. in consil. 167.num.5. & consil. 145.num.22. volum.1. & in consil. 145. num.12. volum. 5. Iason in l.Iurisgentium in §. si cum nulla ff. de pact.pluries Dec. & Crauet.ille in consil. 350. num. 4. & consil. 571. similiter num.4. & consil. 644. num.5. Hic in consil. 424. num. 7. & consil.535. num.5. & consil. 880. num.7. & consil. 973. num. 20. Menoch. in supradicta præsumptione 23.num.28. Roland. in consil. 11. num. 47. volum. 3. Imò Ruin.in consil.215. Crauet. in cons.77. num. 14. & consil. 142. num. 26. & Curt.Iun. in consil.56. num.5. loquuntur etiam de ignorantia minus excusabili nempè de ignorantia in facto proprio ad quod ponderatur bonus tex.in l. sed & si me putem in principio, vbi glos. & Bar. & etiam glos. in l.1. in vers. Et hæc duo ff. de condit.indeb.& in l. & si post diuisionem C.de iur.& fac. ignor. glos. in l.si res obligata ff.de legat.1. Bald. in l.qui fundũ §.seruus meus ff. pro empt. Socc. in regul.175. in prima fallent. & in consil.159.col.penul. volum.2. Dec.

in consil. 402. num. 7. Menoch. in supradicta præsumptione 23. num. 37. Crauet. in consil. 244. num 4. & de antiq. tempor. in 4. particul. primæ part. principal. num. 66.

31 Confirmatur vlterius hæc adeo iusta ignorantia ex qualitate personarum si quidem si generice probauimus præsumi ignorantiam potius quam fecisse aliquem rem sibi damnosam, multo minus credere oportet illum Ducem prudentissimum fecisse rem sibi damnosam, & adeo imprudentem sicut fuisset soluere, & male soluere, ponderant enim doctores in hac specie qualitatem personarum vt per Bart. in l. quoties §. 1. ff. de hæred. instituend. Crauett. in cons. 947. nu. 12. 13. & 14. & quia ipse Dux vti erat prudentissimus ita etiam erat vitæ laudatissimus iccirco non modo in hoc negotio quod esse poterat sibi damnosum, sed etiam in negotio cette vtili errasse potius credere oportetet quam voluisse quemquam decipere quæ regula si generaliter probatur per Menoch. in dicta præsumpt. 23. nu. 29. post Ruin. in cons. 145. lib. 5. Alex. in cons. 24. nu. 4. & cõs. 65 num. 9. & cons. 70. nu. 6. vol. 1. Crauett. in cons. 419. num. 3. & cons. 793. num. 7. & cons. 47. num. 13. Roland. in cons. 11. num. 47. vol. 3. Couar. in lib. 1. variar. resol. cap. 3. num. 8. latè Comens. in l. non fatetur nu. 8. ff. de confess. multo magis hoc præsumetur de viro insigni iuxta tradita per Socc. in cons. 277. col. 2. lib. 2. per Crauett. in dict. cõs. 947. per Det. in cap. si autem num. 7. de rescript. cũ alijs nonnullis, vt per Menoch. de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 79. num. 12.

32 Nec minus confirmatur hoc idem si attenditur persona Comitis cuius inquisitio fuit dum noster Dux Hector infans erat, & absens in Regno Siciliæ, vt supra diximus. Fuit postea Comes restitutus per multos annos antequam Neapolim Dux venisset, adeo quod illum reperijt in omnibus sicut reliquos in hac vrbe publicè conuersantem, contrahẽtem, & cum alijs magnatibus (prout dicunt testes) Proregi Excellentissimo obsequentem. Quamobrem ignorantia defectionis dicti Comitis tempore absẽtiæ, & infantiæ ipsius Ducis multo magis reditur excusabilis iuxta regulam desumptã ex l. Barbarius ff. de offic. prætor. vbi multa ad hoc tradũt doctor. & Socc. in regul. 227 & in l. si quis arbitratu ff. de verbor. obligat. & sunt text. ad hoc optimi in l. 3. ff. ad Maced. vbi substinetur cõtractus cum filiofamil. qui tamquam paterfamil. conuersabatur. Item valent ordinationes à simoniacis qui conuersabãtur tamquam Catholici c, si quis à simoniacis 1. q. 1. Item non incidit in pœnam canonum si quis percussit clericũ gestantem comam laicalem cap. si vero lo secondo de sent. excom. vbi glo. in verbo ignorauerit ampliat si alio modo laicus credebatur, quod & generale est in alijs personis, vt Cagnol. in l. qui cum alio num. 13. de regul. iur.

33 Item iste Comes est illemet qui contraxerat, & cui passim census soluti fuerant & proinde similiter habilis ad præsens præsumebatur. Idem enim status qui fuerat in præteritum præsumitur in præsenti, & è contra, vt per Bart. in l. si cui §. ijsdem in fin. ff. de accusat. l. liberis §. fin. vbi glo. ff. de liberal. caus. Bal. post Din. in l. 1. §. ex magistratibus ff. de magistr. conuen. & in l. ex persona circa princ. C. de probat. Aret. in cons. 15. col. 2. vers. & licet & cõs. 66. col. 5. circa med. & cons. 83. col. 4. Anchar. in cons. 63. & 274.

34 Alexan. in cons. 47. vol. 1. col. 9. cum sequent. Vnde in indiuiduo ad casum nostrum rectè soluitur in executionẽ contractus cum eo gesti licet tempore solutionis non esset habilis, & (nisi in contrarium probatur scientia) sufficit soluenti hæc præsumptio quod cum eo contraxerat, vt talis præsumatur ad præsens, & ex hoc elidatur regula l. qui cum alio. Sic ex tex. in l. si Vrbana cum ibi notatis ff. de condit. indebit. docet ibi Bar. & in l. filiæ

l.filiæ intestatæ ff.de solut.cum alijs infra dicendis, & procedere hoc etiam in soluente reo huius criminis ex iusta tamen ignorantia firmant in l. fin. C. ad l. Iul. Maiest.Cyn Alber.& Salyc.

Sed hoc in loco reticere non possum qualiter vnus ex dominis admodum eruditus dum oretenus illum informãs hunc punctum tetigi dixi validius posse argui sub duobus capitibus quorũ alterutrum sit necessarium,nempe quod Comes qui accepta sorte principali retrouendidit, aut Ducem liberauit, aut non liberauit. Si liberauit habemus intentum,si non liberauit contrauenit suæ promissioni retrouendendi accepto prætio. Sed illa promissio cum hipoteca est anterior iuribus fisco acquisitis per illius defectionem longè post illum contractum subsequutam,ergo & fisco præfertur Dux ob Comitis inobseruantiam, quæ purificat conditionem in contractu prouisam, & proinde ad tempus illius promissionis retrotrahitur ex l.qui Balneum, & l. potior ff.qui pot.in pignor. habeant. tradit Nicol. de pignor. par.8. membr.3. ant. num.2. Hæc ille, quem astantes improuisi laudauerunt non modo, sed conclamauerunt. Dixi ego iccirco factum esse titulum,vt quæ desunt aduocar.par.iud. suppl. sed vt firmius suppleatur rogaui hanc positionem summo eius ingenio propositam plenius examinari, etenim præceptor ille meus Fabius Marchesius doctrina insignis, & moribus laudatissimus quem eius filij,& in seculo,& in celeberrima Iesuitarum religione egregie æmulantur,docuit me,& hoc passim vsu retinui non acquiescere iudicibus quantumuis mihi adhærentibus ex motiuis non subsistentibus.Idque tum, & præcipuè vt veritas elucescat, tum etiam pro beneficio clientis, pro quo sic forte votantes possunt à cõsenatoribus æquiuocationis admoneri,& immutari.

Itaque huius argumenti secundum caput dixi dubium mihi videri eo quod regula tex.in l.potior,& in l. qui balneum procedit in conditione casuali,vel in die certa quibus casibus non est in facultate debitoris nocere alteri postea contrahenti,secus autem in conditione potestatiua ob hanc eandem rationem quæ colligitur ex eisdem iuribus,& clare ponitur in l. 1.eod. tit.declarant DD. ibi, & Nicol. vbi supra,& Bald. Nouell.in tract. Dot. part.10.col.pen.in 16.limitat. erat autẽ in potestate Comitis pecuniam non recipere, nec retrouendere, sed fiscum ad quem census ille spectare inceperat indicare, & licet ipse Comes non potuisset Duci quo ad ius reemendi præiudicare,& sic procedunt tradita per Surd.in decis.60.num.4.cum seqq.sess.Aragon. in decis.30.& in tract.de inhib. cap.4.§. 8.Roder.de ann.reddir.quæst.15. num. 87.Intrigl.de cens.quæst.71. num.5.vbi bona Apost. hoc declaratur per eosdem vt illud ius non auferatur, vel difficultetur,nam hoc cessante etiam inuiro debitore creditor porest alium ponere in locum suum l.1.C. de Nouat. Imo Regia Curia venit ex iure antecedenti nã quisquis nascitur debet suo Principi fidelitatem sub pœna bonorum vitæ,& famæ, nec difficultasset Regia Curia retrouendere, sicut retrouendidit Comes, & Fiscum iam illius census dominum debuisset Dux adire, sed non adijt, quia hæc ignorauit, & sic oportet insistere in primo capite huius argumenti quod ex iustissima ignorantia excusatur, & recte soluit eidem qui contraxerat, vt per Bart. vbi supra, & etiam in l. cum fundum §. seruum ff.si cert.per. & in l. falsos nu.4. ff.de furt.Alex.in cons. 120.nu.7. vol.5. Castr.in l.si procuratori nu.2. & 3.ff. de condit.ob caus. Ruin.cons.150. num.7. vol.1.& cons.171.num.4.vol.4.Afflict. decis.147.& 150.Alb.cons. 542. num. 3.Guid.Pap.decis.173. Rimin. Sen.cõs. 64.num.4.Cost.de scient.& ignor.cent. 2.dist.55.nu.5.Corbol.sub tit.ob non solut.emphit.limit.24. Magon.in decis. 9.vbi Apost.sub lit.D.Mascard. de probat.conclus.648. nu.28. Arct.cons.35.

Casanat.cons.9.nu.30.& 32.Briss. de solut.lib.1.fol. mihi 325. Quorum aliqui loquuntur (sicut est casus noster) in creditore postea bonis priuato,aliqui in hærede post ab hęreditate remoto,aliqui in tutore qui non adimpleuit,aliqui in donatorio cuius donatio ex aliqua causa fuit resoluta,& sic de similibus. Imo & etiam de bannito occiso cuius indultus, vel guidaticum ignorabatur,sicut in dict. l. qui cum alio tradunt Dec.nu.5. & Cagnol.nu.12. qui loquuntur etiam de solutionibus ex iusta ignorantia nempe Dec.num.3 Cagnol.num.15.

Quamobrem nimis tutior est casus noster, nam apud prædictos sufficit fuisse illi solutum,qui contraxerat, & hoc militat in casu nostro, Apud alios sufficit hunc habilem reputari sicut filiusfamil. in dict. l. 3.ad Maced.vel Abbas licet intrusus, tutor quamuis non adimpleuit, & similes, vt per Innoc. in cap. nihil de elect. & in cap.in literis de restit.spoliat. Bal.in l.certum C. de reiuend. & in l.1. col. antep. vers. sed quid de sexto C. de seruit. & aqua Alex.in cons.120.num.7. vers.nisi habuisset vol.5.cum alijs,vt ibi in Apost. & per Corbul. Briss. & alios modernos supra citatos, & sunt iura clariss.vt supra sub num.32. & hoc etiam militat in casu nostro ob Comitis publicam conuersationem cum alijs Magnatibus corā Prorege, & vbique, nec fiscus solet esse negligens in perquirendis bonis, & debitoribus ad se spectantibus, & sic multa concurrunt in casu nostro quorum singula, ex præfatis conclusionibus satis essent,& quod vnumquodque ex supradictis capitibus faciat ignorantiam à lege admissam ad solutionem excusandam, vltra prædicta ponderandi sunt text.in l. cum fundus §.seruum tuū imprudens ff. si cert.pet.in l.si fideiussor lo.1.& l. si cū debitor ff.Mandat.in l.3.C. de nouat.in l.dispensatorem, & in l.vero §. sed & si, & l.filiæ ff.de solut.in §. recte inst. mandat.in l.fugitiuus eod.tit.de solut. & in l.si vrbana ff.de condit. indeb. vbi notabiliter Bar.Castr.& Alber.

35 Denique tutus est Dux,quia omnes solutiones tertiarum, & sortis prœcedunt litem motam annis vltra viginti infra, quod tēpus statuitur in cap. Regni quod incipit Bona proditorum posse fiscum à tertijs possessoribus rebellium bona vendicare,ita vt eo elapso, nec tertij possessores molestari possint,nec etiam agi criminaliter contra eosdem delinquentes, vt in cap. & si frequenter, quantumuis contra illos eadem capitula, & aliud incipiens nuper apud Tranum merito exacerbentur, nec obstat consideratio fisci, quod in eo capitulo non inducitur liberatio ex solo tempore, sed indulgetur tertijs possessoribus, vt tempus de iure communi ad præscribendum contra fiscum diuturnius ad tempus annorū viginti restringatur, non autem remittuntur alia requisita præscriptionis de qua in eod.text.fit mentio, nam respondetur ideo me signasse tempus cōtractus, quia alia requisita non deficiunt. Si enim solum tempus sufficeret inniteremur literæ numerantis annos viginti à die delicti, quod prætenditur in anno 1528. sed à die reemptionis fluxere etiam anni vltra 20. Bonam fidem late probauimus ex ignorantia nimis,vt iam diximus excusabili,nec deficit iustus titulus liberationis per reemptionem acquisitæ tot.titul. de liberat.legat. vnde dum habemus omnia requisita ad solemnem præscriptionem, non opus est disceptare si sufficit solum tempus, quod forte solum sufficere ex eodem capitulo colligitur.

Deo Gratias.

Mota fuerat præsens lis in anno 1571. & siluit per annos vltra 25. postea magno calore excitabatur, & causa relata informauimus, & hæc scripsi iussu celeberrimæ illius Eroinæ Hieronymæ Columnæ matris Ducis Hectoris vltimo loco defuncti. Et Fiscus iterum siluit. Et postea audiui concordasse modica accepto,quod D.Marcello

cello

cello suo (vt diximus) creditori refunderet.

SVMMARIVM.

1 *Dilatio iuridicè concedenda debitoribus multa requirit, & lite pendente super sessio non datur.*
Quid autem de dilatione, seu moratoria gratiosa concedenda per Principē, vide in num. 2. cum seqq.

3 *Moratoria, vt impetretur à Principe requirit iustam causam, & num. 11. Item vt debitor offerat cautionem de soluendo finita dilatione ob multa consideranda, vt num. 4. Præsertim in hoc Regno ob Rituum Magnæ Curiæ, vt num. 5. Et quid contra Neapolitanos, vide in num. 6. Et quid post sententiam præfecti prætorio in num. 8. Et quid in debito iurato cum clausula non petendi moratoriam, & illa non vti in nu. 9. Quid autem si decoctio fuit casualis, & moratoria potest etiā creditoribus prodesse in num. 12.*

7 *Priuilegium subsequens non derogat antecedentibus.*

10 *Princeps non debet concedere illud quod petens promiserat non impetrare, & impetrato non vti.*

11 *Princeps non vtitur potestāte suprema nisi ex maxima causa.*

13 *Affictus ex quibus considerationibus nocent, vel prosunt vniuersitatibus, vel creditoribus, vt exinde sint vel non sint admittendi, & num. 18.*

14 *Contractus omnes debent esse liberi. Limita vt in numeris seqq.*

15 *Prælatio de iure communi, vel municipali datur in casibus hic expressis. Quid autem in locatione vide nu. 16. & 25. Et an sufficiant rationes sufficientes in venditione in num. 17.*

19 *Locatio & venditio in multis valdè differunt, & num. 23.*

20 *Tempus modicum, vel lõgum in hac materia dicitur infra vel supra decennium.*

21 *Demania concedi solent non tàm de iure, quàm ex quadam consuetudine ex rationibus hic consideratis, & numero 24.*

22 *Consuetudo non oriens ex legis prouisione non extenditur ad similia quãtumuis sit eadem ratio.*

26 *Pretij qualitas dijudicatur non modo ex qualitate, sed etiam ex circumstātijs.*

27 *Licitator primus præfertur cæteris pro eodem pretio. Potest offerre maius pretium gradatim tamen ne sibi præiudicet num. 28. Non debet eludi per maiores oblationes superuenientes. Et quid si per viam læsionis num. 29. vel per viam restitutionis in integrum, num. 30. cum seqq.*

31 *Restitutio personarum, aut locorum qui reguntur per alios datur in iuditijs nõ in contractibus. Et speeificè non in istis contractibus num. 32. In personis autem quibus datur restitutio quid requiratur ad illam obtinendam, vide num. 33.*

ALLEGATIO XXXXV.

Pro Creditoribus cuiusdam.

In Dei nomine Amen.



VSsit Prorex Excellētissimus vt Collaterale Consilium informemus si iusta est, ac si expedit Creditoribus per hunc debitorem petita dilatio, & per eius Terram pe-
1 tita prælatio. Quo ad dilationem clarum est hic non agi, de illa, quæ fundatur in iustitia, & proinde ab Iudicibus concedi potest, vt in l. fin. vbi doct. C. qui bon. cedere possunt, & in l. maiorem ff. de pact. cum requisitis tamen, vt per Afflic. in decis. 288. Barz. in decis. Bonon. 78. Anna

na alleg. 57. Rot. gen. in decis. 57. cum restrictione in Regno, vt sit expectandus exitus, & nulla supersessio concedatur lite pendente ex pragmat. lata in anno 1585. quæ est secunda in tit. de instr.
2 liquidat. Sed agitur de moratoria gratiosa, quæ solūmodò concedi potest à Principe l. 2. C. de præcip Imperat. offer. tradit Castr. post glos. in l. 1. §. qui magistratus ff. quod quisque iur. & colligitur ex nostro ritu 287. in vers. Regiam Maiestatē. Vsus vero potestatis supremæ requi-
3 rit semper in Principe iustam causam, vt infra dicetur, & aliqua sūt in quibus prouidetur specificè Principem vti huius-
4 modi potestate non debere. talia sunt nōnulla, quæ casui nostro applicantur. Primo quia iste debitor petit moratoriam, non offerendo cautionem de soluendo in fine dilationis, & sic opponentibus hoc creditoribus non est audiēdus iuxta text. cum ibi traditis in l. vniuersa C. de precibus Imperat. offerend. vbi in specie Paul. & Ias. in princ. Alex. in cons. 210. vol. 2. Aret. cons. 137. in cuius executionē Gaspar Thesaur. Senator dignissimus in additionibus ad Anton. eius patrem, & propriè in decis. 186. & Conrad. in templo Iud. l. 1. cap. 1. §. 4. vers. 23. Etiā cum ista cautela fideiussoriæ cautionis monent seuerissimè superiores, vt abstineant à concessione huiusmodi literarū inducialiū ex quibus datur occasio tollendi commercia, & frangēdi fidem qua nihil inter homines esse debet illibatius vltrà damnum bursale, quod oriri solet ex istis impedimentis, quemadmodum in casu nostro specificè notum est euenisse multis qui nimium defatigati, ac penè diffisi modico tādem accepto maximas dimiserunt ipsis debitas quantitates. Et hoc contrahendi genus quid operetur in foro poli, & in foro fori legatur quęso Io. Lup. quem refert, & sequitur Boer. in decis. 215. num. 8.

Hoc autem obseruantius in regno nostro
5 seruandum est vigore Ritus nostræ Magnæ Curiæ num. 287. in quo statuitur nullo modo admitti moratorias sine tali cautione etiam si fuissent iam concessæ per Regiam Maiestatem, & etiam si in ipsa concessione ista cautio specialiter remitteretur, quę verba sunt nimis clara, & nimis præcisa non tamen adeo noua, vt non oriantur ex fonte iuris communis in dicta Vniuersa C. de precibus Imperat. offer. vbi glos. Bald. Salyc. Paul. & Fulgos. firmant ex eo text. nec sine tali cautione vti posse debitorem moratoria obtenta nec talem cautionem per Principem posse remitti quod idem in nostro ritu clarius confirmatur, & consequenter talis petitio discutienda nō est, nec recipi potest dum huiusmodi cautio non offertur.

Secundo, Non est recipienda talis petitio
6 generalis non excipiens Neapolitanos quibus satis expressè concessum est, ne aduersus illos moratoriæ expediantur sunt priuilegia, quæ incipiunt à Rege Ferdinando Primo, & confirmantur per nonnullos successores, vt in libr. capitulorum Neapolitanis concessorum fol. mihi 15. c. 29. & fol. 24. c. 31. & fol. 32. cap. 21. & fol. 41. in princip. & fol. 43. à terg. & fol. 49. cap. 37. vnum ex quibus capitulis est etiam impressum in pragmatica prima de cess. bonor. & de illis loquuntur Grammat. in consil. 8. & 23. Præs. de Frāch. in decis. 179. in fin. Ann. in singul. 101. Nec est audienda petitio, dum sic directè derogat capitulis fidelissimæ Ciuitatis regula enim tex. in l. 2. §. merito, & §. si quis à Principe ff. ne quid
7 in loc. public. applicatur in specie ne priuilegium subsequens deroget priuilegio antecedenti, vt per Doct. in cap. 1. de rescrip. præsertim Bero. num. 38. cum sequentibus Dec. num. 46. & 52. Ripa num. 48. Greg. Lop. in l. 27. tit. 18. par. 3. in verb primiero Dec. in cons. 147. nu. 2. Suar. alleg. 8. num. 6.

Tertio non est generaliter cōcedenda mo-
8 ratoria quia iste debitor ad beneficium ferè omnium creditorum condemnatus reperitur per sententiam S. C. habentis autho-

authoritatem Præfecti prætorio ad cu-
ius Iudicis impediendam sententiæ exe-
qutionē moratoriam non concedi fir-
mat Guid.Pap.in decis.97.Rebuff.in cō-
stit.Franc.tom.2.tit.de liter.dilat.annal.
art.1.glos.1.in quæst.5.nu.19. Mansuer.
in sua praxi,in rubr.de solut. vers. Itē di-
latio moratoria nu.31.Cucc.in tract.de
morat.limit.4.num.112.

Quarto in omnibus contractibus suorum
9 creditorum ipse debitor iurauit solemni-
ter moratorias,aut supersessorias nō pe-
tere nec illis vti ex qua promissione quic-
quid sit respectu moratoriæ de Iustitia
impetrandæ ad instantiam creditorum
concurrentium, qui quo ad se possunt
iuramentum remittere alios vero Iure
sic disponente cogunt ad expectandum
vt per Carauit.in dicto Rit.287.nu.3.4.
& 8.tamen respectu moratoriæ ex gratia
impetrandæ obstat primo iuramentum à
Principe seculari non dispensabile c. no-
uit de Iudic. cap. venerabilem de elect.
Host.in cap.quanto de iure iuran. Butr.
Imol.& Abb.in cap.cum contingat eod.
10 titul. & obstat secundo quod istæ clau-
sulæ retardare debent Principem ad cō-
cedendum rem, qua promittimus non
vti,vt per Cyn.Salyc. & Paul. in l.fin.C.
si contra Ius, vel vtilit. public. Bald. in l.
fin.C.de non numer.pecun.Alex. in cō-
sil.38.vol.3.& consil.7.vol.4.Iason in l.
fin.nu.26.ff.qui satisdar. cogant.Rebuff.
in su pradicta glos.1. quæst.5. num.29.
Afflict.in decis.5.

Porro isti casus particulariter prouisi,vt cō-
tra illos induciales literæ non concedan-
tur omnem adimunt disputationem.Ve-
rumtamen, & idem dicere cogeremur
11 intuentes tantummodò potestatem illā
supremam quæ sola, vt diximus potest
gratiosas moratorias cōcedere non enim
vtitur Princeps tali potestate nisi ex iu-
sta,& rationabili causa, vt latè dixi in al-
legat.10.num.70.Et præsertim istas mo-
ratorias requirere causas vrgentissimas
declarant Doctor. relati per Carauit. in
dicto Rit.287.num.10. & certè in casu
nostro. sicut ex omnibus supradictis in-
iusta est talis petitio, ita nec est coloran-
da sub prætextu quod expedit si quidem
expectare creditores illos videtur ratio-
12 nabile qui solent libenter soluere,& po-
stea ex aliquo casu belli forte,vel incen-
dij,vel naufragij,aut alterius similis effe-
ctis sunt non soluendo istos enim iam
impotentes vrgere durum videtur,& ip-
sis creditoribus talis durities inutilis est,
& fortè damnosa nam carcere nō obstri-
cti nec extra patriam fugati possunt com-
modius vacare negotijs,vt aliquādo sub-
leuati sint eisdem creditoribus vtiliores.
Ista bene considerátur per Afflict. in de-
cis.377. per Rebuff. in prædicto artic.1.
glos.1.quæst.3.6.7.& 8. & per alios su-
pradictos. Quæ omnia cessant in isto de-
bitore qui nec quicquam per tot annos
sponte soluit,nec permittit perueniri ad
aliquam bonorum suorum venditionē,
& nunc etiam eximi vellet à molestia li-
tigandi non tamen cautelam, aut aliquā
satisfaciendi certam spem creditoribus
addens. Imò quid ex tot defatigationi-
bus ipsis creditoribus passim acciderit
iam supra tetigimus.

Quo ad secundum similiter dicimus, nec iu
13 stā esse, nec expedire prælationem,quę
ab eius terra petita est.Fuit namque ipsa
terra instantibus creditoribus in afflictū
concessa, & afflictator adimpleuit ex par-
te sua, & cæpit ipsius terræ possessionem
quaptopter decet creditores conducto-
rem defendere ne sub eorum fide deci-
piatur, & vtile iudicamus afflictum ab ip-
so diuite & (sicut opinari licet) non li-
tigioso exigere potius,quam ab illa terra
protecta ab eius domino de quo sui cre-
ditores nimium conqueruntur, & hinc
colligitur non expedire creditoribus,nec
etiam ipsi vniuersitati,quæ teneretur sē-
per ad solutionem afflictus, & introitus
forte nō semper ad benefitium Vniuer-
sitatis, sed plerumque à potentioribus
in vsus proprios conuerterentur, sicut
in simili considerat Præses de Franch. in
decis.17.num.21.

Verum

Verum ad ius deueniens commemoro regulam esse, vt quisquis ita vendat, ita lo-
14 cet, prout vult, & cui vult l. dudum C. de contrah. empt. l. nec emere C. de iur. delib. l. ne cui C. locat. statuunt tamen
15 iura aliquas prælationes, sicut ratione directi dominij vt sic præferatur directus dominus in alienatione rei emfiteoticæ, vel feudalis l. fin. C. de iur. emfit. cap. 1. §. porro qualit olim poter. feud. alienar. sic ratione consanguinitatis, vel communionis, vel vicinitatis prælationem concedi de iure, siue communi, siue municipali, vt in cap. constitutus vbi doctor. de in integr. restitut. tradit latissime Tiraquell. de retract. lignag. in Præfat. in eius prin.
16 & num. 2. cum sequentibus, sed an vbi adest aliqua ex rationibus prædictis, sicut datur prælatio in alienatione, ita etiam detur in locatione, in hoc habemus casus aliquos de iure consuetudinario sub tit. de locat. & conduct. qui non sunt applicabiles extra districtum.

Item de iure communi datur prælatio in locatione ratione communitatis, si res est communis, vel ratione continuandæ conductionis aduersus nouum conductorem, vt per Boer. in decis. 107. per Rip. in l. quo minus num. 138. cum sequentibus ff. de flum. post Luc. de Penn. in l. congruit. & in l. fin. C. de locat. prædior. ciuil. lib. 12. Bal. Angel. & Ias. in l. 1. C. qui test. facer. poss. Guttier. in lib. 1. pract. quæst. cap. 38. & similiter isti termini non sunt applicabiles ad casum nostrum.

17 Simpliciter autem ex rationibus prædictis sufficientibus ad obtinendam prælationem in alienatione non datur prælatio in locatione etiam ad longum tempus, & hoc tam de iure communi, quam ex illa consuetudine Pictauensi, quæ pignius prouidet, vt latè per Tiraquell. de retract. lignag. §. 1. glo 14. num. 79. cum sequt. Datur autem in Regno ex causis prædictis, etiã in locatione ad modicum tempus, prout legimus in const. Sancimus illamque sic intelligit, ibi Afflict. in coment. in 8. notabil. nu. 37. 38. & 39.

18 Sed in Vniuersitate non potest cõsiderari ratio consanguinitatis, vel vicinitatis, prout constitutio illa requirit ibique declarat Afflict. in loco prædicto colum. 1. vers. prima pars: Et sic videns pars aduersa nullam adesse viam per quam ad prælationem aditus pateat conuolat ad consimilia, & ad exempla.

Inquit enim venditioni similẽ esse locationem quia vtroque casu mutatur Dominus ergo, & prælatio dari debet sicut dari in venditione videmus pluries, & in pluribus Vniuersitatibus est obseruatum.

Ad hoc respondetur in primis veram non esse talem similitudinem venditionis, &
19 locationis, immò adsunt dissimilitudines recensitæ per Tiraquell. in dicta glos. 14. num 84. Ex quibus prælatio concessa in casu venditionis negatur per ipsum post aliqualem disputationem etiam in locatione ad longum tempus, negatur autẽ indubitanter in locatione ad modicum
20 tẽpus. Et modicum dicitur in casu nostro dum est valdè minus decennio, vt in l. filio §. si vir in quinquennium ff. soluto matrim. tradit Afflict. in dict. notabil. 8. num. 37. Et præter differentias annotatas per Tiraq. adest in casu nostro diffe-
21 rentia in eo specificè, ex quo aliquæ Vniuersitates in casu venditionis fuerũt ex prælatione admissæ ad Regium demanium. Tales enim prælationes nullo iure communi, vel municipali statutæ sunt, sed ex quadã æquitate sunt introductæ, quia venditoris nihil interest idem prætium sibi solui ab Vniuersitate, vel ab aliquo emptore. Et è cõtra Vniuersitas perueniens ad Regium demaniũ consequitur quandam libertatem in comparationem subiectionis ad conuassallum, prout inquit Imperat. in constit. personas, & in effectu euitat subuentiones permissas in constit. quamplurium, & in pragmat. Regis Ferdinandi, quæ est prima in titulo de salar. cum alijs annotatis in addit. ad Andr. in cap. 1. quę sint Regal. nu. 54. in verb. inuitis lit. G. vltra alias molestias

forte

forte Baronibus non permissas, vt inquit Luc.in l.1.in fin.C.de cap.ciu.cens. eximend.Ex quibus potuit applicari tex. & theorica Io.Fabr. in § fin.Inst. de noxal. & exempla tex.in l.2.in princ.ff.si libert. ingenuess. dicat.& in l.2.C.de patrib qui fil. distraxer. prout ex istis fuisse inductā consuetudinem admittendi Vniuersitates ad Regium demanium tradit Præs.de Fran.h. in decis.17.num.2.& 3. Camill. de Curt. in suo diuers.feudal.par.1.c.2. num. 39. cum multis sequentibus qui cæteros referunt.

Quæ consuetudo non oriens ex legis prouisione non extenditur ad alium casum etiam ex identitate rationis, sicut consuetudo transeundi cum plaustro vini non extenditur ad plaustrum olei,vt per And. in cap.j.circ.fin princip.de consuet.rect. feud.,post glos.in l.1.C.quæ sit long.consuet.Inter quæ duo plaustra nulla adest ratio differentiæ, & sic talis consuetudo in casu venditionis non deberet extendi ad casum locationis quamuis esset eadē ratio iuxta tradita in d. decis.17. nu.12. & 13. Quamobrē tanto magis cessat extensio ad locationem in qua genericè ratio est nimis differens,vt exTiraquell.te-
33 tigimus.Et adhuc magis in casu nostro, in quo adest specifica differentia quod in casu venditionis agitur de consequutione Regij demanij cum exceptione tot subiectionum, & (vt ita dixerim) seruitutum.

Prælatio vero in locatione nihil tale tribuit imò remanet idem Dominus cum eisdē iuribus dominicalibus, & cessat in effectu ratio radicalis ex qua talis consuetudo admittendi ad Regium demanium intro-
34 ducta est.Et fortificatur differentia,quia validior ratio admittēdi demania est cōsolidatio iurisdictionis in vtili dominio quod erat penès Baronē cum dominio directo penès Regem,cui ex hoc cōpetit prælatio, & in cuius beneficium exercetur quamuis cum pecunia Vniuersitatis cui supradicta commoda resultant,prout bene aduertit Regens de Ponte de potest.Proreg.in tit.de diuers. prouis. §.1. num.14. & Camill.de Curt.in loc. prædict.num.52.vbi & testatur quod ex hac ratione non attenduntur petitiones demaniorum nisi Proregibus annuentibus. Ad quod pondero etiam Regiam Pragmaticam (quæ est 63. sub titul.de offic. Procur. Cæsar.) remittentē ad S.C. omnes causas in quibus Regius Fiscus non est actor,vel reus,vel author laudatus, & tamen sancitur non remitti, sed ob interesse Regij Fisci in ipso Tribunali Regiæ Cameræ demaniorum causas retineri, quæ ratio consolidationis, & interesse Regij Fisci penitus cessat in locatione.

Similiter cessant exempla, per Vniuersitatē
25 commemorata. Nam respectu sternatiæ causa non fuit iudicialiter decisa. Respectu vero Tricarici illa Vniuersitas petijt prælationem,& insimul fecit maiorem oblationem,quæ forte admitti potuit ex aliquibus negligētijs, & alijs circumstantijs ibi ponderatis ad beneficium personæ priuilegiatæ quæ regebatur per curatorem,vt mox dicemus in discussione sequentis articuli.Et vtique tutior,& vtilior fuisset via prælationis quæ tamen nō fuit admissa,sed admissa fuit maior oblatio cum decreto quod super ea accendatur candela, & remansit affictus ipsi Vniuersitati,quæ licitando vicerat.Et sic decretum est pro nobis dum non admisit prælationem.

Denique hæc Vniuersitas de qua nunc agimus inquit quod ipsa quoque prælationem proposuit, & gradatim fecit etiam meliorē oblationem. Quamobrem prælatione reiecta videndum est num maior oblatio sit admittenda. Et primo rogo ponderari considerationes in notula facti commemoratas ex quibus liquere videtur,quod oblatio vniuersitatis quāuis sit maior quoad quantitatem, tamen censenda est, minor quoad circumstantias, ex quibus similiter qualitas pretij dijudicatur l. eum qui emit. §. melior cū duabus sequētibus,ff. de indiem adiect. per quem text.ita aduertunt Io. de Plat.

in l.si tempora vers.Et intellige,C. de fide instr.& iur.Hast. fisc.lib. 10. Luc. & Bart.in l.congruit, C.de locat. præd. ciuil.lib. 12. vbi Alex. in addit. Ad quod Auendagn.de exequend. mandat. part. 2. cap.12.num. 7. ponderat legem Hispaniæ dicentem,vt res licitata remaneat offerenti maiora pretia,sic annuendo nō vnum esse pretium iuxta quantitatem pecuniæ,sed posse euenire, vt sint plura iuxta inhærentes qualitates, & conditiones.

Item. Aduerto, quod hac via non potest 27 vniuersitas obtinere, nam cessante prælatione, dum vniuersitas prætendit vincere ex licitatione præfertur pro eodem pretio primus conductor, ex regul. dict. l.congruit,& l.fin. eod. tit. & l.cotem ferro,§.fin.ff.de public.Ita Alber.in l.2. C.si in caus.iudicat.pign.dat.sit. Rebuff. in compend. alien. rer. eccles.num. 62. ad fin.Greg.Lop.in l.5.tit.19.part.6. in verb.Mas por ella. Azeued.in lib.2. no-28 uę collect.regię tit.1.l.2 nu.1.Sic enim ipse offert gradatim tamen & successiuè ac sine præiuditio sui iuris,prout monet Guttier.in lib.1.variar.resolut. cap. 38. num. 6.

Sperat enim obtinere vt stante sua legitima 29 conductione iam perfecta non admittatur noua licitatio, l. Lutius, §.fin. ff. ad municipal. nec quisquam decipi debet sub fide haste fiscalis, l. si hipotecas,C. de remiss.pignor.Nec dicat Baro adherens vniuersitati, quod hæc maior oblatio tēdit in beneficium sui, qui meretur prouideri suæ indemnitati in hac locatione non à se ipso sponte facta, sed ab alio nempe à iudice: Nam respondetur, quod aut ex hoc vult sibi succurri ex remedio læsionis, aut ex remedio restitutionis.

Si prætendit remedium læsionis oportet ptimo discerere si in locatione cadit remedium læsionis,vt per Doctor. relatos per Menoch.in consil.843.num.38.pręsertim ob incertitudinem, vt ibidem num.34. Et supposito quod daretur nō modo in læsione vltra dimidiā, vt in l.2. C.de resc.ind.vendit.sed quod sufficeret vltra sextam ex theorica Bart.in l.societatem in §.arbitrorum ff.pro Soc. tamen hæc oblatio non excedit sextam. Et vbi excederet, non tamen ex oblatione, sed ex vero valore iudicanda esset lęsio cum iuditio formiter intentato ex hoc capite, & cum datione termini non autem cum tali simplici præsentatione maioris oblationis, vt bene probat Guttier. in dicto lib.1.variar.resolut cap.38.num.4.

Si vero prætendit remedium restitutionis aduerto quod nō sumus in persona quę 30 regitur per alios,sed sumus in negotio (nempè in locatione) facto per Iudicē loco partis quæ & satisfacere creditoribus,& venditiones, aut affictus pro illis satisfaciendis differebat.Et sic non intrāt termini restitutionis.Sed læsionis si adesset læsio quæ sufficeret in sexta, vt dictū est,& in hoc prodest locasse Iudicem,nā in contractu proprio requireretur læsio vltra dimidiam.Sed termini restitutionis sunt à casu nostro penitus extranei.

Et vlterius aduerto quod licet in iudicijs restituantur personæ,aut loca quæ regūtur per alios,tamen in contractibus non restituuntur, nisi personæ de quibus hoc 31 specialiter prouidetur. Et in locationibus adest potius specialis prouisio in cōtrarium,vt non detur restitutio sicut in 32 Vniuersitatibus, quæ non habent proprium statutum, aut consuetudinem in contrarium, vt in dicta l.Lucius §.fin. ff. ad municip. l.eū qui vectigal.ff. de verb. signific.tradit latè Io. de Plat. post glos. in dicta l. si tempora num.2. Auendagn. in dist.c.14.num.11.vbi declarat specialia statuta in Fisco in legibus Hispaniæ ibi recensitis non extendi ad Vniuersitates,iuxta regulam text. in l.simile priuilegium ff.ad municip.

Imò & etiam vbi non dubitatur dari resti-33 tutionem tamen requiritur aliqua causa ex qua appareat ortam fuisse læsionem, puta vt fuerit locatio tēpore incongruo, vel aliquid simile quod impedierit maius benefi-

beneficium locationis, nam si fuisset defectus solemnitatis tunc contractus esset nullus,& non opus esset remedio extraordinario, sed dato contractu perfecto, ac cessante extrinseca aliqua causa læsionis non datur restitutio ad beneficium maioris oblationis,nam pretium auctum potuisset etiam decrescere, & non debet quis illud petere cuius contrarium non esset postulaturus ita ꝓcedit tex.in l.& si fine in §.quæsitum,ff.de minor.vbi optimè declarat Alber. inquiens sic fuisse decisum. Et hæc omnia discurrunt Afflict. in decis. 340. vbi similiter hoc fuit decisum Bald. in l. cum pro pecunia C. de solut.Dec.in cons.4. Auend. in dicto cap.12. num.12.& 15. Guttier. in dicto cap.38.Azeued. in dicta l.2.qui cæteros cumulāt. Quare dum nostra locatio fuit vndique perfecta non est audienda noua oblatio.

Deo Gratias.

Fuerunt hæc omnia latè discussa in Consilio Collaterali. Et nulla emanauit prouisio. Idque satis fuit pro victoria.

S V M M A R I V M.

1 *Cōsensus vel beneplacitum alicuius reseruatum in contractu suspendit illū quāuis tale beneplacitum alioquin ipsi contractui necessarium non esset.*

2 *Preces ab aliquo fuisse porrectas non probatur ex eo solummodo quod memoriale legitur sub nomine ipsius. Quid autem si Princeps asserit talem supplicasse, vide in num.3.*

4 *Assensus non extenditur de contractu ad contractum. Nec de persona ad personam,vt num.5.*

6 *Alienatio præsumitur ab initio facta in eum,in quem agebatur rem peruenire debere,mediante alienatione in alium, à quo postea refunderetur.*

7 *Fraus,& simulatio probantur ex coniecturis. Quot autem coniecturæ sint necessaria vide num.8. Et esse coniecturam, sufficientem, si fructus remanent penès concedentem, vt num.9.*

10 *Concedendi facultas non extenditur, vt concedatur prohibito. Est autem persona prohibita consanguineus beneficiarij, vt num 11. Limita,vt num.12.*

13 *Ecclesiæ bona omni iure prohibentur alienari. Et alienatio dicitur concessio in Emphyteusim num.14.Fit autem alienatio si interuenit iusta causa, & legitima solemnitas num.15. Et vtrumq; requisitum latè examinatur in num. seqq. Nempè causa necessitatis nu.16. Causa vtilitatis num.17. Legitima solemnitas num.18. & 20.*

19 *Præsumitur delegatos ad aliquid rectè egisse, sed admittitur probatio in contrarium.*

20 *Omissio debitè diligentiæ quæ & qualis vitiat actum cōmissum adimpleri adhibita diligentia.*

21 *Tempus contractus attenditur non solū attēto eo statu,sed etiā attēto eo quod de proximo futurum esse præuidetur.*

22 *Conditio adiecta alicui actui sic faciendo inducit formam qua omissa actus corruit.*

23 *Assensus præsertim in contractu liuellario vitiatur ex difformitate, vel ex obreptione, aut surreptione in numer. sequent.*

24 *Obreptio, & surreptio, an sint diuersa, & quando vitiant impetrata.*

ALLEGATIO XXXXVI.

Pro Illustrissimo Cardinali Cosentiæ.

In Dei Nomine Amen.



Breuiter reassumitur conuētos esse condemnandos ad relaxationem casalium in actis deductorum vna cum fructibus ad beneficium Illustrissimi Cardinalis de Cosentia commendatarij Abbatiæ S.

Mariæ de Iosaphat stante illorum concessione in emfiteusim perpetuam cum Assensu Apostolico, qui concessionem prædictam nullatenus potuit conualidare.

Primo cessat contractus insimul, & assensus Summi Pontificis; nam & in ipso cõtractu, & in assensu dicitur fieri concessionem in emfiteusim cum voluntate approbatione, & beneplacito subsequẽdo Cardinalis Carpij, & non aliter, nec alio modo, quæ clausula non modo si talis persona interesse haber in eo negotio, Scut erat Cardinalis Carpius, qui in casu mortis Abbatis Antonij Mariæ cõcedentis habebat regressum ad Abbatiã,
1 & interim sibi fructus reseruauerat, sed etiam si nullum haberet interesse annullat contractum dum tale beneplacitum non subsequitur sicut post Innoc. in c. fin. nu. 1. de procurat. tradit Abb. ibidem num. 8. & 9. Felin. in c. cum ordinem in princ. de rescript. Vnde fortius vbi talis persona est in negotio interessata concludit Loffred. in cons. 17. num. 54. 55. & 56. Camer. in c. imperialem fol. 55. in fin. & fol. 56. col. 1.

Tale autem beneplacitum Cardinalis Carpij non apparet, neq; constat, quod in assensu legitur suo nomine, & Antonij Mariæ fuisse porrectas preces Sanctissi-
2 mo Domino pro assensu apostolico impetrando; nam sæpe euenit dari preces nomine ignorantis, & proinde non ex hoc (nisi aliunde constar) dici potest eius beneplacitum fuisse probatum, prout tradit Frecc. sic inquiens, fuisse decisum in eius lib. 2. de suffeud. quæst. 24. Idq; corroboratur dum non inquit Pontifex Cardinalem supplicasse, sed inquit pro
3 eius parte supplicatum fuisse, Et hoc verum est, sed neq; nouit, neq; afferit Põtifex hunc supplicantem nomine Cardinalis ab ipso Cardinali habere mandatũ & sic procedit Lap. in alleg. 7. cum traditis in c. si Papa de rescript. in 6. Oldr. in cons. 258. Odoffr. & Alber. in auth. si quis in aliquo documẽto n. 7. C. de eded.

Nec etiam obstat eius beneplacitum in cessione facta per Mansellam Scipioni de Rufsis; Nam si contractus concessionis in emfiteosim factæ Mansellæ fuit verus, & non simulatus, caret vtiq; beneplacito Cardinalis, sine quo probauimus, quod Mansella non potuit acquirere. Si autem Mansella non acquisiuit, nihil potuit transferre in Scipionem ex regula quod nemo plus iuris ex l. nemo de reg. iur. Si vero dicimus, quod Mãsella fuit persona supposita, & concessio per Antonium Mariam vere fiebat Scipioni de Rufsis mediante persona Mansellæ, qui postea Scipioni de nouo cedere finxisset tunc magis contractus corruit ex defectu assensus tàm Cardinalis, quàm Sũmi Pontificis; Cardinalis quidem, quia eius assensus fuit reseruatus in concessione facta Mansellæ cum clausula, & nõ aliter, nec alio modo, quæ concessio nõ potuit validari per assensum præstitum alteri contractui, nempe cessioni factæ Scipioni per Mansellam; Non enim assensus extenditur de contractu ad con-
4 tractum, vt late post Andr. docet Cam. in c. Imperialem fol. 14. lit. 5. fol. 24. col. 4. & fol. 44. & 45. post Oldr. Bal. Alex. & alios ibi relatos, & dum non admissa extensione non potuit conualidari concessio facta Mansellæ, frustra quærimus de ipsius Mansellæ cessione, vt dictum est. Similiter si Mansella erat persona supposita, & actum fuit, vt verus cõcessionatius esset Scipio sequitur, vt nihil operari possit assensus Summi Pontificis, in quo de Scipione nulla fit mentio, sed asseritur respectu Mansellæ, & de iure sicut diximus in contractus, eodem
5 modo assensus non extenditur de persona ad personam etiam digniorem sicuti ex l. fin. ff. de vsu, & habit. & in c. 1. de duob. fratr. tradunt Salic. in auth. ei qui C. de bon. author. iud. posfid. Paul. in l. pro hærede in §. si quid tamen, ff. de acquir. hæred. bene Camer. in c. imperialem fol. 4. col. 4. in fin. post. Andr. ibidem colum. 2. & 3. & in c. 1. in fin.

An

An ille qui interf.fratr.domin.sui.

Secundo, Assensus Apostolicus non opitularur; nam Antonius Maria vere, & realiter concedebat Scipioni suo fratri, qui ex hoc erat prohibitus vt mox diceſ & sic dum concessio facta fuit in Man-
6 sellam, qui alienauit in Scipionem præsumitur ab initio alienatum in Scipionē, ita Bal.in l.filiusfamilias in §. diui, ff. de legat.1.late Socc.in conſ.26.nu.3. vol. 3. Et dum habemus præsumptionem à Doctoribus approbatam dicere possumus habere probationem, vt dixi in al-
7 legat,26.num.10.fraus enim,& simulatio probatur ex coniecturis l. dolum C. de dol.c.2.de renunt.in 6.glo.in l.apud Celsum in princ.ff.de dol.except.cum cæteris, vt per Tiraquell. de retract. li-
8 nag.§.1.glo.14. num. 58. Et sufficere vnicam coniecturam bene probatam tradunt Calc.in conſ.26. nu.18. & 19. Corn.in conſ.23.vol.5.Parif.in cōſ. 55. num.19. cum sequent.vol.1.Aym.Crauett.in conſ.156.num.7.Mascard. de probat.concl.438.num.8.10.& 11. At in casu nostro vltra præfatam præsumptionem,& probatam per scripturas, & approbatam per Doctor.habemus aliud factum nempè albaranum repertum, cuius vigore possessio, & fructus remanebant penes eundem Antonium Mariam,
9 & non penes Mansellam, atq; hinc simulationem oriri, inquit Iurisconſ. in l. sicut §.superuacuum ff. quib. mod. pign. vel hypot.soluit.& ibi Bar. & etiam in l.post contractum col.3. ff.de don. Cæpoll.in tract.de simulat.contract.in 3.ca su principal.in 24.præsumpt. Et ita erat credendum de viro diuite nobili Neapolitano,vt noluerit se confinare,& fieri censuariū in Calabria, sed vt in gratiam amicorum suam personam interposuerit ad finem,vt Scipio concessione potiretur.Ex quo facto oritur,vt non modo assensus opitulari non possit Scipioni ad quem extendi non potest dum in eo fuerat Mansella, & non ipse ad emphyteosim habilitatus, sed quamuis genericè obtinuisset Antonius Maria posse concedere cui veller, non tamen concedere
10 potuisset personæ prohibitæ cap.1 §.fi. Episc.vel Abbat.declarat Camer.in dict. cap.Imperialem fol.,5. in princ.

Et certè frater, aut etiam remotior consan-
11 guineus est persona prohibita in quem beneficiarius alienet cap. quisquis Episcopus 12.q.2.declarat Abb.in conſ.41. verſ.secundus defectus volu.1. Volunt enim canones obuiare præsumptæ fraudi,vt latè per Mascar.l.de probat. concl. 815. numer. 10. Vndè vix permictitur
12 vbi consanguineus esset persona notissima,& optimæ famæ, & fieret contractus palam publicè,& bona fide, vt per Rodoan. in tractat.de reb Eccleſ. non alien.quæst.54.num.3. post DD. in authent.quibuscumq; C.de sacroſ. Eccleſ. per Feder.de Sen.in conſ.52.quidam Prælatus cum Iaſ.in cap.1.num.16. qui feud.dar.poſſ. Qualitas istorum fratrum ex multis in processu deductis,& in specie ex hoc genere contrahendi de rebus Ecclesiæ dignosci potest, & contractus ipse non modo palam, & bona fide non est confectus,sed imò cum suppositione aliarum personarum,& cum omni fraude, & versutia inter ipsos fratres sic, vt prædiximus occultabatur.

Tertio, Assensus Apostolicus non opitula-
13 tur,nam regula est, vt bona Ecclesiæ nō alienentur sic cautum erat in lege veteri vt Leuit.cap.25.sic in decretis 12. quæstio.2.per totam, sic in concilijs generalibus,& in constitutionibus Summorum Pontificum,& Imperatorum in tit.de rebus Eccleſ.non alien.in 3.& 6.libr. Decretal.& in clementin. & in extrauag. & in auth.de non alienand.vel permutand. Et tandem strictissimè cautum est per extrauagantem Pauli II. quæ vulgò dicitur la Paulina. Ipsamq; vbiq; seruari tradunt DD.relati per Consiliar.de Ann.in consil.38.nu.1. sub qua prohibitione com-
14 præhendi concessionem in emphyteosim perpetuam statuitur in cap. nulli de reb.Eccle.non alienan. tradit Guglielm. Ro-

Rodoan.in tract.de reb.Ecclef.non alienand.quæft.2.cap.22.in princ.Dec. in conf.142.num.2. rationem afferentes, quia per eam transfertur,& fic verè alienatur dominium vtilè,& nouifsimè Mãtic.de tacit.& ambig. conuent. libr. 22. tract.7.num.1.

Huic regulæ vnica applicatur limitatio nẽ-
15 pè fi in alienatione adfunt copulatiuè iufta caufa,& legitima follemnitas, Iuftã caufam requiri tradunt Bero. Abb. & alij in cap.nulli de reb.Ecclef. non alienand.cum alijs innumeris relatis per Rimin.Iun.in conf 233. num.38. volu.3. & per Caualc.in dec.45.par.1.num.33. Nec poffe Iudicem in hoc contrarium arbitrari probat Menoch.de arbitr. Iud. lib.2.centur.2.cafu 172.num.6. De follemnitate neceffaria loquuntur innumeri relati per Caualc. in dec.45. num.28. per Chaff.in confuetud. Burgund.rubr. 9.§.9. in confil. ibi inferto num.17. per Rodoan. vbi fupra num. 27. Et quod caufa,& follemnitas copulatiuè funt neceffariæ firmant Laur.de Rodulf.in cap. fine exceptione in 3.quæft.12. quæft.2. Socc.in conf.29.num.6.vol.1. Dec.in Auth.qui rem num.25. C.de facrof.Ecclef.& in conf.142.204.& 282. Iaf.in conf.116.vol 4. Nicol.Refner. fingular. refponfor.lib.2. cap.1. Caualc. dec.45. num.4.Præf.de Franch.dec.35. & 235. in princ.Fab. de Anna in conf.38.nu.4. Couarr.variar.refol.lib.2. cap.17. caufa
16 iufta (nam de follemnitate loquemur inferius) effe poteft neceffitatis, vel vtilitatis, Neceffitatis quidem,vt pro foluendis debitis, vel pro curandis Sacerdotibus,aut alijs infirmis in proprio Hofpitali fi fortè adeft, vel pro neceffaria refectione Ecclefiæ,& alijs huiufmodi caufis in quibus fufficit rem vendi honefto pretio in quo Ecclefia non lædatur, ita colligitur ex tex. in cap. huiufmodi 10. quæft.2.argum.eius, quod de iure ciuili difpofitum eft in l.in pupillo §. 1. ff. de folut.tradunt Rebuff.in d.cap.fine exceptione num.82.Rodoan.in tractat. præ- dict.quæft.20.num.43. cum fequentib. Caualc.in dec.45. poft num. 45. Canif. in fuo confil.poft dec.Canal.46. n.139. Anna in d.conf.35.num.35.& 37.

Caufa vero vtilitatis eft valdè differens, ea
17 enim debet effe clara,& euidens cap.1. vbi Doctor.de reb.Ecclef.non alien.in 6.& in clement.1.eod.tit. latè Dec. in conf.142.num 2.Barbat.in conf.40.column.1.& 2.vol.1. Chaffan.in dict.§.9. num.12. Et ita Summus Pontifex iuri fe conformans in noftra Bulla expræfsè dixit fe affentire, vt decretum interponatur tali concefsioni fi repertum fuerit illam cædere in euidentem Ecclefiæ vtilitatem, Vt autem dicatur euidens vtilitas non fufficeret canonẽ fructus adæquare,hoc enim non effet euidenter vtile,fed effet neq; vtile,neq; damnofum refpectu introituum, & nihilominus videtur impofsibile in cafu noftro,vt non fuerit canon valdè minus,quam ipfi fructus,dum ipfi fratres per multos annos circa fructuum exactionem quos Antonius Maria ex prædicto Albaro dimictere nolebat contenderunt, nec credi poteft fratres tamdiù pro re modica acerrime litigaffe,quin potius credendum vtilitatem ex fructibus nimium excedere Canonis folutionem. Sed efto Canonem fructus adæquare, hoc vt dixi non eft vtile, & vlterius effet damnofum, quia perditur vtile dominium,ita in terminis benè probat Caualc.in dict.decif. 45.num 36.& in dec.48. nu.130. Dec. in dict.conf.142.col.4. Ann.in d.conf. 38.num.15.poft Ancha.Præpof.& alios ab ipsis allatos.Et ego vlterius pondero in cafu noftro adeffe iurifdictionem,quę facit vtile dominium effe pretiosius,& per confequens effe deberet magnus Canon, quamuis minimus effet redditus text.eft in Authen.perpetua §.fed si res pretiofa C. de facrofanct. Ecclef. & eft notandum quod canones profitẽtur adhuc ftrictius quam in iure ciuili fancitum fuerit agere de rerum Ecclesiæ alienatione, vt per omnes Doctores relatos per

per Caualcan. in dicta decis.45. nu.53. & decis.46.num.24.Canis.in dicto consil.post eam impresso num.245.ann.in dicto consil. 38. nu. 12. Quare dum ex nota facti constat causam necessitatis tūc nō vrgere nec fuisse propositam, causam vero euidentis vtilitatis quæ proposita fuerat non affuisse,sequitur etiam ex hoc capite assēsum Apostolicum nullatenus posse opitulari.

Quarto non opitulatur quia deficit solem-
18 nitas concessionis, quam vna simul cum iusta causa copulatiue requiri paulo ante probauimus. Et in nostra Bulla Papa similiter quo ad hoc se iure conformans præcisè mandat interponi decretū præuia diligenti veritatis informatione. Quæ diligentia nec apparet neq; credibilis est de illis commissarijs familiaribus Antonij Mariæ quorum vnus cognomēto Soriceus testis fuerat in supradicto Albarano,& sic conscius fraudis ibi contentæ. Quod si de gestis per cōmissarios integros pro quibus in dubio præsumi-
19 tur admittitur tamen probatio in contrarium, vt per Innoc. in cap. dudum de rebus Eccles. non alien. per Gemin. in in consil.48. & in cap. fine exceptione 12. quæst.2.Ias.in cons.55.lib.1.Dec.in consil.142.& 133.Abb.in cons.41.lib.j. Rimin.Iun.in cons.233.num.120.vol.j. Rodoan.de causa vtilit.num.162.Quanto magis vbi ex eisdem actis constat nihil seruatum fuisse de requisitis,& diligētijs necessarijs latè recensitis per Canis. in præfato consil. num.389. & per Rimin. Iun.in consil.355.lib.4. quorum vterq; in casu de quo nos agimus verba facit.

Imò in casu nostro apparet non modo parua diligentia, sed potius negligentia supina, nisi potius fuit dolus, vt nemo ex testibus interrogaretur de tempore concessionis quod omninò est attendendum cap.cum dilecti,vbi glos.in verb.tunc de empt. & vend. sed callidè interrogabantur subobscurè, & recipiebantur depositiones temporis præteriti.Imò cum vnus testis dicens prætetitum frumenti valorē ad rationem carlenorum trium,aut quatuor subiunxisset nunc plus valere, non tamen interrogatus extitit quid sit illud plus in tempore concessionis, nam vtiq; respondisset pretia tunc duplo fuisse aucta. Imò nec de iurisdictione, nec de herbagijs, nec de vineis, nec de laudemijs,nec de iure mortuorū,nec de agnis, nec de dictis debitis per vassallos vlla sit mentio,quæ omissio,& multo minor vitiat actum,ex tex.in l.cum hi §.si prætor ff.de trāsact.tradunt Laur. de Rodulph. in dicto cap.fine exceptione 12.quæst.2. num.12.Bar.in l.Meuius ff. de condit.& demonstrat. Abb. in cap. constitutus de rescript.Grammat.in decis.79. num.10. Roland. à Valle in consil.7.num.94. & consil.87.volum.3. cum reliquis,vt per Canis. in supradicto consilio num.390. præsertim dum ipsi redditus postea ex probationibus per nos factis clarius innotescunt.

Cum autem dixerim attendi tempus concessionis nollem intelligi illud attendi solummodo sicut oculariter spectatur, quinimò attenditur etiam sicut, & tunc quid futurum sit rationabiliter præuidetur, ita Caualcan.in d. decis.45.nu.53. Anna in dicto consil. 38. num.34. Menoch.in nouissima addit. in lib.1. de arbitr. iudic. ad casum 172. num.22. qui affert Rotam Romanam, & alios, & est satis rationabile. Idque auget in casu nostro non euidētiam vtilitatis, imò euidentiam damni dum eo tempore per aliquos annos bella affuerant,& tunc pacis percussio maiorem bonorum stabilium æstimationem,& valorem qui pacem insequitur promittebat. Et alia multa in facto annotauimus per cōmissarios præ-
22 termissa ex his quæ Pontifex iusserat sub conditione quæ quidem induxerat formam,vt notat Bart.in auth. matri, & auiæ C.quando mul.tutel.offic.fung.& nō adimpleta specificè tollitur robur assensus,ex regula tex.in l.perinde,& l.pecuniam quam ff. de pericul.& commod. rei vendit.tradit Abb.in cap.constitutus de

de rescript. Imò in sicāt de damno Ecclesiæ actum fuisse, vt post Bal. in l. quicumque C. de bon. quæ liber. scribit Auend. de exequend. mand. part. 1. cap. 4. num. 31.

Quinto, non opitulatur, quia in petitione ipsius assensus dicitur possessionem, & fructuum perceptionem esse in concessionarium transferendam, & ita obtinetur assensus, sed vera pactio ex supradicto albarano fuit, vt idem concedens persisteret sicut euentus docuit, quod perstetit in possessione, & fructuum re-
23 collectione, ergo ex tali difformitate omninò assensus redditur inualidus, l. si pupillorum §. si prætor ff. de reb. eorum tradunt omnes in cap. Imperialem, nempè Andr. col. 2. Aluar. num. 6. Afflinum. 12. Cam. fol. 4. col. 4. & fol. 48. col. 3. & 4. & fol. 49. col. 1. & tanto magis dum Canones, & const. Pauli II. requirunt assensum Apostolicum expræssum, quod in specie ponderat Capyc. in dec. 100. Grammat. in dec. 103. Præf. de Franch. in dec. 71. & in dec. 154.

Sexto, omissa disputatione si obreptio, & subreptio sunt vnum, & idem prout ex
24 Tullio, & alijs probare nititur Menoch. de arbitr. Iudic. lib. 2. centur. 2. casu 201. num. 10. siue obreptio sit expræssio falsi & subreptio taciturnitas veri, vt declarat Abb. in cap. cum dilecta num. 15. de rescript. concordant omnes, & vtrumq; & alterutrum vitiare rescriptum, si quod falso asseritur, aut callide tacetur tale est, vt ex eo superior, aut nullatenus, aut durius concessisset l. 2. & ibi Bart. nu. 4. & Bald. num. 15. C. si contr. ius, vel vtilitat. publ. cap. dudum de elect. cap. super litteris de rescript. cap. si motu proprio de præbend. in 6. c. ad audientiam, vbi Felyn. num. 22. de rescript. Oldr. in cons. 247. in 2. dubio, Gemin. in consil. 120. colum. 1. Dec. in cons. 14. num. 2. Anna in terminis nostris in dict. cons. 38 num. 39. cum alijs innumeris relatis per Menoch. in d. casu 201. num. 9. & in specie de punctualitate assertionis necessariæ pro assensu impetrando in contractu liuellario, loquuntur Archid. Caualc. Rodoan. & alij relati per Ann. in dict. cons. 38. num. 37. cum seq. & Canis. in d. cons. post decis. Caualc. 46. nu. 82. sed in casu nostro, nec est expræssa persona prohibita, nec nouus modus contrahendi, vt concedens in possessione remaneat sibiq; fructus percipiat, quæ si fuissent expræssa vtiq; Summus Pontifex ad personas prohibitas habilitandum, & ad fraudem quodammodo concomitandam assensum non modo difficilius, sed potius (vt credere est) nullatenus præstitisset.

Deo Gratias.

Decisio legitur in Allegatione sequenti.

SVMMARIVM.

1 *Nullitas decreti lati absque petitione, vel absque monitione, & num. 8. vel defensione, vel vltra petita nu. 2. & 3. vel contra aliud decretum num. 28. vel contra ius, vt in allegatio. sequent. numer. 1.*

3 *Capitula Regni de non inferenda violentia possessoribus, & num. 7. 10. 11. 12. 13. & 27.*

4 *Nullitate subsistente in eodem decreto in quo approbatur nullitas prouidetur circa causam principalem.*

5 *Prouentus sunt fructus ciuiles iurisdictionis.*

6 *Testes etiam vassalli probant præsertim si sunt multi, & nu. 14*

8 *Prouisiones parti non citatæ nihil præiudicant, & de illarum effectu ex clausula iustitiæ nu. 9.*

11 *Clausula constituti, & precarij effectus, & in quibus iudicijs operatur.*

12 *Possidere, vel in possessione esse sunt diuersa, & de illorum effectu in diuersis iudicijs, & num. 13. & 14. Vel vbi possessio concomitatur bono iure nu. 15. vel vbi adest turbatio num. 16.*

17

17 *Possessio etiam pendente lite, & petitione ex vna causa capi potest ex nouo iure superueniente, & quid extãte possessore, qui contradiceret num. 18. Et quid si in hoc adesset pactum speciale num. 19. Et quid vbi adest, vel non adest timor scandali num. 20. & 21. Et specificè de directo Domino circa bona emphytheotica num. 22. Praesertim extante pacto capiendi propria authoritate nu. 23.*

24 *Possessorium retinendae recuperandae, & adipiscendae ex quibus iuuatur, vel impeditur, & quid quando opponitur de non iure num. 25. Et quid si praetenditur violentia a possidente non Domino sicut est Praelatus, & similes numer. 26.*

ALLEGATIO XXXXVII.

Pro Illustrissimo Cardinali Cosentiae.

In Dei nomine Amen.

PRO intelligentia nullitatum propositarum per Illustriss. Cardinalem Cosentiae Cõmendatarium Abbatiae Sãctiss. Mariae de Iosaphath, sciendum est, quod Abbas Antonius Maria de Ruffis olim huius Abbatiae Commendatarius in ann. 1551 concesserat in emphyteosim Casalia S. Vincentij & Timponi, quae erant membra ipsius Abbatiae, & postea ipso defuncto Abbas Marcellus Spinellus eius successor in anno 1565. litem mouit aduersus emphyteotam, praetendendo huius concessionis nullitatem ex defectu solemnis Apostolici consensus, & etiam quia concessio non fuerat in euidentem Ecclesiae vtilitatem, sed potius in eius damnum; Defuncto postea ipso Spinello, successit in hac Abbatia Illustrissimus Cardinalis de Cosentia in anno 1594. & eandem litem prosequebatur, & ex multis partis aduersae dilationibus non potuit per multos annos expeditionem obtinere.

Pendente verò hac lite super nullitate dictae concessionis euenit, quòd die prima Septembris 1611. obijt Octauius de Ruffis vltimus emphyteota, ob cuius mortem aduertit Illustriss. Cardinalis, quòd iam ipsa Casalia fuerunt sibi tamquam directo Domino, & Abbati, vt supra deuoluta ob lineam finitam concessionarij, & ob alienationem Domino irrequisito, & ob alia clarissima deuolutionis capita de quibus loquemur inferiùs, ob quam deuolutionem ipse Illustriss. Cardinalis, mediantibus suis Procuratoribus die 24. eiusdem mensis Semptembr. 1611. cæpit eorundem Casalium possessionem pacificè, & quietè, in qua continuauit, & continuat ad praesens.

Non tamen omminsit primum iudicium, quia si in illo obtinuisset ex capite nullitatis concessionis, lucratus fuisset etiam fructus ad sui beneficium decursos per annos quinquaginta in circa.

E contra verò Sacrum Hospitale Diuae Mariae Annuntiatae, quoniam à praedicto Octauio de Ruffis habuerat donationem collatam in tempus suae mortis nonnullorum bonorum stabilium, & annuorum introituum, inclusis etiam Casalibus prędictis, idcirco mortuo ipso Octauio, cępit possessionem reliquorum bonorum in donatione contentorum, & respectu praedictorum Casalium institit audiri pro suo interesse in praedicta lite, quae agebatur circa nullitatem concessionis, in quo iudicio vendicabantur Casalia, vna cum fructibus; & iam in hoc iudicio Sacrum Hospitale mensibus praeteritis fuit absolutum, & ab hac sententia pendet reclamatio, de qua suo tempore agetur.

Similiter Sacrum Hospitale mortuo praefato Octauio de Rufsis agnouit hoc iudicium deuolutionis poenitus distinctũ ab illo primo, nam ibi agebatur de nulli-

tate concessionis emphyteoticæ, in hoc autem secundo iudicio, præsupposita etiam validitate concessionis ex eius forma, tàm de iure, quàm vigore pacti specifici orta fuit postea deuolutio tempore mortis Octauij prædicti, & sic ipsum Sacrum Hospitale prætendendo deuolutionem non procedere, tentauit etiam turbare pacificam possessionem captam per Illustriss. Cardinalem, & se direxit, intentando remedium capitulorum Regni, & in hoc secundo iudicio est formatus præsens processus, in quo die 13. Aprilis 1612. obtinuit decretum, quod pro nunc, & donec aliter fuerit prouisum super petito remedio capitulorum Regni fructus dictorum Casalium sequestrentur. Nunc autem relata causa die 11. Decembris non præcedentibus informationibus, nec datis allegationibus, & notis in iure, neque in facto reperitur eadem die latum decretum, quod infra decem dies partes deducant incumbentia super deuolutione prædictorum Casalium ex causa in actis deducta, & interim Sacrum Hospitale manuteneatur in possessione illorū, & fructus sequestrati liberentur prædicto Hospitali.

Ab hoc decreto adeò præiudiciali, atque laeso ipso Cardinali Illustrissimo non defenso, cum omni reuerentia propositæ sunt nullitates in facti notula descriptæ.

Prima ergo nullitas patet ex prædicto discursu, nam si hæc duo iudicia sunt omninò distincta, & separata, & si in hoc secundo iudicio post sequestrum nulla est facta petitio, neque monitio, est autem facta petitio dissequestri, & monitio super ipsa petitione, pro exequutione illius sententiæ Sacri Consilij, quæ lata est in iudicio pœnitus diuerso, sequitur, quòd si vltimum decretum latum est pro exequutione dictæ sententiæ deficit eius fundamentum, & oritur nullitas, etiam vigore vltimæ nouellæ Pragmaticæ, dum talis iudicij diuersitas apparet in promptu per scripturas publicas. Si vero fun-

1 datur aliundè est similiter nullum tamquam decretum absque petitione, l. de qua re ff. de iudic. cap. licet Heli. de simon. & absque monitione, ex regula l. de vnoquoque ff. de re iud. Glos. in cap. in nostra in fin. & Innoc. in cap. auditis de procurat. Fęlyn. in cap. causam quæ col. 1. de rescript. & absque nulla defensione in eo, quod non petebatur, iuxta tradita per Bart. in l. defensionis facultas C. de iur. fisc. lib. 10. Rota dec. 364. in nouis, latè Fęlyn. in cap. cum olim col. 8. de re iudic. & Vant. de nullitat. cap. 13. num. 6. & num. 10. cum sequent. Bald. in l. 1. C. quando libellus Principis datur, & in l. 1. in 3. not. C. de præcibus imper. offer.

Secunda etiam nullitas oritur ex eodem
2 fonte, nam prædicta petitio solum continet prædictum dissequestrum fructuum, decretum verò loquitur etiam de possessione Casalium, & per consequens vltra petita contra tex. in cap. cum dilectus vbi Abb. de empt. & vendit. Bald. in l. 2. 4. quæst. C. de rescind. vend. Alex. cons. 79. volum. 2. Dec. cons. 484. col. 1. Anchar. in cons. 386. Bald. in l. actori in fin. C. de rebus cred. & in l. ex hoc iur. ff. de iustit. & iur. Franc. in cap. dilecto de appell.

Tertia nullitas est satis euidens; quoniam
3 hic processus, de cuius expeditione nūc agitur, fuit initiatus per Sacrum Hospitale, & continet solummodo petitum remedium capitulorum Regni, quare dum loquitur decretum de possessorio interim, remanet omninò sine petitione, & sine processu. Imò vlterius in decreto datur terminus super deuolutione, in qua nulla penitus adest petitio, nec adesse vllo modo poterat, & per consequens omninò nullum l. vt fundus ff. comm. diuid. cap. hęc quippè, vbi glos. 3. q. 6. Bald. in l. cum Papinianus colum. 3. C. de sentent. Ancharan. in consil. 296. visis articulis, column. 1. Vant. de nullit. cap. 12. num. 108. & Fęlyn. in cap. licet de simon.

At

At quia cognita nullitate est decidenda causa principalis, vel idem decretum est re-
4 formandum, prout iuris videbitur, ex regula tex. in l. Cornelia pia ff. de iur. patr. tradit Aegid. in conclus. 440. Barto. in l. 1. col. fin. C. quando prouoc. non est necess. & hoc etiam in cognitione nullitatis eiusdem decreti l. 4. C. de appell. tradit Bart. in lo. o prædicto, Innoc. in cap. ex conquestu de restit. spoliato. Franc. in cap. dilecto quæstio. 18. de appell. & insuper etiam suspenso hoc decreto, Sacri Consil. remanet decidendum remedium capitulorum Regni, in quo Sacrum Hospitale compilauit processum, & parum vtilis esset hæc nullitas, si adhuc Illustrissimus Cardinalis succumberet in ipso remedio capitulorum Regni; idcircò ante omnia oportet intelligere, quam notoria, & clara sit iustitia ipsius Cardinalis, quæ si deducta fuisset ante decretum, vtiq; obtinuisset, sicut nunc obtinere certè sperat.

Cōstat enim in facto, quòd defuncto Octauio de Ruffis die primo Septemb. 1611. remansit vacans possessio Casalium prędictorum, & cognito per Illustrissimum Cardinalem, quòd ex multis capitibus, sine dubio erant sibi deuoluta, cępit mediantibus suis procuratoribus illorum possessionem pacificè, & quietè die 24. eiusdem mensis, sic illam continuando per omnes actus possessiuos, qui fieri poterant, nam & Capitaneum tunc constituit, qui receptus fuit à vassallis, & per annum integrum iurisdictionem exercuit, & finito anno constituit successorem, qui similiter exercuit, & exercet ad præsens, & vti tales passim recogniti fuerunt per Regiam Audientiam Calabrię
5 citra, eodemque modo fecit nunc gratias, nunc compositiones, quæ sunt fructus ciuiles iurisdictionis, vt per Molin. de primogen. lib. 1. cap. 25. num. 22. & per Afflict. in constitut. si damna clandestina; & similiter quo ad fructus naturales fecit affictus omnium introituum, exegit pensiones, laudemia, ius mortuorum, & reliquos actus possessiuos mentionatos in nota facti.

Insuper die quinto Octobris sequentis, timens vexari ab hominibus Sacri Hospitalis, fecit & intimauit illis per actum publicum, & solemnem suas protestationes ne quid noui fieret, stante sua pacifica possessione capta ob notoriam deuolutionem, & à Curia Montis Alti delegata per Magnam Curiam Vicariæ, capta plenissima informatione de omnibus prædictis fuit in sua possessione confirmatus; quæ informatio est conformis alteri informationi captæ de ordine Sacri Consilij in præsenti processu, idemque constat in Magna Curia Vicariæ criminali, & in Curia Vicarij Cosentini, ob occasionem, quæ mox dicetur. Adeo, qđ ex quatuor informationibus conformibus per innumeros testes, de quorum fide non est dubitandum quantumuis vassalli sint præsertim in tanto numero, vt latè per Affl ct. in decisio. 394. & etiā per nonnullas scripturas testibus conformes constant omnia supradicta circa possessionem Illustrīs. Cardinalis sic pacificam, & continuatam.

E contra verò pro parte Sacri Hospitalis tētata fuit turbatio quædam, & violentia, dum enim Illustris. Cardinalis pacificè possidebat, & per multos dies possederat, & fuerat de qualibet nouitate solemniter protestatus, adhuc die 13. Octobris homines Sacri Hospitalis ignaris, vt credere est Dominis Gubernatoribus, ausi fuerunt noctis tempore armata manu, & per fenestras introire domum, vbi erant homines Illustris. Cardinalis, faciendo insultus, in facto adnotatos, & quod peius, fuit hoc consulto, & cum correspondentia, vt statim post hanc nouitatem faciendam die 13. in Prouincia Calabriæ, porrigeretur hic Neapol. prout die 14. porrectum fuit memoriale S. Ex. ell. inchoando præsentem litem, & remedium capitulorum Regni; quod quidem tamquam introductum ad vitandas violentias solum opitulatur Illustrissimo Car-

dinali contra Sacrum Hospitale, per qđ
7 violentia fuit intentata; talis enim violentia non solum non tribuit de nouo possessionem considerabilem, nec in remedio capitulorum Regni, neque in quolibet possessorio, vt per Bald. in c.2. de restitut. spoliat. Menoch. de reuocan. possess. remed. 1. num. 269. & remed. 5. num. 79. Sed potius si quod ius habuisset illud omninò perdidisset huiusmodi violentus inuasor l. si quis in tantam C. vnde vi c. eum qui de præb. in 6.

Et per consequens nihil prætendere potest per Sacrum Hospitale in hoc iudicio intentati remedij capitulorum Regni; Si enim ponderat prouisionem expeditam in Magna Curia Vicariæ die 15. Septembris pro capienda possessione, illa nihil ad rem, tamquam facta parte non citata, vnde respectu Cardinalis est omninò
8 nulla, & ita ac si non esset l. fin. C. si per vim, vel alio modo l. 1. C. de exec. rei iudic. latè Vant. de nullit. cap. 12. Immò in eodem mandato adest clausula iustitiæ,
9 vt si quis senserit se grauatum comparear, & sic cui non intimatur, nihil ponit in esse, cui autem notificatur resoluitur in simplici citatione l. de pupillo §. meminisse, vbi DD. ff. de nou. oper. nunc. & in l. ne quicquam §. vbi decretum ff. de offic. proconf. vndè ridiculum fuit, vel potiùs valdè temerarium sub colore huiusmodi prouisionis, quæ in effectu erat simplex citatio attentare talem nouitatem, & inuasionem contra Cardinalem ex iustissimis causis pacificè possidentem, adeò quòd Curia Ecclesiastica illos excommunicauit, & Curia sæcularis, nempè Mag. Cur. Vicariæ cæpit in hoc informationem, illosque citauit ad informandum; quo verò ad præsentem causam hæc omnia non modo non prosunt, sed valdè nocent.

SI vlterius pars aduersa ponderat præfatam sententiam absolutoriam quasi ex hoc Sacrum Contil. constituerit sibi possionem iam viuunt artifices, qui sciunt si in illo iudicio pœnitus diuerso fuit aliquid cogitatum de tali possessione, quæ habet suam originem ab alijs iuribus postea superuentis, & omninò separatis, immò contrarijs, & clarum est, quòd petitorium absorbet possessorium eiusdem iudicij, & eiusdem causæ, sed in casu nostro hoc possessorium oritur ex alijs causis, nempè ex deuolutione postea superuenta, de qua agitur distinctè, & seiunctim in alio processu, vt intelligamus nihil ibi commune esse cum hoc iudicio, in quo Cardinalis nihil petijt, sed Ecclesia Diuæ Mariæ Annuntiatæ est actrix, & insuper illa relaxatio fuit petita per annos quinquaginta in circa, priusquam ipsi Ecclesiæ donaretur, & super illa petitione fuit pronuntiatum absoluendo Sacrum Hospitale donatarium ab eo, quod in illo iudicio prætendebatur. Nouum autem hoc iudicium omninò reliquit intactum, & quoad petitorium, & quoad possessorium sicut patet ad sensum.

Si tertio loco ponderat pars aduersa, quòd in sua donatione adest clausula constituti, & præcarij, ex qua transfertur possessio, hæc omnia magis fortificant caducitatem, & possessionem in Sacrum Hospitale nullatenus transtulerunt, sicut pauló post dicemus suo loco, nũc enim agimus de prædicto remedio capitulorum Regni, in quo nihil iuris attenditur, nisi nudum factum insistentiæ. vt per Af-
10 flict. in dec. 24. n. 3. cum reliquis, quos modo citabimus, & in specie, quod non fit in hoc considerabilis possessio, quæ tribuitur per constitutum, & præcarium, aut per aliam clausulam, siuè per aliquã legem, aut consuetudinem, sed attendi solum possessionem corporalem, & ipsius rei insistentiam, tradunt DD. omnes quos refert Couarr. legendus lib. 3. variar. resolut. cap. 5. & in pract. qq. c. 17.
11 Nam in d. cap. 5. num. 6. vers. & præterea tradit huiusmodi casus constituti, & reliquorum, ex quibus possessio acquiritur, & ex omnibus Doctoribus ibi relatis concludit talem possessionem atten-

di

di in possessorijs ordinarijs,siue retinendæ,siue adipiscendæ, siue recuperandæ, postea verò in cap.13.pract. quæst. vbi agit de possessorio summario sub nu. 5. clarè firmat eandem possessionem non esse considerabilem in possessorio sum-
12 mario,allegat Guid.Pap.in decis. 552. Ioan.Fabr.in §.retinendæ insti.de interdict.Rebuff.& alios,& ne videatur immemor sui ipsius, allegat etiam se ipsum in d.lib.3.variar.resolut. cap.5. Ad quod verba illa Andr. in cap. Imper. §. illud, quod aliud est possidere, aliud in possessione esse, & quòd solum attenditur rei insistentia, & similia ad hoc posita per Couar.in loco prædicto, & latè per Cõsiliarium de Anna cons. 20. quæ omnia magis procedunt in remedio capitulorum Regni,quod quidem est magis summarium,immò potiùs extraiudicialis cognitio, quæ nullam admittit iustitiæ cognitionem, neque absque scrupulo intelligi potest quicquam, nisi illa rei insistentia,& ne taliter detinenti vis infera-
13 tur,sicut patet ex eisdem capitulis incipientibus omnis inuasio, & omnis prædatio,& sic continuatur loqui,& disponere solum in casu violentiæ,& declarat Afflict.in d.dec.24. num.3.& in dec.2. & iterum in decis.85.Io. Vinc.de Anna in alleg.92.num.5.latè Grauat. in decis. 61.Nauarr.in suo manual.cap.27. num. 7.Ioann.Azor.inst.moral.lib.5. cap.12. col.9.cum reliq.& Theologis, & Iuristis latissimè adductis per Couarr. practicar. qq.cap.35. Eman. Rodre. in sua summa par.1.nu.156.in 8.concl. Ant. Gabr. in tit.de rest.spol.lib.1.conclus.5. nu.115. & benè Menoch.de recup.poss.rem.15. num. 214.

Si denique talem possessionem vult fundare ex reliquis actis possessiuis illa omnia nihil proficiunt, quoniam originem habeat ab illa violentia,& inuasione, & omnia acta subsequentia laborant eodẽ morbo talis initij violenti, & vitiosi, vndè potius nocent, vt dictum est, immò etsi non adfuisset violentia adeò notoria adhuc actus possessiui per partem prætensi non sunt in consideratione in concursu possessionis Illustrissimi Cardinalis,quoniam illi actus essent sine dubio posteriores nostræ pacificæ pos-
14 sessioni. Item sunt valdè minores numero,& minoris importantiæ,vndè omninò præferenda est nostra possessio,ex regula tex.in cap.licet causam, vbi Dec. num.9.& Bero. num.54. de probation. Bart.in l.idem colum.2. ff. vti possid. & in l.1.col.penult.C.eodem tit.Bald.in l. ordinarij colum.4.C.de rei vendi. benè Couar.pract.qq.c.17.col.fi.in fin. & Castren.in cons.3.vol.2.

Item possessio Cardinalis iuuatur suo cla-
15 ro,& optimo iure, ex quo tanto magis odibilis fuit turbatio tentata per homines Sac.Hospitalis,etiam si fuisset solum verbalis,vt per Bart.in l.1.§.huius autem ff.vti possid.Bald.in l.1.columnn.5. vers. tertio oppono C.eod. titul. & magis est manutenendus ille, in quem fuit directa talis turbatio,vt per Affl.in dec.394.
16 magis enim ex hoc elucet sua possessio & ante litem, & tempore litis motæ, vt per Couarr.in d.cap.17.colum. fin. in fine, & dum pars aduersa possessionem per prius nullo modo, nec per somniũ habuerat, certum est, quod non potest dici spoliata, neque turbata, vt declarat glos.in cap.ex parte,in verbo commodo destituta,de restitut.spoliat.& in cap. cũ ad sedem,eodem tit.Innoc.in cap. qualiter,& quando de accusat.ex tex.in l.1. §.interdictum ff. de vi, & vi armat. latè Corn.in cons.172.num.7.volum.3. Ex quibus clarissimè sequitur, quòd de alio possessorio non potest adesse,nec adest processus.nec petitio,nec adesse potuisset. Remedio verò capitulorum Regni per partem intentato,locus non est, immò contra illos sic vexantes, procedendum esset ad aliquam pœnam, ex informatione in hoc capta per M. C. V. sicut fuerant tunc per Iudicem spiritualem ipsimet hac de causa anathematis sententia condemnati.

Licet

Licet autem hæc sufficiant pro eo, quod ad præsens agitur, tamen vt intelligatur superabundans iustitia Cardinalis, etiam si essemus in possessorio ordinario, aduerto nunc, quod dum pendente illo
17 primo iudicio circa validitatem concessionis euenit postea caducitas, potuit licitè ipsorum casalium possessionem apprahendere. Et quamuis in actu adeò rationabili non indigemus exemplis, tamen pulchrum est videre Alex. in cons. 105. volum. 3. in cuius casu directus Dominus ex quibusdam suis prætensionibus petierat quædam bona emphyteotica, & postea lite pendente euenit nouũ caput deuolutionis, cuius vigore cæpit possessionem propria auctoritate, & rectè fecisse defendit ibi Alex. n. 28. & 30. in fi. & 31. & 32.

Hoc enim illi directo Domino, & similiter nostro Illustrissimo Cardinali omni iure licebat ex clara & expræssa dispositione tex. in l. 2. C. de iure emphyt. vbi gl. in verbo repellere. Et licet aliqui DD. de hoc dubitauerint, quando adest possessor contradicens ad hoc, vt euitentur
18 scandala, stante, quòd publica quies priuato commodo præ ferenda est, tamen contraria opinio suam habet contrariam rationem, nempè quòd scandalo causam dat, qui malè resistit, non autem qui vtitur iure suo, & iura contraria procedunt, vbi idem ius non tribuit hanc facultatẽ sicut in casu nostro, d. l. 2. sic ibi ad hoc motiuum respondet Ias. sub num. 126. vers. non obstat, & num. 131. vers. & ad legem. Et propterea hanc secundam opinionem magis veram, & communem esse affirmant Alex. in d. cons. 105. n. 18. post Bald. Alber. & Imol. in d. l. 2. cum alijs copiosè relatis per Gozz. in consil. 39. colum. fin. circa fin. & per Dec. cons. 146. num. 7. & resolutis omnibus contrarijs, ita firmat Ias. in d. l. 2. C. de iure emphyt. num. 125. vers. vltimo loco, & num. 126. cum seq. Ex quibus patet, quod satis sicceo pede in hoc pertransijt Affl. in dec. 97.

Verumtamen vt hanc disputationem, vbi
19 opus fuerit referuemus, aduerto, quòd in casu nostro sumus extra controuersiam. Primò, quia Affl. format quæstionem simpliciter de iure communi, sed quando vltra hanc facultatem de iure tributam, adest etiam in hoc pactum speciale capiendi possessionem propria auctoritate, tunc ne tale pactum stet ociosum, debet omninò præcisè operari facultatem in pacto deductam, ita formaliter decidit Saly. in d. l. 2. C. de iure emphyt. col. 6. sequitur ibi Ias. nu. 130

Secundo, sumus penitus extra disputatio-
20 nem, quoniam Affl. format quæstionem, si licet expellere emphyteotam, & similiter illi pauci, qui dubitant de expulsione propria auctoritate mouentur ratione scandali ex theorica. Bart. in repetit. l. creditores C. de pignor. in 4. quæstio. princip. num. 18. vers. non tamen credo, per tex. in l. non est singulis, vbi gloss. ff. de reg. iur. vndè si repugnantia non
21 adesset, vel adesset sola contradictio verbalis, tunc concordant omnes, quòd optimè capitur possessio propria auctoritate, ità indubitatum esse concludit Dec. in d. cons. 146. num. 7 vers. si non habuit resistentiam, & est generalis theorica. Bart. in d. l. creditores in præfata quæst. 4. ante num. 19. vers. istud enim operatur C. de pigno. refert & sequitur Goz. in cons. 42. nu. 16. & quod omnes vno ore sequantur, testatur Tiraq. de iure const. poss. in prima par. num. 37. specia-
22 liter autem in emphyteusi loquitur Decius in loco prædicto, Corne. cons. 197. col. fi. vers. aut constat, quod est emphyteotica, & similiter in emphyteota hoc de plano procedere inquiunt Anchara. in cap. potuit de locat. Ias. in l. 2. de iur. emphyt. num. 124. vers. aut vero debitor Clar. in d. §. emphyteosis in q. 11. circa med. in vers. quæ quidem satis de plano procedunt, & aduertit Vrsill. ad Affl. in ead. dec. 97.

Tertio similiter sumus extra dispositionem
23 quia sicut commemorat idem Vrsill. in eadem

eadem dec.97. nu.6. concordant Doct. omnes,quod potest directus Dominus, etiam per vim expellere, quando in instrumento concessionis adest pactum capiendi possessionem propria auctoritate.cum clausulis constituti,& precarij, quia tunc directus Dominus videtur vim potius repellere,quam inferre, vt p DD.ibi relatos, vltra quos aduerto, qđ hæc fuit etiam originalis theorica.Barto. in d.l.creditores,in eadem 4. quæstion. num.19.vers.& præd. sequitur Ias. in d. l.2.num.123. & non adesse contradictorem firmat Tiraqu.in d. tract. de iur. const.possess.nu.37.& 38. Adeò quod ex forma instrumenti præsentis concessionis potuisset Illustrissimus Cardinalis etiam possessorem expellere, & per consequens multo magis potuit,dum reperijt vacuam possessionem illam pacificè appræhendere,& retinere, quod quidē etiam sine talibus clausulis,& sine tali instrumento de iure sibi licuisset.

Fuit ergo capta talis possessio non modo pacificè,& quietè,sed etiam adeo ritè,& rectè, quod non modo in hoc remedio capitulorum Regni, sed etiam satis superque sufficeret in quolibet possessorio ordinario, nam qooad possessorium retinendæ,est necessaria possessio pacifica tempore litis motæ, prout declarat Menoch.in interdicto retinendæ in prelud.num.4.cum seq.post glos. in §.retinendæ instit.de interdict. & est text. vbi DD.in l.1.ff.vti posid.& in l.1. ff. ne vis fiat ei; & iam diximus, quod eo tempore pacificè possidebat Illustris. Cardinalis,& idem Sacrum Hospitale in suo libello,quo præsens iudicium iudicatur, asserit se spoliatum, quæ assertio omninò impedit ne possit proferri decretum confirmatorium, prout benè tradit Couarr.in d.cap.17. pract. quæstio. num.3. post Ioann.Fab.in §.retinendæ. institut. de interd.Guid.Pap.dec.352.& Alex.in cons.88.col.1.vol.5. cum ceteris ibi relatis,quod quidem sufficit respectu præsentis decreti,de quo agimus, nam in eo non prouidetur, nec quicquam prouideri poterat contra Cardinalem in remedio proposito capitulorum Regni, prouidetur autem in possessorio retinendæ,quod non est deductum per Sacrum Hospitale,& si deductum fuisset, omninò debebat in eo succumbere ex su pradictis.

24

Possessorium recuperandæ similiter non est intentatum, & requirit possessionē præcedentem,cap.fin. §.obijcitur 3.q.1. cap.ex parte,vbi Glos.in verbo commodò destituta. de restitut. spol. §. recuperandæ instit.de interd.l.1.§. deijcitur, ff. de vi, & vi arm. & talis præcedens possessio,clarum est,quod non affuit.

Possessorium denique adipiscendæ, etiam non est intentatum, & requireret titulum,cuius vigore possessionem adipiscendam esse iura statuerunt l.1.ff.quor. bon.§.adipiscendæ,vbi Glos.& Io. Fab. instit.de interd. latè Menoch. in omnib. sex remedijs adipiscendæ, quorum nullum ad hūc casum trahi potest,immò ipsa donatio, cui Sacrum Hospitale innititur,& ipse donans,& ipse donatarius,& res ipsa donata deuolutionem operantur,vt dicetur in Alleg.seq.

Et adeo circa deuolutionem Illustris. Cardinalis confidit de iure suo, quod ipsa deuolutionis capita iam p. op. fuit, etiā ad finem vt per Sacrum Consilium sibi

25 confirmetur possessio, in qua reperitur,quod quidem operatur,vt quamuis possessio esset iniusta, prout est iustissima,tamen tenetur Iudex nihil innouare ad instantiam illius, contra quem opponitur de non iure suo,ità est doctr. Angeli dicentis,ita pluries practicasse in l.si finita in princ.ff.de damn.infect qui hoc elicit ex Glos. ibi, sequitur ibidem Castren.Imol.& Alex.nu.6. Corn.in cons. 172.nu.14.vol.3.late Couarr. de sponsal.par.2.cap.7.§.4. num.10. præsertim

26 cum simus in re Ecclesiæ in qua, nec violentia Prælati elidit ius Dominij, & propterea opponi potest,etiam contra agentem; vnde vi secundum Bald.in l.1. num.

num.11.verſ.ſecundo caſu C. de appell. Alex. in l. naturaliter §. nihil commune num.30. ff.de acquir. poſſ. vnde tanto magis ex iure adeo notorio poſſeſſio Cardinalis adeo iuſtà confirmandà eſt.

Quarta nullitas ſicut breuis eſt; ita eſt admodum clara, nam per decretum latum die 12. Aprilis 1612. procuratum, & acceptatum ab ipſa parte factum fuit illud ſequeſtrum fructuum, donec aliter fuerit prouiſum ſuper petito remedio capitulorum Regni; nunc autem tollitur ſequeſtrum non facta prouiſione, ſi eſt, vel non eſt locus prædicto remedio capitulorum, nullo enim modo hæc verba decreti trahi poſſunt ad illud remedium, quod quidem neq; admittit prouiſionem interim, ſed ſimpliciter in eo decernitur ſi vis eſt, vel non eſt illata, & ſimiliter non admittit cognitionem poſſeſſionis, ſed nudã tenutã ob vim paſsã,

27 aut non paſſam, quod ſimpliciter decidendum eſt, vt per Affl. Couarr. Menoch, & reliquos ſupradictos, quæ quidem decretorum repugnantia, dum remanet decretum contra decretum, ſine dubio operatur nullitatem l.1. ff. quæ ſen. ſin.

28 appellat.reſcind. l. poſt ſententiam, vbi Bald.& Salyc.C.de ſent.l.1. C.quando prouoc.non eſt neceſſ.latè Franc.in cap. dilecto.quæſt.92.de appell.& Fœlyn.in cap.inter monaſterium col.7. de re iudi. Aret.conſ.73.diligenter col.1.Alex.cõſil.53.col.4.vol.1.Dec.conſ.297.col.2. verſ.prædicta.

Deo Gratias.

Illis viſis iuſſerunt Domini Iudicantes id, quod legitur in principio ſequentis Allegationis.

S V M M A R I V M.

1 *Nullitas inducitur ex notoria iniuſtitia.*

2 *Emphyteoſim non poſſe acquiri huic donatario attenta perſona illius, & donantis, & rei donatæ, & forma donationis, quæ ſingula diſcutiuntur.*

3 *Emphyteoſi alienata ad manus morſuas quomodo ſuccurritur directo Domino ſaculari, vel Eccleſiaſtico.*

4 *Emphyteoſis Eccleſiaſtica differt à ſeculari circa tempus ad deuolutionem ob Canonem non ſolutum, & circa ſucceſſores, qui comprehenduntur in conceſſione pro hæredibus, & ſucceſſoribus. Quid autem ſi additur verbum quibuſcumque, vel æquipollens, vide in nu. 5.7.& 8.& 10.*

6 *Contractus operatur circa perſonas in quibus diſponitur tantum licet omnes hæredes obligentur ad obſeruantiam.*

9 *Forma quando inſtituitur à lege, dicitur ſubſtantialis, & ad vnguem ſeruanda.*

10 *Perſonæ ſpecialiter prohibitæ non comprehenduntur appellatione hæredum, & ſucceſſorum quorumcumque.*

11 *Alienatio rei de qua lis timetur, vel eſt mota, vel fit in potentiorem, quibus pœnis ſubiaceat.*

12 *Emphyteoſis deuoluitur ob alienationem irrequiſito directo Domino. Quid autem in donatione? Diſtinguitur ſi directus Dominus eſt laicus, vel Eccleſiaſticus num.13.*

Item ſi vltra prohibitionem legis adeſt prohibitio hominis num.14.

Item etiam in donatione peti debet aſſenſus non propter prælationem, ſed propter reuerentiam, & alia vt nu.15 18.& 19.

Et eſt concedendus, niſi adeſt iuſta cauſa denegandi nu.16. Et quæ ſint iuſtæ cauſæ denegandi cum num.17.

Sequuta vero traditione, vel appoſita clauſula conſtituti deuolutio eſt certior num.20.& 21.

Et tanto magis abſque reſeruatione iuris directi Domini num.22. vel ſi aſſeritur res franca nu.23.

21 *Conatus punitur in hoc caſu, etiam in contractibus.*

24

34 *Clausula constituti, & precarij non operantur in praeiudicium directi Domini.*

ALLEGATIO XXXXVIII.

Pro eodem.

In Dei Nomine Amen.



VT obediam Dominis Iudicantibus, qui visis Allegationibus circa nullitatem illius decreti, ac lectis capitibus prætensæ deuolutionis cupiunt de iustitia quo ad ipsam deuolutionem aliquid cognoscere prius quam nullitates decidant Scribam libenter. Primo, vt obediam, prout teneor, Secũdo, quia additur alia nullitas ex possessione contra expræssam iuris re
1 pugnantiam. Hoc enim inducit clarissimam nullitatem, c. cũ ordinem, vbi Felyn. de rescript. cap. 2. vbi Inno. de dilat. latè Franc. in cap. dilecto, de appellatio. quæst. 42. Anchar. conf. 158. ex narratis columm. pen. Abb. in cap. inter monasterium, num. 2. de re iud. Fęlyn. in c. quoniam contra de probat. num. 26. vers. cessat difficultas. Vant. de nullit. cap. 13. num. 126. Tertio, quia ex hac iuris resistentia respectu Sacri Hospitalis tanto magis cognoscitur iustitia Illustrissimi Cardinalis circa deuolutionem, Dico
2 autem, quod ius omninò Sacro Hospitali resistit, attento, vel donatario, vel donante, vel re donata, vel forma donationis quæ singula breuiter attingemus.
Primò, si attendimus ipsum Sacr. Hospitale donatarium, clarum est, quod vbi alienatur res emphyteotica ad manus mortuas, si directus Dominus est priuatus,
3 subuenitur sibi, vt res illa infra annum vendatur ad quempiam sæcularem; si autem directum dominium est alicuius Ecclesiæ, pro suo arbitratu potest Ecclesia directa domina rem ipsam, aut reconcedere cum eisdem, seu alijs pactis, aut rem eandem sibi retrahere, & vtilè dominiũ suo directo consolidare, tex. est ad literam in cap. 1. in §. si verò contingerit, in auth. de alienat. & emphyt. qui tex. specificè loquitur, siuè in donatione facta alteri Ecclesiæ, siue fisco, siue ciuitati, siue aliter ad manus mortuas, & ibi Barto. hanc distinctionem confirmat sub nu. 8. & etiã in l. si finita §. si de vectigalibus n. 6. ff. de damn. infect. ibique Alex. nu. 36. qui ad idem allegat alium tex. expræssũ in cap. felicis, §. si qua vero de pęn. in 6. & inquit, quod Bartolum in omnibus sequitur Imol. in cap. ex parte colum. 14 extra de feud. Ruyn. in conf. 23. nu. 33. & 36. volum. 5. idemq; prius firmauerat Specul. in tit. de emphyteos. q. 116. 117. & 120. in fine, Bald. in Auth. nisi rogati, C. ad Trebell. num. 12. & 13. in finalibus verbis, & in l. si quis præsbyter num. 2. C. de Episc. & cleric. Iaf. in l. 2. num. 239 C. de iure emphyt. Iul. Clar. in lib. 4. in §. emphyteosis, q. 33. Fęlyn. in cap. ex præsentia, num. 49. de probat. & non adest contradictor, nec obstant adducta per Præsidem de Franch. in decisi. 235. quia procedunt in concessione ad tempus, prout colligitur ex ipsa decisione iuncta dec. 123. in princ. quæ ibidem allegatur, vnde cessat ratio perpetuitatis, prout ipse aduertit num. 4. Nec obstat eiusdem dec. 659. quia procedit de voluntate Ecclesiæ, sic petentis, & iam diximus hoc esse in voluntate Ecclesiæ, neque ex hoc contractum claudicare, probat ipsemet in dec. 35. vnde meritò dictum est in hac nullitate, quod Sacr. Hospitale, dum sibi directus Dominus non acquiescit, habet expressam iuris resistentiam, & omnino potuit Illustriss. Cardinalis casalia ista emphyteotica, corumque vsumfructum ad beneficium proprietarij redactum sibi retrahere, & directo Ecclesiæ dominio reconsolidare, vt per Corn. in conf. 165. col. 6. volumin. 1. Curt. Iun. in conf. 11 1. nu. 5. & 6.

Xx vo-

volu.2. & DD. omnes in cap. potuit, d. locat.

Secundo, si consideramus ipsum Octauium donantem, certum est, quòd ius suum re soluitur tempore mortis, & per consequens resoluto iure datoris, &c. Nec pôt donatarius iuuari, ex persona hæredis, qui non posset venire contra factum defuncti, ex regula tex. in l. cum à matre, de rei vendic. nam per mortem ipsius Octauij deuoluta fuit emphyteosis ad Ecclesiam directam dominam per lineá finitam, hæc enim duo sunt in quibus

4 principaliter differunt emphyteosis ecclesiastica, & sæcularis. Primo, quòd in sæculari non datur deuolutio per cessationem canonis nisi per triennium, & in Ecclesia sufficit biennium l. 2. C. de iure emphyt. cap. potuit, extra de loc. & conduct. Secundo, quòd emphyteosis sæcularis concessa pro se, & hæredibus, & successoribus transit etiam ad extraneos sed in emphyteosi Ecclesiastica, quæ de sui natura ad extraneos non transit intelliguntur illa verba de hæredibus habilibus, iuxta naturam contractus, vt per Bart. & reliquos in l. Gallus in §. etiam si parente ff. de liber. & posthumis, & per consequens non transit ad hæredes extraneos, prout est communissima opinio relata per Ruyn. in cons. 68. num. 9. versic. tertio principaliter, & num. 10. Gozadin. cons. 39. num. 10. 11. 12. & latius per Iul. Clar. in d. §. emphyteosis quæst. 28. in 3. casu, vbi cumulat omnes, & circa finem in vers. quicquid tamen, firmat nullo pacto esse recedendum ab hac cō-

5 munissima sententia, nisi expressa facta esset concessio, etiam pro hæredibus extraneis, vel pro te, & omnibus, quibus dederis, vel pro hæredibus quibuscumque, quod idem tradidit Gozadin. in loco prædicto, & esse opinionem tutiorem firmat Couarr. in lib. 2. variar. resolutio. cap. 17. num. 5. vers. quod si Ecclesia, & sic optimè procedit decisio Rotæ Lucensis, vt per Magon. in dec. 12. vbi erat vera emphyteosis, prout in casu nostro, licet vbi non est vera emphyteosis procedant etiā relata per Franch. in dec. 235.

Hæc quidem verba non sunt in nostra concessione, immò licet in principio contractus interueniant partes, prout moris est pro se, & hæredibus quibuscumque respectu obseruantiæ conuentionis, tamen actus concessionis in emphyteosim non concipitur pro hæredibus quibuscumq; & clarum est, quòd ipse actus concessionis attenditur, nec quiquam refert om-

6 nes, & quoscumque hæredes ad obseruantiam, & exequutionem contractus obligari, prout benè tradit Aret. in cons. 193. col. fin. vers. secundo respondetur, post Imo. in cap. quoniam Abbas colum. fin. de offic. delegat. & Alexand. in l. & quia ff de iur. omn. iudicum, & certè in casu nostro ipse actus concessionis fit solum recipienti pro se, & hæredibus, & successoribus absque illo verbo quibuscumque, & hæc conformitas legitur in quatuor scripturis, nempè in concessione facta Maniellæ, item in concessione facta per Mansellam Scipioni de Ruffis, item in assensu Apostolico, itemque in assensu Cardinalis de Carpo, quæ verba in se de sui natura non transitoria ad hæredes, & successores extraneos compræhendunt hæredes, & successores sanguinis venientes, vel vt hæredes de iure ciuili, vel vt successores de iure prætorio; & insuper vel ex titulo vniuersali, vt hæredes, vel ex titulo particulari, vt succes-

7 sores, nunq̃ tñ extraneos, prout cęteris relatis firmat latè Dec. in cons. 171. n. 5. Rip. in l. ex facto §. si quis ita nu. 15. ff. ad Trebel. Bal. in c. 1 §. donare qualit. olim pot. feu. alien. Alex. in l. quidā §. nihil interest ff. de eden. port. in cons. 1. n. 25. & Alb. Brun. in cōs. 18. n. 12. eò magis, quia in alienatione rei Eccl. attēditur decretū

8 Commiss. Apostol. & nō cōtractus, q̄a in alienatione rei Eccl. attēditur veritas causæ, & solemnitas formę Feder de Sen. in cons. 141. q̄ duo copulatiuè requirūtur c. 1. de reb. eccl. nō alien. Assensus regulat cōtractū, & nō regulatur à contractu, & ideo

& ideo fuit edita decretalis ambitiosè præbendo formam, quæ cum sit tradita
8 à lege, dicitur substantialis, Bal. in l.cōparationes num. 8. vers. tertio oppono C.de fide instrum. vnde attenditur assensus Apostolicus, in quo non adest clausula quibuscumque.

Immò etiam si fuisset concessio pro hæredibus, & successoribus quibuscumque, quo casu comprehenduntur extranei,
10 non tamen compræhenderentur personæ prohibitæ, prout communiter firmāt Bald. in §.donare, Alex. in cons. 30. numer. 11. volum. 1. Dec. in cons. 193. n. 5. per totum, & nu. 6. Gozad. cons. 8. nu. 7. Thom. de Marin. in tit. de feud. femin. siue mater. quæst. 18. Bi un. consil. 10. Iacobin. de Sancto Georg. in sua inuest. in verbo, & successoribus quibuscumq; Cam. in l. Imperialem fol. 29 Chassan. in consuetud. Burg. in rubr. 3. §. 5. in tex. exceptæ les Religiux fol. mihi 115. n. 17 in 8. lim. Fel. in cap. in præsen. de prob. & Barb. in rub. de feud. num. 1. Prohibitū vero est deuenire emphyteosim ad manus mortuas, vt sup. nu. 3.

Et sic dum respectu Ecclesiæ, & aliorum locorum, qui dicuntur manus mortuæ, adest particularis prohibitio, sequitur, quod eorum respectu, neque etiam considerabilis esset conclusio pro hæredibus, & successoribus quibuscumque, prout specificè in emphyt. vltra supradictos loquitur Iul. Clar. in d. §. emphyt. quæst. 22. quod vltimum dictum volo ex abundanti, cum veritas sit, quod substantia, & actus concessionis assensus nullo modo compræhendit hæredes quoscumq; sed hæredes, siue successores simpliciter, & vtroque modo ob mortem Octauij cessauit ius donatoris, nec potuit in his bonis habere successorem generalem, siue particularem, tam ex specifica dispositione iuris, quam ex clara forma concessionis, & vtrumque facit nullitatem decreti, & patefacit iustitiam deuolutionis ob lineam finitam.

Tertio, quoad rem donatam, clarum est in facto, quod res erat litigiosa non modo per litis contestationem, sed per processum ferè compilatum: & similiter clarum est in iure, quod alienatio rei, quæ time-
11 tur deduci in iudicium, siquidem procedit bona fide, & in persona, quæ non est potentior valet, & substinetur, vt in tit. de hæred. vel act. vend. si autem agnoscitur fraus, tunc procedit titulus de alienat. iud. mutandi cau. fact. vel Imperiales dispositiones legis per diuersas, & ab Anastasio C. mandat, declarat Speculat. in tit. de ces. act. col. 3. & isti non sunt termini nostri. At vero si persona, in quam alienatur est potentior, tunc nullus est contractus l. 2. vbi Bald. Salyc. & Alexan. C. ne lic potentio. Azo. in summa eiusd. tit. nu. 3. & potentior dicitur Ecclesia, vel persona Ecclesiastica cap. ex parte de alien. iud. mut. cau. fact. Et hęc quo ad res nondum in iudicio deductas, quod si effecta est res litigiosa per litis contestationem, & tanto fortiùs per compilationem processus, vt in authent. litigiosa, vbi DD. C. de litig. Tunc absq; vlla distinctione potentioris, vel non potentioris nulla est eius rei distractio, siue donetur, siue quomodolibet alienetur l. censemus C. eodem. tit. de litig. vbi Bald. num. 1. 2. & 3. declarat idem esse si donatarius est ignorans, quod quidem ipse tex. expressè ait, & ibi Azo. num. 4. Specul. in præfat. tit. de ces. act. colu. 2. vers. si autem fit cessio. Et ex his patet, nullam omnino esse præsentem donationem rei litigiosæ, & tanto fortiùs in potentiorem, & per consequens quoad Sac. Hospitale Illustrissimus Cardinalis liberas ædes habet.

Quarto, si perpendimus tenorem donationis multis modis caduciras ex eo con-
12 tractu orta fuit, siquidem in effectu Octauius alienauit irrequisito directo Domino, & sic quoad nullitatem, & quo ad iustitiam militat clara dispositio text. in l. fin. C. de iur. emphyt. & licet in alienatione, quæ fit per donationem aliqui credant, quod non est necessaria requi-

fitio directi Domini,tamen ipsi loquun-
13 tur,quando directus Dominus est laicus,sed si emphyt.tenetur ab Ecclesia, tunc caducitas ex tex. in l. fin. procedit in donatione, quæ fit Ecclesia inrequisita,secundum Bar.in pluribus locis relatis per Ias.in l.fin.C.de iur. emphyt.numer.7.quem sequitur Ang.Anton. de Butr.Imol.Alexan.& reliqui,& Bal. qui contra sentit,malè respondet ad tex.clarissimum in l.2.C. ne rei domin. vel tépl.quem tex.Ang.in l.cum hi ff. de transact. inquit viua voce audiuisse à Bartol. quod erat incuitabilis, & durum est ab auctoritate Bart. & aliorum tot sequaciũ recedere.

Contenti nunc tamen erimus in hac causa inniti conclusionibus à nemine controuersis,& primo clarum est, quod vbi vltra prohibitionem legis de non alienan-
14 do inrequisito directo Domino adest etiam prohibitio hominis, tunc vt pactũ aliquid operetur,excluduntur etiam alienationes in casu permisso, ita est theorica eiusdem Bald.in cap. 1. §. præterea de capit.cor.vbi loquitur,& in feudo,& in emphyt.sequitur ibi Aluar.num.4. & Card.col.2. vers.quarto iuxta prædicta, & est tex. in §. Sanctissimis, in auth. de alien. & emphyt. argum. l. siquidem, cum ibi not.ff.de leg.1.

Secundo,clarum est, quod etiam in dona-
15 tione requiritur consensus directi Domini,& aliter donatarius non potest acquirere rem donatam, sicut declarat Iason.in d.l.fin.C.de iur.emphyt. nu.68. & Bertran.in cons.62.lib.2.in 2.parte num.2.quod quidem ita intelligitur, vt in donatione, in qua non cadit prælatio,teneatur directus Dominus consentire eo modo, quem infra dicam, sed in hoc aduertendum est, quòd solum te-
16 netur consentire, quando donatarius non esset de prohibitis, & ita in materia feudali declarant Alber.in l. vnica colu. fin.C.de nouo Cod.fac. Affl. in constit. si quis post litem colum.3. vbi Andr. & idem Adr.in cap.Imper. columm.4. vbi etiam Camer.fol.51.cum sequ.Loffred. in cap. 1.§.donare qual. olim pot.feud. alien.& in materia emphyteotica Iaso.in d.num.68. Bertrand.in dict.cons.62. & etiam in cons.124.num.1.lib.1.in 2.art. & Iul.Clar.in §.emphyt.q.15.col.fin.in 4 requis.

Vndè dum in casu nostro donatarius erat de prohibitis nullo modo substineri potest donatio,absque directi Domini consensu,qui non adest, nec haberi potest pro præstito. Duo namque ad hoc requiruntur,nempè, vt petatur,& vt Dominus directus non habeat causam iustè negandi,quod vtrumque deficit in casu nostro,dum neque Illustriss. Cardinalis fuit requisitus,neque tenebatur consentire,stante quod donatarius est de prohibitis. Immò dum hoc casu adiungitur generalis prohibitio legis,& hominis, oritur ex hoc iusta causa denegandi assensum,etiam circumscriptis personis generaliter prohibitis,prout esse de iure,
17 & ita seruari testatur Io. Vinc. de Anna in const.constit.diuæ mem. in princ.nu. 46.47.48.

Tertio clarum est,quòd circumscriptis personis prohibitis, & circumscripta prohibitione ex contractu, adhuc ex nuda dispositione iuris tenetur requiri directus
18 Dominus,etiam in donatione, non ratione prælationis,quæ non cadit in donatione,sicut in emptione pro eodem pretio, sed ob reuerentiam, & ob interesse ipsius, vt intelligat nouum emphyteotam, cui si non habet iustam causam denegandi consensum,tenetur consentire infra spatium duorum mensium, sed infra duos menses à die requisitionis,& tanto magis directo Domino penitus inrequisito,clarum est, quod ex hac donatione nullum ius prætendere potest
19 Sacrum Hospitale, prout declarat Iaso. in d.l.fin.num.68.in fin. & num. 69. & Iul.Clar.in d.§.emphyt. quæst. 15. circa finem, qui dicunt, quod de hoc nemo dubitat, & sic ex pluribus iuris dispositionibus Sacr. Hospitale habet supradi-

ctam

ctam iuris resistentiam, quod quidem satis superque sufficit in præsenti iudicio vertente cum Sac. Hospitali.

Sed vlterius tam ad exclusionem donatarij, quam etiam ad exclusionem hæredis
20 ipsius donantis transeo ad aliud caput deuolutionis prouenientis ex ipso contractu, nam donans qui sic Domino inrequisito processit ad contractum donationis, & ad eius exequutionem, siue per traditionem, siuè per constitutum, & præcarium, prout in casu nostro, sine dubio incidit in caducitatem, prout hanc esse veritatem, etiam in donatione, & ita passim decidi refert Guid. Pap. in decisi. 46. & in cons. 147. num. 6. vers. sed restat & vers. immò etsi foret, & cons. 192. in fin. Anton. de Butr. in cons. 34. quem sequitur, & notandum esse inquit Ias. in d. l. fin. de iur. emphyt. num. 132. circa finem, & num. 133. Castren. in l. 1. §. si rē depositam ff. depos. Alexan. in l. si à me column. 2. ff. ad legem falc. cum alijs copiosè relatis per Tiraq. de iur. const. poss. in 26. lim. nu. 3.

Licet enim lex, quæ tali casu operatur caducitatem impediat effectum prædicta-
21 rum clausularum in eo appositarum, vt declarat Guid. Pap. in d. dec. 46. tamen partes fecerunt, quòd in se est, idemque sufficit l. Celsus in fine ff. de recep. arb. & per partes non stetit contemnere Dominum, dum fecerunt contractum cum clausulis sufficientibus ad dominij, & possessionis translationem, vt in l. quod meo, cum simil. ff. de acquiren. poss. propter quod meritò DD. prædicti caducitatem nullo pacto excusant, & tanto magis in casu nostro, in quo donatarius conatus est, etiam violenter possessionem apprehendere, ad notata per Guid. Pap. in d. conf. 147. ante num. 7. in vers. plus dico, & per Tiraquell. in dict. limitat. 26. num. 6.

Et adhuc tanto magis, absque reseruatione
22 iuris directi Domini, quæ non per inuolucrum, sed specifica, & nominatim requiritur, vt Bald. in l. fin. C. de iur. emphyt. col. 2. sequitur Ias. ibidem, qui cæteros refert num. 72. Immo fuit asserta
23 res franca, & libera, quòd quidem sicut in feudis est culpa inremissibilis, vt per And. cap. Imperialem column. 3. & per Camer. ibi fol. 76. ita hoc idem in emphyt. tradunt Doctor. omnes in d. l. fin. & præsertim videatur ibi Iaso. num. 72. circa medium, & Iul. Clar. in d. §. emph. q. 15. ex quorum dictis colligitur, quòd in casu nostro respectu donantis, & donatarij, & rei donatæ, & formæ donationis, multa & satis clara orta fuerunt deuolutionis capita, quorum quodlibet sufficeret de per se. Quod quidem benè agnoscens hæres Octauij, & deuolutioni, & possessioni ob deuolutionem captæ acquieuit.

Et possessio nunquam fuit penes Sacrum
24 Hospitale, non quidem per actum fictū constituti, & præcarij; nam istæ clausulæ in re emphyteotica sine consensu directi Domini in eius præiudicium nullo modo operantur, sicut firmat Guid. Pap. in dec. 49. col. fin. vers & hoc infertur, vbi ita inquit fuisse decisum, latè Gulielmus de Benedict. in cap. Raynutius in verbo, & vxorem num. 194. & 551. de testam. Tiraquell. de iure const. poss. in 3. limit. num. 1. & 2. Chassan. in consil. 7. volum. 7. vers. adhoc est clara, & cons. 8. num. 36. & Bertrand. in cons. 107. num. 13. lib. 2. Vltra quod isti actus ficti non sunt considerabiles in præsenti iudicio remedij capitulorum Regni. Prout fundaui in alio scripto cum per actum possessiuum nihil habeat præter illam violentiam cum reliquis inde sequutis, quæ non sunt considerabilia, immò nocent, vt latè probauimus, & sic dum Sacrum Hospitale per tale decretum confirmatur in possessione, & vere non habet possessionem, vtique confirmari non potest, id quòd non est, & sic militat etiam ex hoc certa nullitas, cum non possit dici alium possidere, dum possedit, & possidet Illustrissimus Cardinalis, ex tot deductis in iure, & in facto, quæ si per suos

Ad-

Aduocatos fuissent plenè proposita, & discussa, sine dubio Sacrum Consilium prospexisset, prout nunc Deo dante prospiciet suæ indemnitati, suæq; iustitiæ, sicut à Beatissima Virgine Domina nostra quæ in vtraque Ecclesia colitur, ante omnia desideratur.

Deo Gratias.

Nescio quid euenerit, nam ab hac Vrbe discessit negotiorum gestor, qui pro negotio mecum assistebat, & postea decessit etiã Illustr. Principalis.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegium Reginæ Ioannæ II. concessum almo Collegio Neapolitano requirit præsentiam, quod latè declaratur in tota Allegatione.*

2 *Absentia impedit exactionem illorum emolumentorum. limitatur si est necessaria num. 3. & 5.*

Sed quamuis necessaria non prodest, quo ad quasdam distributiones num. 4. & 6. Declara, vt num. 6. & 10. cũ seqq.

Præsertim si alteri ob eius absentiam acquiruntur nu. 15.

7 *Mercedes quæ soluuntur collegiatis à scolaribus, qui Doctorãtur non æquiparantur salarijs, vel fructibus beneficiorum, sed distributionibus passim occurrentibus. & nu. 8.*

11 *Text. in cap. vnic. de cleric. non resid. in 6. latè declaratur.*

12 *Dispensationes Regiæ aliquibus collegiatis, vt exigant etiam absentes proponuntur. & declarantur.*

Item firmant regulam in contrarium num. 13.

Non trahuntur ad exemplum num. 14.

15 *Absente aliquo à seruitio fit distinctio si eius portio spectat ad Fiscum, sicut in salario, & similibus, vel reliquis præsentibus, sicut in distributionibus manualibus num. 16.*

Et hoc vltimum seruatur in Almo Collegio Neapolitano num. 17.

Et proindè magis difficiliter esset alteri præiudicandum nu. 18.

19 *Absentia, vt pro oportet illam esse principaliter pro ea causa, qua vult aliquis iuuari, non autem in consequentiam & num. 21.*

20 *Residentia Cardinalium, vel Episcoporum, Et de eorum dignitate in sessionibus obseruanda. & num. 22.*

23 *Incompatibilia renuntiari intelliguntur per assequutionem vnius ex contrarijs.*

ALLEGATIO XXXXIX.

Pro Almo Doctorum Collegio Neapolitano.

In Dei nomine Amen.

CVM Romæ essem diebus Quadragesimalibus anni 1620. institit Cardinalis Illustrissimus de Aquino, vt sibi patrocinarer in eius prætensione exigendi mercedes illas, siue sportulas, quæ collegiatis præsentibus exoluuntur per scholares, qui in ipso Almo Collegio Neapolitano Doctoratus laurea decorantur. Peruenerat enim multis retro annis ipse Illustrissimus ad numerum quatuordecim Collegiatorum, qui numerus iuxta Priuilegia sic passim vsu confirmata constat ex quatuordecim Neapolitanis Doctoribus antiquioribus, sed absentiam, quæ obstabat elidere tunc conabatur ex aliquibus inferius considerandis.

Dixi qualiter non multis retro mensibus Almum Collegium me requisierat, vt in hac

hac causa, quid mihi iustius videretur scripto proferrem, vtq; eius partes defenderem si suam contradictionem iustam esse dijudicassem. Primum feci libẽter, sciens in hoc inseruire eidem Illustrissimo Domino iustitiæ, omniumque virtutum cultori eximio, quem eius merita iam ad Papatum euexerant nisi mors importuna prohibuisset. Secundum, negare coegit obsequium, quod erga ipsũ Illustrissimum profitebar; quamuis ea defensio, mea quoque interesset ob ius ad idem Collegium, Quæ omnia similiter prohibebant me contra Collegium patrocinari. Petijt, quid ego senserim, Ego vero & aperrè dixi, quid senseram, & obtuli etiam sibi mittere, suæque correctioni submittere, ea quæ scripseram, ita quod si quid certum, siue dubium in contrarium fundaretur agerem totis viribus cum Almo Collegio de litis cessione, vel de concordia, sic Neapolim rediens reperij mea scripta ab alijs Aduocatis pro Almo Collegio iam aliquibus additis, vel immutatis fuisse Iudicibus tradita. Sed originalis mei sicut illud primo loco scripseram ad eundem Illustrissimum mittere exemplum non distuli, & hoc est videlicet.

Prætẽdit Cardinalis Illustrissimus de Aquino Absentia, non obstante exigere sicut Collegiati præsentes, qui actu seruiunt, & assistunt, & quia nimis repugnant

1 verba Priuilegij expediti per Reginam Ioannam in anno 1430. expræssè requirentis præsentiam, inquit Illustrissimus Cardinalis, & de iure communi, & per Catholicam Maiestatem dispensari in beneficium absentium pro bono publico, & ipsum abesse pro bono publico dũ Romæ nunc resider pro seruitio Ecclesiæ vniuersalis, & etiã pro seruitio ipsius Catholicæ Maiestatis, quæ soler taliter dispensare. Hæc in suis comparitionibus enarrata binas excitant conclusiones, quarum prima est num de iure communi prosit absentia necessaria, secunda num saltim iuuetur ope dispensationis, Et vtraque conclusio indiget facto, vt eius absentia ob residentiam in Vrbe Roma sit bono publico, & Regis Nostri seruitio admodum vtilis. Idque Ego, qui non ignoro eius viri virtutem, & erga Catholicum Regem nostrum propensionem, & affectum vtrumque hoc factum libenter admitto, sed vt exinde ad eius beneficium oriatur aliqua iuris consequentia nequaquam assentior.

Et quo ad primam conclusionem commemoro nihil noui fecisse Reginam, dum adeò expræssè requirit præsentiam. Sed imò iuri communi se conformauit. Si

2 quidem præsentia, quæ passim requiritur ad exactionem fructuum, vel salarij, aut alterius mercedis, vel emolumenti ob aliquid peragendum sicut in beneficijs, in Officijs, & similibus, vt in tit. de offic. proc. & de offic. assess. & extr. de cleric. non resid. in cap. 2. & 3. cum multis seqq. requiritur valdè strictius ad exactionem distributionum, quę ratione alicuius operis iusta occurrentias dantur passim in eisdem diebus, in quibus occasio occurrit cap. licet de præbend. & dignitat. cap. de cętero in fin. vbi glo.

3 de cler. non resident. Vndè quamuis in alijs percipiendis absens ex iusta causa habeatur tamquam præsens l. Iulianus §. 1. l. si quis Titio, & l. si quis stipulatus, vbi glo. & Alber. ff ex quib. caus. maior.

4 c. cum dilectus, & cap. ad audientiam, vbi glo. in verbo in Apostolicæ de cler. non resid. Non tamen quo ad istas distributiones habetur, vt præsens quamuis absentia sit necessaria, etiam ex causa Reip. cap. super specula de Magistr. iuncto cap. licet, vbi glo. in verbo distributiones de præbend. & in d. cap. de cætero de cleric. non resid. cap. fin. vbi glo. in verb. exceptis de rescript. in 6. c. 1. & c. cũ non deceat de elect. in 6.

Sic quidquid legimus ad beneficium absentium ob bonum publicum in iuribus, &

5 glos. prædictis, & etiam in dict. cap. de cætero in verbo in seruitio in cap. scire 7 quæst. 1. in l. desertorem §. sed si ex impro-

prouiso,& in l.pen.in fin. ff.de re milit. Bart.in d.l.Iulianus in §.1. Bal.in Auth. habita num.23.C.ne filius pro patr.& in l.liberti num.15.circa fin. C.de oper. libert.glo.& Bart.in l.3.in §.si ad diem ff. de re milit.& in l.pen.C.de proxim.sac. scrin.lib.12.Oldrad. in cons.117. Aret. in cons.77.nu.7.& 8.Io. Andr. & Abb. in cap.ex parte,lo secondo, & in c.cum dilectus,& in cap.ad audientiam de cleric.non resid.& in alijs Doctoribus declaratur semper procedere in stipendijs, salarijs,fructibus beneficiorum,& simili-
6 bus,numquam autem in illis manualibus distributionibus. Imò illæ specificè exceptuantur in tot capitulis paulò ante recensitis, in quibus hoc notatur per nonnullas gloss.& alios. Quam ob rem alias exactiones, & istas distributiones post alios Doctores formaliter distinguit Cassador. in tit. de cler. non resid. in decisio.vnica,& Couarr. variar. resolut. lib.3.cap.13. Et Parif. volens suum clientem defendere satis legitimæ absentẽ ob necessitatem Ecclesiæ nititur in eius cons.32.volum.4 totis viribus probare, quod illæ decimæ,& affictus, & alij fructus, de quibus agebatur, quæ omnes quantitates in communi,& in grossa (vt ibi dicitur) conseruantur,& in fine anni inter Canonicos diuiduntur,habent naturam fructuum beneficiorum, non autem istarum distributionum,quæ in dies iuxta occasiones perueniunt, & sicut perueniunt,sic eadem hora actu distribuuntur clericis interessentibus, in illis enim clientem suum rectè defendit in istis difficultatem agnoscit, vt ibi per cũ num. 7. cum seqq. Et similiter noster Reg.de Pont.in cons. 92. paucis dijudicat indigere respectu salarij exoluendi absenti pro bono publico,tamen sub numer.16. obseruat difficultatem respectu distributionum,de quibus, et nos iterũ loquemur inferiùs.

Sed prius nosse oportet cuius generis red-
7 ditus,vel emolumenti sint illæ sportulę, siue mercedes, quæ dantur Collegiatis ab assumentibus gradum Doctoratus,Et porrò distant summorè à salarijs, à stipendijs,à pensionibus,à fructibus beneficiorum,et similibus exactionibus, quæ non specificant interuentum in aliquo actu,vel in aliquo loco, & fiunt annuatim,vel mensatim,& habent quantitates certas,vel certum modum exigẽdi plus, vel minus iuxta affictum.Sunt autem verè, & propriè illæ iam recensitæ distributiones. Sic enim in Priuilegio dicitur, vt cuilibet collegiato interuenienti detur tale,& tale munusculum. Ecce ergo ille in distributionibus necessarius interuentus (quem nonnulli appellant interessentiam) differens à præsentia.Nam hæc supletur per præsentiam fictam ob absentiam necessariam, ille requiritur verè ad hoc, vt distribuatur vnicuique, prout verè interest in vnoquoque actu, sic clarè distinguit glos. in cap. cum non deceat in verb.exceptis de elect. in 6.& videntur verba tex.in cap.licet.in fin. de præbend.glo.in cap.vnic.in verb. affuerint de cleric.non resid. in 6. Lap.alleg. 43.Cassad.in dict deci. vnica num.2.Parif.in d.cons.32. nu.13.Phylipp.Franc. & Phylipp. Prob.in add. ad Io. Monac. in d.cap.vnic.& ibi Gemin.in princ.in 4.notab.num.2.Couarr. variar. resolut. lib.3.cap.13.num.2.Regens de Ponte in d.cons.92.n.18. benè Calder. sub tit. de præb.in cons.21.

Item ista munuscula sunt casualia, & incer-
8 ta, quod quidem conuenit præfatis distributionibus,vt per Oldr.in cons.216. & Anchar.in clem. 1. de præbend. post Io.Andr.ad Specul.in rubr. de concess. præb.Item dantur manualiter collegiatis eadem hora, & in eodem actu quo soluuntur à scholaribus in ea die in qua Doctorantur, quæ omnia conueniunt præfatis distributionibus, quæ proinde appellantur quotidianæ in cap. licet de præbend.in verb.nolumus,& in cap. cũ non deceat in verb. quotidianis de electio.in 6.& eod.lib.de cleric.non resid. in cap. 1. in verbo statuimus, siue ma-

nua-

nualia, quia manu dantur singulis qui in tersunt c. olim, vbi glos. in verb. manualia de verbor. signific. & in d. cap. 1. similiter in verb. manualia, aut appellantur victualia quasi pro victu illius diei, vt in cap. de cætero, vbi gloss. in verb. victualia de cleric. non resident. vndè Gemin. in d. cap. 1. §. qui verò de cleric. non resid. in 6. num. 14. in fin. post glos. ibi dicit, quod istæ quæ sic actu distribuuntur appellantur distributiones, & non aliæ, sequuntur, & latius declarant, ibi Phylipp. prob. num. 37. & 57. Dec. in consil. 280. in casu proposito num. 1. & 5. Et declarant distribui in vnoquoque actu, etiam singulis horis, prout se offert occasio sic Paris. in dict. consil. 32. num. 7. 12. & 13. Cassad. in dict. decisio. vnica num. 2. post Lutr. Abb. & Ancharan. ibi relatos, Chalder. in consil. 7. sub tit. de cler. non resid. Couarr. in dict. cap. 13. in princip. Fœlyn. in cap. ad aures num. 14. de rescript. Gome. in tract. de expectat. num. 104. Barb. in cap. fin. column. antepenult. de pecul. cleric. Staphyl. de liter. Grat. & Iust. fol. 29. col. 2.

Quod cum ita sit agnoscimus quam rationabiliter Priuilegium, de quo agimus

9 exprimit Collegiatorum interuentum, quibus fiunt inibi iussæ distributiones, ratione illius assistentiæ, & laboris in audiendis approbandisque, vel reprobandis Scholarium lectionibus, vt sic sint munera illius personalis operæ, iuxta tex. in l. 1. §. si quis seruum ff depos. in l. 1. §. ideo ff. si mensor fals. mod. dixer. & in l. cum duobus §. si in coeunda ff. pro soc. Vndè meritò tales distributiones non conceduntur nisi actu interessentibus, & in eo, ob qd exigitur personaliter seruientibus, vt in iuribus supradictis, in quibus notandum est, quod hæc regula negatiua ampliatur etiam stante consuetudine in contrarium, quæ vel præcedens, vel subsequens annullatur in d. cap. vnic. in princ. de cler. non resid. in 6. prout infra dicetur in 3. solutione. Item ampliatur, vt scholares adeo priuilegiati in exactione aliorum beneficiorũ, & præbendarum in c. super specula de Magistris, non tamen absentes exigant has distributiones c. licet §. nolumus de præbend. Item ampliatur, vt Summus Pontifex in generalibus dispensationibus ratione absentiæ aduertat istas distributiones excipere cap. fin. in princip. de rescript. in 6. Et absque expressione adhuc talem exceptuationem intelligi decisum fuit apud Cassad. in dec. vnica sub tit. de cleric. non resid. latè Couarr. in dict. cap. 13. num. 2. vers. quibus adstipulatur. Item ampliatur etiam si absentia necessaria est pro seruitio sui Episcopi, vel propriæ Ecclesiæ cap. de cætero de cleric. non resid. cap. cum non deceat de elect. in 6. fingitur enim tunc præsentia, sed non interessentia, vt ibi gloss. in verb. exceptis, cum alijs supradictis.

Hanc verò glo. in verb. exceptis replicaui, quia opponit de text. in dict. c. vnic. qui videtur obstare, sed solutiones magis confirmant præsentem conclusionem in casu nostro. Si quidem distributionum non exigentiam limitat primo ille text. ex causa infirmitatis, & hoc generale est est tum ne addatur afflictio afflicto, vt tat glo. in cap. ad audientiam in verb. infirmitatis de cler. non resid. tum etiam, quia hic est casus veræ, & propriæ necessitatis, vt ibi, & in cap. significatum, de præb. vbi glo. & DD. vnde illis plenè, & vbique fauet in hoc ius commune, licet hoc restringat Phylipp. Franc. in d. cap. vnic. solum vbi talis adesset consuetudo, sed meritò illum impugnat Couarr. in dict. cap. 13. in quinta intelligentia, sicut ex consimili necessitate hanc limitationẽ extendere etiam ad expulsum conatur Chalder. in cons. 17. sub tit. de præben. Secundò ille tex. limitat in absentia ob Ecclesiæ vtilitatem, & porrò in alijs exactionibus binas istas limitationes similiter legimus in d. cap. ad audientiam, cum alijs, vt supra num. 3. Sed respectu istarum distributionum sunt tex. in contrarium nimis aperti in d. cap. de cętero, &

cap.cum non deceat loquentes particulariter in absentia pro necessitate ecclesiæ, vltra alia supradicta iura loquentia de alijs absentijs similiter priuilegiatis. Nam in effectu absentia quantumuis priuilegiata non habet illam commiserationem, illudque purum, & necessarium impedimentum sicut in infirmo, & proinde visum non est Summis Pontificibus, etiã ob absentiam quamuis priuilegiatã euertere illam adeò necessariam interessentiã quæ in distributionibus requiritur, vt patet ex omnibus iuribus supradictis, & ẽt in extrauaganti Ioann. 22. quæ incipit Nonnullæ in §. præterea, & declarant Calder. sub tit. de cler. non resid. in cons. 1. & sub tit. de præb. in cons. 21. Oldr. in cons. 117. vbi vult illam habilitationem facere præsentem, & residentem, & tamen ex Constitutione Bonifacij VIII. ibi relata excluduntur distributiones Cou. in d.c. 13. n. 2. Prob. in d.c. vnic. nu. 50. Andr. ab exea in c. cum omnes de const. num. 58.

Verum est, quod videtur de directo aduersari tex. in dict. cap. vnic. & proinde aliquæ afferuntur solutiones quas non in-
11 tendo latè discutere ad finem dignoscẽdi, quænam sit verior, sed illas langam solummodo ad hoc, vt ex vnaquaque ipsarum intelligamus magis Almi Collegij iustitiam foueri. Quarum primo loco se offert distinctio glos. in dict. cap. vnic. in verbo vtilitas dicentis distributiones ex tali absentia non posse peti, sed posse retineri si à Canonicis darentur, & approbatur per Geminia. ibi in §. qui vero num. 10. Hæc distinctio diuinat cum nihil in eo text. legatur ex quo talis Canonicorum relaxatio elici possit, & insuper esset casus indubitabilis stante largitate eorumdem quibus illa portio accresceret sicut post Franch. & Cassador. firmat Couarruu. in dicto cap. 13. num. 7. Sed & hæc intelligentia excludit Illustrissimum Cardinalem, cui Almum Collegium contradicit. Aliam distinctionem ponit Geminian. in dicto §. qui vero numer. 10. vt distinguatur absentia à loco seruitij, vel ab Oppido, quod subobscurè colligi potest ibi ex verbis Ioann. Andr. clarè autem adhæret Couarruu. in dict. cap. 13. in 6. declarat.

& Franc. Rip. in tractat. de peste in secunda parte num. 145. Sed rationabiliter reijcitur ibi per Phylipp. Franc. in §. qui vero column. prima in fin. & column. fin. in vers. & etiam, cui subscribit Paris. in dict. cons. 32. num. 20. Nam similiter diuinat cum talis differentia à loco seruitij, vel ab oppido, nec ex illo tex. nec ex alio colligatur, Nec potest adesse ratio differentiæ dum vtroque modo non reperitur in loco seruitij, vt per Hostien. in summa sub tit. de cleric. non resid. §. 2. quæstio. 27. summ. Syluestrin. in verbo residentiam in princ. & illa consuetudo, quæ in eo tex. in princip. videbatur admittere differentiam præsentis in loco, iam tamquam non rationabilis abrogatur. Sed & hæc intelligentia similiter Illustrissimum Cardinalem excluderet, qui in hac Vrbe Neapolis non commoratur.

Tertia est solutio Archidiacon. dicentis, quod ex illa praua consuetudine admittebantur omnes non interessentes. Et Summus Pontifex illam abrogat in cæteris casibus, confirmat autem in illis duobus nempè infirmitatis, & absentiæ ob euidentem Ecclesiæ vtilitatem, ex qua intelligentia sequitur primo in alijs casibus à iure exclusis, nec absentiam opitulari, nec vt opituletur posse per consuetudinem præteritam, vel futuram induci cum vtraque sublata intelligatur, vt per Cardin. in consil. 53. quod aliquæ impræssiones Baldo adscribunt Roccus de Curte in cap. fin. de consuetud. in tertio notab. & in tertia limitat. Couarruu. in dict. cap. 13. numer. tertio, versicul. prima sanè, & numer. quarto, Abbas in cap. secundo numer. septimo, de probation. Geminian. & Phylipp. Franc. in cap. primo, vterque in vltima columna, de constitution. in sexto, & ibi-

& ibidem Phylipp.prob.in addit.ad Io. Monac.num. Dec. & Andr. ab exea in cap. cum omnes de const. hic num. 50. ille in 1. lectur. col. 1. Sequitur secundo, vt excusatio ratione infirmitatis non sit noua prouisio specialis, sed iuris communis declaratio, vt supra diximus, & non fuit superflua, sed ne remaneret dubitatio ob illam generalem sanctionem contra non interessentes. Sequitur tertio, vt admissio absentis ob vtilitatem Ecclesiæ ad habendum distributiones non sit prouisio generalis contra tot iura in contrarium, sed sit confirmatio in hoc casu particulari illius consuetudinis quæ vigebat, sic Archidiaconum intelligunt, illumque sequuntur Add.ad glo. in d.c. vnic.& ibi Gemin.in §.quia verò nu.10. Dec.in cap.cum omnes de const.num.2. & Andr.ab exea num.50. Couarr. in d. cap.13.num.5.circa fin.Phylipp. Franc. Anchar.& Bened.Capra quos refert, & sequitur Paris.in d.cons.32. num.20. & 21.vbi suum clientem defendit ex eo, quod in illa Ecclesia vigere inquit talem consuetudinem,& vbicumque viget sub stinet per illam Bonifacij Consti.approbari, quod & tangit noster Reg. de Ponte in cons.92.nu.20.

Hæc intelligentia, quæ sine dubio verior est & communior obstat summopere Illustrissimo Cardinali. Nam interessentia Collegiatorum pro distributionibus exigendis, quam in conformitatem iuris communis requiri statuit Priuilegium, per continuatam consuetudinem non modo alterata non est, sed potius inuiolabiliter confirmata in personis laicorũ, & clericorum etiam Episcoporum aliorumue Prælatorum, vel Monacorum, non obstante quouis impedimento, etiã pro seruitio Regio, sicut est notorium,

12 Et apparet ex ipsis Regijs dispensationibus, quarum primam legimus fuisse concessam per Regem Fedricum cuidam Collegiato ab hac Vrbe pro ipsius Regis seruitio discedenti, fuit postea in anno 1584. dispensatum per Catholicam Maiestatem ad beneficium Regentis Moles in sua Curia residentis, Ac denique in anno 1586. petente fidelissima Ciuitate iussum fuit in diebus non feriatis dari, hæc emolumenta Ministris Regijs non interessentibus ne à negotijs desistant. Quas dispensationes (vt secundũ caput sub nu.1. propositum tangamus) ponderat D. Cardinalis ad arguendum, quod impedito pro Regis seruitio dispensatur, sed vtilius ponderatur per Almum Collegium ad demonstrandum absentes quomodolibet, & etiam pro Regio seruitio excludi nisi specificè dispensantur, sunt enim dispensationes li-

13 mitationes quædam magis firmantes regulam in contrarium l. quæsitum §. denique & §.vt autem.vbi glos. & Bart. ff. de fund.instr.& instrument. legat. Dec. in l.1.num.21.ff.de regul.iur. Et sic excluditur Illustrissimus Cardinalis ex dispositione iuris ex forma Priuilegij, & ex cõsuetudine inueterata, & per dispẽsationes prædictas magis approbata.

Quod autem Rex aliquibus dispensauerit

14 hoc reliquis nõ dispensatis ad nihil prodest l.quod vero,& l.ius singulare, vbi glo.& Doctor. ff. de leg. Non enim ad alios extenditur dispensatio, ex identitate, nec etiam ex maioritate rationis cap. fin.de postul.prælat.cap.sanè, vbi annotat Butr.de priuileg.Bal.in l.1.C.de leg. & in l.1.C.de const. princ. Gemin. in c. ne aliqui in 4. notab. de priuileg. in 6. Iaf.in l.1.ff.de const.pecun.Dec.in l.non debet num. 6. & in l. in omnibus num. item 6 ff.de regul.iur. sicut Regens Moles, nihil prætendebat, vigore illius dispensationis olim concessæ per Regem Federicum,& postea vigore dispensationis obtentæ per Regentem Moles nihil prætendebant alij Ministri, sed oportuit pro alijs supplicari,& dispensari. Imò datur intelligi consimilem dispensationem per ipsum Illustrissimum fuisse petitam, & non obtemptam. Sed quicquid sit absque dispensatione excluditur ex tri-

15 bus regulis supradictis, & augetur ex-

clusio, nam per absentiam eius portio acquiritur alteri l.filium emancipatum ff. de acquirend. hæred. Quis autem sit ille cui acquiritur? distinctio est, quod
16 salarium,fructus beneficiorum, & similes acquiruntur Fisco,distributiones vero alijs interessentibus,vt per glo.in clement.vt hi qui diuinis in verbo dimidia de ætat.& qualit.Declarant Inn. Henric. & Abb.in cap.penult.de cler.non resid. Couarr.in d.cap.13. num.7. Gemin. & Franch.in cap.fin. de rescript.in 6. & in d.cap.vnic.de cler. non resid. eod. libr. Fælyn.in cap.ad Apostolicæ num.12. de except.& Cassad.in d.dec. vnic. num.3.
17 sicut in hanc conformitatem si aliquis ex quatuordecim Collegiatis ordinarijs non repetitur in actu Doctorandi, datur illa portio antiquiori immediatè sequenti,cui est ius quæsitum absque vllo dubio per absentiam Dom.Cardinalis prius quam resideret in Vrbe Roma, vbi ad præsens inquit se residere pro seruitio Regio,& sic valdè difficilius auferri potest ius alteri iam quæsitum tex. est valdè stringens in cap. si propter de rescriptis in 6.vbi hoc notat Archidian. Et ab hoc non recedit Oldr.in cons. 117. Sed conatur in illo casu defendere non fuisse locum acquisitionis illius iuris in beneficium alicuius, quod quidem non est in casu nostro,in quo statim (vt dictum est) fuit tale ius alteri quæsitum.

Augetur vlterius exclusio, nam licet ipse credam D. Cardinalem Romæ commo-
19 rantem esse Regis nostri seruitio valde profignum,tamen ipsa commoratio non est pro seruitio Regio, cuius causa non cogitur Romæ residere, sed residentia extra Neapolim est necessario consequu
20 tiua ad alias dignitates,Nam vti Archiepiscopus tenetur residere in eius Dioecesi sicut de iure communi, probant Host. in summ.de cler.non resid.§. 2.quæstio. 27.Inn.Imol.& Abb.in cap. clericos de cler.non resid. summ.Syluestr. in verbo Residentiam in princ. Andr. ab ex ea in cap.cum omnes de constit. num. 58. & Astrens.in eius operis lib.4.titul.34. Et strictius post Concil.Tridentin. nominatim Cardinales includens in sess.23 de reform. cap. 1. Item vti Cardinalis tenetur residere in Vrbe Roma, vbi Cardinalatu insignitur cap.filium 1.quæst.1. latè Afflict.in dec.289.in princ. vel alibi de ordine,vel de licentia Summi Pontificis, vt per glo. in cap. Nobilissimus in verb.nihilominus 97.distin.ipsi enim directo tenetur obedire cap.cuncta 9.q.3. Anchar.in cons.281.nu.3.

Vndè dum absentia ab Vrbe Neapolis principaliter est pro debita obedientia Sum-
21 mi Pontificis,siue in Dioecesi ob Episcopatum,siue in Vrbe ob Cardinalatum, siue alibi ob Apostolicam iussionem nō potest ratio haberi seruitij Regij occurrentis in aliquo loco in quo principaliter non assistit pro seruitio Regio, sed vel occurrat, vel non occurrat seruitium Regium,ibidem principaliter ad nutum Pontificis commoraretur tex.est in l.Reipublicæ causa ff. & quib. caus. maior. & in l.non vere eod.tit. vbi glo.& latius Albert. ex hac ratione non nullas decidunt quæstiones casui nostro persimiles. Et adhoc quod oportet absentiā esse principaliter ex illa causa qua iuuari aliquis prætendit,ita quod ea cessante non abesset multa legimus apud Andr. & Affl. in const.Hostici exceptionem Cyn. in l.si quis sub prætextu C.de sacros. Eccl. Abb.in cap.cum pro causa de procurat. Præs.de Franch.in dec.266. num.6. Ias. in l.si quis,nec causam num.18. ff.si certpetat.& in l.non solum §.si cum possem num.3.ff.de oper.nou.nunc. Nec omi-
22 ctendum,quod Sacrum Concilium Tridentinum in sess. 25. sub tit. de reform. cap.17. grauiter monet Prælatos circa decentiam sessionum,nec video qua decentia Cardinales, qui Regibus comparantur seruare possent ordinem sedendi cum reliquis,iuxta antiquitatem Doctoratus,qui mos,& ex Priuilegio oritur,& ex consuetudine immemoriali,vnde ob-
23 tinens dignitatem adeò eminentem vide-

detur reliquis incompatibilibus renunciare,vt in clement.gratiæ de rescript. & per Doctor.in cap.1.ne cler. vel monac. & in cap.1.§.ex hoc in tit. hic finit. lex. Et hic etiam finiunt mea in hoc breuiter considerata,ex quibus opinor Illustrissimi Cardinalis petitionem non subsistere,ea tamen Almi Collegij, eiusq; Patrum Doctissimorum Correctioni submictens.

Deo Gratias.

Hæc misi ad Illustrissimum Cardinalem, qui grata sibi fuisse, & responsurum se, quæ in contrarium occurrerent & quæ po tuissem cum Almo Collegio discurrere suis literis significauit. Sed interim eius Procurator instetit pro expeditione, quæ subsequuta fuit, penes Gisilmum in mense Decembris eiusdem anni, & per Collaterale Consilium additis aliquibus adiunctis decisum fuit suæ petioni locum non esse.

Sequentium Duarum Allegationum Quinquagesimæ, & Quinquagesimæ Primæ

ARGVMENTVM.

AD EXCELLENTISSIMVM

BENAVENTANORVM COMITEM

IN HOC REGNO PROREGEM,

omnium virtutum gloria emicantem.



Consulturus Catholicæ Maiestati,quid tibi pro iustitia, ac pro bono publico videatur agendum, quo ad iura Io. Antonij de Gambacurta eidem Maiestati significanda iussisti,vt ea tibi succinctè cōmemorarē,Ego verò, vt plenius instruaris eadem tibi, quæ in supremo Italiæ Consilio discutienda latè conscripsi, & pro viribus de iure probaui breui Argumento proponam,& hæc sunt.

Reperitur Plumbini Status penes Inuictissimum Catholicum Regem nostrum, qui illum dimictere intendit; cui de iure debetur; Concurrunt Carolus, Io. Baptista,& Isabella Appiani; sed hanc, aut illos obtinere non posse defendimus tāquam ab Iacobo illo Appiano originem trahentes,qui Primus Pisanis, ac Plumbinensibus Pisanæ ditioni coniunctis imperauit nullo quidem præuio iusto titulo,sed tyrannicè,ac vi armorum oppresso Pisanorum Domino,& aliquibus eius filijs veneno sublatis.Quo fit vt sequens possessio,neq; ipsi Iacobo, nec posteris eius, ab ipso causam habentibus opituletur.

Insuper huius Iacobi filij fuere Gerardus, & Emanuel Gerardi Iacobus Secundus. Emannelis Iacobus eius nominis Tertius isq; illegitimus, à quo præsens Carolus descendit, & similiter illegitimus fuit Hieronymus,Io. Baptistæ Genitor. Qua de re ad feudū p̄cipuè conspicuæ dignitatis admicti illegitimum,siuè ab illegitimo descendentem repugnant iura.

Ex prædictis nititur Isabella Collitigantes excludere,verum eosdem obijces, quo ad se conatur euadere dicens,qd̄ & si illos met Iacobum primum tyrannicè intrusum,& Iacobum tertium illegitimum suos habet progenitores. Omne tamen vitium purgatum est penes Iacobum quartum Iacobi tertij filium; Qui quidē Iacobus quartus Isabellæ est abAuus; Nàm filius,ei fuit Iacobus quintus. Nepos

pos. Iacobus ſextus, Pronepos Alexander, qui filios reliquit Iacobum ſeptimũ, nouiſſimè vita functum, & Iſabellam inter fęminas natu maiorem; Nec quicquã iuſtus titulus per Iacobum quartum acquiſitus Carolo prodeſt, cuius diuerſa eſt linea ab eodem Iacobo quarto non prouenieus; Nàm Caroli Pater eſt Sfortia, Auus Ferdinandus, Proauus Beliſarius, qui illius Iacobi tertij illegitimi fuit filius, iuſtum verò titulum penes Iacobũ quartum fundat Iſabella, ex duabus inueſtituris per ipſum Iacobum de eo ſtatu à Maximiliano Cæſare impetratis in anno 1502. & 1509.

Et porrò hæc vera ſunt, Attamen pro nunc etiam præfatis actentis inueſtituris non ex hoc Io. Baptiſtæ, & Caroli excluſio Iſabellam includit, quæ in eadem inueſtitura ob fęmineum ſexum nullo pacto compræhenſa eſt; Non enim inueſtitura fęminas nominatim includit, nec etiam compræhenſiuè.

Sed ſimpliciter Iacobum vocat, eiuſq; hæredes, & ſucceſſores. Et in iure exploratum eſt, qđ feudum ſuaptè natura, maſculinum eſt, non fœmineum. Qua de re ſuccedit regula, vt in his, quorum ſucceſſio de ſui natura fœminis, vel extraneis hæredibus non defertur, conceſſio pro hæredibus, & ſucceſſoribus qualitatem quidem inducat hæreditariam, genus autem non alteret ſucceſſorum; Et conſequenter illa eadem inueſtitura, cui Iſabella innititur ipſam excludit.

Nec quicquam prodeſt, quod tale feudum de bonis proprijs ab Imperatore nuſquam fuerit elargitum, ſed potiùs Imperatori fuit à Iacobo quarto ſubmiſſum, qui illud abſque vlla ſuperioritatis recognitione multis retroannis. poſſederat; Quaſi quod ex hoc benignius cum hæredibus eius, ſiuè maſculis, ſiuè fęminis agendum ſit.

Nàm neq; in primis verum eſt, tantam fuiſſe Iacobi erga Cœſarem deuotionem, & affectum, vt in hac re multo magis pro priè, non proſpexerit vtilitati ex innumeris periculis tunc per Cęſarem in eius defenſionem aſſumptis.

Neq; hoc pro eo, quod agimus, eſt conſiderabile, ſi quidem in conuentionibus præſertim feudalibus, quæ ſunt ſtricti iuris, & in quibus verborum rigor infallanter attenditur illud præcipuè inſpicitur, quod actum eſt, nec alia creditur contrahentium voluntas, quam quæ ſub natura contractus ab eiſdem celebrati compræhenditur; Et porrò inter Maximilianum, & Iacobum contractus feudalis eſt inhitus, cuius vigore, quem vaſſallum ſuſceperat Imperator eumdem tueri à qui buſuis oppreſſoribus tenebatur; Et è contra cui feudum ſubmiſerat, eidem ꝓ his omnibus, quæ ſunt de natura feudi (excipio, quæ ipſimet exceperunt) Iacobus fiebat obnoxius, eſt autem inter reliqua de feudi natura, vt in eo fęminæ non ſuccedant, ſed maſculis eiſq; habilibus deficienribus ad eum, à quo recognoſcitur reuertatur.

Qui quidem diſcurſus; omne feudum quoquo modo quæſitum abſque vlla differentia compræhendit, ſiuè in aliquibus ſit francum, ſiue fuerit feudum gratioſè elargitum, ſiuè obſeruitia, aut ſpontè ſummiſſum, aut pecunia comparatum; Quinimò ad Cæſeris commodum eo fortiùs cętera ſunt relinquenda, quo plus verba illa quædam adimunt, quæ ſibi feudi ratione deberentur; Neque obſtat, quod dempto ſeruitio ceſſat ratio, ob quam mulieres non ſuccedunt, nàm & fidelitas multa continet, quæ à fœminis incommodius indecẽter, & imperfectiùs præſtarentur; & quæcumq; fuerit motiua ratio contrahentium, ex inueſtitura, (vt iam diximus) clarum eſt fęminas, neq; nominatim, nec per verba æquipollentia compræhendi.

Hactenus ea ex quibus Carolus, Iſabella, & Io. Baptiſta niſi mea me fallit opinio, excludunt; etenim ad ſe inuicem propellendum vtrinq; rationes ſunt validè, ad ſe ipſum includendum vereor, nè omnes deficiant, atque ità ſtatus ille Imperiali

riali Cameræ applicetur; quæ res quid in se contineat tua prudentia perpēdet. Contra verò, vt Rex Io. Antonio de Gābacurta, qui eundem Statum sibi restitui contendit; opem ferre non dedignetur vrgent multa; Ipse enim, & maiores sui de Regibus Aragoneis, & Austriacis optimè meruerunt, quibus, vt fideliter inseruirent multas opes consumpserunt, multa quoq; oppida perdiderunt, prout historici plures commemorant, & publica documenta testantur, eodemque modo lucrari nunc plus dijudicat, quò plenius suo Regi inseruiret, quæ omnia ità fideliter, atq; ita firmiter per reliquos prætensores fieri posse non existimo; Viri siquidem Appiani, nec Regis ligij sunt nec à ligijs trahunt originem Isabella, & si virum habet mendorium, filijs attamē caret masculis, filias ignoramus, cui nubent, multoq; magis ignoramus, cui forsan eundem Statum Cęsar concederet, quatenus Imperiali Cameræ applicaretur.

Est autem Io. Antonij (quem defendi rogat) prætensio iusta valde; quoniam (pro vt supra tetigimus) verum est Iacobum primum Appianum Petri de Gambacurta Pisarum, Plumbinique Domini fuisse à secretis Scribam, a quo circa annum 1380. facta peditum collectione Domino, eiusque filijs ibidem commorantibus, necatis, Pisanorum, & Plumbinensium tyrannides initiatur, tum Pisas Galeatio Vicecomiti Mediolanensium Duci vendidit, Plumbinum sibi in domicilium conseruauit. Hic Iacobus Appianorum est progenitor, quibus omnibus nihil iuris tribuere potuit in præiudicium successorum illius Petri, cuius lineæ primogenitus est præsens Io. Antonius de Gambacurta.

Et insuper sicut primus ille Iacobus Appianus, eiusq; posteri ex tyrannico initio præscribere non potuerunt, ità etiam nihil profuit inuestitura per Iacobū quartum à Maximiliano Cæsare obtenta; Siquidem neq; Imperio Iacobus vi detentum submictere feudum poterat, neque Cæsar validare Appianorum eius feudi detentionem, quod nullatenus Imperio subiacebat.

Atque si Iacobus quartus Appianus feudum hoc, quod suum non erat Maximiliano submictere non potuit; sequitur necessario, vt neq; Io. Antonius de Gambacurta apud Imperialem Cameram teneatur de suis iuribus experiri; Non .n. Imperium aliundè ad hunc Statum obtinet superioritatem, quam ex Appianorum submissione, at verò successor Petri illius de Gābacurta, Post habita Appianorum subsequuta detentione, reiectisq; omnibus per Appianos circa rem non propriam gestis, atq; promissis; Plumbinū repetit, ex primæuis illis iuribus post obitum Petri de Gambacurta competentibus; ex quibus sicuti iure posset Plumbini possessionem, vel ab eisdem Appianis eripere, vel eandem vacuam quomodolibet occupare; ita etiam Statum hunc ab iustissimo, & Catholico Rege custoditum sibi dimicti ex multis in iure annotatis rationabiliter deprecatur. Vale.

S V M M A R I V M.

1 *Caroli de Appiano memoriale nostro Regi Catholico porrectum, in quo sua iura deducit circa Plumbinum.*

2 *Io. Antonius de Gambacurta aduersus Appianos sua iura pro eodem Statu, sub quatuor capitibus proponit.*

3 *Gerardi de Gambacurta seruitia pro Rege Alphonso Primo aduersus Florentinos à quibus extitit suis Oppidis spoliatus, & quæ gesta sunt, vt sibi restituerentur.*

4 *Gerardum de Gambacurta de suis oppidis rehabendis iam desperantem Alphonsus Primus benignissime excepit, & nonnulla sibi promisit, quod multis de causis est ponderandum.*

5 Io.

5 *Io: Antonius de Gambacurta in seruitijs Coronæ Catholicæ à suis maioribus non degenerauit.*

6 *Illegitimi, qui fuerint inter prætendentes hunc Statum, & inter ipsorum progenitores.*

7 *Hystoricis esse credendum.*

8 *Illegitimi non succedunt in feudis præsertim conspicuæ dignitatis.*

9 *Legitimati an in feudo succedant, & qualis pro successione feudali debeat esse legitimatio, & potestas legitimandi & num. 10.*

11 *Illegitimorum descendentes similiter excluduntur. Nam infecta primitiua, &c. & num. 13.*

12 *Descendentes ab excluso ex causa extrinseca disputatur, quando excluduntur; sed descendentes ab excluso ex vitio intrinseco excluduntur absque disputatione.*

14 *Inuestitura quam Iacobus quartus obtinuit excludit præsentem Ioan: Baptistam.*

15 *Inuestitura non comprehendit non descendentes ab inuestito.*

16 *Conuentiones inhite inter Appianos non possunt illis prodesse circa id, quod nunc agitur.*

17 *Feudi natura in aliquo, vel minimo mutari non potest absque assensu, quamuis adesset assensus in alijs magis præiudicialibus.*

18 *Assensus siue impetratus, siue impetrandus, cuius vigore partes contrahunt, si forte non adest dicitur etiam non adesse voluntatem partium contrahendi, absque illo assensu, cuius vigore contrahere dixerunt.*

19 *Fęmina nõ succedit in feudo, & in aliquibus casibus hoc limitatur, vel non limitatur in numeris sequentibus.*

20 *Feudorum substantialia, accidentalia, & naturalia, declarantur.*

21 *Feudorum naturalia sicut à lege instituta sunt ita, & à partibus intelliguntur approbari quatenus per inuestituram non alterantur.*

22 *Exclusio ex causa extrinseca restringenda est quantum fieri potest, secus autem in exclusione ex causa intrinseca.*

23 *Fęminarum exclusio in feudis trahitur ad eius descendentes etiam masculos, & quæ sit ratio.*

24 *Fœmina acquirens feudum, vel dispensata ad feudi successionem non facit exẽplum ad alias fœminas, nec etiam ad proprias filias, & huius rei ratio assignatur.*

25 *Fœminarum inclusio an saltim defendatur ex aliquo ex quatuor capitibus hic propositis.*

26 *Forma noua superueniens destruit antecedentia, idemque quod cernimus in rebus naturalibus intelligitur similiter in contractibus.*

27 *Inuestitura ante omnia est attendenda fortius, quam in reliquis scripturis.*

28 *Contractus feudales sunt stricti iuris, & rigorosè obseruandi.*

29 *Ius patronatus acquiritur ex libertate quoquo modo concessa.*

30 *Expressio requiritur in his, quæ non veniunt de natura contractus, secus autẽ in his, quæ sunt de natura contractus celebrati.*

31 *Recognitio alicuius tamquam directi Domini operatur translationem directi dominij nisi probetur aliã fuisse voluntatem recognoscentis.*

32 *Tex. in c. 1. de eo qui sib. & hæred. suis clarissimè declaratur.*

33 *Feudum non durat pęnes directum Dominum ad quem deuoluitur, sed pęnes ipsum erit allodium.*

34 *Fœmina non succedit in feudo, quo ad vtilè dominium, succedit autem quo ad directum, & quo ad iura superioritatis.*

35 *Initia perscrutari confert circa res, de quibus agitur, quæ nunc sunt, non autem circa id quod iam esse desijt.*

36 *Appiani ob proprium interesse Maximili. in se submiserunt, vt ab Imperio in tot angustijs protegerentur.*

37

37 *Appiani pluries oppugnati præsertim à Duce Valentino Borgia.*
38 *Directus Dominus tenetur defendere vassallum à quibuscumque.*
39 *Alexander Papa VI. quomodo, & quãdo mortuus est.*
40 *Fœmina non succedit in feudo spontè submisso, & multò minus in feudo empto.*
41 *Contrahentes quantumuis ex causa onerosa submittuntur naturæ rei in contractum deductæ.*
42 *Feuda qualia sint si concedantur tibi, & cui dederis, vel tibi, & hæredibus, & successoribus addito, vel non addito verbo quibuscumque, & nu 43. 44. & 45.*
46 *Hæredis, vel successoris verbum quomodo intelligitur in bonis non transitorijs ad eorumdem bonorum incapaces, & num. 48.*
47 *Socc. in cons. 257. vol. 2. quomodo est excusabilis, & tamen oppugnatur.*
49 *Fœmina non succedit in feudo quamuis esset feudum francum, & ratio ponitur num. 51.*
50 *Baldi assertio in c. 1. §. quin etiam Episc. vel Abbat. saluatur ab impugnatione Alexandri.*
51 *Feudum quantumuis francum à seruitio non potest esse francum à fidelitate, quæ est de substantia feudi.*
52 *Fidelitas multa continet, quæ minus aptè præstari possunt à fœminis.*
53 *Italia à Populis Septentrionalibus pluries profligata ab eisdem cauendum est, & nu. 55.*
54 *Philippus III. Catthollicus verè Fidei defensor est, & hoc etiam suomet nomine designatur.*

ALLEGATIO L.

Pro Io: Antonio de Gãbacurta.

In Dei Nomine Amen.

DEfuncto Iacobo VII. Appiano Carolus Appianus porrexit Catthollicæ Maiestati sequens Memoriale, videlicet.

S. R. C. M.

1 CARLO *Appiano d'Aragona legitimo successore nello Stato di Piombino dice che seguendo li vestigi de suoi maggiori nella seruitù della Real Corona di V. M. fù ancor giouanetto à seruirla in Fiandra per otto anni continui con carico d'vna compagnia d'Alemanni sotto il regimento di semila Tedeschi, che vi tenne à suo carico Ferrante Gonzaga suo Zio, e douendo come è da V. M. così anco esser fauorito da suoi Ministri, è stato più tosto da quelli mal trattato, poiche essendo intanto occorsa la morte di Giacomo settimo vltimo Signore di Piombino senza figli, perloche la successione di quello Stato spetta al supplicante come figlio primogenito di Sforza Appiano, parente più propinquo di detto Giacomo, & anche in virtù di fideicommissi degli antichi Signori di Piombino, & in specie di Gerardo Leonardo d'Appiano, ilquale nell'anno 1405. lasciò herede, e successore in detto stato il suo figlio primogenito Giacomo Secondo di questo nome con sostituirli li suoi descendenti mascoli, & in lor mancamento li parenti mascoli più prossimi con esclusione delle femine. Il che fù pur confermato da Giacomo Terzo nell'anno 1414. Et anche da Giacomo Quarto vien confermato il medesmo, mentre nell'anno 1502. sottomese questo stato all'Imperio riceuẽdone inuestitura da Massimiliano à 28. di Maggio del detto Anno con dichiararsi iure feudi antiqui, & saluis aliorum iuribus quibuscumque. In modo che non solo restorno compresi li descendenti di Giacomo Quarto, ma anche li descendenti da Bellissario suo fratello, già che tutti due fratelli discendeuano dalli primi fideicommittenti, e di questo Bellissario è pronepote il supplicante per esser figlio di Sforza, figlio di Ferrante, ilquale fù figlio primogenito di Bellissario. In*

conformità de' quali fideicommissi si fece particolar conuentione frà Giacomo Sesto, & Sforza padre del supplicante, nell'anno 1576. che non contradicesse Sforza alla legitimatione, che Giacomo ottenne di Alessandro suo figlio naturale con che s'intendesse rinouato il fideicõmisso à beneficio de mascoli descendenti da Sforza sempre che occorresse mancamento di descendenti mascoli da detto Alessandro, il qual caso hora à punto occorre per morte senza figli di Giacomo Settimo figlio di Alessandro, con esserui il supplicante figlio di Sforza, perloche il Conseglio generale, e popolo di Piombino preuie le solite sollennità diede al supplicante il pacifico possesso dello Stato, preso da lui con espressa dichiaratione di voler con quello, e con la sua persona viuer, e morir sotto la protettione di V. M. come per corriero à posta ne diede parte al Vicerè di Napoli. E douendo per tutto il sudetto esser aiutato da essi ministri di V. M. il detto Vicerè di Napoli di fatto lo spogliò della sua possessione con mandarci Don Luise Henriches con tre galere cariche d'Infanteria, ilche pur fece il Gouernator di Milano con mãdarci altre genti, senza che niente di questo fosse necessario essendo molto nota l'obedienza, e fedeltà del supplicãte, nella quale da nissun vassallo puote esser superato, la onde dello stesso modo haueria obedito ad ogni semplice lettera, ò imbasciata di qualsiuoglia ministro in nome di V. M. E così alla semplice parola che se li disse di lasciar il possesso dello Stato in nome di V. M. finche dalla Maestà Cesarea fosse dichiarato à chi di ragione spettasse obedì subito con ogni prontezza. E saria venuto subito alli piedi di V. M. per riceuer li suoi comandamenti se vna lunga infirmità non l'hauesse trattenuto. Sapendo certo che V. M. intendendo la sua ragione si saria degnata di rimediar li disfauori fattili da detti ministri male informati da Donna Isabella Appiana d'Aragona Contessa di Binasco, & altri che dicono il dominio degli Appiani hauer hauuto principio tirannico, il che non è vero, perche Gerardo Leonardo figlio del primo Giacomo che hebbe il dominio di Pisa si ritirò in Piombino con buona gratia di Gio. Galeazzo Visc̃ote Duca di Milano, che comprò Pisa. Dicono il supplicante descendere da illegitimi, il che si chiarisce per scritture non esser vero. Dicono poter succeder le femine, ilche è vanità nè mai si mostrarà tal dispensa. Dicono che li antepassati del supplicante presero l'inuestitura di detto Stato da Massimiliano Rè de Romani per acquistar giusto titolo, il che pure è contrario alla verità, perche assai giusto titolo teneuano con la possessione antichissima dall'anno 1393. nè mai l'Imperio ci hebbe ragione alcuna, ma essendo per violenza occupato lo Stato dal Duca Valentino Borgia, Giacomo Quarto Appiano ricorse da Massimiliano per aiuto, e l'ottenne, e per gratitudine se li sottomise, e da lui ne prese l'inuestitura all'anno 1502. mentre era Rè de Romani confirmata dopoi che fù Imperatore con altra inuestitura nell'anno 1509. & per vltimo dicono che la conuentione sopradetta frà Giacomo Sesto, e Sforza padre del supplicante non hebbe effetto, nè potea farsi in pregiudicio delle femine, il che non è vero in fatto, perche in virtù di quella concordia si diede la inuestitura ad Alessandro Appiano figlio bastardo di Giacomo Sesto. Et di ragione essa concordia venne confirmata con quella inuestitura, talche senza nissuna ragione si troua il supplicante impedito di continuar la possessione di detto suo Stato, ilche per esser nato da ministri di V. M. male informati, E per esser notoria la sua giustitia che suole da V. M. esser fauorita in persona di ogn'vno, e tanto più in persona del supplicante deuotissimo seruitore di V. M. che la seruirà sempre con lo Stato, e con la propria vita, la supplica perciò à comandare che se li restituisca subito detto possesso, che l'hauerà à particolar fauore, e gratia di V. M. vt Deus, &c.

Sic ergo reperitur Plumbini Status penès
2 Catholicum, & inuictissimum Regē nostrum, qui illum dimittere intendit, cui de iure debetur, comparuit autem inter prætendentes in supremo Italiæ Consilio prçuia consultatione Excellentissimi Neapolitanorum Proregis ad eundem Catholicum transmissa Io. Antonius de Gambacurta, pro quo ad prçsens scribere est institutum; & ego quidē eius partes defendo libentissimè duabus de causis; Primò, quia petitionem eius dijudico omni Iustitia, & omni æquitate fulciri; Secundo quia eius prætensio eiusdem Catholici Regis, & Domini nostri seruitium præsefert; Vtrumq; autem patebit ex discussione quatuor capitū infrascriptorum, quæ duobus sequentibus scriptis complectemur.

Primum caput, erit ponderare aliqua ex quibus Io. Antonij prætēsio adiuuatur.

Secundum caput, pateficiet, & qualiter reliqui prætendentes, qui eorum Iura proposuerunt nullo modo obtinere debēt, atque hinc aliqua ponderantur, & hæc duo capita hoc primo scripto continebuntur.

Tertium caput, continebit iura Io. Antonij de Gambacurta, ex quibus adhunc Statū vocatur exclusis reliquis prætendētibus, non modo ex defectu eorum Iurium, sed etiam ex iuribus ipsius Io. Antonij validioribus.

Quartū caput, deducet qualiter oportet Io. Antonium nō coram Imperatore, quem adeundo sibi nimium præiudicaret, sed coram suo Rege Catholico de suis iuribus experiri; Et quod iustum fuerit impetrare; quæ duo posteriora capita alio subsequenti scripto discutientur.

Et ad primum rediens parum super eo immorandum est mihi, dum scripta hæc legent Regij ministri prudentissimi, quos non latet reliquos prætendentes esse Io. Baptistam, & Carolum, & Isabellam Appianos; Carolus, & Io. Baptista Regis Catholici, neque ligij sunt, neque à vassallis originem ducunt, & Isabella, quæ Busschi Comitis est coniux filijs caret masculis, filias ignoramus, cuius factionis viris nubent, contra autem Io. Antonius de Gambacurta Catholici Regis vassallus est fidelissimus cuius maiores Hispaniarum Coronæ inseruire semper toto affectu conati sunt.

3 Nàm Gerardus de Gambacurta Dominus fuit Vallis Ballineæ cum duodecim magni momenti oppidis sitis ad Appeninum Hetruriæ conterminis, cumque bella orta essent inter Alfonsum eius nominis primum Aragoneum, & Florentinos circa annum Domini 1448. Gerardus partes Regias insequutus se ipsum conuentione cum Rege inhita, & filios Regi dedit suaque oppida Regi assignauit, in quo Regium admisit exercitum, ipseq; & filij eius quamdiù opus fuit cōtra Florentinos dimicarunt, qua de re Florentini cum primum se occasio præbuit castra illa omnia Gerardo expulso occupauerunt, Hçc tradunt frater Aloysius Contarenus in libro de Neapolitanorum nobilitate fol. 191. Et Bartholomæus Fatius in vita Alphonsi libr. 10. circa fin. qui subdit hac de re noluisse Alphonsum se subscribere fçderationi, quam inter aliquot Principes Christianos inhiri curabat, Summus Pontifex Nicolaus Quintus contendente Alphōso, vt ante omnia restituerent Florentini erepta oppida Gerardo de Gambacurta, qui sui causa illis fuerat spoliatus; Florentinis autem ea restituere renuentibus factum est, vt Nicolai successor Calestus III. sententiam contra Florentinos hac in re promulgaret, quæ originaliter legitur in Bulla Apostolica in qua, & prædicta, quæ diximus ferè omnia recensentur, & apparet etiam ex publicis documentis in archino huius Regni Neapolitani repertis; & quia hæc quoque sententia aduersus Florentinorū perfidiā
4 nihil profuit; Tandem Alphonsus Gerardū de illis oppidis rehabendis iam desperantem in sui ditionem, suisque largitionibus honestatum, ac protectione

ne munitum in hoc Regno suscepit.

In qua conuentione notandum est, quod promisit Rex ad præfati Gerardi beneficium nonnulla peragere, atque sibi, vel suis hæredibus, vbi occasio præberetur restituere quicquid ipse, & sui maiores perdiderant, & in specie de Vrbe Pisana cum suo Comitatu, deque alijs locis exinde dependentibus, ibidem fit mentio; quæ omnia tribus de causis sunt ponderanda; Primo, quia Rex prudentissimus intelligebat ad Gerardum de Gambacurta spectare Pisanum Comitatum, ex quo sequitur idem Iuris nunc esse respectù Ioannis Antonij successoris ipsius Gerardi, quo ad Statum Plumbini illi Comitatui adiacentem, Secundo quia Rex noster Cattholicus eiusdem Alphonsi successor equissimè illud idem exequi poterit, quod tantus Rex suus prædecessor ordinauerat, sed hæc duo latiùs dicentur sub 3. capite, vbi de iuribus Io. Antonij differemus. Tertio (qđ

5 in hoc capite discutio) ex his repræsentat Io. Antonius quanta fuerit maiorum suorum erga coronam Cattholicam seruitus, ac deuotio, vt merito exindè speret hac in re sic iuuari, vt eidem coronæ magis valeat inseruire, sicut iam prædecessores imitari desiderans ipse Io. Antonius per aliquod tempus in bellis Flādriæ studuit inseruire, vbi, & adhuc militans moraretur, nisi quod audita opportunitate huius Status sub Catholici protectione existentis, tempus sibi visum est huc redeundi, & maiora ad eiusdem Regis seruitium moliendi.

Secundùm caput, quod proposuimus est patefacere qualiter reliqui prætendentes, qui coram Cęsare comparuerunt

6 nullo iure obtinere possunt; si enim loquimur respectù Caroli, & Io. Baptistæ de Appiano, qui tamquam masculi succedere prætendunt, exclusis fęminis; ipsi è conuersò excluduntur quoniam ab illegitimis descendunt; Clarum est, namque in facto Carolum descendere à Iacobo tertio Appiano, q̃ fuit illegitimus & similiter illegitimũ fuisse Hieronymũ Appianum, qui pater fuit Io. Baptistæ.

De cuius Hieronymi illegitimitate latè loquitur, & eam fundat Iacobus Menoch. in suo cons. 810. lib. 9. & de illegitimitate Iacobi tertij, testantur omnes Hystorici, prout Danchus. Senensis in Historia Plumbini, patet ex arbore Familiæ Appianæ, & refert hoc idem frater Leander Albertus in sua descriptione totius Italiæ in capite sub quo agit de locis Aetruriæ propè mare fol. mihi 32. vers. incipi-

7 enti, Dopò la cui morte, & Volaterr. lib. 5. quibus hystoricis credendum esse habemus ex cap. sanè il secondo 24. q. 2. & in cap. cum causam il primo, vbi glos. & Doctor. de probat. Andr. de Isern. in prælud. feud. quæst. 2. num. 30. & quæstio. 6. circa fin. in vers. interdum, Bartol. in l. 1. ff. si certum pet. colum. 4. & ibid. Socc. & Purpurat. num. 156. cũ cęteris, de quibus per Fęlyn. in d. cap. cum causam n. 2. de prob. per Cassan in cathalogo gloriæ mundi part. prima consider. 28.

Et clarum est de iure feudorum, quod illegitimi ad feudorum successionem, præsertim conspicuæ dignitatis nullatenus

8 admictuntur, cap. 1. §. naturales si de feud. defunct. milit. fue. contr. vbi idem text. & latiùs Andr. de Iser. declarat hoc procedere, etiam si bastardus fuisset sim-

9 pliciter legitimatus; sequitur ibi Aluar. & reliqui præsertim Matt. Laudens. qui firmat idem esse quamuis legitimatio esset ad successionem feudorum, vt adhuc non succedat in feudo eximiæ dignitatis, nisi de eo nominatim sit facta mentio, ad quod affert etiam Bald. in l. eam quam C. de fideicomm. sequitur Curt. in tract. feudorum in 3. par. quæst. 17. n. 39

10 subdens ita odibiles esse illegitimos respectu feudorum, vt etiam generalis legitimandi potestas hunc casum non compræhendat; de quo, & similibus concernentibus exclusionem illegitimorum habetur latè pro Homode. Signor. in consil. 220. per Castrens. cons. 456. Alexan. cons.

conf.6.volum.2. Aretin.conf.164. Cardin.in cap.per uenerabilem col. 46. qui fil.sint legit.

Exclusio autem bastardi operatur etiam exclusionem omnium descendentium ab
11 illo tamquam à radice infecta, & à feudis penitus exclusa, iuxta regulam tex.in §.ex diuerso in Auth. de hæred. ab intest.venient. Et in l.fin. C.de natural.liber. Vndè regula, quod infecta primitiua subsequenter infecta est deriuatiua cap.1. §.quin etiam, vbi Doctor. Episcop.vel Abb.& in l.quod ipsis ff.de regul.iur.l.si viua matre C.de bon. ma-
12 tern. Licet enim in descendentibus sint disputationes, quando exclusio prædecessoris est propter aliquod accidens extrinsecum puta ob renunciationem, vel ob dotem receptam (loquendo in feudo fœmineo, vel vbi fęminæ succedunt, prout in multis Regnis) tamen quando exclusio oritur ex vitio intrinseco, tunc sicut fęminæ, vel Bastardus non succe-
13 dunt, pariformiter, nec succedunt descendentes eorum cap.1. §.proles de success.fratr.cap.1. §.hoc autem notandum,de his qui feud.dar.poss.vbi And. Isern.& Baldus, & reliqui ibi, & in dict. §.quin etiam,& in cap.1. de success.feudi, Curt.in tractat.de feud.in 3.par.cap. 1.in princip. Frecc.in lib.2. de subfeud. sub capite de differentijs inter feuda Regal.& titulat.in 15.different. & in tit. de different.inter feuda ex pacto,& prouid.& feud.hæred.in 16.different. circa med.declarat Anna in ejus alleg. 34. & suo more latissimè Decianus in conf.24. lib.1.Corn.conf.1.columm.12. volum.3 Alexand.conf.78. in 6. dubio volum.7. Dec.conf.462.col.2.Crauett.conf.200. num.4.Curt.Iun.conf.123. num.2. Ias. in l.hæreditas colum.fin. C.de his quib. vt indig.

Nec modo excluduntur ex indubitata dispositione iuris feudorum, sed vterque habet etiam exclusiones particulares; Nam Io. Baptista excluditur etiam ex forma inuestituræ, quam Iacobus quar-
14 tus Appianus obtinuit à Maximiliano Imperatore, in qua specificè vocantur descendentes,legitimi,& naturales, vndè quamuis hic Io. Baptista descendat ab illo Iacobo quarto, attamen tanquàm filius illegitimi exclusus remanet ex eadē inuestitura, quam Iacobus ille obtinuerat,prout cum effectum exclusus fuit annis præteritis, dum eandem petitionem proposuerat aduersus Iacobum septimum, qui ad præsens defunctus est, & donec vixit nihil obtinere potuit ex eisdem prætensionibus, quas modo reiterat sicut aduersus illas doctè consuluit Menoch.in conf.810. volum.9. vbi latè reiecit quandam conuentionem,quæ tamen vno verbo reijci poterat, quia caret assensu,prout mox dicetur etiam respectu Caroli; Et tandem Menoch. ibi concludit,quod ex tenore illius inuestituræ,in qua Ioannes Baptista se fundat nihil poenitus obtinere potest,sicut cum effectu nihil obtinuit, prout dictum est, imò ipso contradicente fuerunt passim confirmatæ inuestituræ in personam Iacobi sexti, & posteà in personam Alexdri,& tandem in personam Iacobi septimi vltimo loco defuncti, qui Alexandri fuit filius,& Iacobi sexti nepos.

Similiter Carolus vltra exclusionem ex dispositione iuris feudorum tanquam de-
15 scendens ab illegitimo, excluditur etiā, quia ipse non descendit ab illo Iacobo quarto, qui Cęsaream inuestituram obtinuit, siquidem de natura feudi est, vt tali inuestitura,iuuari non possit, qui ab ipso primo inuestito non descendit c.1. §.quod ita de success.fratr.c.1. de natura success. feud. vbi Isern. & reliqui in cap.1.de successio. feudi Bald.in cap.1. de natura success.feud. latè Frecc.in supradicta 16. differentia cum cęteris, de quibus per Alexan.conf.10.lib.3.& per Curt.Senior.in conf.50.& per Senatum Pedamont.in recollectione Cacheran.in decis.161.num.7.& 8.sed descendit Carolus à Iacobo tertio,qui præcessit Iacobum quartum, & fuit illegitimus sicut

cut supra diximus.

Et insuper in eo,& in eius descendentibus durabat, & durat vitium tyrannidis Iacobi primi eorum ascendentis primo loco in hunc statum intrusi, quod quidē vitium sibi opponitur, etiam per Isabellam Appianam, quæ tamen conatur illud euadere, vigore inuestituræ prædictæ, quam obtinuit Iacobus quartus (à quo ipsa descendit) sed hoc etiam sibi non prodesse dicetur inferius; Hucusq; enim ea solum retigimus,quæ particulariter Io. Baptistam,& Carolum Appianos excludunt.

Neque immorari oportet super conuentione,quæ prætenditur inhita inter Sfortiam patrem Caroli,& Iacobum sextum;

16 neque super particula, quæ prætenditur in testamento Alexandri, sicut neq; immorati sumus circa supradictam conuentionem prætensam per Io. Baptistā; dum ea omnia carent assensu, vndè aut per tales conuentiones, & per tale testamentum non agebatur de immutanda natura feudi,& clarum est, quod tale feudum de sui natura, siuè attendamus ius feudorum,siuè attendamus tenorem inuestituræ,non est transitorium ad Carolum, neq; ad Io: Baptistam, qui in eo ex natura ipsius feudi non sunt successibiles ob defectus prædictos; Aut verò in illis conuentionibus, & testamento agebatur de immutanda ipsius feudi natura,vel circa genus successorum, vel in alio eiusmodi, & clarum est, quod hoc neque respectu cuiuslibet minimè immutationis fieri potuisset, absque assen-

17 su, etiam quod assensus adesset in alijs magis præiudicialibus,ita Andr. in l.Imperialem de prohibita feud. alienat. per Feder.num.4.5.& 6.declarant ibi Card. colum.2. Aluor.num.8.& benè Camerar.fol.4.col.4.& fol.48.colum.3. & 4. & fol.49. col. 1. vbi allegat pulchrum textum in l.si pupillorum §. si prætor ff. de rebus eorum,& ibidem Affict. num. 12.Curt.in tract.feudorum in 4 parte vers.quarto quæro si Dominus Loffredus consil.7.num.35.& consil.35.num. 20.& 23.Affict. in constit. constitutionem diuæ memoriæ num. 30. cum cœteris de quibus per eos,& per Capyc.in eadem constitur. colum. 86. & in decis. 100.Frecc.de subfeud.libr.2. quæst.11. num.8.Grammat.dec.103.nu.198.cum seq.Præses de Franch.dec.71. nu.15.16. & 17.& dec.154.

Quæ tanto magis procedunt dum fuere conuentiones cum assensu Imperiali, imperando quare sicut non poterant, ita nec voluerunt partes aliquid innouare, absque tali assensu, ob quam clau-

18 sulam vltra defectum potestatis quem modo diximus,adest etiam defectus voluntatis,dum assensus non est subsequutus,prout post Andr.declarat Camerar. in dict.l.Imperialem fol.55.col.4. Loffred.in cons.17. num.54. cum sequent. Frecc.de subfeud.lib.2.quæst.33. Vltra quod eadem verba talium scripturarum non importarent inclusionem ipsorum Caroli,& Io.Baptistæ sicut patet ex illarum ponderatione, Nec est considerabile Alexandrum illegitimum fuisse inuestitum,nam Cœsari non fuit expræssa qualitas illegitimitatis & substantia conuentionis circa habilitationem illegitimorum, circa quam Cęsar non dispensasset,vndè remanet primæua feudi natura,dum non apparet per verba clara, & expræssa illam fuisse alteratam. Quæ clara expræssio necessaria erat, vt paret ex supradictis,& etiam ex his, quæ in eadem conclusione dicentur modo particulariter ad exclusionem Isabellæ.

Nunc ergo subsequenter dicemus ea, quæ particulariter excludunt Isabellam, & postea proponemus rationem generalem,quæ excludit omnes Appianos tam masculos,quam fœminas; Hæc autem particularis exclusio Isabellæ breuiter fundatur ob sexum fęmineum feudorū in capacem,nam sicut supra diximus,qđ de feudorum natura est,vt non succedat linea illegitima, neque linea non descendens à primo inuestito, ità de feudo-

19 dorum natura est, vt non succedat fęmina cap. 1. §. hoc autem de his qui feu. dar. poss. cap. 1. §. filia de success. feudi quod quidem, vt clarius innotescat, & vt facilius in hoc, & in alijs infra dicendis quædam obiecta diluantur liber cõmemorare qualiter in feudis aliqua sunt
20 substantialia, sine quibus non dicitur feudum, & hæc nihil ad rem, sed habẽtur per Doctores in cap. 1. §. huius autem generis ex quibus caus. feud. amict. Cardin. & alij in prælud. feudorum, aliqua sunt accidentalia, & hæc ad libitum adsunt, vel non adsunt in feudis, & similiter nihil ad nos, sed habentur in dictis prælud. & per Bald. in cap. cęterum de iudic.

Aliqua & tertio dicuntur naturalia, quæ quidem sunt inter hæc media, quia non sunt extra feudum, sed feudo insunt, & in hoc differunt ab accidentalibus, non tamen ita insunt, vt mutari non possint, prout habetur in cap. 1. de feud. non habente propriã feudi natur. & in hoc differunt a substantialibus, sunt autem naturalia, ea quæ in feudo, dum feudũ ipsum constituitur producuntur, vt per Bald. in dict. cap. cęterum de iudic. num. 11. & clarius in prælud. feudor. in 4. diuis. Aluar. in 3. diuis. & per Curt. de feu. in prima parte c. 7. nu. 24. & 25.

Producuntur autem à lege feudali quatenus non immutantur per inuestituram, per quam si quid prouidetur in conformitatem iuris feudorum, vel si quid pro
21 uidetur circa indifferentia non prouisa per ius feudorum sumus in claris, sed vbi alterat prouisa per ipsam legem, tunc obseruantur ea, quæ per inuestituram sunt alterata, sed in reliquis cunctis, etiã ex tacita partium approbatione remanẽt & obseruantur omnia, quæ de iure feudorum sunt instituta, & circa omnia, per inuestituram non alterata, remanet solita, & consueta natura feudorum cap. 1. de duob. fratr. vbi Andr. Bald. Cardin. & Aluor. & est tex. in cap. 1. de feud. non habent. prop. feud. natur. Bald. in prælud. feud. in 4. diuis. & in l. 1. C. de lat. libert. tollend. latè Iaso. in prælud. nu. 98. in 4. diuis. Dec. conf. 208. Ioan. de Anan. conf. 7. colum. 1. Gratian. conf. 9. cum cęteris, de huibus per Gozad. consil. 8. vers. 16. & per Tiber. Decian. consil. 58. num. 23. cum sequent. libr. 2. Puta diximus modo, quod feudi natura est, vt vadat solum ad masculos, sed certè vadit etiam ad fęminas si in inuestitura compræhenduntur, & tunc eius natura erit esse feudum fęmineum sicut, etiam si in inuestitura compræhendantur Collaterales eius feudi natura erit esse feudum fraternum, & sic de cęteris cap. 1. in fin. de feud. March. cap. 1. in fin. In quibus caus. feud. amict. & cap. 1. de duo bus fratr. & cap. 1. in fin. de success. feudi Card. in prælud. in 7. diuiss. Aluar. in 3. diuis. Ias. in 4. diuis. num. 48. & similia multa habemus ex discursu omnium ferè diuisionum, quas Doctores tradunt in feudorum præludijs, in quibus omnibus habetur, quod circa omnia in inuestituris non immutata eadem nihil pænitus alterata remanet feudi natura.

Ex quo discursu patet, quod Isabella tamquam fęmina excluditur non ex aliqua dispositione extrinseca, sicut quando
22 vlterior vocatur ab vltimo moriente ad feudum hæreditarium, vel ad onus ad feudum, idque cum assensu, vel sine assensu, quo casu anterior, vel directè, vel indirectè excluditur ab illis dispositionibus extrinsecis, non autem ob propriã inhabilitatem, vndè eius exclusio restringenda est quantum fieri potest, aliquando salua substantia dispositionum factarum per feudatarium, & aliquando etiã contra dispositiones, & intrant discussiones traditæ per Iacobum de Arena in l. eam quam C. de fideicomm. vbi Bar. in 5. column. & per Iacob. de Beluis. in cap. 1. an agnat. column. 2. & ibid. Bald. column. 4. Bar. & Iaso. in l. celsus §. quod alicuius, & in l. cum pater §. cum existimaret ff. de legat. 2. idem Bart. conf. 204 Zas. in tract. feudorum in tit. de success. feud.

feud.in 11.limitat.Paul.Castr.in consil. 150.viso, & examinato lib. 2. Chalder. cons.1.sub tit.de feud.multa ad hoc habentur per Præsidem de Franch.in dec. 1.per totam, & per Alex.cons.3.& consil.23.volum.5.& per Dec.cons.389.& 445.& per Frecc.de subfeu.lib.secundo sub cap. incipienti superest, vt aliqua, & per Loffred.in cons.47.col.1.

Sed excluditur ob inhabilitatem sexus ex ipsa intrinseca feudi natura, vt in dicto
23 cap.1.§.filia de success.feu. & hoc adeò strictè,quod nec etiam admictitur linea masculorum ab ea descendens cap.1.§. hoc autem de his qui feud.dar.poss.cuius dispositionis rationem, ibi gl. inquirit,& non soluit Bald. verò in l. quoties C.de suis,& legit. num. 2. eam pulchrè assignat, Curtius autem aliquas vlterius considerat in tract. feud.in 3. part. in princip.& alia ratio,quæ admodum placet consideratur, quia vt plurimum eius filij licet masculi,non tamen sunt de sanguine stipiris,& familiæ prospectæ in prima inuestitura,quod videtur et sentire Bald.in dict.l.quoties C.de suis,& legit. & alias etiam rationes cumulat Tiraquell.de iure primogen. quæst.12.

Et iterum adeò obseruantur excluduntur fęminæ,quod etiam si fęmina feudum acquirit filia fœmina non succedit, vt p
24 Andr.in cap.1.de benefic. fæmin. sicut habilitata vna per dispensationem non trahitur exemplum ad alias,vt post Laudens.& cæteros tradit. Curt.in loco prę dicto col.2.& quod plus est, neque dispensatio trahitur ad eius filias,sed tantum ad descendentes masculos, prout docet Camer.in l.Imperialem fol.47.columm.1.vers.ex quibus vbi ponderat Andr.ibi,& in cap.1.§.sed quia column.2. de his qui feud. dar. poss. semper enim in reliquis omnibus durat intrinseca feudi natura, quæ etiam lex feudi nuncupatur per Bald.in cons.275. libr.2. & per Frecc.in d.lib.2.de subfeud.sub cap. incip.superest, vt aliqua num. 10. vndè in multis Regnis practica est ad maiorē declarationem in omnibus assensibus apponi clausulam, feudi natura in aliquo non mutata.

Qua de re ad Isabellam spectat onus probandi,quod in inuestitura fuit, quo ad hoc feudi natura immutata per specificam prouisionem, vt fæminæ, quoque succederent; Hoc autem in inuestitura nullo modo legitur,non quidem spe cificè, quia ibi de fæminis verbum nullum, nec etiam per verba generica, & aliquo modo æquipollentia sicuti si diceretur tibi,vt cui deberis,vel tibi,& habentibus causam à te, iuxta tradita per DD.quos latè cumulat Cam. in l.Imperialem fol.29. col.1.

Dicit autem Isabella, quod ad successionē,
25 à qua ratione sexus excluditur saltim admicti debet, seruata forma contractus,& inuestituræ à Maximiliano Cæsare bis impetratæ, quarum alteram Iacobus quartus obtinuit in anno 1502. quo tempore Maximilianus Romanorū Rex erat insictus,alteram ab eodem adeptus est in anno 1509. cum iam fuerat Imperiali Corona insignitus; ex quibus inuestituris quatuor elicit,quæ sibi prodesse contendit. Primo, quia non est talis contractus vltro,citroque obligatorius, sed solum gratia vnius, nempè ad seruitium Imperatoris cui Iacobus quartus se spontè submisit; Secundo,quia dato,quod esset gratia vtriusque ob Imperialem protectionem,tunc essemus in terminis feudi ęmpti. Tertio,quia in inuestitura vocati sunt hæredes, & successores.Quarto,quia est feudum francum non habens propriam feudi naturam;Ex quibus prætendit euadere regulam fæminarum exclusiuam.

Veruntamen hæc omnia apud feudorum vim intelligentes nullius momenti sunt; & licet paucis verbis possent expediri, tamen ad maiorem claritatem præmicto, quod sicut natura numquam cessat varias ædere formas l.2 §. sed quia C. de veteri iure enucl. ita, & hominibus proprium est tam multa instituere negotia,

vt

vt & leges fuperent l.neque leges,& l.nō possunt ff. de legibus, & ficut noua for-
26 ma, quam alicui rei natura indit, fic informatum affumit, vt præcedens penitus euanefcat, nec vlterius de priuatione ad habitum detur regreffus; ita etiam nouo de aliqua re negotio, vel contractu instituto, fruftrà circa eamdem rem quærimus præcedentia; quoniam perempta iam funt; & folum infpicitur, quid nouiter actum fit l.1. & 2. ff. de nouatio. probatur in l. fi vnus in §. pactus ne peteret, vbi Doctor. ff. de pact. & in l. ab emptione in fin. eod. tit. & in l. 1. C. quādo licet ab empt. difceder. puta fi merces mihi vendideras pretio inter nos conftituto, mihi porrò ad rem, tibi ad pretium ex empto, & vendito actio competit; At fi mutata voluntate illis mercibus, & hac pecunia fimul collatis focietatem inire eft inftitutum, certè nihil vlterius empti, & venditi, fed pro focio tantum actiones difcutimus l. 1. l. focietas, & l. fi conuenerit ff. pro foc.

Sic ergo primum obiectum Ifabellæ nullo modo eft confiderabile; Nàm nihil ad rem intueri, quid prius fuerit de hoc Statu, dum fuper eo nouus contractus celebratus eft. Porrò quid prius fuerit, neque fcire opus eft, dum quid nunc fit certo fcimus ex contractu inhito inter Maximilianum, & Iacobum quartum
27 mediante inueftitura, cuius verba ante omnia funt actendenda, ex vulgata doctrina Baldi in prælud. feud. in 4. dift. & in l. 1. verf. fed & fi quis C. de latin. liber. tolla, per tex. in cap. 1. de feudo non haben. propriam feu. nat. & in cap. 1. in fine de duobus fratribus à Capitaneo inueftitis, declarat Dec. confil. 208. cum cęteris, de quibus latè per Camer. in capit. Imperialem fol. 29. column. 1. circa medium per Gozadinum conf. 8. num. 16. & per Tiber. Decia. conf. 18. nu. 23. volum. 2. & fi fcripturæ tenorem in omnibus contractibus obferuamus l. cellus, vbi Bald. notat ff. de probatio. cap. cum caufam eod. tit. multò diligentius hoc
28 feruandum eft in contractu feudali, qu eft ftricti iuris, & eius obferuantia rigorofa eft fumma æquitas ex authoritate glo. in cap. 1. in verf. fecundum quofdā de natura fucceff. feudi, latè Roma. in conf. 1. col. 1. & funt verba Iferniæ in l. Imperialem col. 3. & ibid. Camera. f. 23. litera K. & fol. 49. Ità vt illud præcipuè infpiciatur, quod actum eft, neque alia credatur voluntas eorum, qui contrahunt, quam illamet, quæ fub natura contractus ab eifdem celebrati comprahenditur l. ex empto ff. de actio. empt. declarat Bald. in cap. cęterum de iudic. num. 11. & in prælud. feudor. in 4. diuif. S. c
29 videmus quod libertatis conceffio producit ius patronatus, & confequenter obfequium, & quæ reliqua veniunt de natura iuris patronatus; Nec diftinguitur num fuerit libertas conceffa ex mera gratia, vel ex pactione, & pecunia l. 3. vbi Barto. C. de obfeq. patr. præftand. quoniam, Nihil ad rem quid prius fuerit; fed dum aliquid iam eft in effe deductum ea ftatim producit, quæ funt fibi connaturalia.

Quod verò tunc inter Maximilianū, & Iacobum actum eft, non vtique aut fęderatio fuit, aut patronatus, & clientela, aut tuitio, & feruitium, fiuè aliud huiufcemodi, fed formiter inter eos contractus feudalis eft inhitus, cuius vigore quem vaxallum fufceperat Imperator, eundem (vt mox repetemus) tueri à quibufuis oppreffioribus tenebatur, & è cōtra cui feudum fubmiferat, eidem pro his omnibus, quæ funt de natura feudi (excipio folum, quod ipfimet excepe-runt) fiebat obnoxius.

Et fic non opus erat aliqua exprimere ad
30 quæ Iacobus teneretur, ita vt pro reliquis cenferetur immunis, iuxta terminos tex. in l. quæfitum §. idem refpondit verf. denique, & l. cum delanionis §. cui fundū ff. de fundo inftrum. & inftrum. legato, & l. nam quod liquide §. finali ff. de penu. legata, eft confil. Bartol. 59. num. 2. volum. 1. Specula. in rubr. de iu-

risdict.omn.Iud.num.5. verf.præfertim, Alex.confil.39.num.20.volum.4. Paris conf.8.num.8.vol.1.qui omnes, & reliqui huius generis loquuntur, vbi opus eft aliquid exprimere; fed nos fumus in cafu,in quo non requiritur alia expreffio,nam poterat Iacobus quartus de re fua difponere ad fui libitum,vulgata l.in re mandata C.mandat.etiam fibi præiudicans,& rem fuam negligens,prout iurifconf.in l.fed fi lege §.confuluit, & in l.fi quid ff.de petitione hęredita,quæ voluntas omni iure, atque omni æquitate feruanda eft l.qua ratione §.nihil autem ff.de acquir.rer.dom.& ficut potuit; ita, & voluit directum dominium. in Imperatorem transferre pro eiufmodi recognitione, ex text. expreffo in l. cenfualis quidem C. de donatio. nifi contrarium probaretur, vt in l. fequent. præ-
31 ferrim in perfonam priuilegiatam, ficut Fifcus,vt in l.final. C. de facrofanct. Ecclef. per quam recognitionem, etiam in non priuilegiatis caufantur iura propria ipfius contractus cenfualis, vel feudalis,vt optimè docet Guido Papa in decifio.272. vtrum dominium colum. tertia, verfic. fed præmiffis; Nam veniunt ea, quæ funt de natura contractus dicta leg.ex empto ff. de actio. empti. & de contractu feudali loquitur Bald. vbi fupra: vndè dum potuit Iacobus talem legem rei fuæ imponere; & dum faciendo contractum feudalem voluit omnia, quæ veniunt de natura ipfius contractus, & de natura ipfius contractus venit, vt fœminæ non fuccedant,fed mafculis deficientibus feudum ad illum; à quo recognofcitur deuoluatur, nulla certè remanet vlterius dubitatio,vt eiufmodi inueftitura excluder fœminas: Neque in ipfa inueftitura inquirendum eft fi fœminæ nominatim excluduntur; fed quia illas excludit natura contractus, oporteret potius, vt è contra per verba fpecifica ipfa feudi natura in hoc impropriaretur; atque exprefsè diceretur fœminas; quoque ad eius feudi fucceffionem admitti.

Qui quidem difcurfus per veros terminos iuris feudorum, omne feudum, fiue elargitum,fiue fponte fubmiffum, abfq; vlla differentia comprehendit.

Nec obftat tex. in c.1.de eo qui fibi,& hæ-
32 red.fuis,nam in principio loquitur, vbi exprefsè de fœminis cautum eft; in fine autem non loquitur de fucceffione fœminarum, fed de recognitione eorum, qui fuccedunt in feudum, vt fœminas recognofcant fi de paterno allodio feudum proceffit,& fic procedunt dicta per Curt.in tract.feudor. in 3.part.in 14.li-
33 mit. vbi adhuc dubitat refpectu aliquorum, vt ibi per eum; Inquit autem text.de allodio, non vt fœmina euadat fucceffibilis, quando res quæ conceditur in feudum non erat feudalis, fed allodialis,ficut perpenderat Ifabella, nam non datur cafus,vt penes concedentem fit res feudalis, fed omnia bona, etiam quæ aliquando fuere feudalia fi ad directum Dominum reuertuntur remanent burgenfatica,vt per Andr.in cap.1.num. 11.de contr.feud.apud Pares termin.& in cap.1.§.huius autem generis num.13 & ibi Aluar.& Card.ex quib.cauf.feud. amict.quia fimul actio,& paffio effe non poffunt,fed fubiectio extinguitur, fuperioritas ceffat,atque vtile, & directũ dominium vniuntur, ita quod remanet allodium,& fatis propriè inquit tex.de paterno allodio, fignificans qualia apud patrem funt bona, quæ ab ipfo patre
34 cõceffa funt, & quidem fi conceffa funt in feudum non fuccedit filia conceffionarij.Sed refpectu filiæ concedentis non definit illa fuperioritas retineri, etiam per fœminas, quæ concedenti fuccedũt de quibus loquitur ille tex.quando quidem hoc prohibitum in fęminis non reperitur, fed prohibitio eft refpectù fucceffionis in utili dominio, qui quidem fucceffor ratione feudi ad multa tenetur quæ non ità cõmodè, nec decenter poffunt per fœminas adimpleri, ficut inferiùs dicetur, & per confequens ceffare

de-

debet earum successio, etiam in feudo submisso, iam quod nihil minus per submissionem feudum est generatū, & post quam generatum est tunc feudi natura fœminas non admittit.

Vndè frustrà aliqui recurrunt ad pristinam
35 naturam eorumdem bonorum, in quibus per prius fœminæ succedebant, dicentes, quod non mediocriter confert initia perscrutari, quod quidem neque nos negamus, sed initia esse debent eiusdem rei adhuc permanentis iuxta terminos l. naturalem ff. de acquir. rerum dom. declarat glo. in §. in his autem in verbo talis regula instit. de rer. diuis. sed in casu nostro si loquimur de natura rei antè inuestituram nihil ad rem, quia eius rei natura extincta est per successionem alterius formæ, quæ suam propriam, & nouam indit naturam, prout supra probatum est; Neque enim feuda prius initiantur; quam ex primæua inuestitura; Quicquid per prius fuerit iam nihil ad rem pro hoc feudo dijudicando, quod ex hac inuestitura sumit originem; Hoc ergo initium hāc legem inuestituræ obseruemus, iuxta quam si Plumbini Status constituitur ab Imperio recognoscendum in feudum clarè sequitur fœminas nunquam in eo succedere, quæ à feudis, & feudorum successionibus excluduntur.

Licet autem ex prædictis liqueat, quod ad
36 mulierum exclusionem sufficit dicere hoc est feudum, & dum videmus, quid actum sit frustra vlterius quæritur ad quid, aut qua de causa, Attamen non est silentio prætermittendum, quod talis submissio non omninò gratuita iudicanda est, neque tanta fuit Iacobi quarti erga Cæsarem deuotio, & affectus, vt in hac re multò magis propriæ non prospexerit vtilitati: Legimus enim apud Franciscum Guicciardinum in eius hystoria lib. 5. & 6. & apud alios hystoricos qualiter Appianorum dominium, eo modo quem diximus initiatum, neque vllo postmodum titulo roboratum, Italicis quoque intestinis bellis tunc æstuantibus vexari, & perturbari quotidiè non
37 desinebat; Quoties illinc nouæ res exoriebantur; Quoties excitabantur commotiens, toties Appianos Plumbini detentores iniustos expellere, vnicuique fas videbatur, sæpè ipsimet vaxalli Appianos eijcere; alios introducere, & diuersimodè tumultuare conati sunt; sugesti aliquando à Duce Mediolanensiū, aliquando à Florentinis à quibus etiam aperto marte sæpius Appiani oppugnabantur, ac deniq; Dux Valentinus Borgia per annum 1501. ex authoritate Alexandri Pontificis eius nominis sexti, Iacobum quartum Appianum Plumbino spoliauit, tunc Iacobus ad Ludouicum Gallorum Regem XII. cuius protectioni iàm diù se dederat, vt auxilium impetraret confugit, sed inanis reuersus est palam dicente Ludouico nolle se Pontifici vllo pacto displicere; atque ita Maximiliano adhærere conatus se, suaque illi submisit, & præfatam in sequenti anno 1502. ab illo obtinuit inuestituram; quo tempore, & si Plumbinenses Valentini sæuitiam stomacantes Appianum reuocauerant, non tamen ab eo duce tunc armis potentissimo, & cuius partes non nullæ circumsite Vrbes insectabantur; Papa quoque authorante potuisset Appianus, absque Maximiliani præsidio ratione aliqua se defendere; Ex quibus iam intelligitur hac in re non tantopere præexcellere Appiani spontaneam erga Cæsarem deuotionem, cui neque tributum pollicebatur, neque censum, neque seruitia, sed ab eo profitebatur eius feudi recognitionem, quo sine eius ope proculdubio caruisset; cōtra vero Maximilianus iam Cæsar iunctus coronam Imperialē expectans Pontificis amicitiæ non prospexit; Et homi-
38 nem sibi ligium à Valentino, & à Florentinis, & ab alijs quibuscumque defendere oportere non ignorabat cap. 1. §. contra omnes, vbi glo. in tit. hic finit. lex. Guid. Pap. in dec. 582. & ferè in terminis

nostris tradunt Gozad.in cons.9.num.9 & 10.Curt.in cons.49. num. 21.& 22. Iacobin.de Sanct.Georg.in tract. de homag.cart.1.col.3. Andr. Gayll. obseru. 158.in princ. lib.2. Quæ omnia ab Imperatore ad Iacobi, eiusque Status tuitionem, maioris ponderis sunt, quam ab eo periclitantis feudi ad Imperatorem submissio; eo enim tempore, quando
39 hæc inter Iacobum quartum, & Maximilianum gesta sunt in anno 1502. non defecerat Pontifex, prout aliquis in hac causa scripsit pro Appianis, sed ad huc viuebat,& multò magis viuere potuisset nisi per annum sequentem 1503. de mense Augusti venenatis poculis sublatus fuisset,vt habetur in hystoricis Pontificijs, & per Guicciardinum in dist. lib. 6.fol.mihi 161.in fin. vbi, & annotatur in apostilla:Adeò quod præsens conclusio multò magis in hoc casu roboratur dum non omninò gratuita fuit submissio supradicta.

Ad secundum obiectum (quatenus inquit Isabella,quod & si talis contractus fuerit
40 gratia vtriusque non ex hoc fęminæ excluderentur sicuti prætendit, quod non excludantur in feudo empto,vel ob merita concesso) patet responsio ex supradictis dum fundauimus eas non succedere, etiam in feudo spontè submisso, cum verum sit,quod in omnibus non expræssis in contrarium, remanet feudi natura,de qua est, vt fęminæ non succedant,& clarior est casus emptionis, vel alterius acquisitionis gratia vtriusque, quo casu magis faciliter concordant Doctores,vt fœminæ non succedant sicut Andr.in cap.1.§.sed quia nu.15.versic. Item si pater de his qui feud. dar. poss. vbi latè Addentes,& ibi Bal. & Præpos. column.17.& Laud.col.3.Ias.cons.117. num.19.& 20.volum.4.Iacob.in vers.& fęminis col.2.vers.sexto fallit,Zas.in tract.feud. par.8.num.37.vbi benè feudi naturam hoc operari, quod etiam dixerat in cons.13. num. 26. cum sequ. latè Curt.Sen.cons.49.col.5. Albert. Brun. cons.18.num.9. Et ità semper iudicari inquit Matt. Laud. in d.§. sed quia, nec vlterius de hoc disputandum esse patet ex dictis omnium prædictorum,qui hāc sententiam dicunt esse communem, & indubitatam,& etiam Socc.Iun.qui aliōs cumulat in cons.65.num.16. volu.1. & Menoch.cons.1.num.470.volum.1. Est enim nimis valida & irrefragabilis ratio prædicta, quod qualiscunq; fuerit modus acquisitionis non mutatur natura contractus qui desuper celebratur, quā naturam sequi,& illi submictere se volūt contrahentes,eo ipso, quod talem contractum perficiunt, prout inquit Isern. in dict.vers.item si pater, & eandem naturam constitui probat optimè Camer. in l.Imperialem §.præterea ducatus fol. 97.colum.fin.& fol. 98. vbi allegat textus optimos in supradict. l.3. C. de obseq. patron.præstand. & in l. 1. C. de bon.libert.& in l.Titius ff.de obseq.præstand. vbi glos.punctualis, quæ ex illo tex.satis propriè,& egregiè infert ad feudum emptum, vt similiter in omnibus sit eiusdem naturæ sicut elargitum.

Et generale est,vt in omni contractu quan-
41 tumuis oneroso semper ille penes quē aliquid remanet intelligatur obnoxius naturæ rei, quæ remanet apud illum ex regula l. si familiæ, cum ibi traditis per glos.& DD.C.famil hercisc und.vbi glo. in verbo parte circa finem specialiter loquitur de fęmina, quæ à feudo tali casu exclusa est,neque agit de euictione, quia hoc est de natura rei, ac si res ipsa casmate perijsset,quam glo.commendat,& sequitur Alexand.in cons.21. volum. 5. num.6. & 7. vbi apostilla allegat concordantes,& idem Alex.in l. qui Romæ §.duo fratres col.20. ff. de verbor. obligation.

Ad tertium, quod fęmina includatur, quia in inuestitura vocati sunt hæredes, & successores, nimis clarè respondetur,
42 quod illa verba tibi, & cui dederis, vel tibi, & habentibus causam à te propter eorum latissimam proprietatem compræ-

præhendunt etiam fęminas, quæ nullo modo possunt in huiusmodi verbis non compræhendi, prout optimè examinat Camer. in l. Imperialem fol. 39. nam quãuis de natura non admictantur cedit natura verbis expressis in inuestitura sicut supra dictum est, & talia verba non possunt alium habere intellectum; Vnde si fęminæ non admicterentur esset inuestituræ contradicere, quod non licet, sed quando verba possunt verificari, vt natura feudi non alteretur tunc ità intelligi omninò debent, vt naturam feudi non alterent, ad tradita in cap. 1. de feud. nõ habent, propri. feud. natur. vbi Andr. & reliqui Frecc. in suis quæst. 50. 51. & 53. Reg. de Pont. in dec. 28. nu. 9.

Ita quæ hæc verba tibi, & hæredibus, & successoribus, quibuscunque examinantur per DD. & de eorum significatione tra-

43 ctant latè Bald. in c. 1. §. donare qualit. olim pot. feud. alien. Aluar. in dist. 3. diuis. Alexand. cons. 30. num. 11. volum. 1. Dec. cons. 193. num. 5. Curt. Iun. in consil. 1. & consil. 4. & in tract. feud. in 3. part. principal. sub capite incipien. expedità igitur nu. 31. Brun. cons. 10. & consil. 16. num. 8. Gozad. cons. 8. num. 7. Iacobin: de Sancto Georg. in sua inuestit. in verbo, & successoribus quibuscunque Thom. de Marin in tit. de feud. fęmineo, siuè materno quęst. 18. cap in l. Imperialem de prohibit. feud. alien. per Federic. in glos. 2. in 6. ampliat. & ibid. Camerar. fol. 29. in lit. C, Bald. in l. 1. quæst. 34. ff. de rer. diuis. & in cap. inter dilectos de fide instrumentor. & in cap. quæ in Ecclesiarum num. 39. de const. Ias. in l. quædam §. nihil interest ff. de ædend. in l. si patroni colum. pen. ff. ad Trebell. & in l. Gallus §. etiam ff. de liber. & posthum. Fælyn. in cap. in præsentia num. 48. de probat. & in rubr. de feud. nu. 5. Cassan. in consuetud. Burgund. in rubr. 3 §. 5. in textu excepte les religieux fol. mihi 115 col. 3. num. 19.

Quos omnes volui recensere, quia ex Cassaneo, ex Barbat. ex Fælyn. & ex maiori

44 (& meo iuditio) saniori parte reliquorum habemus, quod etiam illa verba pro successoribus, quibuscunque non compræhendunt inhabiles ex vitio coherentę personæ sicut clericos, fęminas, cęcos & similes, sed operantur compræhendi hæredes, extraneos, & de iure feudorum non successibiles, & dum illud verbum, quibuscunque potest verificari circa admissionem personarum, quæ aliter non succederent, & grauatur directus Dominus in hoc, quod cessat spes deuolutionis ob lineam finitam, non debet grauari in alio, vt habeat vassallum inhabilem contra regulam text. in l. nauis onustæ ff. de ad l. Rhod. de iact. qua regula in huiusmodi feudalibus quæstionibus vtitur Andr. in §. & Plaustrorum colum. 2. quæ sint regal. Frecc. in libr. 2. de subfeud. sub capit. incipien. Hic quæro de noua quæst. fol. mihi 177. Præsertim dum talis inhabilitas sexus nimis obseruantet (vt dictum est) à lege feudali considerantur, atque etiam ampliatur. Quamobrem tanto magis extra di-

45 spurationem est casus noster, in quo nõ adest illud verbum quibuscunque, super quo fundatur prædicta disputatio cum videatur alterare naturam hæredum, & successorum, & est disputatio si alterat vsque ad compræhensionem inhabilium, vel solummodo, vsque ad compræhensionem personarum habilium, licet extra gradum successibilem sicut dictum est, sed hoc verbo cessante, cessat disputatio, nàm remanet germana interpretatio illius verbi hæredis, & successoris, nempè, vt prolarum super re de sui natura non transmissibili ad fœminas sicut in feudo (quod quidem per Doctores infrascri-

46 ptos specificè exemplificatur) tunc masculos tantummodo compræhendat, ità est glo. in const. vt de successionibus col. antepenult. vers. item est contra ascendentes Barr. in sua magistrali distinctione in l. gallus §. etiam si parente num. 4. circa med. ff. de liber. & posthum. Bald. in cap. 1. in princ. de natur. success. feud.

Alex-

Alex.conf.22.num.8.volum.5. & conf. 30.volum. 1.Dec.cōnf.185. nu.4. post glof.in l.ex facto § fin. ff.ad trebell. vbi Doctor. præfertim Imol. Paul. & Alex. qui etiam in dicta l.gallus §. etiam fi parente Cam. qui, & alios citat in l. Imperialem fol.22. colum.2. Abb. in cap. in præfentia col. 7. cum feq. & ibi etiam Dec.de probatio. qui ponderant textus apertiffimos in cap. 1. §. & fi clientulus de aliena feud.& in cap.1 § fimiliter de lege Corrad. cum alijs iuribus, quæ recenfet Camerar.in d.l.Imperialem f.21. colum.4.

Ex quibus colligitur nullo modo poffe cōtrarium difputari,ficut fecit Socc.in confil.257.vol.2. prout illum nimiè fubtili-
47 tati hoc tribuens, modeftè redarguit Dec.in conf.171.Et tamen Socc.in princip. illius confilij videtur præfupponere feudum ad annuum cenfum, & fine fidelitate affirmatiua,& infuper eo tempore multæ feudales conclufiones non ità paffim,& indubitanter receptæ erant cōmuniter,& in fcholis, & in Tribunalibus confirmatæ ficut temporibus noftris,inter quas hæc præfertim adeò ab omnibus probata eft, quod iam contrariæ opinionis defenfor temeritatis notam nō euaderet; Ad quod confert magna difputatio fupra relata, etiam in cafu, in quo dicitur pro hæredibus, & fucceffo ribus, quibufcunque, nam fine illo ver-
48 bo quibufcumque, in quo cadit difputatio, remanet femper intelligentia iuxta naturam rei, vt hæres fit vniuerfalis, vel de iure ciuili, fucceffor poffit verificari particularis,vel de iure prætorio,femper tamen mafculus iuxta rei naturam, prout concludunt Dec. in dictis conf. 171. & 185. Francifc. Ripa in l. ex facto §. fi quis ità num.15.ff.ad Trebell.qui refert Curt.in conf.penult.& Alex.in l.quidam §.nihil intereft ff.de ædend. Alex. etiam conf.30,volum.1.Port.conf.1.num.28. Albert.Brun.conf.18.num.12.poft Bal. in cap.1.§.donare.qual.olim.pot. feud. alien. Non enim funt talia verba intelligenda,vt alterent naturam rei tranfitoriam folummodo ad hæredes mafculos, prout aduertunt Bart.& Doctor.& etiā ipfemet Soccin.in dict.l.gallus in §. etiā Alex.in ead.l.in §.quidam rectè cum reliquis de quibus per Cam. in d. fol.22. lit.L. Et vtrumq; verbum non remanet otiofum, prout fpecificè declarant Dec. in d.conf.171.num.5. & Ripa in d. §. fi quis ità num.15. Camer.in d.l.Imperialem f.28.& 29.

Ad quartum,quod fęmina includatur,quia tale feudum eft francum non habens
49 propriam feudi naturam, Refpondetur fimiliter cum eifdem terminis fupra difcuffis; fi quidem clarum eft, quod in inueftitura conftitutum eft feudum, quo verbo infimul omnia præcauentur, quæ continet feudi natura,ab his autem contrahentes fi fortè vnum, vel duo exceperunt,nunquid,& nos pro noftro arbitratu reliqua excipiemus? vel fortè quibus hoc aut illud expræfferunt, vt & aliud exprimerent verba deficiebant? Quin potius firmiora remanent non exceptnata,inter quæ iuxta feudi naturam hoc eft,vt fęmina non fuccedat. Et dum exprefsè non vocatur quo ad hoc non eft feudum impropriatum, fed firma remanet fęminarum exclufio quantumuis feudum fit francum, & quo ad aliqua impropriatum;Ita eft doctrina Bald. in l. quoties nu.3.C.de fuis,& legit. vbi hoc clarè firmat, quando fęminæ non funt vocatæ, nam in cap.1. §.quin etiam Epifcop.vel Abbat. loquitur iuxta formam inueftituræ illius text. in qua vocantur etiam fœminę,At cum diftinctione,vt veniant fæminæ vna cum mafculo fi feruitium poteft fęmina,ità præftare ficut, & mafculus, fi autem non poteft ità præftare præferatur mafculus,& fœmina vocetur in fubfidium illis non exiftentibus, & tunc præftetur feruitium per fubftitutum,prout declarat Andr.in eod.cap.1. Epifcop.vel Abbat.num.5.in fin. Idemque de exclufione fœminarum à feudo licet franco,& non habente propriam

feu-

feudi naturam , latè fundat Alexand. in conf.9.num.7.8.9. & 10.volumin.5. vbi
50 mordet Bald in d.§. quin etiam , qui tamen hoc non meretur , sicut dictum est cum loquatur iuxtà illam formam inuestituræ fæminas comprehendentis,& sine tali inuestitura nimis clarè dixit contrarium in d.l.quoties num. 3. sequitur Curt.in tract.feud.in 3.par.prin.in prin. num.5.in fin.

Nam licet feudum teneatur francum ab aliquibus,vel etiam ab omnibus seruitijs, non tamen francum esse potest à fideli-
51 tate,quæ est de substantia feudi, & aliter non esset feudum vt per And.in c.1. §. porrò , quæ fuit prima caus. benefic. amiss.& in cap. 1. §. huius autem generis,ex quib.caus. feud. amitt. Cardin.in prælud feud.in 4.diuis.Claud.in quæst. quid sit feud.col.6.& 7.Camer.in l.Imperialem fol.1. col.2. & fol.35. colu.4. Vltra quod in casu nostro nimis clarè reseruatur fidelitas,& notum est, quod fi-
52 delitas multa continet, quæ à fæminis , aut nullo pacto,aut certè incommodiùs indecenter,& imperfectiùs præstarentur; prout hæc omnia docet Oldrad. consil. 234.vers.nec ergo Ioann.Andr.in Add. ad Speculat.in tit.de præscripr. sub rub. in pen.col.& etiam in colum. fin. Mart. Laud.in cap.1.qui feud.dar.poss.col.10 optimè Cam.in l.Imperialem fol. 34. & 35.qui cæteros refert,& Curt. in prædicto num.5.in fin.& etiam in 1.part.q.8. num.38.

Ex quibus probatum remanet , quod reliqui prætendentes,qui sunt Io. Baptista, Carolus, & Isabella Appiani nullo modo obtinere possunt , & sic tuemur iura Io.Antonij cōtra collitigantes, qui & nobis tacētibus adhuc verisimiliter succūbent,& consequenter eueniet,quod Camera Imperialis sibi met hunc statum applicandum esse dijudicet , quæ res qd in se cōtineat dijudicari potest faciliter , & exemplis,& rationibus ; quando qui-
53 dem apud omnes hystoricos exploratū est,quid Italiæ acciderit, quotiescunque populi Septentrionales in hac Florentissima Prouincia pedem figere quoquo pacto potuerunt; Peiusque nunc timere nimis rationabiliter possemus ex consuetudine nationis , in qua licet Princeps Christianissimus fulgeat,atq;sanctissimus & quamplures exemplo eius Christi vexillum integrè insequantur , multi tamē Catholicæ Ecclesiæ obedientiam dereliquerunt;Notum est quantoperè Cæsar, & secum Catholici insudant ad pestem hæreticorum euellendam,aut saltim minorandam,& frustrà laborant; Ea namq; contagio , quæ vitæ libertatem admittit pestiferis mulcet aures oblectamentis , quibus insipientes, & rudes populi paulisper illaqueantur,& cum tanta sit inter Italos,& Hyspanos consuetudo alterutri nationi prospiciens æquanimiter defendit vtramq; Has binas Prouincias , quas diuina Prouidentia(sua in æternum laudanda miseratione) conseruat integras Catholici,& pijssimi Regis curæ est illibatas in Sacro sanctæ Ecclesiæ gremio conseruare,& easdem ab omni discrimine quoquo modo,atque omni tempore defendere. Hoc enim munus diuinæ Fidei in suis Regnis purissimæ conseruandæ ipsi Catholico cęlitus elargitum esse fatebimur si ex vi nominis latentē rerum vim sæpius deprehendi rectè docuit Plato in Cratylo , vbi hoc idem Fycinus ex Origene , & ex alijs comprobauit , nam quibus 25. literis inscribitur DON FELIPE TERCERO DE AVSTRIA. Eisdem nulla addita imminuta,vel immutata inscribitur etiam PROTECTOR ERES DE LA FE DIVINA. Quæ vna ratio pro Religione cum tanti ponderis sit ad nos conuin-
55 cendum,nè vllo pacto permittatur Germanos certis sedibus in Italia commorari,superfluum esset vlteriùs proponere,quam faciliter ex huismodi nouitatibus Italiæ quies perturbari posset,& pacis tranquillitas, vndique inquietari,Itaque supernam credere est prouidentiam disposuisse,vt exurgat hoc tempore prę-

ten-

tensio Io. Antonij de Gambacurta, quæ omnia dirimit inconnenientia. Ipse enim qui obtinens omnem euitat suspitionē adhunc statum omni Iure vocatur, & suum ius à Cattholico inuictissimo sibi decerni rationabiliter deprecatur, prout in sequenti scripto demonstrabimus.

Deo gratias.

SVMMARIVM.

1 *Capita proponuntur, quæ hoc sequenti scripto pro Io. Antonio de Gambacurta continentur.*

2 *Plumbini Status Pisano Comitatui adiacebat.*

3 *Pisana Ciuitas antiquissimo tempore fuit Respublica libera, & ab Imperio exempta.*

4 *Imperatorem esse mundi Dominum quomodo intelligitur, & an debeat ab omnibus in Superiorem recognosci.*

5 *Principatus à Deo Optimo Maximo instituti, vel ex Populi electione.*

6 *Ninus Primus fuit, qui egperit populis per vim deuictis dominari, cuius exēplo creuerunt aliquæ Monarchiæ, præsertim Assiriorum, Persarum, Grecorū, & Romanorum.*

7 *Possessio Diuturna prodest ad retentionem, non ad petitionem nisi aduersus detentorem violentum.*

8 *Libertas ab omni Principe temporali potest præscribi per alium Principem vel per Rempubl. non per hominem singularem, nam præscriptio æquiparatur priuilegio.*

9 *Libertatem ab Imperio multæ Ciuitates per Priuilegium obtinuerunt.*

10 *Titulus allegari potest, & probari solūmodo per possessionem.*

11 *Libertas facilius præscribitur quam dominatio.*

12 *Ciuitas libera potest sibi eligere aliquod ex generibus gubernandi, idque fecit Ciuitas Pisana.*

13 *Gubernandi genus inter alia optimum est Principatus.*

14 *Pisanam Ciuitatem elegisse in eius Principem Andream de Gambacurtis, & confirmasse Petrum eius filium multis Hystorijs comprobatur.*

15 *Domini Ciuitatum aliquando ad subditorum animos alliciendos modestiori Ducum, vel Rectorum nomine vti solent.*

16 *Dominium antiquum satis probatur per Hystoricos, vel per solam famam.*

17 *Dominium illorum de Gambacurtis fuit cognitum, & probatum Sanctis, & Regibus, & Potentatibus, non modo Populis, & Hystoricis.*

18 *Alphonsus Primus Aragoneus Rex laudatissimus, quid promiserit Gerardo de Gambacurta Respectu Pisani Comitatus.*

19 *Alphonsi I. promissa ab nostro Rege Catholico sunt exequenda.*

20 *Plumbini Statum Pisanus Comitatus continebat, prout nonnulli Hystorici testantur.*

21 *Appianorum intrusio ad Pisanum Comitatum occiso Petro de Gambacurta.*

22 *Pisa ab Appianis Duci Mediolanensium vendita.*

23 *Tyrannides, quæ dicatur, & quod omni tempore impedit præscriptionem.*

24 *Initium si constat esse vitiosum impedit præsumptionem initij legitimi, ex diuturna possessione.*

25 *Tyrannides impedit prescriptionem, etiā apud heredes in infinitum.*

26 *Præscriptio non currit aduersus non habentem ad quem recurrat.*

27 *Tyrannides non potest per rescriptum Principis confirmari.*

28 *Princeps non vult alicui subdito præiudicare, sed non subdito, nec vult nec potest.*

29 *Titulus nihil prodest cui ius resistit, neque in hoc excusat iuris ignorantia.*

30 *Possessor ex aliquo impedimento non valens præscribere multò minus ad possessionem si ab ea cecidit restituitur.*

Prin-

ea cecidit restituitur.
31 Principis electio, sua Prosapia electionem virtualiter continet prouit in hoc casu probatur iuribus, & exemplis.
32 Haredes prospectos esse intelligitur de habilibus iuxta naturam rei de qua agitur.
33 Appianorum successio indicat qualis fuerat praecedens electio Dominorum.
34 Status praesens demonstrat talem fuisse originem.
35 Vis contra vim iusta est semper at non semper possibilis.
36 Regis nostri Catholici laudes.
37 Caesarem adhire multa afferret Gambacurtis praeiuditia.
38 Opem ferre tenetur, qui solus talem opē ferre potest in aliqua proximi necessitate quisquis is fuerit, qui ope indiget.
39 Regum proprium munus est oppressorū subleuatio praesertim subditorum.
40 Principes prae caeteris decet propria, vel praedecessorum promissionis obseruatio ad omnes.
41 Iurisdictio qua exercetur erga spontè submissos non extenditur in praeiuditiū habentiū iura anteriora, & num. 61.
42 Iurisdictionem spectare, vel non spectare, an & quando decidatur ab eodem, de cuius iurisdictione disceptatur.
43 Iurisdictionis exercitium in vno articulo denotat iurisdictionem retineri respectu omnium.
44 Iurisdictionis possessio conseruanda est penes eum, qui nouissimè iudicauit, Et hoc etiam vbi ius resisteret.
45 Alphonsi Primi Aragonei protectio erga Appianos quo tempore, & quibus conditionibus concepta fuerit.
46 Princeps contrahens nomine dignitatis transfert in successores omne ius actiuè, siuè passiuè.
47 Reges Neapolitani, quid Iuris exerceāt in Plumbinum.
48 Foederatio quae & quotuplex est, & quid inducit cum multis numeris sequentibus.
49 Protectio quae, & quotuplex est, & quid operatur, & num. 60.
50 Foederatio inter Principes, vel Populos liberos qualis sit, & quid operetur, & num. 55.
51 Foederatio inter subditos aequales dicitur amicitia inter subditos inaequales dicitur patronatus, vel clientela, & de illorum effectibus, & nu. 54.
52 Seruitius ex contractu, an & quomodo induci possit.
53 Iurisdictio solius Principis permissu exercetur, & non aliter, neque etiam eodem consentiente contra quem exerceretur.
56 Foederatio inter Principes populosue liberos aequalis nihil hinc inde alterat propriam iurisdictionem, sed inter nō aequales operatur nonnulla, quae declarantur in numeris sequentibus.
57 Foederati inaequales sunt aliquando maioribus nihil pensitantes, aliquando pē-sitantes stipendia, quare & stipendiarij nuncupantur.
58 Foederationem inaequalem tribuere minoribus erga maiores subiectionem aliquam inquit Iurisconf. in l. non dubito quae subiectio quid importet ex optimis Authoribus declaratur.
59 Iurisdictio exercetur à foederato maiori erga minorem si minor apud eum reus fieret, qua verba quid importent dupliciter declarantur, & num. 62. cū sequent.
63 Asconius Pedianus confirmat Bald. intelligentiam ad l. non dubito ff. de capt. & postl. reuers.
64 Hieronymus Columna cum laude recensetur.
65 Tex. in auth. de hered. & falcid. in princip. declaratur.
66 Vandali cum Italia deuastata per annos 95. in Aphrica imperassent deuicti fuere à Iustiniano Imperatore.
67 Carthaginenses in Potestatem Romani Imperij redacti quomodo habiti fuerint.
68 Iurisdictio erga foederatos in quibus casibus

casibus exercetur, vel non exercetur.

69 *Fœderatis iura dantur etiam pœnis cõminatis in aliquibus legibus.*

70 *Depositarius rei de qua Iudicis iussus non expectatur debet illam directè, & non per circuitum dimittere cui deberi cognoscit.*

71 *Arbitri eligendi sunt, vbi Principes cognoscere nolunt, aut nequeunt.*

ALLEGATIO LI.

Pro eodem.

In Dei nomine Amen.

1 IAm de iuribus Appianorum duobus capitibus superiore scripto contentis verba fecimus, Nunc quæ iura sint Io. Antonij, & qualiter per Catthölicam Maiestatem sint cognoscẽda sequentia bina capita tertium nempè, & quartum iuxta propositum ordinem patefacient.

Tertium ergo caput, quod proposui iura continebit Io. Antonij de Gambacurta, ex quibus ad hunc statum vocari coram ipso Rege Catthölico proposuit pro quorum intelligentia sciendum est qua-
2 liter Plumbini Status Pisano Comitatui ab ea Metropoli Pisana Vrbe dependẽs adiacebat, Ipsa autem Pisana Ciuitas in sui Dominos elegerat prædecessores Io. Antonij, quæ quidem electio fieri omni iure potuit stante antiquissima libertate, in qua ipsa Ciuitas tamdiù fuerat per an-
3 nos quingentum, & vltra prout patet in cap. Pisanis de restitut. spoliato. & ex historicis nempè in historia de temporib. mundi, vbi loquitur de Carolo Primo fol. 215. & per Volaterr. lib. 5. per Ioannem Villanum per totum volumen per Scipionem Ammiratum in tract. de Familia Gambacurta cum innumeris historicis, qui Aetruriæ facta commemorant, & per Fazzellum de rebus Siculis lib. 7. fo. 431. & 432. Aeneam Siluium postea Pontificem Pium II. in 2. Decade, & in hist. quæ vulgò dicitur, Italia trauagliata lib. 3. qui recensent Pisanam Ciuitatẽ per hæc tempora in libertate stetisse, ipsamq; sibimet iura dedisse, & bella indixisse, & pacis fœdera contraxisse, & alia eiusdemodi passim fecisse, quæ ad Respublicas liberas, & ab omni subiectione exemptas spectare solummodo possunt.

Adeò quod omissa altiori illa quæstione
4 si Imperator de iure in temporalibus est mundi Dominus, adeò vt omnes Principes, & Respublicæ exemptionem non habentes debeant ipsum in Superiorem recognoscere, in qua spetie contra Imperatorem sentiunt Oldr. in suo cons. 69 Isern. in prælud. feudor. quæst. 3. Canonistæ in cap. cum non liceat de præscrip. & latissimè Petr. Belluc. qui cœteros refert in suo specul. Princip. rubr. 14. in §. Veniamus, sed restringens me ad casum nostrum breuiter commemoro, quod licet Imperator in l. depræcatio ff. ad l. Rhod. de iact. appellet se ipsum mundi Dominum, non tamen illud intelligitur, prout verba sonant, sed designatur amplitudo dominij sicut ad designandam multitudinem scriptum est ecce totus mundus vadit post ipsum, & alibi omnes de saba venient; Si quidem innumeris Prouincijs Romani Imperatores dominati non sunt, quas latè recenset Gaspar de Agnasc. in sua Rep. lib. 1. cap. 7. & ipsimet Imperatores commemorant populos ipsis non subiectos, vt in l. cunctos populos, vbi notatur C. de Summ. Trin. & Fide Cathol. & in prohem. ff. & in l. 1 in fin. C. de nou. cod. confirmand. & clarius in l. mercatores C. de commert. & mercat. & habetur ẽt in l. postliminiũ ff. de capt. & postlim. reuers. & multa per Meno. in cons. 2. vol. 1. Imò gratulabundus pacem Persicam commemorat Iustinianus in l. 2. in princ. C. de off. præf. prær. & in auth. de hæred. & falc. in prin.

Et notum est, quod antiquitus siuè Dei
6 Optimi Maximi ordinatio sicut de Saule,Dauide, & Salomone, siuè populorum electio Principatus iustè tribue-
6 rant, Primus autem omnium Ninus dominationē in populos à se deuictos exercuit,vt Iustin.tradit, & post eum Augustin.de Ciuit.Dei lib.4.cap.6. cuius exēplo humana pectora sic dominandi libido passim inuasit, vt omnes ferè Principes Finitimis bellis diuersis temporibus fuerint inuoluti,& qui victor euadebat latius extendebat imperium, quod potissimum fecere Assirij,& Persæ,& Græci, & denique Romani, sed tale dominandi genus absque dubio iniustum erat & proindè Regnorum per vim extensiones magna esse latrocinia dixit Alexandro,quispiam, quem refert, & approbat August.de Ciuit.Dei lib.4.cap.4. Dum populis inuitis alius præponebatur, quā ipsi (ad quos hoc spectabat) elegissent;
7 Nec aliter defenditur quam ex diuturna possessione, quæ tamen aduertatur, quod prodest ad retentionem, non autem ad petitionem,nisi aduersus detentorem violentum l.si quis emptionis §. sed hoc C.de præscript.30.annorum, quod in specie aduertit Oldrad. in dict. consil.69.col.3.vers.nec potest, hæc autem libertas,de qua nunc agimus respectù Ciuitatis Pisanæ nullo apparet vitio, aut violentia initiata,quin & titulus allegatur,isque probatur per libertatis possessionem,adeò diuturnam,quæ & si nō
8 à priuatis,à Principe tamen,vel ab integra Ciuitate præscribi potest, vt firmat Oldr.in dict.cons.69. col.fin. vers. & licet,Andr.Isern.in prælud. feud. quæst. 2.num.35.vers.vndè dic,vbi docet sufficere centenariam Bald.in l.si lex nu. 16. C.de emancip.liber.quem ibi sequitur, & concordantes allegat Andr. Barbat.in Apostill.Bart.in l.Hostes num.6.ff.de capt.& postlim.reuers.c.& in l.infamem ff.de publ.iudic.& latè Gaspar Agnasc. in sua Rep.lib.1.cap.7.8.& 9.
In quibus locis æquiparant priuilegium exemptionis, & præscriptio, & per
9 priuilegium clarum est,quod aliquæ Ciuitates obtinuerunt exemptionem,teste Blondo in 8. lib. secundæ Decadis col. pen.& Platina in vita Honorij Papæ VI. quod etiam testatur Felyn. in cap. cum non liceat nu. 12.vers. quarto considera,& in cap.ad audientiam colu.2. de præscript. Et talem iustissimam exemptionem per præscriptionem,tradit etiā Alber. in l. Imperium ff. de iurisdictio. omn.Iud.num.37.& num.45.vbi inquit hæc fortius procedere cum allegatione
10 tituli,absque alia probatione,quam per perscriptionem sequitur Aluar. in c. 1. de pace iuram.firmand.num.4.Felyn.in dict. cap.cum non liceat num. 12. in 2. consideratione Paul.de Castr.in d.l.hæc autem ff.de seruit.Vrban.prædior.& clatius in dict. l. Imperium num. 7. vbi inquit non esse de hoc dubitandum, & ibidem Alex. col.18.in princ.& Soccin. num.31.cum seq.Cyn in l. fin. C. de donat.inter vir.& vxor.Ang.in l.1.nu.5. C.nè rei dom.vel templ.Socc.in consil. 47.num.21.volum.4. Cardin. in clem. præsenti de cens.in 7.quęst.Burr.in cap. cum contingat num.17.de for.compet. & ibidem Abb.num.1.& Socc.num.14. ex quibus multi affirmant hanc esse verissimam,& communem opinionem,qđ & asserunt,& alios cumulant Couarr.in regul.possessor malefidei par.2.§.3.in princ,& moderni in dict.l.Imperium nē pè Purpurat. num. 191. Gaspar. Valasc. num.93.& Fologn.num.88. Balb.de præscript.in 3.quæst.secundæ par. principalis,& Corset.de potest. Reg. part.4. num. 67. Quorum authoritas præter
11 alios vnica ratione satis superque meo iuditio fulcitur,nam si per diuturnitatē possessionis defenditur Imperiū, quod pro tempore fuit Assiriorum,vel Persatum,vel Græcorum, vel Romanorum, quorum Monarchia sine dubio fuit constituta per ereptionem Regnorum à Regibus legitimis,qui ab initio fuerant cōstituti per electionem populorum,mul-

tò magis prodesse debet diuturna possessio libertatis penes populos, qui ab ipsa violenta dominatione ad pristinam libertatem euaserunt, & in ea per tempora immemorialia perstiterunt.

Hoc cum ita sit sequitur consequenter potuisse Ciuitatem Pisanam pro suo arbitratu se ipsam regere, & ad sui directio-
11 nem instituere aliquod ex generibus gubernandi, quæ recenset Aristot. in 3. & 4. polit. & post eum Diuus Thomas in prima secundæ quæst. 95. art. 4. Ipsa autem Pisana Ciuitas exemplo Vrbis Romæ aliquo tempore vsa est gubernatione optimatum per vicissitudines in formam Reipublicæ, qui vniebantur in ædibus ad hoc constitutis, quæ iam diù retinuerunt nomen ædis veteranorum; Postmodum circa annum Domini 1340
13 suam transtulit gubernationem in Principem, quod quidem fuit melius, & laudabilius, ex authoritate Arist. in 3. Polit. & in 12. Metaphisic. cum cęteris Theologis, & Phylosophis, & Iuris consultis latè relatis per Couarr. in libr. practicar. quæstion. cap. 1. num. 5. Idque sine dubio potuit, vt in l. 2. ff. de origin. iur. Bartol. in tract. de Tyrann. quæstio 6. Hoc enim licet cuilibet populo superiorem non recognoscenti, vt per Bald. Angel. Alber. & Ias. in l. ex hoc iure ff. de iustit. & iure per Caccialup. Purpur. & Valasc. in dict. l. Imperium ff. de iurisd. omnium Iudic. omnes circ. princip. Alphons. de Castr. de leg. penal. lib. 1. cap. 1. Vasq. cõtrou. illust. lib. 1. cap. 41.

Et taliter Pisana Ciuitas sibi elegit Andreã de Gambacurta, & confirmauit Petrum
14 eius filium; De cuius Andreæ electione, & dominio latè loquuntur Historici eius temporis, & etiam successores; sicuti Ioannes Villanus in eius Historia Italico sermone conscripta lib. 12. c. 118. Frater Aloysius Contarenus Venetus in eius Historia de nobilitate Neapolitana, Hieronymus Henig. German. tomo 4. Geanologicarum tabellarum Hieronymus Bardi fol. 435. Annotationes compositæ à deputatis per Ducem Florentiæ super Boccacium fol. 124. Franciscus Sansouinus fol. 40. Petrus Boninsegna fol. 500. Fezellus de nobilitate Neapolitana fol. 4. latè Scipio Ammiratus de familia Gambacurta. Sic etiam de dominio Petri eius filij Sanctus Antoninus Episcopus Florentinus tomo 3. cap. 22. Aeneas Siluius, postea Papa Pius II. libro 10. fol. 267. & 268. Leonardus Aretinus fol. 189. & 204. Tarcagnota lib. 17. fol. 413. Blondus decadis secundæ lib. 10. frater Leander Albert. in descriptio. Italiæ sub capite de locis Aetruriæ fol. 32. Paulus Iouius in 1. parte fol. 137. Poggius Florentinus fol. 64. & 84. Platina in vita Bonifacij IX. Contarenus, vbi supra fol. 185. Quod quidẽ dominium, ex legitima electione fuisse initiatum, & confirmatum, testatur Petr. Boninsegna fol. 533. & f. 549. Cosmographia Munsteri lib. 2. fol. 219. Volaterran. libr. 5. & hoc idem testatur instrumentum, quod in originali monstratur, & ita descriptus est Petrus de Gambacurta in anno 1372. in libro vetusto existente apud Pisanos, qui vulgò dicitur lo Priorista.

Ex quibus Authoribus aliqui describunt, etiam mortem ipsius Petri ab Appianis perpetratam, de qua paulò post loquemur, & insuper aduertendum est, quod cum multi ex prædictis appellent Andream, & Petrum Pisarum Dominos nõ mirum est si aliqui ex eisdem illum ap-
15 pellant Ducem, siuè Rectorem, quibus nominibus vtebantur, vt modestiori nomine subditorum animos magis allicerent, prout de primo Duce Florentiæ scribit Paulus Iouius lib. 37. tom. 2. fol. 144. & 145. Et generale est, vt de Regibus, & de quibusuis Dominis Ciuitatũ dicatur eos populos regere, vel gubernare, sicut Sallustius de bello Iugurt. folio mihi 64. Cicero ad Quintum Fratrẽ fol. mihi 293. Blondus in sua Historia fol. 406. Et sic passim Authores Latini, & eodem modo præsentes Itali, prout præ-

præfatus Albertus in descriptione Italiæ dum loquitur de Ducibus Ferrariæ, Mantuæ,& Vrbini fol.mihi 294.& 347. & 392.& 393. & per eadem verba loquitur de eisdem Tarcagnota fol. 329. Sansouinus in lib.4.de familijs Italiæ illustribus, & etiam Volaterranus f. 99. Blondus fol.288.& alij quamplures; Ita quod nulli dubium esse potest quin Andr. & postea Petrus ex legitima electione verè Domini fuerint Status Pisani, sicut illos appellant omnes Authores prædicti,quorum authoritas non modo suf-
16 ficit,sed superabundat,vt per Bart. in l. intantum in fin.ff. de rei vend. per Speculat.in tit. de probat. §. videndum restat,vers.nono,latè Ias.in l.1.num.31.ff. si certum pet.cum cęteris,de quibus per Crauett.de antiq.tempor.par.1. sub tit. incipienti, quid de libro.Dixi, quod superabundat, nam in facto adeò antiquo sufficeret sola fama,ex doctr.Innoc. in cap. veniens de verbor. significat. quem sequitur Bal. in Auth. quas actiones C. de sacros.Eccles.& in l.in bone fidei col. fin.C.de reb.credit.Angel.in l.at qui na tura §.cum me absente ff.de negot.gest. vbi in specie loquitur de probatione dominij per solam famam, puta quod talis domus fuerit Dãtis Poetæ; Et certè nos sumus in facto valdè magis notorio,pręsertim in tota Italia,idemque firmat ipse Angel.in l.Titius ff quibus mod.pigno. vel Hypot.soluit.,& in l. quidam in suo ff.de cond.instit.sequitur Dec. in cap. 1. num. 18. in vers. septimus casus de appellat. qui allegat etiam Bald. in l. proprietatis in fin.C.de probat.& Butr.in cap.1.de fide instrum. & Aret. in consil. 37.sequendo ordinem colu.2.& vltra hos idem firmat idem Aretin.consil.15. col.4.Alex.cons.4.colu. 5. volum.2. & cons.15.col.1.vol.5. Barbat.in rubr. de testament.Paris cons.1.num.60. vbi tradit tali casu non curari de titulo, Corn. consil.48.col.2.lib.4. Calcan. cons.11. col.2.in princ.Et magis sumus in claris, vbi est fama cuiusdam rei notoriæ multis, sicut in casu nostro,vt per Ias. in repetition.l.admonendi col.87. vers.ita tamen ff.de iure iurand. & in l. cum antiquis col.fin.de iure deliber.& per Crauett.de antiquit.temp.par.1.sub cap.incipien.viso in hoc nu.1.

Et dictum dominium non modò erat, prout ad huc est notorium omnibus populis,& Hystoriographis, sed etiam San-
17 ctis,& Summis Pontificibus,& Regibus & Potentatibus,Sanctis quidem, nam de eo pluries loquitur, & eius dominiũ valdè iustum commendat Diuus Antoninus Archiepiscopus Florentiæ in loco supracitato,& alibi pluries in sua Historia; Nec minùs Diua Catherina Senensis eundem tamquam Dominum Pisanorum, & Iustitiæ cultorem collaudat, & ad eandem iustitiã,subditis ministrandam ipsum hortatur in suis literis, quæ sunt in libro suarum literarum circa medium fol. mihi 242. Similiter Summus Pontifex Gregorius XI. quinque Epistolas Apostolicas misit ad illum tamquam ad Dominum Comitatus Pisani, in quo suam in eo statu protectionem sibi pollicetur,quarum apparent exempla, similiter omnes Principes,& non modo Dux mediolani, & Respublica Florentina,& similes,de quibus per Raphael. Volaterranum lib.5. fol. 123.& per Blondum fol.390. & per Fratrem Aloysium Contarenum Venetum de Nobilitate Neapolitana fol. 183. cum infinitis similibus, sed etiam (quæ res
18 magni ponderis, est ad id, quod nunc agimus) Rex ille,& generis vetustate, & Regnorũ amplitudine,& in simul fortitudine,ac prudentia maximus Alphonsus Aragoneus eius in hoc Regno nominis Primus cum Gerardo successore illorum Andreæ,& Petri de Gambacurta quasdam inijt capitulationes, quas in discussione primi capitis recensui,& illarum vigore nonnullas fecit solutiones, quæ in promptu præsentantur,& in eisdem capitulis pollicetur Rex Pisanam Ciuitatem,cum eius Comitatu, eiusque lo-

locis adiacentibus, illico si eam rehaberi contingerit, eidem Gerardo de Gambacurta, tamquam sibi debitam consignare.

Ex quo intelligimus tantum Regem eo tẽpore, quo negotium recẽs erat pro notorio habuisse tale dominium in personam illorum de Gambacurta, & huic promissioni confisus præsens Io. Anto-
19 nius tamquam successor illius Gerardi de Gambacurta, qui talem promissionẽ obtinuit, iam potest, confidentius Maiestatem Cattholicam deprecari, vt Regis sui prædecessoris, cuius ipse Cattholicus est successor promissionem impleat, iam quod Diuinæ prouidentiæ curæ fuit, vt possit nunc Rex ipse gloriosissimus illud exequi, quod Alphonsus, eiusque reliqui successores non hucusque ità faciliter potuerunt, quamuis tantoperè optauerit Alphonsus, nè Gerardo de Gambacurta iniuria fieret vt, eius causa, nè Florentinis adiungeretur dum Gerardo erepta oppida non retradebant grauissimam fęderationem, quam anteriore scripto num. 3. diximus prætermiserit.

Et quia promisit ipse Rex Alphonsus Ciuitatem Pisanam restituere cum suo Comitatu, & cum omnibus locis sibi adia-
20 centibus; oportet commemorare qualiter Plumbini Status est de illis locis in Pisano Comitatu contentis, sic enim Iacobus Appianus, qui (licet per titannidem, vt mox dicetur) in Pisana Ciuitate Petri de Gambacurta locum obtinuit, Plumbini quoque Statum, vnà simul adeptus est, prout testantur omnes Historici præsertim frater Leander Albertus in dicto fol. 32. a terg. & Blond. fol. 390. vbi loquens de illo Iacobo Appiano, subdit paulò post reliquisse filium Gerardum Appianum, qui Pisam Galeatio Vicecomiti vendidit, Plumbini verò magni prouentus oppidum sibi in domicilium reseruauit, similiter Volaterr. lib. 5. fol. 123. inquit, quod ille Gerardus Appianus Pisas Galeatio Vicecomiti vendidit, Plumbino sibi retento; Idemque confirmat D. Anton. in lib. 2. tit. 22. & sic apud omnes notorium est, quod Pisanus Comitatus, Plumbini Statum, & alia quoque multa oppida continebat.

Cum autem paulò superius verba fecerim de Appianis, qui post mortem Petri de Gambacurta Pisanum Comitatum obtinuerunt, expedit nunc fundare qualiter non modo (vt superiore scripto diximus) Appiani, qui ad præsens agunt nullo modo Plumbini Statum obtinere possunt propter sexus incapacitatem, & ob vitium illegitimitatis, sed neque masculi, & legitimi de iure obtinere deberent tanquam originem trahentes ab illo Ia-
21 cobo Appiano primo, quem Petrus de Gambacurta tunc Pisæ Dominus multis opibus ditauit, multisq; dignitatibus decorauit, ipse verò opem ferente Mediolanensium Duce, qui ad dominium Pisę aspirabat, quemadmodum illud paulò post obtinuit facta peditum collectione ipsum Petrum nihil eiusmodi de viro sibi tot beneficijs obstricto suspicantem occidit, & titubantem Vrbem oppressit, & subiugauit, atque ita Pisanæ Vrbis, & Plumbini, aliorumq; adiacentium locorum tyrannidem initiauit, & paulò post eius filius Gerardus ordinationem exe-
22 quens, quam habuerat pater cum Duce Mediolanensium Pisam quidem illi vendidit pro minimo pretio, & solummodo vt ipsius Ducis fomentum conspirationis, & tyrannidis ad Pisarum dominium emptionis velo tegeretur, Plumbinum sibimet reseruauit, prout dictum est, & hæc omnia narrant D. Anton. Volaterr. Blond. Platin. Tarcagnot. Petrus Boninsegna Leonardus Aretinus benè Marc. Poggius, & reliqui Historici in locis supra relatis, ex qua violentia inducta fuit
23 vera tyrannides, vt per Bart. in tract. de tyrann. quæstio. 2. & 6. per Laudens. in tract. de Princip. quæst. 246. latè per Hieron. Gigant. in tract. de crimin. læs. Maiestat. cap. 65.

Quamobrem frustra consideratur Gerardũ Iacobi

Iacobi Primi filium sibi reseruasse Plumbinum de voluntate Io. Galeatij Vicecontis Ducis Mediolanensium, quando & Dux & Iacobus tyrannidem initiarunt, vndè talis inuasio, & detentio rei tyrannicè, & violenter adeptæ nullo vnquam tempore, nec per mille annos præscribi potest p æsertim dum constat de initio
24 infecto, quod impedit præsumptionem initij legitimi cum eius probatione per diuturnam possessionem, ità sunt tex. in cap. vigilanti, & cap. fin. vbi Canonist. de præscript. & in §. furtiuè, vbi Ioa. Fab. & Aret. inst. de vsucap. Roman. Alex. & Ias. in l. Pomponius §. cum quis ff. de acqui. poss. Afflict. dec. 368. circa fin. vbi Vrsill. num. 6. cap. decisio. 4. num. 12. cum seq. latè Couarr. in regula possess. in 2. part. releċt §. 8. num. 4. per Aym. cons. 146. & latiùs in tract. de antiquit. in 4. parte sub cap. incip. absolutis differentijs nu. 59. & 60. Franc. in cap. 1. de præscripti. num. 13. & 14. Calcan. in cons. 53. col. 2. Rube. cons. 13. num. 14. Balb. de præscr. in 2. part. 3. part. quæst. 7. Curt. Iun. in cons. 158. vers. si est verum, qui afferunt innumeros dicentes hanc opinionem esse verissimam, & communem.

Et licet ex ipsis colligatur, quod loquun-
25 tur etiam de hæredibus cum non possit esse centenaria in vno, & tanto minus dum inquiùnt, nec per mille annos, attamen videri poterunt alij, qui in specie in tali casu negant præscriptionem, etiā apud hæredes, & hæredes hæredum quantumuis remotorum, quia semper est eadem ratio, quod cessat præscriptio, vbi adest tyrannides, ità de hæredibus, & hæredum hæredibus, loquuntur glos. in l. vitia C. de acquir. poss. & in l. 2. C. de vsucap. pro hæred. latè per Oldrad. cons. 69. colum. 3. vers. nec præscriptione, per Aym. cons. 431. Bertrand. cons. 66. & 191. volum. 1. & in cons. 175. volu. 2. & Anto. Gabr. in cons. 2. & in alijs impressionibus in cons. 5. in 1. ampliat. & in 2. parte communium conclus. in titul. de præscript. concl. 5. & ignorantia huius modi tituli, neque creditur, nec potest successorem quemlibet excusare, ex latè traditis per Couarr. in loco prædict. in §. 7. & habetur per Balb. in tract. de præscript. in 2. part. 3. partis quæst. 12. & in 2. part. 6. partis num. 9. vers. textus casus, qui dicit hæc clariùs procedere in Tyranno, idem firmat Ruyn. cons. 68. volum. 1. Grat. cons. 175. vol. 1. & Soc.
26 Iun. cons. 76. & cons. 144. vol. 1. & hæc omnia adhuc clarius procedunt in casu nostro, cum sit verissimum, quod aduersus Dominum in illo Statu Superiorem non cognoscentem, non aderat Princeps, ad quos Petri successores recurrere potuissent; quare nec contra eos poterat currere, nec initiari præscriptio l. 1. in fin. C. de annal. except. docet latè Andr. in prælud. feud. quæstio. 2. num. 30. Præsertim cum videamus illos recurrisse ad Alphonsum primum, & sic alia fecissent, quæ vtiliter potuissent; quare prætensionem non dereliquisse, & omni tēpore, à quibus hoc fieri potest restituendos esse, tradunt Andr. in prælud. feud. quæst. 2. num. 30. Rubeus in dict. §. nihil commune num. 156. Bellam. in cap. olim num. 23. de rest. spoliato. Menoch. de adipiscend. possessio. in 1. remed. n. 282. cum seq.

Nec vllo modo est considerabilis inuestitura, quā obtinuit Iacobus quartus Appianus ab Imperatore Maximiliano, cui se spontè submisit, nam si Appiani ex hoc redarguunt Gambacurtas, quod tūc Cęsarem non adierint malè loquuntur, cessabat enim Cœsaris iurisdictio cum primum negabatur dominium Appianorum, qui se suæ Ditioni submiserant, Imò Cęsarem adeundo Appianorum dominium illius Principatus Imperio tunc submissi approbassent; Si verò tyrannidem credunt ex illa inuestitura expur-
27 gasse, loquuntur contra tex. in l. authoritatem, vbi glos. Barto. & optimè Salyc. C. vndè vi tex. etiam iuncta glos. in l. 2. C. de fund. & salt. rei dom. lib. 11. vbi ēt Bart. Luc. de Penn. & Bald. in l. decerni-

mus

mus C.de sacrosanct.Eccles. nu. 6. & in l.1.C.de leg.vbi sub num. 1.laté Barbat. in Add. Afflict. in cap.1.num.18. de natur.feud.& in ca p.1. per quos fiat inuest.& in dec.261. num.3. Capyc.dec. 79.num.12. Boer.decis.42. num.35. in fin Grammat. dec.66. num.59. & late Liparul.ad Andr.in cap.1.num.10.de his qui feud.dar. poss. neque (etiam tali vitio circumscripto)potuisset Imperator
28 in re non sua alicui præiudicare, si enim vbi adest potestas non tamen præsumitur Imperatorem quicquam facere in præiudicium tertij,ex regul. l.2. §.meritò, & §. si quis à Principe ff. ne quid in loco publico,cum cœteris iuribus, quibus circa facti speciem,de qua nunc agimus vtitur glos.in dicta l.authoritatem; Multò minus voluit alicui præiudicare respectù Plumbini ab Imperio exempti, & quatenus Appiani se submiserunt potuit Imperator illos in vaxallos recipere, & disponere circa statum tamquam ab eis possessum, Verumtamen,quo ad successores veri Domini liberi, & exempti,qui nunquam recognouit Imperium nec potuit quidem, nec voluit illis modo aliquo præiudicare.

Quibus omnibus concinnunt tradita per Menoch.de recuperand.possess.remed. 10.num. 38. cum sequentibus, & latè per Curt.in tract feud.in 2.part. sub tit. de laycis,qui feud.dar.poss. in 3. concl. vbi affert Bal.in l.1.in princip. C.de carbon.ædict.& in l.fin. C.si contr. ius, vel vtil.publ.Alexan.in cons. 1.col.6.vol.5. & alios,vt ibi per eum, quoniam ex tali rescripto nullo,& per obreptionem impetrato potius augetur, quam minuitur mala fides; Et cum notorium sit in Iure, quod talis violenta possessio non potest per rescriptum Principis confirmari, se-
29 quitur,vt nihil proficiat talis titulus, cui ius resistit,ita Bart.in l.sed si lege § scire ff.de petit.hæred. est tex. in l.nunquam ff.de vsucap.quem Paul. ità summat, vt præscriptio non inchoetur, vbi præscribens sciebat non valere contractum,tradit Alexand. consil.121. viso themate column. quarta num.11. cum sequent. In quibus declarat, nec etiam in hoc prodesse errorem iuris, de quo est tex. in l. iuris ignorantia ff. de iuris, & factis ignor.Oldrad.cons.69.colu.3. vers. non obstat,& latè Balb.in repetit. l. celsus ff. de vsucap.num.17. & 18. quæ repetitio est impressa post eius tractatum de præscript. Non omittendo, quod dum ex vitio dictæ tyrannidis probatū est Appianos debere succumbere quamuis essent in possessione,multò minus
30 audiri debent dum eandem possessionem petunt sibi restitui,ex l.si quis emptionis C.de præscript.30.annorum, docet Oldrad.in d.cons.69.col.3.vers.nec potest Ripa,Ias.& Zas. in l. naturaliter in §. nihil commune ff.de acq.poss.

Sequitur ergo,quod dum ex omnibus supradictis talis violenta detentio,& tales inuestituræ Gambacurtis non præiudicant recurrunt ad ius commune,iuxta quod per supradictam electionem ille
31 Andreas, & eius Prosapia fuit insimul virtualiter electa sicut subsequutus est Petrus eius filius in eodem dominio, & paulò post ad idem dominium fuit reuocatus Ioannes filius Gerardi fratris dicti Petri, prout scribunt Petrus Boninsegna lib.4.fol.800.& 801. Leonar. Aret.lib. 13.fol.226.Diuus Antoninus titul.22. cap.4.tomo 3.Ammiratus de Familia Gambacurta, Hieron.Henig.Germanus genealogicarum trabellarum tomo 4.& sic reliqui semper durante ea Prosapia succedere debent,vt per Oldr.in consil. 94.col.3.& 4. vbi declarat, quod sicut expedit gubernationem reduci ad vnū, Ità vno electo ad confusiones,factionesque in sequentibus electionibus euitandas magis expedit, vt eiusdem electio suam quoque Prosapiam contineat,pro vt Regi Ptolomeo responsum protulit vnus ex septuaginta duobus Interpretibus ab Hierusalem illuc missis pro Sacræ Bibliæ versione sicut refert Aristeus in hac historia per eum descripta,cuius me-

minit

minit August. de Ciuit. Dei lib. 4. & Ioseph de Antiquit. Iudaic. lib. 12. cap. 2. & sic est vsus communior in toto mundo, quæ maior vtilitas, & vsus communior, sic declarant electionem, vt vno electo insimul sua Prosapia electa sit, prout concludit ipse Oldrad. & sequitur latè Francisc. Vasq. in lib. 2. contr. illustr. cap. 82. num. 6. & Couarr. practic. quæstion. cap. 1. num. 4. qui cœteros cumulant, Declarant autem vocari Prosapiam de primogenito in primogenitum per exclusionem reliquorum, qui ne dignitas diuidatur cum incommoda vaxallorum gubernatione, & iustitiæ administratione non possunt eodem tempore concurrere, quod etiam declarat Andr. in const. vt de successionibus, & Camer. in l. Imperialem fo. 99. col. 4. & latissimè Tiraq. de iure primog. in præf. num. 3. & ferè per totam.

Hoc enim generale est, quod dispostia in aliquem compræhendunt eius hæredes,
32 ex regula tex. in l. si pactum ff. de prob. cum latè cumulatis per Dec. in consil. 262. colu. 2. qui hæredes intelliguntur iuxta rei naturam, vt ibi glos. & Doctor. declarant, & quia in Principatibus, & alijs feudis de natura rei veniunt solum hæredes sanguinis cap. 1. vbi Andr. Aluarot. & Cardinal. de duob. fratrib. de benefic. inuestit. Ideò illi solum intelliguntur prospecti, & ex eadem prima electione sunt vocati, quod magis paret,
33 quia Appiani intrussi in locum Dominorum de Gambacurtis (quamuis tyrannicè, vt dictum est) tamen eorum vicem de facto obtinentes eadem dominia ad
34 successores passim trāstulerunt, qui præsens status, & conditio rei talem demonstrat fuisse originem, prout in electione Principum tradit specificè Alphons. de Castr. in tract. de potest. leg. pen. lib. 1. c. 1. quem sequitur Franc. Vasq. in lib. 1. contro. illust. c. 57. nu. 9. & 10. & affert glo. in l. cum res C. de prob. & latè Boer. in dec. 42. & sicut pluries dictum est fuit hoc habitum pro notorio per Regem Alphonsum I. qui Gambacurtis benignissimè opem tulisset si Status rerum eo tempore eadē permisisset ad eorum beneficium per Alphonsum perfici, quæ benignissimè proposuerat, nunc vero cū eadem occasio valdè commodius corā Rege Catholico præsentetur docet Io. Antonius ipsum esse primogenitum ex descendentibus Petri Andreæ filij, & cō sequenter Appianis exclusis omni iure ad pristinū Plumbini statum esse restiruē dum; à quo vero, & qualiter in sequenti capite discutiemus.

Ad quartū ergo caput progredientes oportet prius Catholicū humiliter deprecari vt qualia sint cuiusq. iura certiorari non dedignetur; Si .n. Gambacurta non iuri nititur frustrà vlteriùs progrederemur; Si verò ius fouet sequitur, vt oporteat illud non ab alio quam ab ipso Catholico impetrare.

Tria namq; & non alia sunt media, quæ sibi ad ius suum obtinendum offeruntur; Primò, vt eum vi repellat; Secundò, vt Cæsarem adeat; Tertio, vt Catholicum deprecetur; vis contra vim inferentem
35 iusta est, & proindè licuisset omni tēpore Appianos per vim expellere, ex traditis in l. vt vim de iust. & iur. per Abb. in c. fin. de ord. cognit. per Rub. in §. nihil comune nu. 258. per Vasqu. controu. illustr. lib. 2. cap. 82. per Menoch. de recupe. poss. in 1. remed. n. 385. sed hęc priuatis aduersus Principes est impossibilis; Hoc verò tempore impossibilior, quo
36 idē Rex potentissimus qui res Italas armis tuetur moribus ornat legibus emendat, non vtiq; publica commoda, & quietē armis sineret perturbari, & hac de re inter hos anfructus arces illas tuetur futuro Domino pacificè dimictendas.

Imperatorem adhire esset suemet præten-
37 sioni contradicere, quæ pro Basi habet Pisanæ Reip. libertatē; quamobrē si Cæsarum iurisdictio admictitur ante Appianā submissionē confunditur illa libertas, cuius vigore, & non aliter potuit in sui Dominū Andreā de Cambacurta, eiusq;

Ccc pro-

Prosapiam deligere sicut superiùs sub 3. cap. dictum est; si verò admictitur, quia spontè Iacobus quartus Appianus Impe rio se submisit, iam fateremur alicuius momenti esse gesta Appianorum, quos detentores iniustos expellendos esse contendimus, nec vllo tẽpore in hoc sta tu quicquam disponere potuisse; neque vllo modo obtinere potest Io. Anton. nisi inhærens primææ illi electioni ab Imperio exemptæ, priusquam Appiani statum inuaderent, quem postea Imperio submiserunt, quare dum causa principa lis est inseparabilis à causa iurisdictionis neutram potest cognoscere Imperator, quia iudicaret in causa propria, ita post Inn. Bald. & alios tradit Alex. in cons. 1. nu 9. vol. 5.

Reliquum ergo est solummodo ad Cattholici pedes confugere, qui poterit omni iure ius sibi competens ministrare.

Primo, quia si verum est, nec posse Io. Ant. ius suum consequi per se ipsum, neque mediantibus alijs quibusuis psonis, siuè Gregarijs, siuè Principibus, consequens fit, vt ad ipsum Regem opem ferre nunc

38 spectet, qui solus opem ferre nunc põt, prout ex ordine charitatis post Augustinum, & alios tradunt D. Thom. in 2. 2. q. 32. art. 1. & 2. & q. 33. art. 5. & q. 71. art. 1. vbi Caiet. Magist. sent. lib. 4. dist. 15 q. 2. & ibi ẽt Thom. & Petr. de Palud. Archid. Flor. in 2. part. tit. 1. cap. 24. Couar. pract. qq. c. 6. num. 1. & 4. Sot. de iust. & iur. lib. 5. q 8. art. 1. Syluest. in sua summ. in verb. Aduocatus q. 28. Nec obstat illos de Gambacurta spoliatos eo tempore non esse vassallos; Nam præfati declarant concurrentibus requisitis prædictis præceptum Charitatis intelligi respectù omnium sicut ad Galat. vlt. operemur bonum ad omnes, & dum præsens Io. Anton. hoc tempore à solo Rege ius suum consequi potest, affert sententiam Augustini in primo de Doctrin. Christian. dicentis, quod cum omnibus prodesse nòn possumus, his potissimum consulendum est, qui pro locorum, & temporum oportunitatibus tibi quasi quadam sorte iunguntur.

Secundo, hæc fortiùs procedunt ad beneficium Io. Antonij, qui iam est vassallus sicut, & fuere eius progenitores per annos ferè bis centum semper egregiæ, & huic Cattholico inuictissimo, & præde-

39 cessoribus pro tempore inseruientes; Quod si oppressorum subleuatio proprium est Regium munus cap. Regum 23. quæst. 1. multò magis ad se spectabit suorum defensio vassallorum, ex late traditis per Afflict. in decisi. 2. & 24. & per Couarr. pract. quæst. cap. 35. Atque eò

40 magis dum Rex, & propriè, & prædecessorum est promissionis obseruantissimus, vt per Bald. in rubr. de const. Princip. & in l. si paciscenda C. de pact. Et Principibus adaptari verbum illud semel loquutus est Deus, tradit Decius in l. Nemo potest de reg. iur. & in c. 1. de probat. latè Laud. in tract. de Princip. concl. 454. declarans idẽ esse, siuè ad Exterũ fiat promissio, siuè ad vassallũ, & Rip. in suo respons. 15. Diximus aũt qualis circa prædicta fuerit pmissio Alfonsi I. circa annũ Dom. 1448. Nec dicatur, q in hoc ipse Rex Cæsaris iurisdictioni præ iudicaret; nã potius præiuditiũ & grauamẽ auferret, q Imperator à nõ Domino vocatus vero Domino inferri patitur, atq; ita Rex vim passũ benignissimè restitueret, æquissimã prædecessoris volũtatẽ & pmissionem exequeretur, illamque ab Impetio exemptam electionem iustissimè substineret.

Hoc aũt fieri ab Imperatore nõ põt, q tam-

41 quã iurisdictionem nactus ab Appiano põt ius dicere inter eiusdẽ Appiani descẽdẽtes, & successores, nõ aũt respectũ habẽtis iura anteriora ab Imperio exẽpta, ita colligitur ex gl. & ibi Bal. & Aluar. in c. 1. de inuest. in marit. fact. benè Alex. in cons. 79. n. 1. & 2. vol. 1, post Inn. & Bal. in c. cæterum de iudic. vbi ẽt Abb. Imol. Dec. & Barb. Old. in cons. 272. latè Cap. Thol. in dec. 211. nu 4. Iacob. de Beluis. Bal. & Affl. in c. 1. de contr. inter vassall. & alium

& alium de benefic.Capyc. in sua inuestitur.in §. feudorum iuditia Mocius de natur.feudor.quæst.11.limit.1. Rosent. in tract.de feud.par.2.conclus.12.nu.3. & ibi Addit.lit. A. Landerch. in eodem tract.par.10.section.2. num. 1. Mysing. obseru.99.num.4.cent.1. Marian.Socc. in cap.ex transmissa nu.34.de foro com peten.benè Zas.in cons.8. libr. secundo num.13.

Nec poteſt dicere Imperator hanc decisionem suæ iurisdictionis exclusiuam spe-
42 ctare ad eandem suam Cœsaream Maiestatem,ex regula l.2.ff.si quis in ius vo cat.non ierit, & in cap. cum personæ de priuileg.in 6. Nam cessant hæc dum causa principalis eadem est cum articulo iurisdictionis,vt supra diximus, Et nunc addimus hoc tanto magis procedere, vbi iurisdictio afferret commodum iudicanti,puta quia quæritur num aliquis sit subiectus,ita Innoc.in cap. ex parte lo primo,de verbor.significat. Alex.in dict.cons.1.num.10.volum.5.Anton.de Butr.in cap.cœterum de iudic. col.6. in vers.Dic ergo. Idque specificè cadit in casu nostro in quo defendimus Plumbini Statum non esse sub Cœsaris iurisdictione , & vlterius illa regula procedit, vbi iurisdictio ordinaria comprehenderet illum,qui se dicit exemptum ex priuilegio,sed in casu nostro nulla adest iurisdictio, nec respectu personæ, nec respectu rei quatenus prætenditur ex iuribus ante Appianorum submissionem , & sic procedunt alia supradicta præsertim per Cappell.Tholosan. in dicta dec. 211.num.2.& 3.& per Zas.in dict.cons. 8.& certè respectu Status Plumbini ab aliquo fortè prætensi nullam vnquam iurisdictionem exercuit Imperator , nec casus accidit, Imò casus particularis , ex homicidio in personam Alexandri patris Iacobi septimi,nunc defuncti fuit co gnitus per gloriosissimum Phyluppum Secundum Cattholici nostri genitorem
43 quod quidem exercitium iurisdictionis, quamuis in vno articulo denotat iurisdictionem integram retineri, vt per Bar in l.Hostes num.4.ff.cap. & postlim. reuers.

Et sic fortius casus noster,qui præsupponit omnimodam exclusionem Imperij cognosci debet ab ipso Cattholico,qui fuit
44 vltimus cognitionem exercens in casu præsertim magis dubitabili , vt sic, iudicandi possessio continuetur per eundem,qui nouissimè iudicauit , iuxta tradita per Capyc.in dec.13. & in dec. 55. & hoc etiam vbi ius resisteret per tex.in cap.ex literis de restitut.spoliat.& in l.1 vbi glo.C.vnde vi Innoc.in cap. cum venissent de in integ.restit.col.4.vers.item nota,Abb.in cap. 1.colum.1. vt lit.pendent.Capyc.in dec.189.col.2.& 3.Couarr.practic.quæstion.cap.17. & variar. resolut.lib.1.cap.item 17.& lib.3.cap.5 col.11.& per Reg.de Pont.in dec.4.nu. 1.& 2.& 37.

Tantò magis,quia ipsa Regis nostri iurisdictio non habet iuris resistentiam , imò potius assistentiam,nam ante Appianam submissionem , quæ fuit in anno 1502. præcesserat Appianorum deditio in pro
45 tectionem Alphonsi cum expræssione , quod Plumbini Statum, eiusque possessores protegeret,illi autem , & Alphonso,& successoribus Regibus Neapolitanis vasum aureum valoris florenorum quingentorum quot annis traderent,ita Volaterran. lib. 5. Zurita in annalibus Aragonensibus part. 3.lib. 15.cap.81.& Ioan. Baptista Carrafa in Historia Regni Neapolitani lib.8. Idque in ann.1451. triennio post sæpè recensitam promissionem,quam circa annum 1448.ab eodem Rege obtinuerat Gambacurta sic fortè eidem Regi adhærentes,vt ex hoc ipse Rex minus enixè Gambacurtarum Partes contra Appianos protegeret . Quid autem postea cum successoribus Regibus actum sit mihi , hucusque notū non est,sed est res notissima, quod cum Alphonso contractum fuit nomine Di-
46 gnitatis,tamquam Rege Neapolitanorum,vndè ad successores ius omne trans-

fertur actiuè, siue passiuè l. iuris gentium §. pactorum autem, vbi Doctor. ff. de pact. & in cap. quoniam, Abbas de offi. deleg. latè Gaspar. de Agnasc. in sua Repub. cap. 7. fol. 63. Et sic Carolus V. Cæ-
47 sar inuictissimus in anno 1553. suum præsidium in eo statu retinuit, & nouissimè conuentiones cum Philippo II. declarant, & sic obseruatur, vt Reges Neapolitani ibi retineant præsidia ad eorum libitum, ac Plumbinenses defeudant, illique Regibus, aut pro amicis, aut contra inimicos ad eorum nutum præsto sint, & arces retinent, nouasque construunt, & sicut diximus contra Alexandri Appiani occisorem iudicialiter cognouerunt.

Scio quidem æqualem fœderationem non inducere iurisdictionem, sicut post Ciceronē in sua Oratione pro Cornelio Bal-
48 bo docet Iurisc. in l. non dubito ff. de capt. & postlim. reuers. & de protectione idem inquit Summus Pontifex in cap. ex parte, lo secondo, & in cap. recepimus de priuileg. sed non huiusmodi est casus noster; siquidem protectio aliquā-
49 do sumitur impropriè pro appellatione, vt in cap. ad audientiam de Appell. & nihil ad rem, de qua agimus; Aliquando habens Iudicem ordinarium suscipitur in protectionem à Superiore illius ordinarij, & similiter nihil ad rem, sed procedunt præfati tex. in cap. ex parte, & in cap. recepimus, vbi gloss. declarant talem protectionem ad nihilum in effectu deseruire, sicut confirmationes in
50 forma communi; Aliquando, & tertio contrahitur fęderatio inter populos, vel Principes liberos, in quo si quid specificè paciscitur sicut pluries in historijs legimus, illud quidem iure fęderis est seruandum, sed fędus ipsum suaptè natura obseruantem, fidelemq; amicitiam continet non subiectionem, & si fortè protectio, aut aliud tale verbum obsequiosum inferitur ob maioris obseruantiam, hoc quidem denotat alterum superiorē alterum inferiorem, non autem, vt intelligatur; hunc alterum inferiorem non esse liberum, sic perbellè declarat Iurisc. in d. l. non dubito.

In qua ponderandum est, quod inter subditos æquales non reperitur nexus aliquis nominatim vsu receptus, vel legi-
51 bus comprobatus, quod si duo pluresuè talem nexum amicabilem contrahunt tunc non lege aliqua præcepriua, sed ex decentia submittuntur præceptis de amicitia, traditis per Aristo. in 8. Aethic. per Cicer. in suo libello de amicit. & in lib. 1. offic. per expositores ad Homer. in lib. 8. Odiss. in vltimis versib. & per D. Thom. in secunda secundæ quæstio. 23. art. 1. & 3. & quæst. 25. art. 3. & 4. & q. 27. & multos effectus amicitiæ congerit Tiraquell. de pæn. temper. aut remitt. causa 22. sed inter subditos inæquales frequens erat nexus ille patronatus, & clientele, cuius meminit Iurisc. (licet ibi non ita per glo. intelligatur) in dict. l. nō dubito, & in l. si verò plures ff. de his qui deiecer. vel effunder. in l. sed, & clientes ff. de vsu, & habitat. & in l. 3. C. de noua. & hi quidem inquit ibi iurisc. quod licet valdè inferiores tamen liberi perma-
52 nebant, & hoc meritò tam respectū verè seruitutis, in quam incidere non poterant ex contractu, nisi spontè venundati ad pretium participandum, vel aliter, vt in §. serui autem instit. de iur. personar.
53 quam respectū subiectionis ex Iurisdictione, quæ non cōsubditi permissu, sed solius Principis voluntate exercetur l. more maiorum, vbi glo. ff. de iurisdictio. omn. iud. latè Afflict. in §. ad hæc de pace iuram. firmand. & in cap. 1. quis dicat
54 Dux, Tenebantur autem patroni ad clientum defensionem, & clientes ad nonnulla domi, militieq; pro patronis, vt in Epistola Dolobellæ apud Tullium lib. 9 Familiar. Illosq; legimus apud Liu. Decadis primæ lib. 2. & decad. 4. lib. etiā 2. sed deficientes publica authoritate puniebantur ea lege, quam in hoc Romulus sanxerat, vt late per Dionys. Alicarnass. in libro secundo ab vrbe condit. præfer-

fer-

sertim in præfat. eiusdem libri.

Cœterum nexus ille inter Principes, populosuè liberos si contrahitur inter condignos dicitur fęderatio æqualis, & de
55 hac loquitur Iurisconf. in princ. illius l. non dubito, & proindè Alberic. ibi, & latiùs Pud. hanc fęderationem appellant amicitiam, & societatem, quæ sunt nexus inter pares, vt per Arist. & Ciceron. in locis prædictis, quare ex hac fęderatione, vtriusque partis iurisdictio in nihilo alteratur, occurrente autem alicuius defectione ius est in armis, præter dedecus quod iure gntium ex violato fœdere contraheretur. Si verò inter non æqua-
56 les est fęderatio, tunc fædus est inæquale, Minores enim maioribus protegendos se tradiderunt, quare & adhærentes à præfatis Authoribus nuncupantur. Maiores verò, qui vicissim à minoribus non proteguntur, quid nam est, quod ab eis in huius protectionis recompensam obtineant? Certè aliquando minores ali-
57 quid in signum subiectionis pensitabãt, vt in casu nostro, & propterea oppida simpliciter fœderatorum ab oppidis fęderatorum stipendiarijs seiunxit Plinius de citeriore Hispania loquens in sua naturali Histotia lib. 3. cap. 3. Non enim stipendiarij sunt milites (prout aliqui vulgò opinantur) qui stipendium exigũt, sed sicut censuarij, & tributarij stipendia vel census, aut tributa persoluunt sic apud Cœsarem in commentar. lib. 1. latè Alex. ab Alexandr. dierum gerial. lib. 4. cap. 10. Aliqui tamen non pensitabant, Verùm genericè in omnibus coniunctis
58 non æquali fędere, meminit Iurisc. alteriùs subiectionis, quæ non est seruitus, & sic non illa subiectio, quę debetur à populis iure belli deuictis, liberi enim permanent, & hoc inquit ille text. in 2. parte, & hucusque faciliter intelligitur, sed subnectit aduersatiuam declarantem quid est, quod maioribus ob eorum protectionem ex causa fęderationis debeatur inquiens; At si fiunt apud nos rei ex ciuitatibus fęderatis, in eos condemnatos animaduertimus, quibus verbis similiter clarè explicatur ex illa superioritate in recompensam protectionis exerceri aliquam iurisdictioné, & sic aliquo modo se subijciunt, prout ibi concordant Doctor. omnes, & Roman. in cons. 417. in princ. Geminian. in cons. 81. Angel. in cons. 391. num. 4. Fęlyn. in c. postulasti num. 10. de foro compet. & Cardin. Tusc. pract. concl. tom. 1. concl. 175 & tomo 2. concl. 128. num. 4. & hoc sufficeret ad transferendum in aduersarios onus probandi hunc casum, de quo agimus in ista subiectione non contineri dũ iurisdictio in aliquo casu facit præsumptionem in reliquis, ex doctrina Bart. superius recensita in l hostes num. 4. de capt.

Verùm, vt magis punctualiter text. ille ad casum nostrum inducatur videamus, quę sit hæc iurisdictio, & in quibus casibus exercenda, nam non vniformiter à Doctoribus in eo textu commemoratur, imò aliquorum intelligentia redderet verba illa inutilia; Qua propter adhærę-
59 dum censeo intelligentiæ Iuris consultorum acutissimo Baldo in repetit. l. de quibus ff. de legib. vbi sub num. 25. primo loco intelligit reum fieri lędentem aliquo pacto fæderatum superiorem, quem eo casu non oportet martem experiri sicut in æquo fædere occurreret, sed ex sua superioritate ipse iudicialiter condemnaret, atq; animaduerteret.

Hæc intelligentia oportuna esset ad casum nostrum, in quo Appiani incapaces ausi sunt possessionem occupare non expe-
60 ctato Regis iussu, qui intelligeret, num Status ab eo protectus à iusto prætensore, vel ab iniusto, ab amico, vel ab inimico occuparetur, prout nosse oportere tradunt Gemin. in cons. 81. latè Andr. Siculus in cons. 62. volu. 4. Quare oportuit, vt Regij Ministri Appianos expellerent, illumq; Statum sub Regis præsidio conseruarent, & sic decet eundem Regem ceptum negotium perficere, & totaliter diffinire, cui nam dimictendus sit;

Quæ

Quæ cognitio ab Appianis sic (vt diximus) reis effectis oppugnari non potest, & videntes esse à Catholico cognoscēdos, iam apud eum preces aliquas obtu-
61 lerunt; Similiter oppugnari non potest ab Imperatore, cuius subsequens iurisdictio non præiudicat Regiæ iurisdictioni ex anteriori fœderatione acquisitæ, prout declarat Iun. in c. dilectus n. 3. de Cappel. Monacor.

At verò descendamus ad aliam Baldi intelligentiam, quæ vti amplior ita est verior
62 nempè, vt superior ius reddat omnibus petentibus aduersus fœderatos inferiores, non enim credibile est Maiestatem Romanam ab huiusmodi inferioribus offensam aliquam expectare oportere, vt iurisdictionem exerceat, sed decentius est sub eius protectione viuentes patere omnibus non quidem, vt omnis iurisdictio sit, apud protegentem, vt in hoc, & in alijs multis à subditis segregentur, sed vt pro Maiestate protegentis nemo in illos ius petat, cui non à protegente ius dicatur; sic illum text. intelligendum esse inquit Bald. in dict. nu. 25. eandemque intelligentiam confirmat in authen. sed omninò num. 9. C. ne vxor pro marit. vbi exprimit ex protectione dici fœdus inæquale hanc tribuens iurisdictionem, illumque benè dicere comprobat Fælyn. in cap. proposuisti num. 10. de for. compet. atq; ita semotis conuentionibus, aut priuilegijs præsupponebatur iurisdictio per Remp. Ianuensem in Vrbe Sauonæ fœderatæ, vt per Ruin. in consil. 101. num. 1. volum. 4. cum nonnullis alijs castris, de quibus loquuntur Barr. in cons. 59. Ancharan. in cons. 138. Abb. in cons. 51. & alijs relati per Dec. in cons. 360. nu. 7. & 8.

Et porrò præter hanc verisimillimam condecendentiam, & præter ea quæ ipsi afferunt elicitur hęc intelligentia ex vi verborum, legimus enim vulgarem quidem sed ex optimis Authoribus verborum obseruantissimum Ambrosium Calepinum, quem proindè allegat sæpiùs, & ab eximijs Iurisconsultis in controuersijs verborum præsto haberi tradit Præsid. de Franch. in suis decisionibus. Hic in-
63 quam in verbo Reus affert ad hoc Asconium, Ego verò sic legi putabam vitio impræssoris, & legendum esse Ausoniū, proindeq; hunc perlegi, & nihil in hoc reperij, latebat aūt me Authori ille, qui (sicut postea cognoui) est Asconius Pædianus scriptor Historiarum circa tempora Neronis Imperatoris, cuius meminit Menoch. de arbitr. iudic. lib. 1. q. 2. num 3. Couarr. practic. quæstion. cap. 1. num. 3. & noster literarum, quas huma-
64 nas vocant peritissimus Hieronym. Columm. in recollectione fragmentorum Ennij, sed apud eius insignem Bibliothecam post eius mortem dilaniatam, & apud amicos, & Librarios Neapolitanos librum hunc non valui reperire, ipse verò Calepin. ex Asconio tradit idem esse reum fieri, quod apud Iudicem interrogari, quæ interprætatio nimis confirmat Baldi intelligentiam ad illum tex. dicentem procedere Populum R. aduersus fęderatos illos, qui apud eum rei fierent, idest in iuditium vocarentur.

Sed & Barr. in cons. 25. in princ. lib. 2. de istis adhærentibus, quorum mentio fit
65 in cap. ad Apostolicæ de re iud. in 6. & alibi sæpè dicit esse textum in auth. de hæred. & falcid. in princ. ad cuius intelligentiam, vt appareat illum tex. ad casum nostrum sicut per Bartol. allegatur optimè induci, sciendum est, quod ibi glo. laborat ob contradictionem, quæ videtur inesse inter Carchedoniorum (idē est qđ Carthaginensium) libertatem, & subiectionem eodem tempore ibidem recensitas. Sed Procopius, qui interfuit,
66 & alij narrant qualiter Vandali Italia deuastata Carthagini insedentes per annos nonaginta quinq; Aphricanis Prouincijs imperauerunt, tum Ilderico ipsorum Rege à Gilmerio eius consobrino expulso, hac arrepta occasione Iustinianus, & tum fortè defuncto Persarum Rege Cauada hoste Romanorum acerri-

mo

mo cum Cofrœ eius filio pace inhita è Persia Belisarium reuocauit, qui Africam petens cum valido exercitu Vandalos trimestri prælio expugnauit, Eximiam hanc & ferè miraculo partam victoriam, Pijssimus Princeps Christo Domino, vt par erat, accepto ferens latè recenset in l.1.& 2.C.de offic.præfect.prætor. Sic Romanum Imperium subditos Africanos, quales fuerant septem Prouincijs distinctos ante bellum Vandalicum rehabuit, & secum Vandalos deuictos, qui per annos nonaginta quinque nimis in ijs Prouincijs excreuerant, Ideoque inquit Iustinianus silent Persæ Vandali cũ

67 Mauris obediunt. Porrò Carthaginenses, qui numquam fuere subditi, vt per glo. in verbo antiquam in secundo intellectu, quem Angel. comprobat, & tantę Vrbis memoria conspicuos, & tunc Romanorum partes insequutos fœdere honestauit, quod quidem licet inequale libertatem conseruat, vt in illa l. non dubito, in cuius conformitatẽ inquit Imperator Carchedonios iam libertatem habere, sicut autem Iurisc. subdit aduersatiuam declarantem iurisdictionem aliquo casu exerceri, ità Imperator subdit aduersatiuam inquiens, quamuis sub Romanorum facti Rep. inter subditos habeantur, quæ superioritas specificè est quo ad iurisdictionem exercendam, nam in dict. l. 1. Tribunal Præfecti prætorio Africani in ipsa Vrbe Carthaginis instituitur residendum, Et sic optimè ille tex. præfatam Baldi intelligentiam confirmat.

Qui verò iurisdictionem negant loquuntur in aliquo ex tribus casibus; Primo, vbi fœdus est æquale, prout supra admi-

68 simus; Secundò, vbi quædam specificãtur, & taxantur ita, vt reliqua sint exclusa, vt per Dec. in conf. 360. num. 7. & 8. per Crauett. in conf. 111. per Roland. in conf. 1. num. 47. volum. 2. qui cęteros cumulant, & in casu nostro non modo non adest restrictio, sed potius consignatio arcium denotat dari iurisdictionem, vt latè per Andr. Sicul. in conf. 62. col. 4. volum. 4. Tertiò, non datur iurisdictio in præiudicium alterius, ad quem spectat tempore fœderationis, vt supradictũ est num. 41. & 61. & hoc etiam cessat in casu nostro, etiam si actenderetur, prout actendi non debet submissio Appianorum, dum fęderatio præcessit illam submissionem ad Imperium, penes qđ tunc, neque respectu Appianorum aderat iurisdictio, vndè acquiri potuit, vt iã diximus, & sic procedunt prædicta iura clarissimè inducta, & sic intellecta per Bart. Bald. Fælyn. Bud. & alios, & sic fęderatis quoque, pœnis comminatis, iura

69 dantur in auth. vt neque miles, vbi glo. allegat concordantes, & consequenter dignari potest Catholicus in hoc mandare, quod iustum fuerit.

Non omictendo, quod quatenus Catholica ipsa Maiestas omninò iurisdictione

70 careret (quod iam negauimus) tamen, vt nunc depositarius rei, de qua (dum probauimus Cæsarem adhire non posse) non adest Iudex potest rem sic penes ipsum Catholicum existentem illi dimictere cui deberi cognoscit, ad tradita in clem. 1. de sequestrar. poss. & fruct. Fęlin. in cap. cum Bertoldus de re iudicat. Duar. de sacr. Eccles. lib. 3. cap. 10. Ioan. Coras. & Ioan. de Selua in eorum tract. de benef. ille cap. 6. hic par. 2. q. 9. Rem enim dimictendam oportet illi dimictere, ad quem spectat, & non alij Dimictere autem directè, & non per circuitum, vt per glo. & Doctor. in l. liber homo, la seconda, §. fin. ff. de verborum obligat. latè D. Thom. & ibi Caietan. in secunda secundæ, quæst. 62. art. 6. Et tandem si Catholicus causam cognoscere

71 non dignatur si à Cæsare omninò non est cognoscenda oportet recurrere ad Arbitros text. est in cap. si clericus 11. quæst. 1. tradit Alex. in conf. 79. num. 2. vol. 1. & in consil. 1. volum. quinto, numer. 12. post glo. & Doctor. in cap. pastoralis, & in cap. irrefragabilis §. cęterũ de offic. deleg. Hostiens. & Io. Andr. in

cap.

cap.sanè de foro competent. & tali casu pro sui parte (humillima supplicatione præmissa,nè in audaciam imputetur)eligit Io. Anton. eundem Cattholicum, vel quem Cattholicus dignabitur nuncupare,quod quidem iuditium, prout de Catone testantur Gellius, & Plutarcus, si quis effugeret doceret insimul ius aliquod non fouere.

Deo gratias.

In hoc negotio Excellentissimus Prorex Collateralis sui Consilij accedente voto transmisit ad Cattholicam Maiestatem consultationem,cuius continentiam,& si sci-rē non proferrem Fama fuit continere,vt Cattholicus dignaretur partes suas pro concordia interponere, & proposuisse expediens Gambacurtis vtilē, & honorificum Cattholicus noluit concordia tractatum assumere. Dignatus est tamen de prædictis iuribus certiorari, illaque non indigna iudicauit, quæ ad Cæsarem cum eius literis cōmendatitijs transmicterentur. Dixitque Excellentissimus supremi Italici Senatus Præses Io. Antonium sui Regis iussu Imperialem aulam petentem vitare iam ea præiuditia, quæ spontanea comparitio attulisses, Nolebat enim Rex mitissimus diuturnæ Cæsarum iurisdictioni quicquam decernendo præiudicare. At Io. Antonius exhibitabat tantum adhire Principem, quem neque Plumbini directum Dominum, neque suæ causa competentem Iudicem esse pro necessaria eiusdē causæ defensione asserere oportebat. Atq; inter hæc decessit vir quidem multifariā laudatissimus. Eius heredes,quid in hac re prosequi instituant ignoro.

SVMMARIVM.

1 *Assensus per Dominos Proreges, an potuerit expediri super contractibus inhitis per Marchionem alienantem, vel obligantem feuda, an vero obstent literæ Regiæ expeditæ per Cattholicā Maiestatem in anno 1561. quibus prohibentur Proreges alienationibus exterorum circa feudalia assentire, Et an obstet introscriptum decretum Reg. Cam.*

2 *Prorex vigore suæ potestatis ordinariæ præstat assensum respectu omnium, in omnibus contractibus circa feudalia ex rationibus per Iserniam recensitis.*

3 *Prorex in præsenti Regno habet potestatem sibi specialiter attributam per Cattholicam Maiestatem assentiendi,quibuscumq; contractibus circa feudalia, præter Nouem casus expressos in Reg. Prag. ædita de anno 1531.*

4 *Constitutiones nouæ quomodo,& quando ligare incipiunt, & quomodo promulgantur de iure communi,& de stylo huius Regni.*

Et quid si sunt redactæ in corpore iuris impressi, licet non fuerint publicatæ, num.8.

5 *Prouisiones circa negotia huius Regni in Regia Curia expeditæ sunt executoriandę infrà annum,alias nullius sunt roboris.*

6 *Pragmatica edita sunt inuiolabiliter, seruandæ etiam contra ipsum fiscum.*

7 *Assensus semper est gratia, & etiam in quibusdam casibus in quibus Rex tenetur assentire intelligitur teneri de congruo,& non de rigore iustitiæ,quare assensum denegare non est iniustitiam inferre.*

8 *Pragmatica non probant nisi concordāt cum originali in archiuo.*

9 *Authentica impressa in libro C. non probant nisi concordant cum originalibus in libro authenticorum ex quo infertur ad consimilia.*

10 *Litera expedita in anno 1561. circa assensus exteris non præstandos videtur quod per multos annos non fuerint in obseruantia.*

11 *Litera expedita die 26. Ianuar. 1561. circa*

circa assensus exteris non præstandos videntur reuocatæ ex gratijs obtentis die 10. Octobris eiusdem anni 1561. De quo vide etiam in sequentibus Allegationibus nu. 20.

ALLEGATIO LII.

Pro aliquibus creditoribus Marchionis Marigliani habentibus assensum ante introscriptam Regiam Dispensationem.

In Dei nomine Amen.



ROCVrator Patrimonij quondam Marchionis Mariliani circa liberationem pretij eiusdem terræ instat prouideri si sunt præferendi creditores, qui obtinuerunt assensum ab Illustrissimis Proregibus post Regiam Dispensationem, vel sunt præferendi alij creditores, iuxta ordinem temporis, qui obtinuerunt assensum ante præfatam Regiam Dispensationem ad hoc, vt depositum non vlterius stet otiosum, idem pro communi beneficio petierunt deputati, & obtinuerunt, vt hic punctus decidatur per Sac. Cons. in Consil. Collater. & pro parte creditorum anteriorum habentium assensum ab Illustrissimis Proregibus ante Regiam Dispensationem porrectæ fuerunt sequentes Doctissimorum Aduocatorum Allegationes, quas post causam decisam habui, & sunt sequentes.

Inter creditores Marchionis Mariliani contigit dubitari, An assensus expediti in forma Regiæ Cancellariæ super obligatione feudalium ad beneficium credito-
1 rum pro præterito, vsque ad diem 16. Decembris 1589 sint de iure validi, itaquod sortiri debeant effectũ, & rationẽ dubitandi præbet decretum Regiæ Cameræ Summariæ sub die prædicto, accedente voto Collateralis Consilij, quo fuit prouisum, & decretum assensum petitum per marchionem pro obligationibus, & alienationibus bonorum feudalium non esse præstandum per Illustrissimum Dominum Proregem, & obstare dicto Marchioni literas expeditas per Suam Maiestatem olim die 26. Ianuarij 1561. Dum itaque Regia Camera, & Regium Collaterale Consilium declarant obstare Marchioni literas expeditas die 26. Ianuarij 1561. quibus mandat Cattholica Maiestas, quod Prorex non præstet assensum in alienatione feudalium, quæ possident in Regno exteri, qui non sunt vassalli, nec subditi, ergo prædictæ concessiones factæ post datam literarum de anno 1561. non tenẽt sed hæc quæ opponuntur sunt friuola, & penitus non obstant ex sequentibus verissimis in Iure assumptis.

Primum, quod Illustrissimus Dominus Pro-
2 rex Vicarius Regis authoritate ordinaria præstat assensum omnibus obligationibus, & alienationibus bonorum feudalium, vt probat Isern. latè in cap. Imperialem num. 12. & 13. de prohibit. feud. alien. per Feder. & affert rationes. Prima, quod subditi non debent quærere Regẽ extra Regnum pro obtinendo assensu. Secunda, quod dum Rex constituit Vicarium, debet clarè, & specificè loqui, & non decipere subditos, & imputet sibi, qui non prohibuit ea, quæ noluit concedere, & concedendo, merum, & mixtum imperium concessit, quod maius est, quã assentire, sequitur Capyc. in repetit. d. cap. Imperialem fol. 29. ubi Andr. prosequendo suum tractatum, cum sequent. latissimè per tex. in l. prima C. de his, qui ven. ætat. vbi dicitur, non debet quis decipi sub Clypeo priuilegij generalis legalis, sequitur etiam Cam. ibid. f. 76. lit. Q. & fol. 77. lit. F. & 78 lit. S.

Et in Regno nullam habet difficultatem,
3 quod Dominus Prorex potest assensum

Ddd præ-

præstare in hoc,& in omnibus alijs casibus præter nouem,q; declarauit Cattholica Maiestas in Regia Pragmatica ædita anno 1531.quæ incipit, Carolus Quintus pragmat.9.in nouissimis,vbi legitur. Concedimus,vt nostris vice, & nomine possint, & valeant quibuscunque alienationibus,venditionibus, & obligationibus super bonis feudalibus faciendis, his tamen exceptis assensum præstare, & excipit tantum nouem casus, inter quos exceptuatos casus, non numeratur iste, vt non possit assentire, dùm exteri contrahunt super ipsorum feudis; Immò censetur inclusus,ratio est,quia exceptio firmat regulam in alijs casibus non exceptuatis, probat tex.in l. quæsitum §. denique ff.de fund. instruct. & instrum. legat. vbi Bartol. notat. & in authent. de non alienan.§. vt autem, vbi glos. & Bartol.in l.legata in utiliter de legat.primo in princip.& Bart.in fin. not.& de testament.militum l. tribunus §.final. & latè per Dec.in l. prima num. vigesimo primo de regul.iur.vbi affert omnes, ex quo apparet expræsse fuisse Proregibus permissum, vt assensum præstent etiam in hoc casu, & per consequens subditi erant ex iuris dispositione certi, Proregem potuisse assentire in his casibus,meritò assensus impetrati, & concessi validi iudicandi sunt.

Secundum, quando Catthplica Maiestas
4 voluit per nouam Constitutionem limitare,& restringere Proregum potestatē, vt non præstent assensum super contractibus exterorum feuda possidentium in Regno,& quod subditi adirent Catholicam Maiestatem pro assensu, erat hæc noua constitutio, & limitatio subditis publicanda,alias non ligat subditos, vt teneantur adire Regem, & eum quærere extra Regnum, nam noua constitutio non ligat, nisi à die publicationis, post duos menses,nisi aliter in ipsa publicatione expræsse statuitur, vt est text. expressus in authent.vt factæ nouæ constitutiones,post insinuationes earum, post duos menses valeant in rubr.& in nigro in princip. ibi, Sancimus ex illo nostras constitutiones valere, ex quo in commune factæ sunt manifestæ,& in sequen.ibi,Sancimus si scripta fuerit huiusmodi lex,hanc post duos menses dati ei temporis valere,& in Repub. tractari, & Bart.ibi not.num.1.& 4.& sequitur Angel.in princip.& glos.in cap.2.de const. in verb.ante prohibitionem,& Abb. ibi num.6. cum sequent. & Felyn. num. 7. vbi ampl.& limitat latè, & firmat Isern. de pace tenend.cap.1. & in rubric. quæ sint regal.num.5.ibi,quia lex, postquam est promulgata ligat omnes cum add. ad eum lit.L.vbi affert omnes. Publicatio verò,seù promulgatio legis, quomodo est facienda,declarat tex. in authent. de mandatis Princ.in §.titulos autem, ver.hæc igitur omnia, ibi, & proponas exemplar eorum publicè, non solum in Metropoli; sed etiam in alijs Prouinciæ Ciuitatibus, & Angel. ibidem dicit præconizando; ponendo exemplar in loco publico in Archiuo, prout passim videmus seruari in Regno, vt registrentur in Reg. Cancellaria,vbi seruatur post emanationem,vt subditi habeant certam notitiam,& dum non habent, absurdum est affici damno,& bonis priuari.

Insuper non solum attenta dispositione iuris communis debebant literæ publi-
5 cari, sed etiam ex Regia Pragmatica sub tit.de priuileg. infra annum registrandis data sub die 18.martij 1518.& exequutoriata die 10.Iunij eiusdem, debebant similiter exequutoriari, alias sunt nullę, & nullius roboris,& momenti, dum expræsse dicitur, Statuimus, & ordinamus,vt omnes,& singuli, qui de cætero obtinebunt aliqua priuilegia, Inuestituras,& alias quascumque prouisiones, & literas,& scripturas de negotijs, & rebus ad dictum Regnum,& singulas personas eiusdem, quomodocumque, & qualitercumque spectantibus, teneantur eas præsentare Illustrissimo Proregi, & ex illis ab eo exequutoriales obtinere in-

infra annum à die datæ, & elapso dicto tempore, nullius efficaciæ, & roboris existant, & pro talibus, & vt talia ex nunc, prout ex tunc declaramus, & affert ra-
6 tionem, ne sequantur inconuenientia, & damna Curiæ, & subditis Regni. Hæc Pragmatica debet seruari, etiam contra Regium Fiscum in hoc Regno, probat tex. in constit. Monomachiam, vbi Afft. in 5. not. dicens est tex. rotundus, quod si Rex per Pragmaticam reputauit aliquid iustum, vel iniustum apud suos subditos, illud idem debet Rex in se, & suis rebus reputare iustum, vel iniustum, Iser. in const. fratribus, ibi, hoc satis æquum, & in constit. quamplurium in princip. ibi, alij dicunt, quod sic, & in constit. pacis cultum in fin. ibi, quod in alijs, & in cap. 1. qual. olim pot. feud. alien. §. donare sub num. 6. ibi, lex, vel statutum debet esse æquale, vt liget condentem, iuxta illud, patere legem, quam tu ipse tuleris, & allegat text. in l. nuper C. de natur. liber. & in cap. 1. de consuet. recti feudi, & Loffred. conf. 1. nu.... & Minado. in repet. constit. in aliquibus nu. 21. & sequent. & hoc non habet dubiū, vt sicut Regius Fiscus non posset dicere assensum nullum, ita nec alij subditi particulares, cum litteræ prædictæ datæ 26. Ianuarij 1561. non executoriatæ infra annum, nullius sint momenti, & efficaciæ respectù omnium in Regno, meritò nullum afferre debēt nocumentum, vel impedimentum assensibus concessis post ipsarum expeditionem, seù datam, cùm iuxta stylum Regiæ Cancellariæ passim, & indistinctè omnibus petentibus concessi fuerunt, prout antea consuetū fuerat, nulla habita ratione de literis iā dictis, ac si non essent.

Non obstat prædictum decretum Regij Collateralis Consilij, & Regiæ Cameræ sub die prædicto 16. Decembris 89. quo fuit dictum, assensum petitum non esse
7 præstandum, & obstare literas prædictas, nam assensum præstare est gratia specialis, probat constit. Regni constitutionem diuæ memoriæ, vt probat Cam. in cap. Imperialem fol. 8. lit. K, & fol. 44. lit. I. & fol. 14. lit. F, dicens, quod cum sit gratia. Dominus non tenetur assentire, etiam in illis sex casibus, nisi de congruo eorumdem assensus, semper est gratia, per tex. in constitut. si quis post litem, & per Isern. in cap. 1. de prohibitio. feud. alien. per Loth. & Afflict. in decisi. 398 num. 5. & Loffred. conf. 7. num. 11. & post alios peritissimus Regens Lanarius affirmat sic fuisse iudicatum, etiam quando in concessione feudi adest facultas alienandi assensu Regio reseruato, & in Regno hoc iure vtimur, vt ipse in conf. 25. num. 10. meritò potuit denegari assensus petitus per Marchionem Mariliani dicto anno 1589. quo tempore voluit etiam Dom. Prorex exequutioni demandari literas Regias & sic ab illo die possunt ligare, & non ante ipsarum publicationem, tanto magis, quia Collaterale Consilium poterat etiā declarare assensus pro præterito præstitos, esse reuocandos, & annullandos, non fecit, ergo noluit Iurib. vulg.

Similiter non obstat si diceretur, quod prædictæ literæ sunt iam insertæ in volumine Regiæ Pragmaticæ impræsso in anno 1587. nam ex ipsarum lectura apparet non esse fide dignas, dùm in eis non legitur fuisse exemplatas ab Archiuio Regio, & Registro Pragmaticarum, & Bannorum, prout in omnibus alijs apparet fuisse obseruatum, meritò non est eis credendum, maximè quia etiam, quod sint incorporatæ extrauagantes, & redactæ ad corpus Iuris non ligant, nisi ante fuerint publicatæ, & manifestatæ, vt firmat Anton. Butr. d. cap. 2. num. 15. & sequitur Fælyn. num. 7. ibi hanc limitationem intellige, & alleg. Roman. conf. 330. num. 18. & post eos Menoch. de arbitr. Iud. cas. 185. num. 27. & probant præalleg. per glo. in proem. clem. in verbo de
9 cœtero, vbi latè Doctores omnes. Sic in simili authenticæ impræsse in lib. C. non probant, nec vim legis obtinent, nisi quā

Ddd 2 do

do cum originalibus, vndè fumuntur concordant, vt post glo. & Barto. firmat Cagnol. in authent. ex causa C. de liber. præter num. 9. & Dec. in authent. præterea in princ. vnde vir, & vxor. & Curt.
10 Iun. ibi num. 2. Et quod non erant in obseruantia literæ iam dictæ post ipsarũ impræssionem apparet ex lectura multorum priuilegiorum assensus concessorum in anno 1587. & sequen. non vtiq. est credendum, quod illi sapientissimi viri, qui regebant Regiam Cancellariam ex certa scientia consultò, & deliberatè voluissent decipere subditos concedendo assensum, si verè non erat concedendus per impedimentum prædictum, & in hoc creditores non debent defraudari sub verbo, & clypeo Regis, cuius Collarerale supremum Consilium semper, quod iustum, & honestum, & possibile est, concedere solet, & studet Regis præceptis obtemperare, & nõ decipere subditos.

Vltimò, erit aduertendum quod prædictæ literæ datæ die 26. Ianuarij 1561. verè
11 fuerunt derogatæ per eandem Catholicam Maiestatem ad supplicationem Ciuitatis, & Regni in concessione priuilegiorum, & gratiarum data Madritij die 10. Octobris 1561. vt legitur in cap. 4. vbi dicitur suas vices Proregi præsenti, & futuris defert, quatenus Regiæ, & Catholicæ Maiestatis nomine assensus impartiri, atque concedere possint venditionibus, obligationibus, permutationibus, hypothecis, & alijs alienationibus faciendis super Ciuitatibus, quibusuis terris, locis, Castris, alijsque bonis feudalibus, tàm titularis, quam magni momenti, &c. Et subdit, firma tamen remanente, quò ad alia capita, Pragmatica ædita anno 1531. & dictæ gratiæ, & concessiones fuerunt executoriatæ diæ 11. Martij 1562. ex generali concessione prædicta, dum includit omnes casus obligationis feudorum, & non excipit de feubis exterorum, sed restringit, & limitat pragmat. anni 1531. & eam quò ad alia confirmat, nulli dubium est, quod inclusit, & hunc casum, vt possint assentire Proreges in contractibus exterorũ, per ea, quæ supradicta sunt, vt exceptio firmet regulam.

Et in libro Capitulorum, & gratiarum impræsso Venetijs, ad instantiam Nicolai de Boctis anno 1588. legitur, vt supra fol. mihi 166. & 167. ex quo liquet, qđ hoc capitulum quartum impræssum in libro pragmaticarum impræss. 1598. de feud. pragmat. 17. vt diuersum, & separatum ponitur, sub data Toleti die 15. Octobris 1560. Et omninò erit dicendũ, quod sunt diuersæ concessiones, hæc 1. Toleti die 15. Octobris 1560. 2. prædicta data Madritij die 10. Octobris 1561. & sic tollitur omnis difficultas, & dubiũ, ita ꝙ omni Iure validi, & firmi debeant remanere, & iudicari omnes assensus cõcessi. & impetrati, vsq; ad prædictum diẽ 16. Decemb. 1598.

Deo Gratias.

Euentus legitur in Allegatione sequenti.

SVMMARIVM.

1 *Assensus non præstantur in contractibus exterorum circa bonorum feudalium alienationes, & hoc ex prohibitione Catholicæ Maiestatis in eius literis expeditis die 26. Ianuar. 1561.*

2 *Voluntas apud Superiores non præsumitur circa ea, quæ de iure non possunt, sed talia agendo præsumuntur decepti, & circumuenti.*

3 *Assensus exteris (vbi exteros fuisse constabat) denegati semper fuerunt tacitè, & expræssè.*

4 *Assensum non esse præstandum aliquibus exteris tamquam comprehensis in prohibitione literarum expeditarum per Catholicam Maiestatem de anno 1561. decisum fuit per Reg. Cam. in Collater. Consil.*

5 Ci-

5 *Ciuilitas Neapolitana aliquando concesſa,& reuocata alicui.*

6 *Diſpenſatio ad beneficium Marchionis* Martliani *de anno* 1590. *loquitur ſolummodo pro contractibus futuris.*

7 *Decepti ſatius eſt, vt remaneant, qui decipere voluerunt, quam qui bonis rationibus confiſi contraxerunt.*

8 Pragmatica *quod prouiſiones in Regia Curia expedita præſententur, & executoriari in hoc Regno curentur infra annum locum non habet in Regijs prouiſionibus proprio motu expeditis, nam ceſſant ratio, & verba* Pragmaticæ.

9 P*erſona loquentis in ſermone quamuis generali non comprahenditur.*

10 *Ratione vnica diſpoſitionis ceſſante ceſſat diſpoſitio.*

11 *Conſtitutiones noua ad hoc, vt ligent oportet eas publicari, iuxta formam iuris, ſecus autem quo ad ordinationes tribuentes, vel adimentes aliquam poteſtatem, & quæ ſit ratio differentiæ.*

12 *Conditionem ſcire tenemur illorum, cum quibus negotiamur.*

13 P*oteſtatem circa id, quod negotiamur habere quempiam, vel non habere ſcire tenemur, neque ignorantia in hoc excuſat.*

14 *Ignorantia eſt minus excuſabilis circa id quod numquam fuit, quam circa id quod aliquando fuit, & eſſe deſijt.*

15 *Litera Regia expedita in anno* 1561. *circa aſſenſus exteris non præſtandos fuerunt ſicut Alia huiuſmodi deſcripta in publicis Archiuis Regiæ Cancellariæ.*

16 *Actus præſumuntur ita facti, vt valeant.*

17 *Solemnitas intrinſeca præſumitur ſtatim extrinſeca præſumitur accedente curſu decennij.*

18 *Aſſenſus denegati ſemper fuerunt poſt annum* 1561. *vbi cognitum eſt alienãtem eſſe exterum.*

19 *Prohibitio in feudalibus alienationibus poteſt eſſe reſpectu rei, & reſpectu perſonæ.*

20 *Aſſenſus expediri poſſe per Proreges circa bona feudalia in Regijs* Pragmaticis *exceptuata fuit ſæpè petitũ à* Catholica *Maieſtate, & ſæpè conceſſum, Nihil autem fuit vnquam conceſſum, nec petitum circa perſonas alienare prohibitas.*

ALLEGATIO LIII.

At pro creditoribus habentibus aſſenſum poſt Regiam Diſpenſationem ſcripſi in modum qui ſequitur, videlicet.

In Dei Nomine. Amen.

1 Reditores cum aſſenſu poſt Regiam Diſpenſationem dicunt debere præferri, iam quòd aſſenſus per prius expediti ſunt nulli ex defectu poteſtatis ſtante Regia prohibitione ſub die 26. Ianuarij 1561. quæ eſt in proceſſu, & in volum. Pragmaticarum ſub titu. de feudis in pragmat. 17. Et licet videatur loqui ſolum de alienationibus, tamen compræhendit etiam obligationes, tum quia obligatio vna, vel plures poſſunt abſorbere valorem feudi, adeò quod eo reddito inutili apud exterum idem ſit, ac ſi illud exterus non haberet; tum etiam quia ex obligatione feudi cum aſſenſu peruenitur ad neceſſariam venditionem eiuſdem feudi, & ita per indirectum Regis prohibitio fruſtraretur l. 1. in princ. & l. ſi pupillorum ff. de reb. eorum, & obſeruari ſtrictius in feudis declarat Camerar. in l. Imperialem fol. 45. lit. E.

Quæ prohibitio operatur, vt non ſolum ſint aſſenſus nulli ex defectu poteſtatis,

2 ſed ſunt etiam nulli ex defectu voluntatis,

tis, nemo enim credet Proreges Excellentissimos voluisse etiam cum Collaterali Consilio assentire contra voluntatē Catholicæ Maiestatis extra potestatem ipsis concessam, ad tradita in cap. nimis praua de excess. prælat. & declarat Bart. in const. ad reprimendum in verbo videbitur; sed culpa erat porrigentium memorialia, in quibus non exprimebant disponentes esse exteros, nec Prorex, eiusque Consilium Collaterale poterāt diuinare quemquam subreptitiè petere, id quod à Rege interdicebatur, si enim fuisset expressum, quod assensus petentes erant exteri sine dubio fuissent denegati, vndè remanet nullitas ex defectu potestatis, & etiam voluntatis.

Sed in casu nostro non oportet amplius de hoc differere cum hoc in specie fue-
3 rit decisum tacitè, & expræssè; Tacitè fuit decisum, nàm cum primum aliquis ex Dominis Regentibus aduertit Marchionem esse exterum, assensus fuerunt passim denegati, prout asserit idem Marchio f.24.

Expræssè fuit decisum, nam in anno 1589. cum petierit Marchio præstari assensus
4 per sententiam Regiæ Cameræ, vnà cum Collaterali Consilio decernitur ipsum compræhendi in præfata prohibitione Catholicæ Maiestatis, & propterea assensus non esse præstandos.

Ex lectura cuius sententiæ apparet fuisse discussas, & reiectas difficultates, quæ nunc iterum proponuntur, sicut in eodem anno 1589. fuit lata alia sententia per Regiam Cameram, vbi non obstante venditione illorum introituum facta per Antonium Spinolam cum assensu Proregis decernitur illos introitus ad huc extare in dominio ipsius Antonij stante nullitate assensus ob præfatam Regiam prohibitionem; Adeò quod vtraq; sententia non voluit decidere causam in specie, sed punctum in genere.

Nec obstat ciuilitas Neapolitana obtenta
5 per Marchionem de Mense Iunij 1576. nam fuit reuocata in sequenti mense Ianuarij 1577. De qua reuocatione fit mentio in corpore ipsius sententiæ latæ de anno 1589.

Verum est, quod postea ipse Marchio impetrauit licentiam à Catholica Maiestate per quam dispensatur Proregibus assentire, non obstante prohibitione, & hoc de mense Iulij 1590. Verum dispen-
6 satio, non loquitur de validandis assensibus præteritis, sed est solum limitata pro assensibus futuris, & ex tunc in antea expediendis; Vndè aliqui ex illis qui habebant præcedentes assensus inualidos obtinuerunt illos iterum expediri post Regiam Dispensationem, & de illis non dubitamus.

Sed reliquos habentes assensus inualidos defendimus non posse concurrere cum
7 habentibus assensus validos, & dum Aduocati ex aduerso considerant, quod tot creditores remanebunt decepti sub assensibus iam per Proreges expeditis, respondetur melius esse, vt decepti remaneant creditores illi, qui Proreges decipiebant tacendo qualitatem impeditiuā, nempè debitorem esse exterum, quam si deciperentur alij, qui Regijs literis, & Regiorum Tribunalium sententijs inhærentes, ideò cum Marchione contraxerunt, quia sciebant non extare creditores anteriores, sed ex tunc in antea posse obligari feuda ad beneficium ipsorum, quod per prius non poterat ex prohibitione, & sententijs prædictis.

Qua de re non oportet respondere ad difficultates propositas per partem aduersam, quia esset redire ad iustitiam huius articuli iam sollemniter decisi, & nihilominus ex abundanti attingam responsionem, ad ea quæ nunc opponuntur; Primo enim dicit Pars aduersa, quod illæ literæ Catholicæ Maiestatis expeditæ de anno 1561. nullum habent vigorem, quia non fuerunt infra annum præsentatæ Proregi, & exequutoriatæ, iuxta ordinem pragmaticæ æditæ de anno 1518 sub tit. de priuileg. infra annum præsentand.

Ad

Ad hoc respondetur, quod illa pragmatica statuit talem formam obseruandam ab illis, qui impetrant Regias prouisiones,
8 & postea non curant illas Proregibus præsentare, vnde Prorex posset facere aliquid in contrarium, & oriri possent similia inconuenientia considerata in prędicta Pragmatica de anno 1518. sed illa Pragmatica non comprahendit, nec cōprahendere potest ordinationes proprio motu emanatas ab ipso Rege; Tum
9 quia in generali sermone semper excipitur persona loquentis l. inquisitio veritatis, vbi Bald. notat C. de solut. l. 1. ff. de senat. l. qui insulam §. fin. vbi glo. ff. loca. latè Dec. in l. si quis iniquum §. si procurator ff. quod quisq. iur. & Ias. in l. frater à fratre in 14. notab. ff. de condit. indeb. Tum etiam, quia in illa pragmatica, nec etiam sermo est generalis, vt in omnibus prouisionibus fiat illa solemnitas impetrandi exequutoriale à Proregibus, sed specialiter fit sermo ad subditos impetrantes prouisiones, quod quidem non est in casu nostro, in quo Rex facit prouisionem generalem proprio motu, & non fuit prouisio particularis impetrata ab aliquo subdito, & in hoc cessat etiam ratio expræssa in illa Pragmatica, quæ est ad hoc vt Proreges habeant notitiam de prouisionibus Regijs ad euitanda incouenientia, quæ oriri possent, si Prorex illas ignoraret, Qua vnica ratione cessā-
10 te cessat dispositio, vt per Tiraquell. in tract. cessente causa num. 144. cessat autem ratio; Nàm illa prouisio Regia dirigebatur pro Curia ad Proregem, sicut iam venit in posse Ducis de Alcalà tunc Proregis, qui fecit eam registrari, & ipse, & successores illam (prout tenebantur) obseruare inuiolabiliter curauerunt sicut, & cęteræ omnes Regiæ prouisiones proprio motu ad Proregem transmissæ sic passim obseruant, absque huiusmodi solemnitate, quæ cessat in talibus prouisionibus proprio motu expeditis, siuè attendamus verba, siuè rationem illius Pragmaticæ, vt dictum est.

Et ex prædictis tollitur alia ponderatio partis, quod illa prouisio non est publicata, iuxta formam traditam in Auth. vt factæ nouæ constit. Nàm respondetur in iure, & in facto, In Iure quidem, quoniā nouas constitutiones diuinare, quis non potest nisi illas inspexerit, & sic requiritur publicatio, quæ commoditatem tribuit legendi, vel inexcusabiles redit non legentes, sed potestas apud quēlibet clarum est, quod non adest, nisi quæ à Principe illi tribuitur, & propterea tenemur inquirere, quæ, & qualis potestas alicui per Principem concessa est. Et consequenter licet in ordinibus, quorum vigore tenemur ad aliquid requiratur pu-
11 blicatio specifica, vel saltim generica, prout declarant Doct. in dict. Authent. tamen, vbi agitur de potestate concessa, vel adempta alicui, cum quo mihi agendum est succedit alia regula, videlicet, quod qui cum aliquo negotiatur scire
12 debet eius conditionem l. qui cum alio ff. de regul. iur. Vndè contrahentes cum Marchione oportebat scire conditionem eius cui ablata erat potestas obligandi feuda sine assensu Regis, & conditionē Proregis cui ablata erat potestas concedendi tales assensus, nec quicquam excusat ignorantia talis potestatis abdicatę
13 textus sunt ad literam in cap. pen. in verb. licet ab ignorantibus de præbend. in 6. hæc enim non dependent ex acceptatione, vel scientia alicuius, sed ex sola voluntate eius, qui potestatem dat, vel adimit, prout declarat Summus Pontifex in cap. dudum §. & quod decretum eodem tit. de præbend. in 6. & est etiam tex. in cap. 1. §. adijciebatur de concess. præbend. in 6. vbi inquit Summus Pontifex irrita esse gesta per illum Prælatum, cui abdicata fuerat potestas licet contrahentes, & Prælatus ipse hoc ignorauerint, quem text. ad hoc affert Lapus in alleg. 130. quæ incipit pro dubij col. fin. vers. ad aliud, & declarat optimè Felyn. in cap. fin. num. 12. de accusat. qui allegat etiam text. in l. si pater ff. de manum.

vindict.vbi glo.in verbo non fit,quæ spe cificat,quando aliquis facit actum tamquam minister,& reliqua iura,& Doctores ad hoc cumulat ipse Fælyn. in dicto cap.fin.de accus.num. 12.& etiam in c. cognoscente colum.4.& 5.de constitur.

Quæ omnia clarius procedunt in casu no-
14 stro in quo non adsunt assensus expediti per illum Proregem, qui aliquando habuit potestatem præstandi tales assensus,& postea sibi talis potestas adempta fuit,sed agimus de assensibus expeditis per Proreges subsequentes, qui stantibus dictis literis antecedentibus, numquam hanc potestatem habuerunt.

In facto etiam clarum est, quod præfatæ literæ Regiæ de more consimilium pro Curia expeditarum fuerunt semper notissimè,descriptæ in publicis registris Cã-
15 cellariæ,vbi quis quis eas legere potest, & exemplare sicut indè exemplatæ fuerunt,& præsentatæ in hac causa, & in alijs processibus, & in pluribus Codicibus sunt impræssæ, quod quidem esset ad modum dedecens,vt Bibliopolæ, vel Doctores,& alij particulares rescriptum Regis non publicum imprimi curarent, ita quod ex illorum impressione robur acciperent; Sed potius Pragmaticas, vel rescripta iam publica, sed dispersa ad legentium commoditatem in vnum recollegerunt,& imprimi curauerunt.

Insuper non sine ministerio in aliquibus codicibus legitur (Banno,& comandamẽto) nàm indubitanter credendum est il-
16 lud rescriptum ad maiorem cautelam fuisse præconizatum; Si enim semper actus præsumuntur ità facti, vt valeant l. quoties ff.de rebus dub. cap. Abbate sanè de verbor. significat. Et si solemni-
17 tas,vel intrinseca præsumitur statim, vel extrinseca accedente cursu decennij, vt per Doctores in l.sciendum ff.de verbo. obligat. & in l.si certis annis C. de pact. & in cap.officij de testament.latè Menoch.de præsumpr.lib.3. præsumpti. 132. quanto magis à Prorege cum Collaterali Consilio credendum est omnia facta fuisse ad validiùs exequendas Regias prouisiones præsertim, dum expeditæ fuerunt proprio motu, & in illis asseritur Suæ Maiestatis seruitium in hoc versari.

Hinc videmus, quod idem Marchio Mariliani,& alij aliquando prætensionem habuerant non includi in ipsis literis, sed ipsas literas non esse in uiridi obseruantia à nemine prætensum est vnquam, & cum pars perquisierit omnes assensus ab illo tempore, vsque ad hunc diem non
18 potuit,vel vnum reperire, in quo ex lectura memorialis appareat petentem assensum esse exterum, Imò etiam,quod in memoriali hoc non appareret si fortè Regentes aliundè sciebant petentem esse exterum denegabant assensum, sicut asserit ipse Marchio in memoriali porrecto suæ Maiestati fol.24. & multò magis negassent, si hoc apparuisset ex lectura memorialis; Quare passim exteri pro obtinendis assensibus procurauerunt licentiam Regiæ Maiestatis, & super ipsa prohibitione fuit aliquãdo iudicatum, ità quod superfluum videtur in hoc diutiùs immorari.

Denique pars considerat, quod post annũ 1561. Catholica Maiestas fecit aliquas ordinationes circa assensus, quasi videatur recessisse ab illa prohibitione, sed
19 certè ex hoc magis ipsa prohibitio roboratur, nàm duplex potest esse prohibitio,vel respectù rei,vel respectù personæ,vt per Andr.in cap.1.§.cum autem col.2.de contr.inuest.per Camer.in cap. Imperialem fol.43.& 44.& cum pluries fuissent aliqua petita, & concessa circa res ad restrictionem prohibitionum contentarum in pragmatica nouem capitum
20 nunquam tamen fuit aliquid concessum,nec etiam petitum circa personas, omnes enim Regiæ ordinationes versantur circa venditiones, vel obligationes feudorum Titulatorum, vel magni momenti,sed circa personas,non modo Rex nihil disponit, sed quia prohibitio facta erat ab ipso Rege pro seruitio Suæ Maiestatis

iestatis fidelissima Ciuitas,nec vnquam aliquid in hoc petere ausa est quamuis videat prohibitionem in suo robore extitisse,& extare,& super ea passim iudicari.

Deo Gratias.

In praesenti Causa sic fuit decisum per Sacrũ Consilium in Consilio Collaterali in anno 1605. in circa, in Banca Figliola deciden-do expressè articulum, quod Prorex non potuit praestare tales assensus,& praestiti fuerunt declarati nulli. Et ad materiam videatur etiam Allegatio sequens.

SVMMARIVM.

1 *Exteris alienare volentibus feuda existentia in hoc Regno, mandauit Rex in anno 1561. ne huius Regni Prorex assentiat,& sic iudicatum etiam in hypothecis constituendis num. 2.*

Quid autem in hypothecis distrahendis? vide ibidem, & per totam Allegationem in qua concluditur hoc non prohiberi.

3 *Hypotheca super feudis cedi potest ab exteris cum assensu Proregis. Nam licet sit actio feudalis tamen non est feudũ, & sic cessant verba prohibitionis, vt num. 3.*

Et etiam cessat mens prohibentis, vt num. 8.

Et de origine,& effectu huius hypotheca num. 7. & 11.

4 *Feudorum alienationis prohibitio locum habet etiam in alienatione actionis ad feudum, vel ad ratã illius, vel ad onus constituens feudum distinctum,& etiã si cederetur in augmentum eiusdem feudi. Secus autem si in augmentum feudi caderetur hypotheca, vel aliud onus non constituens feudum distinctũ num. 5.*

6 *Stylus Regiæ Cancellariæ circa assensus ad beneficium personarum feudi incapacium.*

9 *Assensus est gratia,& proindè ex causa conceditur, vel denegatur, & quæ sint iustæ causæ denegandi, & quid in hoc senserint Theodorus, & Marchesius num. 10.*

12 *Exteri nullo modo, nec per indirectum sunt impediendi, quo ad contractus circa bona burgensatica, & idem quo ad hypothecas illis inherentes nu. 12.*

Et aliter sequerentur multa inconuenientia nu. 13. & 14.

15 *Hypothecas transire cum actione personali indulxit Rex in bonis feudalibus, & erat de iure in allodijs.*

16 *Interesse, vel tertia quando habent eandem potioritatem, & anterioritatem cum sorte principali.*

ALLEGATIO LIV.

Pro Comite Imperiali de Auria,& Io. Francisco Grimaldo.

In Dei nomine Amen.



Doctissimus Fisci patronus, vt Victoriam causæ contra me obtineat me collaudat, inquit enim, quod in anno 1605. in causa creditorum Marchionis Marigliani, Ego benè defendi,& obtinui nullos declarari assensus præstitos venditionibus, vel obligationibus feudorum factis per

1 exteros non habentes Regiam Dispensationem, Idque vigore ordinis per Catholicam Maiestatem olim directi ad Illustrissimum Ducem de Alcalà huius Regni Proregem in anno 1561. registrati in Pragm. 17. in tit. de feud. In quo ratio assignatur ipsi Catholico seruitium esse ne exteri ob proprios fines bonis feudalibus in hoc Regno exuantur. Hanc eandem rationem subdit locum habere in præsenti causa. Quoniam non dubitatur Regium Fiscum contrahentem sibi ipsi,

quo ad feudalia authorari, vt per Capyc. in dec. 156. nu. 10. Camer. in cap. Imperialem fol. 12. col. 3. & creditorem esse Marchionis Padulæ ante contractum per ipsum Marchionem celebratum cum Brigida de Mari, ex cuius persona in pretio huius Terræ concurrunt supradicti de Auria, & Grimaldus, sed prætendunt Fisco præferri ex cessionibus habitis ab alijs creditoribus Regio Fisco anterioribus, qui in eorum creditis habebant assensum, & dimissi fuerunt cum pecunia peruenta ab ipsa Brigida cui sua iura cesserunt, & etiam in hac cessione impetratus fuit assensus.

Hunc tamen assensum super istis cessionibus non ab ipso Rege, sed Regis nomine à Prorege expeditum non prodesse contendit Fiscus, eo quod cedentes sunt exteri, & consequenter prætendit illos
2 comprehendi sub prohibitione prædicta, etiam respectu huiusmodi cessionũ, siquidem hypotheca super bonis feudalibus cum assensu constituta est ius feudale transiens ad successorem in feudis, non autem ad successorem in allodio, & proindè inquit comprehendi in dicta prohibitione, tum ex verbis prohibentibus assentiri alienationibus, quæ per exteros fierent cuiuslibet feudi iam, quod in causa prædicta decisum fuit sub alienationibus comprehendi hypothecas, vt in Allegatione præcedenti, tum etiã ex mente ibidem expræssa, nempè vt exteri Rege inscio nihil feudale abdicent à se ipsis. Et hæc sunt, quæ fiscus exagerat.

Verumtamen (nisi fallor) casum hunc, de quo agitur, nec mens, nec verba prospiciunt illius Regiæ iussionis, Non quidẽ
3 verba nam loquitur Rex de feudis iubẽs Proregi, vt non assentiat feudorum alienationibus, quæ per exteros fierent, Feudi vero substantiale hoc est, vt seruetur fidelitas, & vt consistat in re immobili, vel huic æquiparata, cuius directum dominiũ remaneat apud concedentem, vtilè transeat in accipientem, quibus deficientibus non est feudum, vt per Andr. in c. 1. §. porrò col. 4. & 7. quæ fuit prima causa benef. amiss. declarat Claud. de Seisel. in prælud. feu. col. 6. & 7. in quæst. Quid sit feudum, & dixi latè in alleg. 31. in 3. cap. n. 21. Quæ omnia nullatenus cadũt in hypotheca; Nam fidelitas, quæ ab vno quoque intensiuè, & genericè debetur suo Principi, non augetur ex acquisitione hypothecæ, sicut per acquisitionem feudi augetur extensiuè, & specificè ad non nulla enumerata in c. de forma 22. q. 5. in c. 1. de form. fidel. & in tit. de noua form. fidel. per Cam. in c. Imperialem f. 35. col. 1. & f. 75. col. 4. Et hæc fidelitas quæ est de substantia feudi non cadit in hypotheca.

Similiter feudatarius, qui feudum obligauit cum assensu nihil dominij transtulit in creditorem, sed quemadmodum ante obligationem, ita & postea durante directo dominio penes dominum continuat dominium vtilè penes feudatarium, qui
4 eodem modo tenetur ad seruitia, vel specificè promissa, vel debita de natura feudi, & sic ad adhogas, & ad releuium, vt in c. Imperialem in §. firmiter, & in tit. de allod. in c. 1. §. vt autem per Camer. in d. c. Imperialem f. 75. col. 3. & 4. & per Regent. de Curt. in eius diuers. sub cap. incip. Cum igitur, Fieret enim diminutio ad exonerationem feudatarij, & ad onus nouiter acquirentis aliquam ratam illius feudi siuè tot introitus venditos in feudũ cum assensu valido, tunc enim talis rata à feudo diuisa constitueret nouum feudum, penes nouiter acquirentẽ, & comprehenderetur sub prohibitione de qua agimus, sed si annui introitus vẽditi sunt extero in burgensaticum, vtiq; ipsius exteri patrimonium respectu taliũ introituum est burgensaticum, licet firmius, & securius exigibile ob hypothecam omnium bonorum, etiam feudaliũ.

Quam ob rem exercitium huius hypothecę non dirigitur ad rehabendũ feudũ sicut si rõne dominij peteretur feudũ, aut pars illius, vbi esset diuisibile, quo casu talis actio ad feudũ iudicaret sicut ipsũ feudũ

l. qui

l.qui actionem ff.de regul.iur. vbi text. & glo.declarant id procedere, quando prætenditur dominium, & petitur res vti propria; Nam secus est,quando agitur alia actione, quæ tunc non præsupponit dominium, quamuis actor ex illo iudicio possit postmodum ad dominium peruenire sicut agendo hypothecaria, vt infra dicetur,& de actione præsupponēte dominium, post alios benè loquitur Camer.in cap.Imperialem fol.15.col.3. cum seqq. certum namque est dominiū in se,quamuis in rebus litigiosis incertū sit apud nos, cuius sit illius rei dominiū donec declaretur l.sicut §.sed si quæratur ff.si seruit.vendic. Proindeque, vbi sumus in rata feudi,vel in iure super feudo constituente feudum distinctum, iuxta declarationem Part.in l.fundi trebatiani ff.de vsufruct.legat.& Alex.in consil.18.volum.5. sicut de hoc non permictitur dispositio sine assensu, etiam ad augendum feudum diminutum, vel ad illud tali onere exonerandum,esset enim augere vnum feudum pænes vnum feudatarium cum alienatione alterius feudi quam faceret alius feudatarius contra ius feudorum, & Regni Constitutiones prohibentes omnem feudi alienationem sine assensu quemadmodum benè declarat Capy.in dec.156.col.pen. in responsione ad Primum loquens, etiam quod fieret alienatio in melius,prout loquuntur etiam relati per Camer.in cap. Imperialem fol.50. lit.A. latè Loffred. in paraphrasi ad cap.Imperialem col. 6. & 7. quem non affert,sed eadem similiter benè tradit Camer.ibi fol.5.col.3.& 4. & vterque in hoc sequitur vestigia Bartholomæi de Capua,& Anton.de Alexand. vt per Affl.in dec.232. Ita etiam sine assensu remicti non potest actio ad talē ratam, vel ad tale ius,prout glo. in constitut. constitution. Diuæ memoriæ declarat prohibitionem procedere etiam super lite,sequitur Frecc.ad illam const. in limit.18. fol.mihi 113. Loffred. in d. col.6.& 7.& Camer.in dict. fol. 15.col. 3.& 4. Licet Capyc.in dec.156. non innitens huic solido fundamento, quod dominium in se certum est, cuius sit, quantumuis ob litem ignoretur donec decidatur, sed discurrens per alios terminos ad casum nostrum non applicabiles vacillet à num.3.vsque ad 9.etiam in eo casu magis claro, nempè circa actionem ad repetendum integrum feudum in quo casu nullum adest beneficium, vel augmentum feudi, sed solummodo possessoris,nè sibi petatur,& forte à vero Domino,& sic magis contra rationes & authoritates nunc recensitas præsertim per Camer.in dict.fol.15. col. 4.cū seq.Sed & ibi nihil decisum fuit,quo ad actionem,sed solum quo ad instantiam. Et quod ad cessionem actionis ipse Capyc.non decipitur,sed requirit assensum vt num.10.& in fin.decis. Et in conformitatem supradictorum procedunt considerata per ipsum à num.13. vsque ad finem.

Ex quibus omnibus habemus, quod sicut nulla feudi alienatio permictitur sine assensu,ita etiam non permictitur cessio actionis ad feudum,nec etiam ad ratam, vel ad onus constituens feudum distinctum quamuis ex hoc feudum ipsum augeatur,vel exoneretur, sed sic est, quod 5 hypotheca super feudo cedi, & remicti potest sine assensu,vt in l.4.§.fin.ff.de manum.vind. per quem text. ita decidūt Bartholom.de Capua,& Anto. de Alexand. & sequutum fuit totum Sacrum Consilium apud Afflict in dec.232. in fine, qui intelligitur de oneribus non constituentibus feudum distinctum, vt per Camer.in dict.fol.5.col.3. per Loff. in dict.col.6.& 7.& per Capyc. in dicta dec.156. num.23. in responsione ad secundum,& per Præsidem de Franch.qui cœteros cumulat in dec.540. num. 22. Ergo hypotheca non est feudum sicut quædam alia onera non constituentia feudum distinctum, quæ ıccitcò remicti possunt,vt per Capyc.Loffr. & Cam. in locis prædictis.

Vndè Monasteria, Clerici, & similes feudorum incapaces obtinent passim assensum
6 super obligatione bonorum feudalium pro maiori cautela introituum illis venditorum in burgensaticum, vel alterius contractus allodialis, Et tunc vt sciatur non ex hoc posse incapaces feudorum peruenire ad adiudicationem, de qua mox loquemur ad maiorem certitudinem de stylo Regiæ Cancellariæ apponitur clausula, vt eueniente casu alienetur personis habilibus. Quæ omnia patefaciunt hypothecam non esse feudum. Quam ob rem in contractibus circa talem
7 hypothecam non requiri assensum, dicebat Schrader.de feud. part. 7.cap.3. sed contrarium seruari inquit Reg.de Ponte in tract.de potest.Proreg.in titul. de assensib.§.4.num.3. Idque (vt ratio intelligatur) mirum non est, quia si consideramus initium hypothecæ dum constituitur clarum est, quod feudatario omnis contractus, & omne commercium interdictum est circa feuda, nulla eius ordinatione manente, nec valente, vt in l.Imperialem, & in const.constitutionem Diuæ memoriæ, Et respectù creditoris similiter certus vult esse Rex, quis nam sit ille, qui habebit feudum obligatum, vndè ex hypoteca cum assensu non modo poterit agere ad fructus feudi, sicut alij creditores non habentes assensum, vt per DD.in l.commodis ff.de re iudic. iuxta l.à Diuo Pio §. sic quoque ff.eod. & in l. 2.& l.pen.C.quand.fiscus, vel priuat. sed quia ex ea fuit causatum ius in re, prout Cyn.declarat in l.cum res C.si res alien.pignor.dat.sit, iuxta text.in l.fi. C.de reb. alien.non alien. & in l. in noxalibus ff. de noxal. act. iccircò poterit agere directè ad corpus feudi, & obtinere adiudicationem instando procedi ad interpositionem primi, & secundi decreti, vt in l.à Diuo Pio §.si pignora, & §.si super rebus ff.de re iudicat. vel ad venditionem alteri, vt sibi de pretio satisfaciat, vt in dict.§.sic quoque, & §.si super rebus, Idque vtroq; casu, etiam sine nouo assensu ex veriori opinione approbata per S.C.apud Affl.in dec. 285. circa med.in vers.nec requirebatur, & in dec. 335.similiter circa med. in vers.nec obstat, post Socc.in cons.80. vol.4. Dec.in cons.558. & hanc latè defendit Camer. in cap.Imperialem fol.49.colum.3.cum multis seqq. & aliam decisionem affert fol.51.colu.3. lit.M. ista enim non sunt nouæ dispositiones, sed sequelæ illius primæ assensu vallatæ, vt in l. si pupillorum §.si prætor, & §.si pupillus, vbi Bal. declarat ff.de reb. eor. Ex qua ratione requiritur etiam assensus in translatione huius hypothecæ ab isto creditore Regi cognito in alium, qui similiter debet esse Regi cognitus ad hoc vt sciat nouum creditorem, qui poterit à suo feudatario feudum transferre in alium, vel in se ipsum, vt per Cam.in cap. Imperialem fol. 15.colum.3.cum seqq. Et quando in ipsum, vel in alium occurret feudũ transferri, tunc nouus dominus compræhenditur sub ista prohibitione, sed donec sumus in simplicibus terminis hypothecæ clarum est, illam esse quidem actionẽ feudalem, sed non esse feudum, proindeque in verbis huius prohibitionis minimè compræhendi, vt in l.4. §.toties ff. de damn.infect.Dec.in cons.444. colu. fin.

Minus autem compræhenditur inspecta
8 mente Regis hoc prohibentis, Inquit .n. sibi seruitium esse, vt exteri eorum bona in hoc Regno sita à se non abdicent, & porrò hæc ratio eodem modo viget respectù bonorum allodialium, sed Rex ipse, & iustitiæ, & virtutum omnium exẽplar noluit quicquam restringere, quoad allodia, quorum libera est dispositio l. dudum C.de contrah.empti.l.nec emere C.de iure deliber. Sed quo ad feudalia quorum dispositio requirit assen-
9 sum, & verum est assensum esse gratiam concedendam, vel denegandam ex iusta causa, vt per And.in cap. 1. §.quid ergo de inuest.de re alien.fact.& in const. post litem, vbi Afflict. col.8. num.12. & in

in dec.398.tradit Butr.in cap. bonæ, il primo,colum.fin.de postulat.prælat.per text.in cap.pen.eod.tit.Cam. in cap.Imperialem fol.13.col.4.& fol.30.col.2.& fol.44.lit.T.Lanar.in consil.17. num.6. vtique satis, iustè, ac decenter iussit Rex talem prohibitionem pro seruitio suæ Coronæ cui adiunctum est bonum publicum,vt latè dixi in allegat.10.præsertim,quia non omninò excludit, sed iubet ad se recurri, vt pensatis pensandis prudenter deneget,vel concedat, si quidem non modo seruitium Regis,& bonum publicum,sed occasio valdè minor sicut interesse vnius priuati, vel implementum voluntatis vnius defuncti visa fuit aliquando iusta causa denegandi assensum apud Io.Vinc. de Anna in alleg. 39.& in const. constitut. Diuæ mem.nu. 46.cum seqq.Aduertendo quatenus inquit in ea dec. 39. Aduocatos ex aduerso fuisse Theodorum,& Marchesium quorum alter mihi Genitor, alter Præceptor fuere Colendissimi,quod hæc dũ legerem curiositas excitabatur non ignorandi quibus medijs contrariam partem defendebant viri illi Doctissimi, quos idem Author ibidem, & in dict. constit. num.289.& in allegat.27.in fin. & alibi sæpè nimis extollit, atque ita in quibusdam fragmentis ipsorum manuscriptis reperij illos non impugnare articulum denegandi assensum ex rationabili congruentia,sed negabant esse congruentiã considerabilem num contra Marchionẽ Mesuracæ propositam litem Octauianus, vel Alphonsus prosequeretur.

Itaque sicut voluit,& rectissimè potuit Rex
11 noster Catholicus quo ad feuda distrahenda restrictionem inducere,ita quo ad allodia nihil voluit innouare, quam ob rem dum exteri potuerunt alienare, & alienauerunt ipsorum credita burgensatica si ob defectum Proregiæ potestatis non transtulissent insimul obligationem feudalium ipsis creditis burgensaticis inhærentem, remansisset illa hypotheca feudalis omninò inutilis penes exterum cedentem,& consequenter omninò contra mentem Suæ Maiestatis, cuius interest habere exteros in hoc Regno interesse habentes, & quodammodo alligatos,quod quidem euenit dum in Regno possident bona,& iura vtilia,non autem dum penes illos distracto credito remanet hypotheca penitus frustratoria quasi pluma in manibus (vt Plautus inquit)passere euolato. Vndè multas differentias inter feudum, & hypothecam in casu persimili, considerat Reg.Lanar. in cons.87.quas corollariæ ad casum nostrum extendit Reg.de Pont.vbi supra num.6.

Hic fisci patronus dum causa discutiebatur me decipi palam dixit,eo quod licet hypotheca cesso credito inutilis remaneat penes cædentem, attamen vtilè est notũ esse,quod cessionibus huiusmodi hypothecæ assensus per Proregem non impartitur, sic enim exteri difficiliùs reperient contrahentes, qui aut emere, aut alio oneroso titulo acquirere velint introitus burgensaticos, absque hypotheca pro maiori securitate in bonis etiam feudalibus debitoris, & subsequenter adiuuatur intentio Regis ne exteri bo-
12 nis,quæ in Regno possident exuantur. Ego vero,qui aut in hoc,aut in alijs forte crebro decipior, & tunc præsertim pro reuerentia Tribunalis aurem auerti, Nunc dum eadem scripto repetit, scripto etiam non silebo, quod is decipitur (quisquis fuerit,) qui nitidissimum zelum Regis confundere eiusque mentem sanctissimam nititur euertere, & conturbare.Etenim si Rex voluisset quo ad bona allodialia ratione aliqua commertium prohibere fecisset vtique,& hoc,& maiora iustè fierent, quæ bono publico expedire dijudicaret, Sed Rex prudentissimus,& iustissimus non hoc tantifacit, vt tangere voluerit bona libera quorum commercium de iure liberum est, & satis esse dijudicauit quo ad feudalia sibimet reseruare assensum, qui ex causa omni iure potest etiam denegari. Quo-

modo

modo ergo doctissimus Fisci patronus vult per indirectum, vt in illis bonis cōmercium restringatur in quibus omninò liberum, iuxta literas Regias relictū est? Absit per Regios Ministros præsertim in aliorum incommodum ea fieri, quæ Rex non fieri dijudicat: Magisque absit ea fieri per obliquum,& subobscurè,quæ directo,& apertè fieri non posse cognoscimus.Et sic dum legitimè illi exteri tales introitus burgensaticos in Brigidam transtulerunt, legitimè etiam Prorex assentiendo cessionibus feudalium hypothecarum Regis verba, mentemque obseruauit.

Accedit, quod sic passim assensus concedi
13 solent, vndè oritur illius ordinationis interpretatio non mutanda l.minimè ff. de leg. Et licet Fisci patronus ponderet, quod circa obligationes bonorum feudalium factas per exteros producti, etiā fuerunt innumeri assensus, quos nihilominus obtinui declarari nullos,tamen rogo ponderari, quod in illis obseruaui non mentionari supplicantes fuisse exteros,& è contra Marchio Mariliani notus exterus adijt Catholicam Maiestatem ita hic certioratus,qđ assensus iā à Proregibus in obligationibus feudorum nō vlterius ipse poterat obtinere. At vero, quo ad istas cessiones hypothecarum videmus assensus præstitos,etiam cognita difficultate in illa cessione Blasij Spinulæ,quam refer idem Regens in supradict.num.6.in fin. Et quamuis ex lectura comparitionum in illis actis doceat Fisci patronus non fuisse difficultates admodum propositas,& discussas, & insuper postea fuisse decisum, vt supra circa obligationes,& hypothecas,respōdeo,quod fortè oretenus maior fuit discussio,quam ex actis appareat,sed quicquid fuerit habemus assensum aliquando præstitum in cessione facta per exterum cognitum, indque inducere interpretationem, Nec obstat præfata decisio circa obligationes nouiter inducendas, quia ex supradictis clarè patet ratio differentiæ.

Sunt etiam consideranda absurda,quæ ori-
13 rentur si Prorex careret huiusmodi potestate tum ob fraudem in d. numer. 6. recensitam, vbi creditor decederet non relicto in feudo legitimo successore, & debitor frandare vellet,vt ibi,tum etiā, quia venditis bonis feudalibus emptores deponunt pretium liberandum creditoribus cum assensu facta cessione,quā ob tē si pro habēdis cessionibus validis à creditoribus exteris oporteret Reg. Maiestatem adhire, magna vtique damna interim,& incommoda orirentur, quæ præsertim absq;alterius beneficio omninò vitanda sunt l.in creditore,vbi glo.ff. de euict.

Item est considerabile, quod feudatarius
14 quispiam Regnicola, aut alio ex loco Catholici subditus indigens fortè pecunia vendit introitus burgensaticos cū obligatione feudalium, & vt plurimum exteris sub magno fænore ob imminentem necessitatem. Postmodum verò sedatè eandem quantitatem restituendam huic creditori cessis iuribus inueniet ab alio sub fænore valdè remissiore, prout passim cernimus euenire, sed porrò impediretur si facilis,ac certa non esset assensus præstatio huic cessioni.

Et sic passim multa inuenientur inconuenientia, & è contra (omisso impedimento burgensaticorum in quibus Rex nihil voluit innouare) quo ad feudalia
15 nihil pro seruitio Regis est considerabile,ita vt idem Regens, vbi supra sub numer.5. testetur nunc indulxisse Regem, vt transeat talis hypotheca cum actione personali in quemcumque successorem, dummodo bona hypothecata non repetiantur penes Fiscum, sic non impediendo ex difficultate assensus in eo, quod ipsius Regis nullatenus potest interesse, & adiuuat & concomitatur iuris dispositionem,iuxta quam hypoteca est, adeo connexa,vt absque illius expræssione transeat in eum in quem cæditur actio personalis l.si pignori, vbi glo.in verbo con-

contra,& ibi Bart. ff.famil. hereisc. l.si in solutum cum l.sequent.vbi Bald.C.de act.& obligat. tradit Neguſ. de pignor. in 3.memb.5.partis nu.23. & hæc quo ad aſſenſus validitatem reſpectù ſortis principalis.

Quo verò ad tertias,& ad intereſſe ſi loqui
16 mur quo ad potioritatem, vt habeant eandem naturam clarum eſt,quod aſſen ſusidem, quod operatur reſpectù ſortis,operatur etiam reſpectu intereſſe,vel tertiarum ab ipſa ſorte proficiſcentium l.Lucius ff. qui pot. in pignor. habeant. dixi latè pro Hyppolita Carrafa in alleg. 7. num. 13. Si vero loquimur quo ad anterioritatem aſſentior in eo,quod inquit Regius Fiſcus, vt attendatur dies inſtrumenti,quo ad tertias, oriuntur .n. ab inſtrumento, ſed poſt quam inſtrumenta fuere reſciſſa non poſſunt tribuere tertias. Cæpit autem oriri intereſſe ob moram ſortis, quæ non ſoluitur, & ſic habet eandem anterioritatem,vt in d.l.Lucius,cum alijs congeſtis in d.n.13 cum ſeq.

Deo gratias.

Fuit in hac cauſa magna diſcuſſio Fiſco totis viribus aſſenſus oppugnante, Attamen declarati fuerunt validi, & hæredes Brigidæ obtinuerunt ſortem ducatorum 20. milia, cum anterioritate, quo ad intereſſe. Decretum integrum, quod eſt ſerioſum (vt pro ſuo more publicæ vtilitati proſpiciat) typis traddi curauit dignißimus Conſiliarius Rouitus ad pragmaticas ſub tit.de feud. in pragm.17. Sed impreſſio eſt mendoſa in eo, quod inquit decretū fuiſſe in anno 1602.fuit enim in menſe Aprilis 1612.

SVMMARIVM.

1 *Terra dicta Loco Rotundo, quæ fuerat Alexandri Caraſæ conceditur Ioanni Gaſpari de Loffredo, & ipſius conceſſionis tenor,& quomodo illa conceſſione vſus eſt Loffredus. Et quomodo fuit etiam conceſſa* Federico *de Figheroa,& quid hinc euenerit num.5.6.& 7.cum ſeqq.*

2 *Aßenſus requiritur non modo in alienatione feudi, ſed etiam in alienatione iuris formati ad feudum, vel eius litis.*

3 *Iudices deſtinati per Carolum V. Cæſarem Inuictiſſimum in anno 1530.pro decidendis cauſis rebellium.*

4 *Rebellibus alimenta,etiam denegantur.*

8 *Michael de Mauro nepos,& hæres Alexandri Caraſæ comparet aduerſus Loffredum,& Figheroam ſua iura deducens eo quod Alexander rebellis non fuit, & inſuper aderat pleniſſima reſtitutio.*

9 *Quilibet vir probus præſumitur,& Principi ſuo fidelis.*

10 *Rebellio contra hunc virum ex ſeptem introſcriptis capitibus prætenditur,quę ſingula examinantur.*

11 *Aſſertio Miniſtrorum, aut Principum, quod aliquis eſt rebellis qualem fidem faciat.*

12 *Conceſſionarij bonorum rebellium cauti ſint habere legitimas informationes talium rebellionum.*

13 *Aſſertio Principis circa factum* Propriū *non admictit probationem in contrarium, ſecus autem circa ea, quæ ſibi innoteſcunt per alterius relationem,& ratio differentiæ.*

14 *Aſſertiones* Parum *nocent dum apparēt facta abſque cauſa cognitione, & potius ad confirmandas conceſſiones,quæ fundantur ſuper illo facto ſic aſſerto, præſertim ſi aliquo modo apparet aſſerentem dubitatiuè, & non deliberatè aſſerere.*

15 *Aſſerere aliquid præiudiciale circa ea de quibus litigatur non debet* Princeps *lite pendente, quæ potius ex his, quæ ſunt in proceſſu eſt de iuſtitia terminanda.*

16 *Aſſertio in ſententia inter alios non nocet*

cet tertio in eo iuditio non audito.

17 *Assertio contra semet ipsum non nocet si adsunt annotata sub hoc numero.*

18 *Sententia qualis esse, & qualiter promulgari debeat, vt sententiæ vires habeat.*

19 *Sententia dici non potest, & est nulla si profertur partibus non auditis, sed vbi aliquid describitur non audito eo, de cuius interesse agitur erit simplex annotatio, cuius effectus hic describitur.*

20 *Annotationes per Iudices facta partibus inauditis, cuius momenti sunt.*

21 *Iudex post latam sententiam de eodem negotio vlterius non cognoscit.*

22 *Vassallus non seruiens de persona in casibus in quibus seruire tenetur amittit feudum, sed requiritur sententia, & in hoc differt à vassallo, qui delinqueret committendo.*

23 *Culpa omissionis pro amissione feudi requirit sententiam, quæ non requiritur in culpa consistente in committendo.*

24 *Vassallus excusatur si ob nimiam paupertatem non potuit personale seruitiũ præstare.*

25 *Vassallus in præsenti Regno tenetur personale seruitium præstare si specialiter de hoc requiritur, alias sufficit præstare adhogam, & ita semper fuit obseruatum.*

26 *Adhoga si non soluitur, exigetur etiam per immissionem ad feudum, non autẽ vt inducatur feudi priuatio.*

27 *Veneti in eorum ditione Barones Terrarum Dominos non admittunt, sed Terras omnes Reipubl. asciscunt.*

28 *Rebellio vassallorum, alicuius Terræ, Baroni eiusdem Terræ non nocet.*

29 *Vassallus pro Domino non tenetur vltra posse, nec etiam euidenti mortis periculo se exponere.*

30 *Negatiua probatur per inspectionem librorum, vbi ea de quibus quæritur annotantur.*

31 *Commoratio cum inimicis Domini, si nõ est commoratio contra ipsum Dominũ non inducit feudi amissionem.*

32 *Princeps Orangies tunc huius Regni Prorex ad bonum finem in eo bello licentiam impartitus fuit commorandi cum inimicis, quæ licentia excusat.*

33 *Concessio facta ex aliqua causa, quæ non existit, non confirmatur si talis causa superueniret.*

34 *Assaliens Castrum, quando dicatur hoc fecisse in perniciem Principis, vt perduellione notari possit.*

35 *Ciuiles discensiones quales à lege iudicātur.*

36 *Spoliatus quomodo, & quando possit per vim sua bona reacquirere, & quibus iuribus hoc permittatur.*

ALLEGATIO LV.

Pro Michele de Mauro.

In Dei Nomine. Amen.



Enio iam confectus Michael de Mauro instat, & rogat pro expeditione præsentis causæ pro cuius intelligentia sciendum est qualiter.

Dum Alexander Carrafa vtilis Dominus
1 Terræ dictæ Loco Rotundo in Prouincia Bari esset in eius Terræ pacifica possessione, Factum est in anno 1528. die 29. Nouembris, vt Illustrissimus Princeps Orangies sub prætextu cuiusdam assertæ rebellionis commissæ per dictum Alexandrum concederet eandem Terram, & duo alia feuda aliorum Magnifico Io. Gaspari de Loffredo pro annuis duc. 200. Ita vt si eius Terræ, redditus hanc summam excederent, illud superfluum Regiæ Curiæ restitueret. Si vero essent minus, illud Reg. Curia super erogaret, vsq; ad integram summam annuorum ducatorum 200. Ità apparet ex duabus concessionibus eadem die con-

fo-

fectis. Ex quo quid eliciatur suo loco dicetur.

In concessione asseritur (che tutti loro beni deueno venire in potere della Regia Corte finche comparendono essi personalmente mostrassero loro innocenza, ò altramente fosse dechiarato, &c.) Et postea (volemo, che detti beni nomine Regiæ Curiæ l'habbia da tenere, & godere lo magnifico Gio. Gasparre de Loffredo, & secuta declaratione contro detti Alessandro, & altri, come rebelli della predetta Maestà, ex nunc prout ex tunc in remuneratione de seruitij li concedemo la detta Terra di Locorotundo, & lo criminale de la Terra di Cisternino, & lo criminale, & ciuile di Squinzano per se, suoi hæredi, & successori à beneplacito di Sua Cesarea Maestà p ſcuti 200. d'entrata l'anno, con patto, che se mancassero, ò superassero s'hauessero da supplire, ò restituire, prout supra dictum est.

Postea de mense Augusti 1534. obtinuit à Don Petro de Toledo illud plus, quod ex ipsis castris fortè percipitur pro pretio ducatorum mille cum amplissimis clausulis.

Sed hoc fuit lite pendente, & nullum ex hoc oritur præiudicium, vt infra dicetur.

Prædicta concessio Principis Orangies dirigitur Regiæ Cameræ, vna cum informatione capta circa assertam rebellionem, prout patet in ea concessione, vbi dicitur (constat de rebellione per informationem) & postea (dirigitur Regiæ Cameræ Summariæ) Verum Loffredus animaduertens, quod Regia Camera veritatem intuens ex illis informationibus cognouisset, assertam rebellionem nullatenus adesse, & proindè aut Proregem admonuisset, aut aliàs quò ad fieri poterat non permisisset innocentes vassallos sic per iniuriam spoliari, nec à Reg. Camera debitas impetrauit prouisiones, nec ipsam Regiam Cameram adijt, sed propria authoritate præfato priuilegio vti designauit. Tũ. Dñi pfatarũ Iurisdictionũ similiter cõcessarũ, qui se defenderũt iniuriam passi non fuere, nec molestati sunt, miser verò Alexãder pauperrimus, & omni auxilio destitutus à tam potẽti viro se defendere non potuit. Quare accedens ad prædictam Terram Locirotundi non modo cæpit eiusdem possessionem, sed etiam paulò post Donatus Antonius de Loffredo eius filius eundẽ Alexandrum quasi rebellem carcerauit, eundemque in proprijs carceribus retinuit, & qua humanitate ipsum detinuerit, vel ex eo appaæt, quod ipsum sic carceratum, vi & metu induxit ad alia præiudicialia confitenda, & nihilominus ad sibi cædendum omne ius suum ad illud castrum, & post quindecim dies eãdem cessionem ratã haberi curauit: quæ quidem geminatæ cautelæ quantã fraudem arguant, in iure exploratum est, sed quis vnquam fraudes rectè diriget? certè tale instrumentum non modo inutilẽ est, sed propè insanum. Quis enim credet spontè aliquem suum crimen confiteri? Nec obstat, quod hoc fuerit in Terra Brundusij, quia illũc eum duxit in fraudem ne tale instrumentum appareret in eadem Terra ipsius Loffredi dicta Carouigo, sed certum est, quod illum retinebat cum custodia, nam in eodem instrumento dicitur, quod Alexander aufugerat ab ipsis carceribus Carouigni, & quod non sine sumptibus, & labore Loffredus illum rehabuit. Si ergo à carcetibus aufugit, quomodo non aufugisset ad loca tuta, nisi illum detinuisset Loffredus tutissime custoditum. Sed hic quæso intelligatur Loffredi modus procedendi, qui cum pro hoc carcerato rehabendo tantoperè insudasset, & impendisset, nunc habita cessione illum dimisit prout omnia leguntur in instrumento prædicto. Sed ad super abundantiam paucis post diebus cum primum potuit idem Alexander publico instrumento,

hæc omnia declarauit asserens præfatum carcerem, vim & metum, omniaque prædicta reuocauit omni meliori via. Quæ reuocatio etiam circumscripta vi,
2 & metu poterat fieri dum non aderat assensus, qui in alienatione feudi, vel iuris formati ad feudum, vel eius litis omninò requirebatur, prout post Andr. & cęteros declarat Camer. in c. Imper. f. 5. col. 3. & f. 15. col. 3. & 4.

Rebus sic stantibus Cæsarea Maiestas de mense Aprilis 1530. particulares Iudices destinauit, qui Rebellium causas in hoc Regno deciderent cuius commissionis tenor est æditus. Ea cognita Alexander ipsos illico adijt, Asserens se esse verum Dominum præfati Castri, & iniustè spoliatum, ac propterea petens eius restitutionem. Præsentat eius Castri concessionem factam Alberico Carafæ eius patri pro se, & suis hæredibus, & successoribus. Probat etiam eius pacificam possessionem, vsque ad prædictum spolium in qua re non est insistendũ, cum in eadem concessione facta magnificis de Loffredo asseratur Castrum esse ipsius, & per ipsum possideri Loffredus opponit prædictam concessionem sibi iure factã stante ipsius Alexandri rebellione.

Datur terminus, ac fiunt hinc inde nonnullæ probationes, quibus publicatis in anno 1532. Alimenta, quæ per prius petierat, sed nunquam obtinere potuerat, tunc sibi decernuntur, quod quidem nõ mediocre est indicium eos Dominos Iudices iam intelligere cæpisse, quod rebel
4 lio verè non aderat. Rebellibus enim, nec alimenta conceduntur, cap. si quis hominem de pac. tenend. & eius violat, ibi (nec aliquod emolumentum inde percipiat) Bar. in auth. bona damnat. n. 3. C. de bon. damnat.

Ex his timens Loffredus exitum causæ per
5 nonnullas dilationes in processu apparentes retardabat expeditionem, interim vero Federicus Figueroa, qui eiusdem castri à Cæsarea Maiestate concessionem obtinuerat in mense Ianuarij 1534. memoriali oblato Illustrissimo Proregi in eodem processu compareт, eiusque Castri possessionem sibi dari petit, & suũ priuilegium exequi instabat, vocabatque Loffredum indebitè possessorem, & minus iustè, Loffredus dicebat, tale priuilegium sibi non obstare, tum quia præcedebat sua concessio, quę & si erat ad beneplacitum, non tamen illud beneplacitum à Cæsarea Maiestate fuerat in specie reuocatum, tum etiam stante supradicta emptione pro ducati 1000 à D. Petro de Toledo cũ amplissimis clausulis.

Replicat Figueroa, & primam concessionẽ multos habere defectus, & secundum contractum suo priuilegio esse posteriorem, atque ipsis altercantibus facta per Sacrum Consilium relatione in consilio Collaterali oritur sententia cui Rubrica est (in causa Loffredi cum Figueroa) & decernitur, quod restitutis per
6 Figueroam ducatis 1000. Donato Antonio Loffredo exequatur priuilegium Figueroæ pro parte, quæ tangebat Alexandrum Carrafa ob cuius defectionẽ fuit applicata Regiæ Curiæ remanente in possessione eiusdem Castri pro ducatis 3600. pro quibus est dominus Loffredus dicti castri pro rata dictam quantitatem tangente, & quod eligantur extimatores, qui appretiare habeant castrũ ad hoc, vt vnus quisque suam recognoscat portionem.

Erat enim creditor Loffredus in duc. 4000 videlicet, mille solutis D. Petro Toledo, & tribus mille sibi cessis per Lauram Carafam, quæ erat creditrix in ducaris quingentum pro resta dotium promissarum per Alexandrum fratrem, & in ducaris 2500. vt hæres relicta per Iustinam de Indello matrem, quæ erat creditrix Alberici Carafæ eius viri in ducaris mille pro resta dotium, & in ducatis 1500. pro antefato, atque ita inter eos fit appretium, & diuisio dictæ Terræ, citra tamen præiudicium iurium cõpe-

petentium hæredibus supradicti Alexandri Carrafæ, vt ex decreto Regiæ Cameræ.

Comparuerat enim præsens Michael de Mauro prædicti Alexandri nepos ex filia eiusque hæres per intermediam per-
8 sonam suæ matris, & iura sui Aui prosequens petierat eius Castri restitutionem, vna cum fructibus. Allegans præcipuè, quod Alexander numquam rebellis fuit. Et quod supposita etiam rebellione ipse Alexander à Cæsarea Maiestate fuerat amplissimè restitutus.

Et sic tota præsens causa in his duobus Capitibus consistit, quæ & nos duabus Allegationibus complectemur sicut iussit Regia Camera ad confusionem vitandam velle seiunctim vnum post aliud discutere, vtroque autem plenè discusso ad prolationem sententiæ deuenire.

Quo ad primum Caput nulli dubium est,
9 quod vnusquisque vir probus præsumitur, & fidelis l.non omnis §. à barbaris ff.de re milit. l.omni modo C.de inoff. testament. & consequenter partis est onus probandi contrarium, quod si partis opposita diluimus, Iam obtinere debemus, quinimò ex abundanti pro parte Alexãdri fidelitas ipsa, & seruitia sunt probata.

Agè ergo intelligamus quicquid pars ad-
10 ducit pro fundanda rebellione.

Primo, affertur assertio Principis Orãgies in supradicta concessione facta Loffredo.

Secundo, assertio Don Petri de Toledo in supradicta venditione facta Loffredo.

Tertio, assertio Imperatoris in Priuilegio concessionis factæ Figueroæ.

Quarto, assertio in prædicta sententia inter Loffredum, & Figueroam.

Quinto, supradicta confessio eiusdẽ Alexandri in prædicta cessione facta Loffredo.

Sexto, assertio in quadam prætensa nota facta per supradictos Iudices rebellium.

Septimò, proponuntur in spetie non nulla particularia Capita Rebellionis.

Quò ad primam, secundam, & tertiam assertionem faciliter Respondetur, quòd nec Proregi, nec cuilibet Principi, nec etiam
11 Regi, aut Imperatori creditur, dum aliquem asserunt rebellem nisi illud idem constet per legitima documenta, & informationes, ità est communis omnium doctrina, vt per Andr. in cap. 1. num. 14. 15. & 16. qui success. teneant, & in cap. sancimus (il secondo) num. 3. circa fi-
12 nem, quo tempo. mil. Vbi monet Concessionarios habere legitima documenta rebellionis commissæ ne molestentur ab illis, qui à Principe rebelles asserti sunt, sequitur Luc. in l. cognouimus. vers. pro sunt autem C.de mancip. & Colon. lib. 11. & Alex. cons. 124. num. 2. in fin. vol. 1. Dec. in cons. 606. nu. 5. & sequentib. Abb. in cap. quæ in Ecclesia um in fine, & ibi Felyn. in 6. Carta. de const. & in cap. cum à nobis num. 2. de test. cum cæteris, de quibus latè per Tiraquell. de retract. lign. g. §. 1. glos. 14. num 49. Qui
13 omnes tradunt clem. primam de prob. procedere, quando Princeps asserit factũ proprium, secus vero quando asserit factum alienum, & est ratio pulcra, quia factum alienum nosse non potest Princeps, nisi per alterius relationem, quæ tertio inaudito, & indefenso nocere non potest, quando quidem ipsa defensio, quæ iuris est naturalis, nec per Principẽ remitti potest, Clement. pastoralis cum simil. de re iud.

Præterea tanto magis nocere non possunt præfatæ tres assertiones, cum earum quælibet facta fuerit, absque causæ co-
14 gnitione, & solum modo ad confirmationem concessionum, quæ tunc fiebãt,

quæ omnia in specie considerat, & per plura comprobat Dec.in conf. 606. nu. 9. & 10. Et vt ipsam veritatem radicitus intelligamus, quis nos videt præfatas assertiones solum factas fuisse ad sugestionem eorum, qui concessiones impetrabant, non modo absque causæ cognitione sed absque vlla scientia asserentiũ. Nàm quo ad Principem Orangies, videmus, eum sic dubitasse, vt præfatam rebellionem vix sub dubio asseruerit. Inquit enim (he tutti loro beni deueno venire in potere della Regia Corte, finche comparendono essi personalmente mostrassero la loro innocenza) & sic du bitabat, an rebellio vera esset an verò per calumniam figuraretur.

Similiter quò ad assertiones Don Petri de
15 Toledo, & Caroli Inuictissimi, quis dubitat eas solum processisse ex assertionibus, & suggestionibus Loffredi, & Figueroæ; Siquidem tunc temporis huius rei lis erat sub Iudice circa validitatem illarum concessionum, circa quas non erat interim aliquid asserendum toto titul. & ibi Angel. in authen. in med. lit. non fier. fac. form. sed lis quæ pendebat inter partes, & ipsum Fiscum erat suo marte coram Iudicibus de iustitia terminanda, & tanto magis, quia Don Petrus se remisit ad processum iam super hoc compilatum, & in Priuilegio Imperatoris adest clausula (saluis iuribus Regij Fisci, & alterius cuiuscumque) patet igitur luce clarius, ex his omnibus, quæ dicta sunt, præfatas tres assertiones in nihilo posse nocere.

Quarta Assertio, in præfata sententia inter Loffredum, & Figueroam similiter nocere non potest tanquam res inter alios
16 acta, & non modo inter alios, sed inter eos, quorum intererat Alexandrum rebellem iudicari, aliter enim corruebant iura vtriusque, quæ non in alio fundabantur, quam in rebellione Alexandri; Et proinde applicatio, quæ ibi asseritur, intelligitur quò ad factum, quia Regia Curia Castrum appræhendit, sed vtrum applicatio iure subsistat, nec decidi poterat, Alexandro non audito, nec decisum fuit imò suis hæredibus iura omnia reseruantur.

Quinta Assertio ipsius met. Alexandri penitus vana, & inutilis est tanquam facta vi, & metu carceris, & illicò reuocata, pro vt vltra tradita in tot. titul. de his, quæ vi
17 metusué cauf. docet pulchrè Bald. in l. nec si volens C. de liberal. cauf. Iacob. in tract. feud. in verb. dictique vassalli promiserunt recognoscere col. 4. & Petr. de Gregor. in tract. de concess. feud. par. 8. quæst. 1. num. 6. Imò, vt supra dictum est ex hoc intelligi potest eius innocentia, dum videmus Loffredum vi, & metu ipsum coegisse ad confitendum ea, quæ vix, & pertaro per tormenta, & quæstiones elici possunt, quod quidem tanto studio non procurasset, si aliundè talis Fellonia probari potuisset.

Sexto, vt appareat, quod nihil nocere potest quædam notula facta (vt asseritur) per Iudices rebellium eiusdem annotationis verba notabo, quæ sunt hæc videlicet (el Castillo de Locorotundo es en Tierra de Bari rebele publico, este Castillo fue de Alexandro Carrafa concedido à Gio. Gasparre de Loffredo, y lo possee Donato Antonio suo hijo es tierra murada, &c.) Et latè describuntur omnia particularia eius Castri, & denique dicitur, (hasta agora no hà cõparezido) hæc sunt formalia verba.

Quæ iam apparent nullo modo sententiæ
18 vim habere posse, in qua requiritur Iudicis subscriptio, vt in auth. vt diuin. iussi. in rubro, & nigro, glo. in l. fin. C. de diuers. rescript. Bald. in l. fideicommissa ff. de legat. 3. Item debet scribi annus, & dies, & debet partibus recitari publicè, & præsentibus Officialibus l. 2. & 3. C. de sent. ex breuiculo recitand. l. cum sententia C. de sentent. & interloc. omn. iudic. Item non fuit auditus in hoc Alexander,
19 quod solum sufficeret pro nullitate, Clement. pastor. de sent. & re iudic. Sed iam ex his omnibus apparet hanc præfatam

tam cartulam nullatenus nomen sen-
20 tentiæ mereri, sed fuisse simplex annotationem, quæ rei iudicatæ vim obtinere non potest C.comin. æpist. in rubro, & nigro per totum præsertim in l. pen. & final.quæ pulchrè inquit (fas non esse id literis temerè descriptis diffiniri, qd magno conflictu per sententiam decerni solet) vbi glos. in verbo temerè inquit idest causa non cognita, nec partibus auditis.

Et quis dubitat eos Iudices sapientissimos quantumuis pro eorum instructione aliqua annotassent pro eo, quod tunc fortè audierant, non tamen contra diuina naturalia, & ciuilia iura in alicuius præiudicium quicquam decernere voluisse ipso inaudito præsestim in hac annotatione in qua ipsimet affirmant adhuc neminem comparuisse? Vltra, quod annotationis verba non loquuntur de Barone illius Castri, sed de ipso Castro, & hæc intelligentia sicut est verbis accomodatior, ita est etiam verisimilior, vt infra dicetur, verum respectu Alexandri, ipsi Iudices eundem non modo rebellem non iudicarunt, sed potius pro fideli sem per habuerunt. Quod non iudicauerint,
21 patet, quia ipsum comparentem posteà ad ius, & iustitiam admiserunt, quòd qui dem non potuissent, si de hoc per prius iudicassent, foret enim negotium iam finitum, & eorum iurisdictio extincta l.si vt proponis C.quomod. & quand. iud. Qd aût ipsi ꝓ fideli habuerint cernitur quia post receptas, & publicatas probationes ipsi alimenta decreuerunt, prout superius dictum est, Patet ergò ex his omnibus, qualiter nullam felloniam potuerunt illi Iudices in miserrimo Alexandro suspicari, sed aliqua ex prędictis sunt potius fidelitatis inditia.

Sed vt ad ipsa rebellionis capita, quæ sex capitibus concluduntur deueniamus, illud iterum meminisse oportebit, quod superius diximus (nempè) qualiter Loffredus eam informationem occultauit, quæ tunc capta fuit, cum negotium recens erat, atque iterum summo studio, ac summa diligentia præsentes testes, famulos, vassallos, aliosque omnis machinationis suspectissimos examinari curauit, quæ consideratio meo iudicio magna est pro Alexandri innocentia, & vlterius in facto annotauimus, qualiter nostre probationes probationibus contrarijs sunt validiores.

In iure autem aliqua aduertuntur, & quo ad Primam oppositionem, quod Alexander seruitium non præstitit de per-
22 sona in prædicto bello contra inimicam ligam, iuxta text.in §. sed nec est alia iustior.quæ sit prima caus.benef.amictn. præter annotata in facto circa seruitia præstita; Respondetur etiam in iure, quod quantumuis hoc verum esset, Tamen non ex hoc priuabatur ipso iure, & consequenter suorum bonorum concessio fieri non poterat, sed requirebatur sententia, in hoc enim differunt cul-
23 pa omissionis, & commissionis, vt per Andr.in cap.sancimus, quo tempor.mil. num.68.in fi. ibi propter seruitium non præstitum non perdit vtilè dominium ipso iure, vbi Liparul. hoc in specie notat, & latè concludit Iacob.in suo tracta. in verbo, & promiserunt eidem Domino in vltima quæstio, vers. ego autem in secreto, vbi allegat Iacob. de Bel. Bald. & alios; Et si fuisset in iudicio vocatusse defendisset non modo contrarium deducendo, sed proponens etiam suam nimiam paupertatem sicut nunc, vtrumque probauit, & quamuis seruitium non præstitisset excusaretur tamen propter
24 nimiam paupertatem, vt tradit Andr. in cap.Imperialem §.firmiter num.34. ver. si vero propter paupertatem, & in cap. t §.sed nec est alia nu.35.vers.si vero non potest, quæ sit prima caus.benefic.amict. Iacob. in verb. & promiserunt in q. 24. in nona causa, ad quod videatur decisio Afil.252.& 605.in princ. Præsertim
25 in Regno in quo pro seruitio nisi adest expressa requisitio in contrarium, de qua per Camer.in cap.Imperialem in §. fir-

firmiter sufficit solutio adohæ, quæ in Regno succedit loco seruitij personalis, & ita semper fuit obseruatum, vt testatur idem Andr. in d. §. firmiter vers. quia in
26 Regno, & vers. Item videmus, & ibidem Camer. quæ si non soluitur exigetur, etiam per immissionem ad feudum, non autem vt adsit feudi priuatio, vt per Affl. & Cam. in loc. præd.

Opponitur secundo, in articulis 12. vsque ad 16. quod de mense Aprilis 1528. Alexander audiens Ciuitatem Monopolis rebellionem cõmisisse, illuc accessit, ibique vexillum Venetorum sibi dari curauit, quod in Terram Loci rotundi translatum Castro affixit, clamans, atque vociferans, Marce, Marce, hoc deponunt aliqui testes, sed alij dicunt non hunc Alexandrum eius Terræ Dominum, sed alium Alexandrum eius Terræ Ciuem à conciuibus sociatum hoc perpetrasse, & in nota facti, ex numero, & qualitate, & ex dictis testium expedimus, quibus ex illis maior fides est adhibenda. Nunc
27 autem quo ad veri similitudinem addimus, quod mos Venetorum est, vt Barones in eorum dominio non admittant, sed omnia Reipublicæ asciscunt, neque vlla spes terrarum Dominis esse potest, suas retinendi Terras sub veneta ditione, qua de re Alexander ipse, qui sub Cæsarea Maiestate, & fidelis erat, & Baro, si Venetis se dedisset, & fidelitatem, & Baroniam insimul amisisset, è contra vero Ciues illius Terræ Venetam ditionem exoptabant, tùm quia apud Venetos Barones non adsunt, sed omnes Terræ ipsius Reipublicæ dominio subiacẽt. Tum etiam, quia vulgò dictitabant, qđ valdè remissiores apud Venetos functiones fiscales exoluuntur; Quibus de rebus magis credendum est testibus deponentibus, quod Veneti Alexandrum carcerauerunt, & quod sicut aliæ huius Regni Vrbes tunc temporis Venetis se dederunt, eodem modo homines Ciues Loci rotundi Consilio inhito Venetos admitti decreuerunt, & ex Vrbe Monopolis Venetum Vexillum asportari curarunt, & Castro affigi contradicente, & resistere non valente pauperrimo Alexandro, vxore, & paruulis filijs grauato, omnique auxilio destituto, quem ex hoc dolore testes aliqui affirmant ipsum varicosum, ac pene insanum euasis-
28 se. Vassallorum autem rebellionem Vrbium Dominis non nocere exploratissimi iuris est, teste Bald. in l. 1. num. 25. C. de seru fugit. cum cæteris, de quibus latè per Hieronym. Gig. in tract. de crim. læsæ Maiest. vers. de rebellib. in 11. quæstione.

Opponitur tertio, quod post hæc Gabriel Baronus vir inter Gallos insignis expeditus ad Regimen Prouinciæ Terræ Bari transijt per Terram loci rotundi solus absque militibus, inermis, mulam æquitans, quem faciliter Alexander appræhendere, & carcerare potuisset, & non fecit. Respõdetur, hoc rebellionis caput esse pænitus inane dùm credibilior est nostra probatio, quod Ciues omnes vna nimirum spreta omni reuerentia, & obedientia Alexandri se se inimicis dederãt, & ijdem Officiales Venetorum eundem in carceribus detinebant, quo modo ergo Alexander potuisset eorum Ciuium, auxilium inuocare ad carcerandum Gabrielem prædictum? Et quantò magis enarrat Pars aduersa dictum Gabrielem solum, inermem, & mulam æquitantem, tantò magis certum est ipsum ad Ciues, & ad hanc Terram accessisse tanquam ad homines suos, & ad iurisdictionem suam, quandoquidem eo tempore ipsi vassalli se se Venetis dederant, prout di-
29 ctum est. Quare excusandus est Alexander si id non fecit, quod verè non potuit, vt tradit Bart. in l. 1. §. occisorum ff. ad trebell. nec tenetur vassallus vltra posse c. 1. vers. si autem poterat, vbi Affl. in 16. notab. de nou. form. fidel. Nec tenetur etiam manifesto, euidentique periculo se se exponere, iuxta glos. in c. 1. in princ. vers. sed hæc consueuit quibus modis. feud. amitt. clarum est autem, qđ

eo tempore Alexander hostibus circumfusus.fuisque vassallis destitutus solus, vt reperiebatur sine vllo auxilio si quid contra hunc Gabrielem designasset nihil releuans perficere potuisset, & solummodo manifestè morti, atque dedecori se ipsum,& vxorem, & filios submisisset.

Opponitur quarto, quod tunc temporis Alexander huic Gabrieli præstitit ligium iuramentum; Hoc est penitus falsum, & nemo id deponit de visu, nisi vnus Antonius de Marinello,qui erat famulus, & Vassallus Donati Antonij de Loffredo,& omnia in omnibus articulis deponunt ad vnguem, prout articulata sunt, & certè si hoc verum esset appareret in libro homagiorum inimicis præstitorum qui liber est penès Regiam Cameram. Et appareret etiam inter Barones rebellantes, qui donatiuum fecerunt Gallis ducatorum 60.millia f.818. Inter quos dum non adest Alexander sufficiens negatiua probata remanet.ex doctr.Barto.

30 in l.Titiæ textatores ff.de leg.1.vbi latè Poma.in Apostilla.

Opponitur quinto in artic.21.vsque ad 30 quod Alexander cum isto Gabriele, & cum suis vassallis iam rebellibus, & inimicis aliquando locutus, & commoratus est.

Ad hoc respondetur.

Primo,quod verè Alexander declarauit;& voluit in Ciuitatem Tarenti tanquam in locum tutum se se cum vxore,& filijs recipere,fecitque in hoc omne suum posse,verum ob eius nimiam paupertatem, & ob defectum æquorum, & ob circūstantes inimicos hoc perficere numquam potuit; Tantò magis, quia fuimet vassalli pluries rogati, & requisiti opem sibi in hoc præstare numquam voluerunt, prout deponunt testes,fide dignissimi.

Quare ex hac necessitate excusatur, si cum istis hominibus conuersabatur,vel etiam cum prędicto Gabriele,qui illuc accedebat tanquamDominus,nec ipse Alexander resistere, aut contradicere potuisset, excusat enim necessitas, vt per Andr. in cap.1.§.porrò num 22. quæ sit prima caus.benef.amict. Excusari autem dico,

31 quo ad decentiam, nàm quo ad feudi ammissionem non sufficit commorari, sed requiritur commorario contra dominum,vt per Andr. in cap. 1. §. porrò num.10.vers.quærit autem, glo. quæ sit prima caus.benef.amict.& ibid.glo. Aluar.& Card.Affl.dec.307.in fin.Capyc. in sua inuest.in verbo feuda ammictuntur vers.17.Curt.in 4.par.caus.15.Iaco. in verbo dictiq; vassallis in 5.causa amissionis.

Secundo Respondetur, quod eo tempore Princeps Orangies Vicerex, & Capitaneus Generalis ad bonum finem dedit licentiam Baronibus Regni, & cum inimicis conuersarentur,prout testatur Camer.in cap.Imperialem fol.36. liter.N, quæ licentia absque dubio ex usat, ex his quæ latè in hoc casu in indiuiduo p Duce Grauinæ,consuluit Dec.in consil. 604.& 605.

Opponitur sexto,& vltimo,quod in mense Augusti 1529. cum Ioannes Gaspar de Loffredo adæptus esset possessionem dictæ Terræ non nulli collectitij opem tulerunt Alexandro, qui eam Terram expulsis custodibus penes se retinuit p mensem vnum. Donec Cæsarei milites Duce Loffredo ipsum eiecerunt, Idque autumant conuenti fecisse tunc Alexandrum,vt Venetis adhæreret.

Ad hoc respondetur pluribus modis.

Primo,quod etsi (quod expræssè negatur) hæc fuisset fellonia, non tamen concessionarius posset ex ea iuuari, quia tem-

33 pore concessionis non erat, & tamquā noua non confirmat concessionem cap. susceptum de rescript.in 6. declarat Andr.in const.Magistris,& in c.moribus n. 2.vbi latè Liparul.si de feud.fuer.contr. cessante autem concessione venit omninò restitutio ex indultu Cæsareo, de quo loquemur postea suo loco.

Secundo respondetur,quod nulla ex hoc, vel vmbra rebellionis oriri posset, vt .n.

aliens

assaliẽs Castrũ dicatur rebellionẽ cõmittere requiritur hoc fieri in aliqualem Principis læsionem, puta quia Castrum
34 est de demanio Principis, vel quia ibi fortè commorabatur, prout decla at Iacob. in tract. feud. in verbo dictique vassalli promiserunt non committere feloniam in decima causa priuationis numer. 41. & Curt. in suo tractat. feud. in 4 parte similiter in decima causa priuationis numer. 32. & sunt verba clara And. in cap. 1. § porrò in princ. quæ sit prima caus. benefic. amitt. ibi assaliens domum, vel vicum domini, vbi erat dominus, & cæt. Verum est autẽ, quod eo tempore, nec Cæsarea Maiestas in hoc Castro aderat, nec ipsum Castrum pęnès Cæsaream Maiestatem repetiebatur, sed illud possidebat Loffredus (vt supra diximus) quare nulla perduellionis suspitio in hoc considerari potest contra prosperitatem Principis, prout à Doctoribus requiritur, sed fuisset potius vis quædam ipsi Loffredo per Alexandrum illata, ex qua perduellionis nota non oritur, vt per Doctor. supra allegatos ad quod legimus textum ægregium in l. si quis in
35 genuam §. fin. ff. de capt. & postlim. reuers. vbi inquit iurisconsult. quod in ciuilibus dissentionibus quamuis sæpè per eas Respublica lædatur, non tamen in exitium Reipublicæ contenditur, per quem text. id in specie, quod quærimus determinauit Bart. in consil. qui sint rebelles in verbo rebellando nu. 1. 2. & 3. Ancharan. consl. 287. nu. 1. vers. contrarium de iure, & Hieron. Gig. in tracta. de crim. læsæ Maiest. in verbo de rebellib. quæst. 13. quod quidem non ignorans pars aduersa, inquit, id fecisse Alexãdrũ vt Venetis complaceret, sed frustrà quærimus causam extrinsecam dum patens est causa intrinseca recuperandi propria bona, e dum è conuerso impossibile est voluisse Alexandrum post Cœsaream victoriam, quæ præcesserat suum dominum Victorem derelinquere, vt adhæreret hostibus victis iàm eo tempore, & fugatis. Imò dum se suo Castro per ma-
36 chinationem spoliatum intuebatur, & ad huc illius nullæ, & inualidæ concessionis formam Loffredus ipse non seruauerat dum Proregis concessio vna cũ informatione dirigebatur Regiæ Cameræ, quæ possessionem sibi dari curasset ipse autem (ne eius machinatio detegeretur) omissa Regia Camera, & informationem occultauit, & castrum propria authoritate occupauit potuit omni iure conuucatis, etiam hominibus suum castrum recuperare, sic in specie determinat Bald. in l. data opera num. 67. C. de his qui accus. non poss. Innoc. in c. olim causam col. 2. de restit. spol. & latè Calc. in cons. 51. num. 2. & 3. Talis enim defensio omni iure permissa est, cap. dominus noster, & c. notandum 23. q. 2. l. 1. §. cum arietes ff. si quadrup. paup. feciss. dicat l. ex hoc iure ff. de iust. & iur. l. si alius §. bellissimè ff. quod vi, aut clam, tradit Abb. in c. fin. de ordin. cognit. Menoch. de recuper. poss. in 1. remed. num. 385. Vasq. contr. Illustr. libr. 2. cap. 82. rub. in § nihil commune nu. 258.

Hactenùs de omnibus rebellionis capitibus verba fecimus, quæ si rectè diluta videbuntur nulla remanet vlterius difficultas, cessant enim omnes concessiones, tanquam factæ ex falsa causa l. 1. & 2. cum simil. ff. de cond. sine causa.

Deo Gratias.

Ad idem subsequitur allegatio sequens.

SVMMARIVM.

1 *Restitutionis tenor, quam vassallis rebellibus concessit Imperator Carolus V. die 28. Aprilis 1530. & eius declaratio, quod non extenditur ad bona alienata num. 3.*

2 *Restitutio pro bono pacis an extendatur ad bona alienata, remissiuè.*

4 *Diuisio debitorum super pluribus bonis, & di-*

& diuisio quantitatis concessæ similiter super pluribus bonis fit pro rata bonorum obligatorum, vel concessorum, & decisiones in hoc articulo.

5 *Concessio ad beneplacitum concedentis tenet donec ipse reuocet, concessio vera facta ad beneplacitum alterius non tenet, donec ille consenserit, & num. 12.*

6 *Nulliter esse, vel non esse æquiparantur. Idque verificatur in sententia, in contractu, in alienatione, in scriptura, & similibus.*

7 *Dux belli diuidere potest bona mobilia inter milites, vt illos exhortetur ad fortiter belligerandum, non autem dare potest immobilia.*

8 *Proregum potestas, quo tempore incipiat.*

9 *Vicarius Generalis, absque speciali potestate ad donandum, donare non potest quamtumuis adsint in commissione introscripta verba prægnantia.*

10 *Regula confirmatur in contrarium per specificationem alicuius casus particularis.*

11 *Ministri Principum regulariter possunt ea, quæ sunt de iustitia, non autem ea, quæ sunt gratiosa.*

13 *Verba hæc (teneat, & fruatur) non transferunt dominium, sed faciunt depositarium, vel commendatarium.*

14 *Beneplacito alicuius reseruato, donec superueniat nihil ponitur in esse, & ex hoc aliqua notabilia oriuntur.*

15 *Beneplacitum, an reuocatum intelligatur circa bona ad beneplacitum concessa, si primus Dominus, qui illa bona perdiderat, ab eodem Principe post illarum bonorum concessionem restituitur.*

16 *Ablatiui absoluti faciunt conditionem.*

17 *Asserens aliquid, & subiungens, prout patet ex tali scriptura nihil ponit in esse, nisi id, quod legitur in illa scriptura.*

18 *Esse, & non apparere, vel non esse idem sunt.*

19 *Scriptura si plures apparent circa eandem rem, attenditur posterior, si autem prioritas non apparet attenditur illa, quæ minus tribuit.*

20 *Quouis modo alienatum si legitur in iure, siuè in rescriptis Principum non intelligitur de alienationibus nullis, & inualidis, sed de alienationibus ex quouis titulo à iure approbato, & nu. seq.*

21 *Alienatum non dicitur id, quod nulliter transit in alium, sed id, quod legitimè distrahitur.*

22 *Verba Principum ita sunt intelligenda sicut intelliguntur apud leges, iuxta interpetrationem iuris prudentum.*

ALLEGATIO LVI.

Pro eodem.

In Dei nomine Amen.



IAM quod Primum Caput remanet, vt opinor plenè discussum, vt ordinem propositum exequar descendo ad secundum Caput defensionis, secundum quod obtinere debemus etiam si (quòd expressè negauimus) quæuis rebellio affuisset, & iuxta factum, quod in Reg. Cam. proposui, & legendum curaui.

Fundatur hoc secundum caput defensionis in amplissima restitutione ex qua Imperator ob bonum pacis remisit omnia delicta læsæ Maiestatis quantum uis grauia, etiam quod de eis particulariter mentio fieri debuisset, nec non restituit omnes delinquentes ad omnia bona burgensatica vel feudalia in amplissima forma, quæ restitutio est die 28. Aprilis 1530.

Huic tam claræ restitutioni, quæ omnem tollit difficultatem, vnum tantum opponit pars aduersa, dicens, quod dubitantibus Iudicibus rebellium, nùm tam ampla restitutio pro bono pacis extendenda esset, etiam ad bona alienata, ex traditis

per Bartolum,& reliquos in l. 1. & in l. fin.C.de sentent.pass. & in l.fin. C.de fide instrum.& iur.hast.fiscal.lib.10. per Afflict.in dec.116.& in cap.1.de vassall. decrep.ætat.post Andr. ibi num.2. Inn. & Abb.in cap. inferior de maioritat. & obedien.Faber.Angel.port.& reliq.in §.cum autem quib.mod.ius patr. potest soluit.Bart.& ferè omnes in §.& quid si tantum.

Responsum ab Imperatore petierunt per Epistolam, vbi ater. adest Imperatoris
3 responsum, quo declarat, talem restitutionem ad bona alienata non extendi, sed verum est(inquit pars aduersa)quod terra Locirotundi alienata reperiebatur, ergo non compræhenditur.

Verùm ad hoc faciliter respondetur, & ne articuli confundantur, Distinguamus (rogo) tempora, & res, nam sic confusionem vitare scio, huius miserrimi viri Iustitia clarius apparebit. Tres ergo alienationes huius terræ factæ fuerunt.

Prima per Principem Orangies ipsi Loffredo de mense Nouembris 1528.quæ fuit restricta ad annuum redditum ducator. 200.

Secunda ab Imperatore prædicto Figueroę de mense Ianuarij 1534,

Tertia à Don Petro Toledo, qui concessit illud plus eidem Loffredo pro ducatis 1000.de mense Augusti 1534. Restitutio vero est de mense Aprilis 1530. & sic nihil differendum est de secunda, & tertia alienatione, quæ subsequuntur. Nam si restitutio suum fuerat sortita effectum frustrà de eadem re vlterius disponi poterat. Quæ autem alienatio restitutionem præcedit ea sola est supradicta concessio facta per Principem Orangies,& in hoc iterum commemoro,quid concessum fuerit,nam non totum Castrū sed solum annui ducati 200. ex hoc Castro,& ex alijs duobus feudis, vt primo loco diximus,fuere concessi,& quicquid ex hoc redditu supererat apud Regiam Curiam remaneret.

Quare, & in hac concessione iterum distinguendum est, quod aut quærimus de illa concessione restricta ad annuos duc. 200.aut de reliquo.

Si quærimus,quid iuris de isto reliquo, qđ iam remanserat pęnes Regiam Curiam; Ego nullam in hoc video difficultatem, quin per restitutionem illicò acquisitum fuerit Alexandro, cessat enim quo ad supradicta difficultas,quæ fit quo ad bona alienata,& sic prò nunc sumus in claris,quod præsenti actori restituendum erit illud plus.

Imò cum isti annui duc. 200. assignati fuerint non solum super terra Loci rotundi,sed etiā super duobus alijs corporibus
4 sequitur, quod talis deductio facienda est solum pro illa parte annuorum ducatorum 200. quæ æstimatis illis tribus corporibus competeret pro terra Loci rotundi,iuxta tex.in l. apud eos §. & qa C.de debit. ciuil.lib. 11. & l. 1. C.quo quis ord.conuen.vbi Luc.à Penn. & ita fuit determinatum per Regem Federicum,vt fieret diuisio debiti pro rata, teste Afflict.in constit. si quis in posterum num.26.& seq.vers.Ego vidi Regem Federicum, & in contingentia similis facti per eosdem Iudices rebellium in anno 1534. in causa inter Regium Fiscum, & Iacobum Mariam Franconum, & Franciscum Antonium eius filiū, & Reuerēdum Fratrem Vriam Commendatorem fuit per eos determinatum,vt vltra quātitatem gratiæ factæ omnia bona restituerentur vnà cum fructibus, & quod eius quantitatis concessæ fieret contributio super omnibus bonis, super quibus concessa fuit fol.818.

Si autem quærimus,quid Iuris de eo,quod fuerat concessum pro rata tamen hoc Castrum tangente.

In hoc opponit pars eandem ipsam concessionem; sed certè si negotium rectè inspicibus in hoc etiam apparebit non adesse dubitationem, & consequenter Castrum integrum, vnà cum omnibus fructibus actori esse restituēdum,Nā (& hęc sit prima respōsio) interrogo prius

quis

quis nam est, qui hanc concessionem opponet, nùm Loffredus, an Figueroa? Si Loffredus eam opponit, obstat sibi exceptio rei iudicatæ. Diximus enim superius, qualiter dum Loffredus huic concessioni innitebatur in controuersia inter ipsum, & Figueroam ipsa concessio habita fuit pro nulla, & inualida, nec de ea fuit habita ratio, ita quod per Figueroam fuit exclusus, & solum fuit habita ratio illorum ducatorum 4000. quos Loffredus, vti cessionarius creditorum prætendebat super hoc Castro, de quibus ducatis 4000. loquemur inferius, sed respectu concessionis, iàm apparet, quò ad eam fuisse Loffredū penitus exclusum, nec dicatur, quod illa concessio reuocari poterat ab Imperatore tamquam facta ad eius beneplacitum, quia non fuerat facta ab eodem Imperatore, ita vt interim subsisteret, donec reuocatur, sed facta fuit à Principe Orā-
5 gies ad beneplacitum Imperatoris, quod quidem importat conditionem si Imperatori placuerit, & cōsequenter tali placito non subsequuto remanet concessio nulla ab initio, vt dicetur infra sub capite incipienti; Secūdo diximus, & vel ex hoc vt opinor, vel ex alijs quod Loffredus nō erat Dominus, vigore illius concessionis fuit virtualiter iudicatum dum non fuit habita ratio de ipsa concessione.

Si verò eam concessionem opponeret Figueroa hoc esset ridiculum, si quidem ipsi Figueroæ nullum ius acquiri potuit ex ista concessione facta Loffredo, sed ius Figueroæ oritur ex concessione sibi facta per Imperatorem in anno 1534. Quæ similiter nocere non potest Alexandro Carafæ, cuius restitutio præcesserat in anno 1530. Tanto magis cū in eodem priuilegio Figueroæ adsit clausula (saluis iuribus cuiuscumque) & iam ipsi Alexandro ius plenè fuerat quæsitū per restitutionem tam amplam, & generalem in qua in specie dicitur, quod restituti vlterius nullo modo per Regiam Curiam, vel alium quemlibet molestari possint, & sic (ni fallor) patet hanc concessionem Principis Orangies, nec per Loffredum, nec per Figueroam obijci posse.

Vlterius talis concessio opponi non potest quia nulla est, & inualida, & consequenter idem est, ac si non adesset, si quidem non esse, & nulliter, & inualidè esse idē
6 sunt l. Paulus respōdet ff. de verborum significat. l. eum qui §. cum igitur ff. de in diem adiect. l. non putauit §. non quę vis ff. de bon. poss. contra tab. l. 4. §. condemnatum ff. de re iud. & hinc semper quod alicuius rei, puta sententiæ, contractus alienationis, scripturæ vel alterius eius generis rei mentio fit, non intelligitur de inualida c. non præstat de regul. iur. in 6. l. statutis C. de fenr. ex breuic. recitand. tradunt Afflict. in dec. 21. num. 14. & Gramm. dec. 84. circa finem, Aym. cons. 226. num. 12. Dec. cons. 668. Tiraquell. de retract. lignag. §. 1. glos. 20. nu. 11. & sic amplissimè restitutionis Imperialis effectus impediri nullatenus potest ex hac prætensa concessione, quæ tamquam nulla, & inualida habetur, ac si nō esset.

Quod autem hæc concessio fuerit nulla, & inualida nunc disceptandum non est, quia id fuit iudicatum in supradicta sententia inter Loffredum, & Figueroam, vbi Figueroa (quantumuis in eius priuilegio adesset clausula saluis iuribus cuiuscumque) tamen obtinuit, nulla habita ratione istius concessionis, cui Loffredus innitebatur. Verum ex abundanti, si quis ex Dominis Iudicantibus, vt curiositati potius, quam necessitati indulgeat breuiter intelligere vellet, qua de re talis concessio pro nulla, & inualida habita fuerit. Paucis (quæso) aduertar, qualiter nulliras oritur ex defectu potestatis, & etiam voluntatis Principis Orangies.

Primo ex defectu potestatis, quia aut Princeps Orangies concedebat vti dux belli,
7 aut vti Prorex, si vti Dux belli, quo ad immobilia carebat potestate, quia belli

Dux poteſt ſolum mobilia inter milites diuidere, vt illos exhortetur ad fortiter Belligerandum,non autem immobilia, quorum conceſſio ſolum ſpectat ad Regem l. Diuus ff. de iure fiſc. Bald. in l.ſi quis pro redemptione col.1. verſ. in ſimili etiam C.de donat. l.1. C. de petit. bon.lib.10.Freccia de ſubfeud.lib.2.ſub tit.quis dicatur dux num. 27. fol. 91. ſi vti Prorex minus potuit,quia eo tempore ad huc legitimè Prorex non erat,nam conceſſio fuit de menſe Nouemb.1528. & eius commiſſio publicata fuit de menſe Aprilis 1529. fol.775. à quo tempo-
8 re incipit eius iuriſdictio,vt Proregis,& non ante, prout in Regno quotidiè ſeruari videmus, vt non prius exerceatur iuriſdictio, quam commiſſio publicata, & præſentata ſit, & ius iurandum receptum, & eſt hoc de iure ex tex. particulari in l.1. vbi Bald. C.de offic. præfect. Auguſt.l.pridiè ff.de fer. Par.de ſindic. in verbo electio in cap. incipien. in officijs.

Item, & ſi conceſſiſſet poſt publicatam cõmiſſionem, & ſic tempore habili ad huc
9 vti Prorex, & vti Vicarius nequaquam habebat poteſtatem donandi cap. fin.de offic.Vicar.in 6. Andr.in cap. Imperialẽ num.12.de prohib. feud. alien. per Feder.vbi Capyc.fol.31.& Camer.fol.77. col.3. quod generale eſt in omni adminiſtratione l.interdum §.qui tutela ff.de furt.l.ſi fundum §. ſi tutor ff. pro empt. l. procurator cui generaliter ff. de procurat. & hoc quantumcumque liberam habeat adminiſtrationem l. filius famil. ff.de donat. l. 1. ff.de offic. procurator. Cæſar, etiam ſi tributa eſſet poteſtas faciendi quidquid verus Dominus de re ſua facere poſſet,vt per Bald.in l.1.in fi. C.de bon.mater.& in l.ſi procurator C. de procur.

Quanto fortiùs cum nec etiam huiuſmodi generalis poteſtas ſibi à Cæſarea Maieſtate fuerit Tributa,vt fol. 773. vbi ſolũ datur ſibi poteſtas vendendi, vſque ad certam ſummam cum pacto de retrouẽ-
10 dendo. Quæ ſpecificatio in vno caſu firmat in alijs regulam in contrarium l. nàm quod liquide ff.de pen. legat. l.legata inutiliter,vbi Bart.ff.de leg.1. Cum
11 regula ſit poſſe Miniſtros ea, quæ ſunt de iuſtitia, non autem ea quæ ſunt gratioſa,vt per Ant.de Butr.& alios in cap. verum de foro compet.Rota in deciſi.6. de rer.permut.in nouis Bellam. in conſ. 20 .Primo videre occurrit col.4.in verſi. ideo licet.

Secundo diximus hanc conceſſionem nullam eſſe ex defectu voluntatis, quod ſi quouis modo, vel ſub vmbra oſtenderem, facilè tamen credere vnuſquiſque deberet,eum Principem, nec voluiſſe quidem id, quod non potuiſſe oſtendimus. Quod autem verè noluerit apparet; Primo ex eo, quod non liberè concedit,ſed ad beneplacitum Imperatoris. & inſuper promiſit procurare,quod Cęſarea Maieſtas eandem conceſsionem
12 confirmare habeat in forma valida, quæ dictio (ad beneplacitum) relata ad tertium (nempè) ad Imperatorem, facit conditionem, & ſuſpendit actum conceſſionis,donec Cæſaris placitum,& voluntas ſubſequatur,ita eſt doctrina Bart. in l. quibus diebus §. Terminus num.9. ff.de condit. & demonſtr. quem ibi ſequitur Imol.& Soccin.Ruyn. in conſil. 177.num.12.lib.1.Vbi propriè,quando aliquid refertur ad voluntatem alterius, & idem Bart.in l.centeſimis §.fi. ſub nu. 9.verſ.ſi vero diceret ff.de verbor. obl. & ibid. Angel. & Fælyn. in cap.ex literis col.9.num.13.verſ.ſubdit, Bart.de conſtitut.Socc.in l.quibus diebus §.quidam Titio col.13.verſ.præterea ff.de condit. & demonſtr.Neguſ.de pignor.in 4.par. principali ſub num.37. verſ.& pro prædictorum.

Noluit ergo Princeps concedere ſimpliciter,ſed ſub conditione. ſi Cæſari placebit, cuius placitum ſe curaturum promiſit,vt ſubſequatur,idque propriè denotant illa verba (volemo, che nomine Regiæ Curiæ li habbia da tenere, e gode-

13 dicte.) quæ verba non denotant velle transferre dominium, sed illorum annuorum ducatorum 200. faciunt illum interim Commendatarium, seù Deposi-
14 tarium l. commendare ff. de verborum signific.& consequenter; Dum talis concessio per Imperatoris placitum validãda erat priusquam illud subsequatur, Tutus erat omninò Alexander, dùm interim per amplissimam restitutionem sua bona reacquisierat, text. sunt ad literam in cap.si promptè, de rescript. in 6.& in l.1.circa med.versic.priusquam factum Præsidis Princeps compiobet ff. de legat.3.glos.& Archid.in clement.1. in verb.executorem. de concessio. præ-
15 bend. Quinimò,& si valida fuisset concessio ad beneplacitum,tamen posset forte prætendi ipsum beneplacitum expiratum fuisse per restitutionem, & sic per contrariam dispositionem, ex ponderatis per Corne.consil.299. lib.primo numer.6.

Vlterius colligitur defectus voluntatis ex eadem concessione,vbi dicitur (volemo che nomine Regiæ Curiæ li habbia da tenere,& godere Gio.Gasparro di Loffredo) Et secuta declaratione contro detti Alexandro, Vniuersità di Monopoli, & Vniuersità di Lecce, come rebelli della detta Maestà li concedemo, ex quibus verbis, luce clarius apparet, quod dubitans Princeps nùm talis rebellio vera esset, nec ne voluit solum concedere in casu,& in tempore, quo talis rebellio per sententiam declarata esset, vt patet in illis verbis (& secuta decla-
16 ratione) Nàm ablatiui absoluti faciunt conditionem,vt per Bar.in l.ab emptione num.1 ff.de pact.Bald.in l.1.num.6. C.quando liceat ab empt.discedere,quę sententia non modo non est subsequuta sed nec ipsa rebellio fuit post modum placitata.

Denique apparet defectus volũtatis, quod Princeps in tantum volebat concedere
17 in quantum constaret de rebellione per informationem,ad quam se remisit. Vnde cessat eius voluntas,dum cessat talis informatio l.si sic §.1 vbi Barto.ff. de leg.1.& pulcrè Aretin.in consf.76.num. 6.& Rip.sub tit.de diuers. rescript.in 5. respons.num.5. Cum idem sit non esse,
18 vel esse,& nõ apparere l. cum res §.itaque ff. de leg.1.l.duo sunt Titij ff. de testam.tutel.& sufficit dicere, hoc non est in processu cap.quoniam contra ext. de probat. Quinimò si verum amamus; Aut hæc informatio numquam extitit, aut si extitit fidelitatem potius quam rebellionem indicabat, dum ab eodem Loffredo occultata fuit. Neque ostenditur alia cartula concessionis in qua postrema, hæc verba desunt nam neque autentica, neque verisimilis videtur, vt in facto deduximus,& in iure addimus,
19 quod in duabus scripturis de eadem re conf. ctis si altera est posterior, hæc seruatur si ambæ sunt eiusdem temporis attenditur illa,quæ minus tribuit l.Sempronius proculo ff.de legat. 2. Cyn & Bald.in l.de rebus C.de dona.ant.nupt. idem Bald.in l.falsas num. 30. vers.scias tamen C.de furt.Innoc.in cap.quia plerique num.5.de immunit.Ecclesiarum, & quo ad verisimilitudinem, verò similius est voluisse Principem suam concessionem,ex informatione priùs habita,& vna cum concessione ad R. Cam. transmissa iustificari.

Reliquum est, respondere ponderationi, quam audio partem obijcere.

Inquit enim, quod respectũ illius cõcessionis pro annuis ducatis 200. quantumuis dicta concessio nulla esset,impediretur tamen restitutionis effectus,vigore declarationis factæ per Imperatorem,dicentem,cessare præfatam restitutionem quo ad bona quoquo modo alienata, cuius declarationis verba sunt hæc,videlicet (Però si los dichos bienes se hallaren vendidos,ò en qualquier manera por nuestra Regia Corte enajenados,nuestra intencion nunca fue de otorgar remission general en prejudicio de terciero, ni que los bienes enagenados

dos,ò vendidos en que yà era acquitido à otros derechio se ayan de restituir.

Ad hoc respondetur, quod si (vt diximus) talis concessio nulla est,& consequenter idem est,ac si facta non fuisset,sequitur, vt cessent illa verba(en qualquier manera enagenados) cum isti annui duc.200. nullo modo dicantur alienati,eius enim qnod nullum est nullæ sunt qualitates, & idē est nō esse,& nulliter esse, vt iam demonstrauimus,Absit enim credere, quod voluerit Iustissimus Imperator sub istis verbis comprehendere etiam spolia, aliasuè de facto alienationes,cum potius contra, Princeps qui omnia habet iura in scrinio pectoris, ea tantum disponat, ea cogitet,ea loquatur,quæ iuris sunt,& id quidem ex lectura apparet; nam dum vnam, eamque iustissimam alienationis speciem (nempè) venditionem expresserat,postea ne vlterius donationem, permutationem, cęterasque omnes alienationis species prolixius exprimere cogeretur, voluit omnes alienationis titulos vnico verbo compræhendere sub illis verbis (en qualquier manera enagenados) quæ verba latinè sonant (quoli-
20 bet modo alienata) & hæc quidem verba nequaquam denotant alienationes inualidas, sed sunt distributiua modorū alienandi a iure permissorum gl. est pulcra in cap.indemnitatibns in §. sanè in verb.quomodolibet de elect. in 6.& ibi Archid.Gemin.& Ancharan. Bal. quoq; in l.fin.num.2.C.de impub. & alijs sub-
21 stit. sed & illud verbum (alienata) non actum inualidum denotat, sed actum solum modo iuridicum, per quem dominium transfertur tex. est ad literam in l.1.C.de fund. dotal. Et verba Regis
22 intelligi debent sicut lex intelligit secūdum interpraetationem prudentum, pro. vt post alios declarat Frecc. de subfeud. sub cap.quis dicatur Baro nu.5.fol.mihi 70. Et magis sumus in claris.Nam idem Imperator se ipsum declarat,cum inquit (que los bienes enagenados, en que ia era aquerido à otros derechio, no se ayan de restituir) Ecce ergò quomodo non loquitur de illis alienationibus, ex quibus nullum ius acquiritur,sed de alienationibus validis, Ex quibus concessionario ius tribuitur,quòd autem hæc cōcessio ius Loffredo non tribuerit, iàm iudicatum fuit, idque iustissimè iudicandum esset, ex his quæ supra considerauimus.

Ex his itaque patet hanc concessionem,nec per Loffredum allegari posse, nec etiam per Figueroam, & patet vlterius illam concessionem nullam esse ex defectu potestatis,& voluntatis. Et consequenter cessante ista concessione,sequens indultus concessus in anno 1530.impedit effectum concessionum subsequentium,& Alexandrum ad integrum Castrum restituit etiam admissa rebellione, quam omnimodo impugnamus. Cessiones verò quas Loffredus obtinuit quantitatum debitarum super Castro effecerunt,vtiq; ipsum creditorem in pecunia, quæ per hunc actorem si castrum obtinet erit integrè exoluenda, sed non pro eisdem quantitatibus potuit Loffredus acquirere ratam dominij nunquam acquisiti per creditores immissos tantum in possessionem,vt sibi ipsis de fructibus satisfacerent,prout hæc omnia in facto annotata sunt.

Deo gratias.

Hæc dum discutiebantur reperta fuit illa informatio circa rebellionem qua visa destiti à patrocinio.

SVMMARIVM.

1 *Sindici in introscripta Ciuitate ante administrationem iurant de bene administrando cum reliquorum restitutione,& in hoc obligant omnia bona cum constituto,& præcario ad beneficium Vniuersitatis.*

2 Obli-

2 *Obligatio bonorum, etiam cum constituto, & precario non requirit scripturã, sed sufficit probari per testes.*

3 *Consuetudo attenditur circa modum inducendarum obligationum.*

4 *Agimus directè contra tertium possessorem ex hypotheca cum constituto, & precario, tam de iure communi, quam de iure Regni.*

5 *Hypotheca absque constituto, & precario licet non operetur posse agi rectà via contra tertium possessorem, absque discussione principalis debitoris, tamen si creditor rem sic hypothecatam possidet bona fide operatur retentionem, absq; discussione.*

6 *Discussio non requiritur, vbi constat debitorem esse decoctum.*

7 *Hipotheca tacita inducitur ex administratione tutelæ, vel curæ etiam ad litẽ tantum, & similiter ex administratione eius, qui se gerit pro tutore, & etiam in bonis negotiorum gestorum datorum ab illis. Idemque in administratoribus Vniuersitatum, vel Ecclesiarum in num. 8. cum declaratione, vt in num. 9.*

10 *Administratores Vniuersitatum ex necessitate officij sunt obligati in bonis ex tacita hypotheca prouisa de iure communi. Extensa autem de iure Regni contra quoslibet Administratores, etiã voluntarios.*

11 *Augmentatiuè dispositiones non possunt trahi ad diminutionem dispositionum præcedentium.*

12 *Leges subsequentes siue communes, siue municipales continent sæpè illud idem, quod de iure communi sancitum fuerat, ad quod affertur ratio, & exempla.*

ALLEGATIO LVII.

Pro Vniuersitate Grauinæ.

In Dei Nomine. Amen.



IN præsenti negotio illorum de Mondellis contra Ciuitatem Grauinæ. Pro ipsius Ciuitatis defensione breuiter commemoro in facto qualiter non dubitatur crediturum ipsius Ciuitatis esse ex causa administrationis quondam Leonardi Antonij Pedilli, qui in ipsa Ciuitate fuit Sindicus.

Item non dubitatur creditum esse in valdè maiori summa, vltra illam paruam summam, quæ exigi potuit ex venditione bonorum in iudicio deductorum.

Item, & tertio non dubitatur, quod ista bona pro dicto credito Ciuitatis Grauinæ ad sui instantiam exequuta, & vendita fuerunt in bonis, & de bonis dicti Pedilli Syndici, & ante, & post suam administrationem.

Ex quo facto duo sequuntur in iure, alterum inspecto speciali solito, & obseruantia ipsius Ciuitatis, alterum genericè de iure communi.

Primo inspecto speciali solito ipsius Ciui-
1 tatis probatum est, quod Syndici postquam creati sunt in actu capturæ possessionis iurant de benè administrando & reddendo computum cum reliquorũ restitutione in forma cum generali obligatione bonorum constituto, & præcario, prout est notorium, & deponunt in
2 numeri testes, nec talis obligatio requirit scripturam, sed sufficit fieri coram testibus, & per testes probari l. contrahitur vbi Bart. ff. de pignor. declarat Neguf. in 4. membr. 2. part. num. 5. & tantò magis, vbi adest antiqua consuetudo, quæ attẽ-
3 ditur circa obligationes inducendas, vt per Napodan. in prohem. consu. & ibi Addentes fol. 4. ater. post Bart. in tit. de

pa-

pac.consta.collat.10. vers.deinde quæro. & late Gagnol.in repetit. l. 2. in 96. quæst.C.de pact.inter empt.& vend.

4 Et propterea directè agi potuit contra tertium possessorem, vt in pragmatica quæ incipit assistentiam,& est dispositio iuris communis ex l.fin.C.de acquirend. poss. ex quo text. hanc practicam desumunt Hyppol.in sing.156.Affl.in decis. 139.Capyc.in dec.157.in fin.Neguf.in 4.parte principali nu. 8. in 8. conclusione.

Secundo præsupposito, quod solum adesset illa tacita hypoteca, quæ datur de
5 iure communi prout infra dicam certè illa sufficit in casu nostro, quia discussio non est necessaria,dum possidemus, iam authore pretore rem hypothecatam,sed possumus illam retinere ex sola hypoteca,quæ non fuit nulliter,aut vitiosè con tracta l.cum vitiosè (à contrario sensu) ff.de pignor.declarat Bart.in l.1. §.1. in vers.sed contra hoc ff.eod.& Nicos.in 1.membr.3.part.nu.17.Vndè licet constaret,quod adessent bona illius debitoris,tamen isti de Mondellis non possent nos molestare super bonis per nos possessis, & antea nobis hypothecatis, sed contra illum à quo causa habent dirigere oporteret gressus suos.

Tantò magis dum ipsi actores quorū onus est probare ipsorum incumbentia, nihil tale probauerunt, nec prætendunt, sed potius notorium est illum Sindicum decessisse decoctum,vndè Ciuitas Grauinę de tam magno credito non potuit recuperare nisi hanc exiguam quantitatem,& per consequens non modò excipere possumus dum sumus in possessione;sed si aduersatij possiderent possemus,etiam
6 agere contra illos ex hypotheca nobis quæsita priusquam illi contraxissent,nec discussio requiritur, vbi constat debitorem esse decoctum, vt per Affl.in decis. 162.per Gramat.in dec. 90.

Fuit autem quæsita hypotheca ex administratione,nàm sicut obligata sunt bona
7 Tutoris,ex administratione tutelæ l. pro officio C.de administrat.tut. ita ex eodē fauore pupillorum sunt obligata bona curatoris ad litem tantum,vel eius qui se gerit pro tutore, licet verè tutor non sit l.properandum § fin.vbi DD.notant C. de iudic.glos.fin.in d.l.properandum, & in d.l.pro off.vbi Bald. & etiam glos. & Bart.in l.dabimus §.1.ff.de priuileg.credit.Neguf.in 4.membr. 2. part. num.7. 8.& 9. vbi hoc extendit etiam in negotiorum gestoribus datis ab illis,ex doctr. Bart.in l.actor.col.2.ff.rem ratam haberi Neguf.vbi sup.Capyc.in dec.129. Præs. de Franch.in dec.598. Guttier.de tutel. par.2.cap.16.

Et quia in Vniuersitatibus adsunt multi pupilli,& aliæ miserabiles personæ, tanto
8 fortius concludunt omnes,vt pro administratione rerum, & negotiorum Vniuersitatum sint tacitè hypothecata bona Syndici, Electorum, & aliorum qui administrant,ita est tex.in l.fin.C.quoquis ord.conuen. lib. 11. quem textum non in quolibet debitore Vniuersitatis, sicut in Fisco, & in Vrbe Romana, & Antiochena,vt in l.simile,vbi glo. ff. ad municipal.& in l.2.C.de debit.Ciuit. lib. 11. & per Neguf.de pignorib. in 4. memb. 2.par. num.119. Sed in Administratore tantum procedere, & in hoc esse casum specialem, declarat Iacob.de Aren. in l.1.§.si hæres in 2.lect.ff.ad Trebell. latius Alex.in eod. §. si hæres in finalib. verb.Neguf.in d.4.membr.2.parr.num. 119.qui declarat hæc omnia, & miror, quod neque Alex.neque Neguf.allegāt Alberic.in l.pro offic. num 4. C. de administrat.tutor.qui specificè adducit prædictam rationem æquiperationis Vniuersitatum, & pupillorum, & ante omnes idem dixerat Azo. in summa C.de deb. Ciuit.lib.11.& glos.ibi,& in l.fin.eiusdē tit.& apud nos inter modernos testatur Follerius in commento ad pragmat. latam de anno 1559.sub tit.de Administr. Vniuers. Immo non solum in Vniuersitatibus cum in eis verè adsint pupilli: Et proinde pro pupillis habeantur l. Rempu-

publicam C. de iure Reipubl. lib. 11. sed etiam in Ecclesijs, quia pupillis æquiparantur, hoc idem circa tacitam hypothecam tradidere, glos. in cap. ex litteris, extra de pignor. & ibi latè Abb. num. 11.

Quæ hypotheca oritur non à die contractę
9 causæ debendi ex administratione, sed à die assumptæ administrationis, vt per gl. in d. l. pro officio C. de administr. tutor. quam opinionem veriorem esse firmant ibi Iaco. de Aren. Cyn. Bal. & Salyc. Soccin. in cons. 61. col. 1. & 2. vol. 1. & Negus. in dict. 4. memb. num. 12. qui postea sub num. 98. cum seqq. declarat talem Hypotecam quamuis tacitam (si est anterior) præferri posteriori, etiam expræssè & etiam si habens posteriorem tacitam, vel expressam esset similiter priuilegiatus, quod prius docuerant glo. magna in l. assiduis C. qui potior. Dyn. in l. qui prior de regul. iur. Bar. in l. si is ff. de iur. fisc. Alex. in cons. 58. num. 4. volum. 7. & probatur in l. vnic. C. rem alie. gerentib. non interdici.

Non obstat, quod in anno 1597. fuerit per Regiam Pragmaticam facta prouisio cir-
10 ca talem hypotecam in bonis administratorum, ex qua vult pars colligere, quod secus erat de iure communi, tempore huius administrationis, quæ præcessit annum 1597. nam in hac pragmatica fit dispositio augmentatiuè respectu omnium qui quo quo modo administrant bona Vniuersitatis, siuè ex necessitate, siuè ex voluntate, siuè ratione officij, siuè aliter quomodocumque etenim per prius de iur. commun. talis hypoteca fuerat prouisa solum respectu administrantiū ratione offi. ij vt in Syndicis, Electis, & similibus, prout patet ex præ-
11 dictis; Vndè ex prouisione augmentatiua nihil colligi, aut argui debet in diminutionem l. legata inutiliter ff. de leg. 1. latè Ruyn. in cons. 84. num. 1. & 2. volumin. 3.

Non omittendo, quod siuè ad maiorem claritatem, siuè ad inducendum ordinē
12 clariorem, siuè ad instructionem communium personarum, quæ sunt legum ignaræ innumeræ, & sine dubio maior pars Constitutionum, Pragmaticarum, & Rituum continet illud idem, quod sancitum, erat de iure communi, ex quo tāquam à perenni fonte Iustitiæ, & æquitatis deducuntur, & ius Canonicum, & subsequenter in hoc Regno ius particulare, prout declarat And. in proem. constit. & aduertunt glos. & DD. in quam plurimis commentis ad constitutiones, ad Ritus, & Pragmaticas, idemque ad partitas legum Hyspaniæ, notat Gregor. Lop. in suo prohem. & dicit idem Rex Alphonsus in l. Tauri, & ibi Gomes. & Tell. Fernandes, & vt aliqua sigillatim aduertamus commemoro superius medixisse, quod pragmatica quæ incipit, Assistentiam desumpta est ex l. fin. C. de acquir. poss. Item legatur pragmat. 2. sub tit. de arm. quæ ad verbum desumpta est ex l. 1. & 2. C. quæ res exportari non debeant, legatur quarta, quæ idem continet, quod l. 1. ff. ad l. Iul. de vi publ. & in specie circa Administratores Vniuersitatum, cauetur in pragma. quod non eligatur debitor Vniuersitatis, & in hoc est tex. in l. 1. C. de debitor. Vniuers. li. 11 cauetur in pragm. quod non eligatur ad idem Officium per quinquennium, nec ad aliud per triennium, & notantur aliqui defectus non eligendorum, idem legitur in tit. 1. de vacantion. muner. & ff. de muner. & honor. l. 1. cum seq. & huiusmodi sex centa possumus enumerare, adeò quod nullum ex hoc argumentum deduci potest, sed sufficit ostendisse, quod habemus hypotecam expræssam, & vlterius sine dubio de iure communi datur in casu nostro tacita hypoteca, cuius vigore tuta est Vniuersitas Grauinæ, & ab solui debet ab actorum in petitione, ex omnibus supradictis. Deo gratias.

Sic per sacrum Consilium decisum fuit Vniuersitati cōpetijsse hypotecā super bonis dicti Leonardi Antonij Pedilli, & proinde licuisse, & licere retine bona in iudicio deducta.

SVMMARIVM.

1 *Clericus feudum retinere non potest nec in feudo succedere, & num. 5. & 6. cum sequentibus.*

2 *Clericos in maioratibus succedere quomodo intelligitur.*

3 *Clericatus est incompatibilis ad militiã secularem, & proinde non possunt in eadem persona concurrere clericatus, & feudum.*

4 *Seruire per substitutum permittitur personis non prohibitis retinere feudum sicut hoc clericis prohibetur.*

5 *Feudum debenti solummodò aliquid annuum retinetur ab aliquibus ad militiam inhabilibus, iuxta declarationes Doctorum introscriptorum.*

6 *Feudatarius in Regno vltrà adhoa solutionem tenetur seruire personaliter si hoc Dominus elegerit, & aliquando tenetur etiam absque requisitione, & vltrà adoham.*

7 *Feudum retinetur per Ecclesiasticos primæ tonsuræ si nec professi sunt, nec vouerunt religionem, nec tenent nec impetrauerunt beneficium Ecclesiasticum secundum aliquos. Et aliquis contendit sufficere ad exclusionem ordines primę tonsuræ, & num. 8.*

8 *Ordines primæ tonsuræ non efficiunt Dei militem, sed ad cælestem militiam præparant.*

9 *Incapacitas, & incompatibilitas ad feudum oritur in eo qui habet Ordinem sacrum, aut votum religionis, aut beneficium Ecclesiasticum obtentum, vel impetratum.*

10 *Feudum vacans ex incapacitate feudatarij non ex culpa, aperitur agnatis, & illis non extantibus aperitur Dño.*

11 *Culpa si non adest feudum non amittitur, nam ex incapacitate transmittitur ad Agnatum proximiorem, & sic soluatur rubr. de feud. sine culpa non amitt.*

12 *Clericus dimittens clericatum an recuperet feudum, quæstio magna est distincta in pluribus capitibus quæ declarantur in multis numeris seqq.*

13 *Andr. circa clericum dimittentem habitum, vt in feudo succedat videtur sibi contrarius, & num. 53.*

14 *Status pristinus rediens, an & quando sic iudicetur ac si immutatio non affuisset.*

15 *Statum pristinum recuperans rehabere etiam quæ mutatio status abstulerat, ex nonnullis iuribus probatur.*

16 *Status immutatio quæ abstulerat non rehaberi ex reuersione ad pristinum colligitur ex nonnullis iuribus.*

17 *Res integra si reperitur rehabetur ob reuersionem in pristinũ statum in quo habebatur alias non, & num. 21. 22. & 23.*

18 *Res integra reperiri dicitur quæ interim nec extincta est nec immutata.*

19 *Res integra in rebus corporalibus inspicitur ocularitèr in rebus incorporalibus dignoscitur intellectualiter, & num. 20.*

20 *Integritas rei in rebus incorporalibus dignoscitur intellectualiter, sicut in rebus corporalibus inspicitur ocularitèr, vt in nu. 19. Et declaratur etiam num. 34.*

24 *Clericus qui dimisit habitum ante mortem patris feudum habentis, an succedat in eo feudo mortuo patre. Quid autem si habitum dimisit mortuo patre, vide num. 52. Quid autem de assumente habitum post feudum habitum vide num. 25. cum seqq.*

26 *Religionem dimittẽs illicitè nimis damnatur. Dimittens iure permittente nullum habet dedecus, aut damnum, & num. 28. Etiam si renunciauerat num. 29. Et rationes ad hoc cum responsionibus ad contraria nu. 30. 31. & 32. declaratur autem, vt nu. 33. cum seqq.*

27 *Feudatarius qui cum dedecore corã Domino astaret amittit feudum.*

34 *Rem non esse integram an operetur ius alteri delatum, Iacob. de Ardiz. quod non*

non sequuntur alij num.35. Rationes num.36. Contrarium tenentes nu.37. 39. 40. & 41. Et respondetur ad cōtraria in num. seqq. & nu.50. & 51.

38 *Restitutio an tollat dominiū alteri quæsitum, & quid de iure acquirendi?*

42 *Feudum alienatum, & traditum an recuperetur si alienans illud recuperat priusquam Dominus placitauerit? cū num. seqq. declara vt num.45. cum multis seqq.*

43 *Postea (dictio) quod tempus significet?*

44 *Pœnitentia datur in delictis non consumatis, ex quo aliqua inferuntur in delictis, & in contractibus, & nu.45. & 46. Et ponderantur nonnulli DD. præsertim Camer. num.47. & 48.*

47 *Rigor scriptus seruatur contra æquitatē non scriptam. Seruatur præcipuè in feudis num.48.*

49 *Constitutio constitutionem Diuæ memoriæ declaratur, & fit sermo de Camerarij intelligentia in casu introscripto.*

53 *Andreas declaratur in aliquibus locis in quibus agit de clerico dimittente habitum ad hoc vt feudum rehabeat, vel nouiter acquirat, & nonnulla ad hoc latè ponderantur in num. seqq.*

54 *Clericus habitum dimittens, vt succedat an sit considerabile dimissionem fieri statim, vel non statim, & adesse, vel non adesse quæstionē, & in num. seqq.*

ALLEGATIO LVIII.

Pro Iulio Cesare Moccia.

In Dei Nomine Amen.



EX text. in cap. 1. de feud. fœmin. in cap. 1. de vasall. mil. qui arm. bellic. depos. in cap. 1. §. qui clericus si de feud. defunct. contr. sit, & in cap. 1. An mut. vel alias imperf. colligunt Doctor. regulam, quod clericus, neque feudum retinere potest, nec in feudo succedere, ità Iacob. de Beluis. in c. si quis decesserit si de feud. fuer. contr. Card. in cap. si §. & quia vidimus, qui feud. dar. poss. & cæteri omnes relati per Cassan. in cōsuet. Burg. in rubr. 3. §. 5. in verb. exceptæ les religieus Capyc. in dec. 10. Curt. in suo tract. feud. in secūnda parte tertię partis quæst. 10. super quo fundamento discurrit Andr. in locis infra ponderandis, & hoc pro regula, cui fallentiæ aliquot assignantur, assumunt Minad. in constit. In aliquibus in rubr. in verb. filiorum num. 5. & Petr. Duen. in sua regul. 103. quamobrem cautè intelligē-
2 dus est Ludouic. Molin. cum alijs per ipsum adductis de Hispan. primogen. lib. 1. cap 13. dicens clericum succedere in quocunque maioratu etiam cui dignitas, vel iurisdictio annexa est, oportet enim hoc intelligi de maioratu consistente in bonis burgensaticis non autē in bonis feudalibus, nisi adesset in hoc specifica Regis voluntas, qui si vult potest clerici successionē ad feuda dispensare, vel etiam clericis feuda concedere, vt habetur in cap. nimis de iur. iuran. in cap. 1. dē cleric. qui inuest. fecit And. in cap. 1. in fin. de feud. fœm. vbi latè Lipar. in verbo clerico scienter.

Regulariter autem nō succedunt. Est enim
3 clericatus incompatibilis ad militiam secularem cap. 1. §. ex hoc illud in titul. hic finit. lex. Ne Deo militans negotijs secularibus implicetur contra præceptū Apostoli relatum in cap. 1. nè cleric. vel monac. Et proinde locus fit regulæ tex. in clement. gratiæ de rescript.

Nec adaptatur limitatio volentis seruire
4 per substitutum, nam Doctores hoc asserentes intelliguntur in casibus, in quibus reperitur de iure admissa successio non valentium seruire ex persona propria, qui quidem in clerico non reperitur, prout optimè declarat Curt. in dicta quæst. 10. num. 20. cum sequentibus, & dixerat Iacob. de Ardiz. in sua

ſumma cap.96.in princ.& cap.97. in
verſ.& item accipere; Nec etiam adap-
5 tatur altera limitatio feudi debentis ſo-
lummodò aliquid annuum in pecunia,
vt per Abb.in cap.in pręſentia col. pen.
de probat.& ibi Felyn.num.46.Dec. in
conſ.32.num.4.Ruin.in conſ.42.nu.9.
6 volum.1.Nam in Regno licet commu-
niter ſoluatur adhoa, tamen in volun-
tate Regis eſt pro ſui libito eligere ſer-
uitiũ reale,vel perſonale, vt poſt Andr.
in cap. 1. S. ſimiliter de capit. Corrad.
tradit Afflict.in deciſ.320.verſ.nec ob-
ſtat,Capyc.in deciſ.32.ant. num.2.Ca-
mer.in cap.Imperialem fol.92.imò, &
etiã non requiſitus,& ſoluens adhoam
tenetur vltro in aliquibus caſibus fidelis
vaſſallus periclitantem dominum adiu-
uare, ex quibus omnibus numquã cle-
ricos admitti teſtatur Minad. in dicta
conſtit. in verb. filiorum num.17. Nec
7 dicamus hoc ſaltim benignus accipi de-
bere in clerico non in ſacris conſtituto,
qui neceſſitate vrgente poſſet clericatũ
dimittere,& ſuo domino præſto eſſe,
Nã abſurdiſsimè ſequeretur,quod ſer-
uitiũ domini eſſet ſub incerto pendens
ſolummodò à voluntate vaſſalli, & ex
rationis identitate idem dicere oporte-
ret in clerico ſacris ordinibus inſignito,
idemque in quolibet incapace; vt feu-
dum retineret adhoam ſoluens donec
perſonale ſeruitium poſcitur, ſed quia
dominus debet eſſe certus, & vaſſallus
omni tempore promptus,& non impe-
ditus ſequitur,vt omnes huiuſmodi re-
pellantur,vſque ad clericos primæ ton-
ſuræ incluſiuè ex opinione Minad. qui
hoc latè comprobat in dicta conſtit. in
verbo filiorum num.18. Et licet quo ad
8 ipſos clericos primæ tonſuræ aliqui cõ-
tradicant, quia prima tonſura non effi-
cit Dei militem, ſed ad hanc militiam
præparat,vt per Bal.in cap.1.S.qui cle-
ricus ſi de feud.fuer.contr. inter dom.
& agnat.& in cap.1. in verſ. quærit de
9 benef.fœmin.tamen vbi adeſt ordo ſa-
cer,aut votum religionis, vel beneficiũ
Eccleſiaſticum fieri ex hoc incompati-
bilem ad feudum omnes conſentiunt,
& declarant ſufficere beneficium non
modo obtentum, ſed ſolummodò im-
petratum licet impetrationis gratiam,
quis non obtineat,vt per Bald. in loco
prædicto,vbi affert Ioan.Faſul.Piſan. in
ſua ſumma, & ibidem Iacob. de Beluiſ.
poſt princ. Præpoſ. in cap.1 S. & quia
num.52. de his qui feud.dar.poſs. Af-
flict.num.1.cum ſequentibus Crauett.
in conſ.303.nu.7.& 8.Caſſan.& Curt.
in locis ſuperius memoratis,& Roland.
à Vall.in conſ.23.nu.23.vol.1. qui de-
clarat Albert.Brun. in conſ.16.

Et ex his Marius Beneficiatus quãuis pri-
10 mogenitus ab huius caſtri ſucceſſione
remouetur,& locus fit Iulio Cæſari lay-
co eius fratri.Etenim gloſ. in cap.1. in
verb.poſt poſuerit de feud.fęmin. quæ
tale feudum tribuit domino intelligitur
non extantibus agnatis in gradu ſucceſ-
ſibili,prout ibi declarat Aluar. & Curt.
in dicta quæſt.10. num.33.& vltra ip-
ſos dixerat gloſ.& ibi Andr.& Aluar.in
in cap.1.de vaſſall.milit.in verſ.Quæri-
11 tur de feudo;Non enim perditur feu-
dum ſine culpa,vt in titulis quibus mo-
dis feud.amitt.in tit.ex quib.cauſ.feud.
amitt. & quæ fuit prima cauſ. benef. a-
mitt.At vbi non adeſt culpa,ſed iuxta
text.in cap.1.An mut.adeſt incapacitas,
tunc feudum non amittitur, ſed tranſ-
mittitur ad Agnatũ proximiorem c. 1.
An ille qui inteſ.fratr.Domin.ſui;& ita
ſaluatur rubr.de feud.ſine culp. non
amitt.& in hoc in dicto cap.1.Imperfe-
ctus,clericus,& fœmina æquiparantur;
Fuit ergo in caſu noſtro ex Marij inca-
pacitate aperta ſucceſſio Iulio Cæſari,
pro quo pupillo Hieronyma Bruta eius
tutrix communis mater poſſeſſionem
adepta eſt.

Verum primogenitus mortuo Berardino
cõmuni patre renunciatis Eccleſiaſticis
beneficijs,& habitu clericali dimiſſo idẽ
Caſtrum propria authoritate poſtmodũ
apprehendit,illudq; vendidit, & cõcen-
dit

dit emptor iure emissæ à vero domino,
12 qui potuit post mortem patris clericatum dimittere,& feudi successionem acquirere,& porrò hæc quæstio magna est,quæ tamē in casu nostro alias habet considerationes, quæ per dominū Collegam annotabū ur. Sed quo ad ipsam nudam quæstionem reperio Iacobum de Ardiz.in sua summa sub rubr.vtrum vassallus amittat feudum si clericus efficiatur sub cap.97. incip.Item amittit si clericus dicentem sufficere, vt clericus dimittat clericatum re integra, idest nō dum habita quæstione de feudo, Idēq;
13 dicere videtur Andr.in cap.1.de milit. vassall.qui arma bellic. depos. inquiens sufficere si post mortem patris dimittit clericatum, antequam esset quæstio de feudo vtrum amisisset; verumtamen in cap.1. de feud. fœmin. inquit quod si quis mortuo patre exiret de religione non succederet, nisi cum esset quæstio de feudo,an alij debeat aperiri te integra hunc habitum deponat; vult ergo in hoc loco,vt habitus deponatur quæstione pendente in alio antecedenti, vt deponatur antequam feudi quæstio inchoetur; Fasulan.Pisan. in loco prædicto,& similiter alij Summistæ antiqui sicut Marsil.in tit.quibus modis,& quib. caus.feud.amitt. in vers. Item perditur feudum per clericatum, & in titul. qui succed.in feud.in vers. Item non succedit clericus,& Ioan Blanch. in titul. de success.feudi in §. sed fortè quæret aliquis,excludunt clericum,sed de reuersione ad laicatum nihil differunt. Subsequētes diuersimodè loquūtur, prout inferius pondetabimus,& vt clarius veras conclusiones pro viribus eliciamus tres casus commemorabimus.

Primo si viuo patre clericatum primogenitus suscipit, atque dimittit: Secundo si patre mortuo agit hoc idem nempè clericatum assumere illumque deponere: Tertio si clericatum in vita patris assumptū patre mortuo deponit, & quia diximus clericum, neque feudum retinere posse, nec in feudo succedere, in his autem casibus ea de re dubitatur, num idem sit quia per clericatū exclusus,iam clericus esse desijt, Idcircò ad fontem vndè præsens,& alij huiusmodi riuuli emanant recurrentes videamus
14 primo genericè, quando aliquid quod verè fuit habeatur, ac si non fuisset,quia iam esse desijt,ita quod ad pristinum redeundo rehabeantur ea, quæ mutatio status abstulerat,circa quod ex multis iuribus,quæ afferri possunt illa tantum commemorabimus,quæ ad materiam dilucidādam relata sunt digniora; Quòd autem ad pristinum rediens
15 omnia rehabeat,sicuti per prius habuerat probatur primo in l.fin.in princ. C. de sent.pass.& restit.secundo in cap.1. in fine principij in tit.hic finit.lex. tertio in l.3.ff.de natal.restit.quarto in l.in tātū ff.de rer.diuis.quinto in l. si ager ff. quib.mod.vsufruct.amitt.iuncta l.si locus ff.quemad.seruit.amitt.& l. & Atilicinius ff. de seruit.rustic.prædior. sexto in l.& si fortè ff.si seruit. vendic. & in l. si quis in fin.cum l.sequenti ff.de oper. libert.

E contra verò quod,& si quis ad pristinū
16 statum redit circa reliqua nihil agit affertur primo l.in insulam C. de senten. pass. & l. qui liberatus ff. de adopt. secundo text.in §.quod autem instit. de capit.diminut.tertio l.homo liber.ff.de stat.homin.quarto l. qui res §.aream in prim.respōs.ff.de solut.& l.si quis ædes ff.de seruit.vrbanor.prædior. quinto l. cum ex causa C.de remiss.pignor. & l. non idcircò C.de contrahen.empt.sexto l.2.C. de sentent. pass.

Istis,& similibus iuribus prima fronte inuicem repugnantibus glos. & Doctores in eisdem iuribus, & Cardinal. in cap.1.§.& quia col.5.in titul.qui feud. dar.poss. varias, & particulares distinctiones,accomodant, quæ omnes rein-
17 cidunt in vnicam generalem, nempè quod si res de qua agitur tempore redditus ad primum statum reperitur integra

gra rehabetur, si non integra reperitur non rehabetur;Ita glos.ff.de pact.in l.si vnus in §.pactus ne peteret in verbo in pactis in finalibus verbis,ita Iacob.de Ardiz.& Andr.in locis prædictis,& alij subsequentes,& est distinctio verissima, sed eius solida intelligentia pendet ex vera, & germana cognitione ipsius rei integrè,vel non integrè ad hoc vt absq; errore alterutrum distinctionis caput applicetur.

Res ergo integra intelligenda est eo casu,
18 quo nec extincta, nec immutata reperiretur sicut Cicero de Amicit.post Ennium integros deos appellat in eo sensu,quo declarat immortales esse, & immutabiles,sic apud Horat. integer vitæ, scelerisq; purus, & apud Cicer.in orat. pro Planc.integer homo, & castissimus denotant virum nullo vitio corruptum, & ad Attic.si gratas habet monitiones, vt se ipsum integrum seruet quoad potest,sic & Te. ét.in Phorm.æquum diiudicat (nè quid filio illius desit) in integrum testi ui,quę verba glosare videtur Imperat.in l.1. vbi Bart. notat. num.4. C.de sentent.pass inquiens,vt autem scias,quid sit in integrum restituere honoribus,& ordini tuo;& omnibus cæteris te restituo concordat.Iurisconf. in l. quod si minor in §. restitutio ff. de minoribus declarat Iaf.in §.& quid sit tãtum nu.55. quod idem in effectu pluries in titulis de in integrum restitutione cautum est.

Hæc autem integritas post immutationem
19 redactam ad pristinum dignoscitur aliquando oculariter ex ipsis rebus, sicut in venis aquarum, quæ fortè aruerant, & postmodum aquas manare iterum inceperunt,vel in area,vbi quis constru xit ædes quæ dirutæ sunt postea,& solo adequatæ; Res istæ, & similes, quæ ob prædictas mutationes ipsarum domini dominium euaserant, redactæ postea ad pristinum, sic integrè reperiuntur;sicut prius erant,proindeq; ad eundem iterum spectare,& quasi iure postliminij in pristinam causam reuerti dicitur in dicta l.in tantum,& in l.si ager,& in l.si locus,& in l.& Atticinius; quod si non eædem permanserunt, quia fortè agri pars deuenit alueus fluminis,qđ relicto antiquiore huc diuertit,aut quia dissoluta naue tabulæ ad alium vsum destinantur,quamuis postea mutato cõsilio nauis reficiatur; aut flumẽ ad priorem alueum reuertatur non tamen istæ alueus, aut illa nauis iudicantur, sicut priores,ille etenim res extinctæ sunt,& istæ non sunt illæ,sed nouæ res sic procedit text.in l.adeo in vers.nouus autẽ ff.de acquit. rer. domin. & in l.qui res in §.aream in vers. Homini autem cum alijs cõsimilibus in rebus corporalibus.

Sed,& in rebus incorporalibus, hoc idem
20 dignoscitur intellectualiter ex legis ope ratione,sicut in obligatione si cessat,vel si extincta est, prout inquit.Iurisconf.in dicto §.aream,& proindè in l.si vnus in §.pactus nè peteret ff de pact in text.& latius in glos.distinguitur si eadem obligatio per pactum sopita ex cõtrario pacto reuiuiscit,aut si per stipulationem extincta est ita vt oporteat nouam obligationem induci; Idem in seruitutibus superfessis,vel extinctis habetur in l & si fortè ff.si seruit.vẽdicet:& in l. si quis ædes ff.de seruit.rusticor.prædior.Idem si rei dominium est superfessum,vel extinctum, idemque in patronatu, in seruitute,in cognatione, in patria potestate,in tutela,& similibus, vt in l.inter stipulantem in §.sacram ff.de verbor.obligat.& in l.qui res in §.aream ff. de solut.in l.si quis in fin. cum l. sequenti ff. de oper.libert.in l.homo liber. ff. de stat.homin.in §.quod autem instit.de capit.diminut.& in l.2.& l.in insulam C.de sentent. pass. in quibus omnibus reuersus ad pristinum statum, quia res istas integras non reperit illas non rehabet.

Nec obstat restitutionem hæc eadem rein-
21 tegrare,nã sicut Bal. aduertit in l. Deo nobis in §. hoc etiam num.6.circ.med. vnum

vnum est quęrere de simplici reuersio-
ne ad pristinum statnm,& de effectu ip-
sius reuersionis, & procedunt supradi-
cta. Alia vero est quæstio,quando vltra
redditum ad pristinum statum interue-
nit aliquid aliud, & tūc quæritur si hoc
aliud interueniens habet,vel non habet
vim illius rei deperditæ restituendæ, si-
cut in §. pactus nè peteret illa actio non
reuiuiscit quantumuis velint partes re-
dire ad pristinum, ratio quia illa actio
non reperitur integra, sed extincta, &
hoc quo ad effectū simplicis reuersio-
nis in pristinum. Progreditur autem Iu-
risconſ. ad perscrutationem nouæ rei,
quæ superadditur, nempè nouæ stipu-
lationis, & huius effectum declarans in-
quit quod in ea facti specie quæ ciuilis
erat per nouam stipulationem noua
actio producitur, quia stipulatio habet
vim ciuilis actionis inducendæ, sed si il-
la actio extincta fuisset actio criminalis
(puta iniuriarum) tunc per stipulationē
non reproduceretur, non enim ex con-
tractu iniuriarum actio nasci potest, sed
ex contumelia, sic condemnatus, reddit
22 per Indulgentiam ad primæuum statū
pœnæ non obnoxium l. cum Indulgen-
tia C. de sentent. pass. sed patriam po-
testatem, militiam, & alia, quæ non inte-
gra reperit non rehabet l. in insulam l.
generalis eod. tit. oportet ergo addere
restitutionem, quæ habet vim talia re-
concedendi l. 1. & l. fin. eod. tit. cap. 1.
in fin. Hic finit. lex l. 3. & l. fin. ff. de na-
tal. restit. l. qui in prouincia §. Diuus, vbi
Bald. ff. de rit. nupt. l. etiam in princ. ff.
de bon. libert. l. sed & si §. sed & si ius
ff. de in ius vocand. notat glo. in dicta l.
in insulam in fin. Idemque dicimus cir-
ca bona per condemnationem emissa,
quæ non reperiuntur integra, sed fisco
acquisita, & proindè solus redditus ad
pristinum statum, illa non restituit l. 2.
eod. tit. sed oportet superaddere resti-
tutionem, vt in dicta l. fin. in princ. Ha-
bet enim hanc vim Principis restitutio,
vt per Andr. in cap. 1. num. 3. quid iur.
sit; Et extenderetur etiam ad bona alijs
acquisita, nisi obstaret, quod benignitas
erga vnum non debet alijs præiudicare,
& hinc sequitur, vt extendatur, si resti-
tutio esset pro bono pacis, quia benefi-
cium vniuersale præfertur particulari,
quæ habentur per Doctor. in l. fin. cum
auth. sequent. C. de bon. proscript. &
in §. & quid si tantū præsertim per Ias.
num. 50. cum sequentibus, & alibi sæpè,
quæ non ad nos.

Quare omittamus quæstionem ad nos nō
23 attinentē de rehabendis bonis, vel alijs
rebus per restitutionem, aut alium actū
extrinsecum vltrà redditū ad primæuū
statum, & restringentes nos ad effectū,
qui producitur, & produci potest solū-
modò ab ipso redditu ad primæuum
statum, iam ex prædictis constat hanc
reuersionem nō sufficere respectu rei,
quæ non integra reperitur, & non inte-
gra dicitur pluribus modis, inter quos
vnus est si interim alteri est acquisita,
quod & inferius repetetur, & ex his
præfati tres casus faciliter diffiniuntur.

Primo etenim casu primogenitus, qui viuo
patre efficitur clericus, & viuo patre lai-
24 catur reperit eundem statum rei inte-
grè, nempè feudum seu ius ad feudum
nō interim alteri acquisitum, & proin-
de eum succedere oportet, nā tempore
subsequentis mortis paternæ habilis re-
peritur ad feudi successionem, ita And.
in cap. 1. de feud. alias de benef. fœmin.
num. 4. in vers. si pater moritur postquā
desijt esse clericus, & paulo ante, & etiā
in cap. 1. §. qui clericus si de feud. fuer.
contr. sub num. 4. dum feudo tenenti si
laicatur inquit obstare, quod per cleri-
catum cæpit eius feudum spectare ad
agnatos, vel ad dominum, ergo tale ob-
staculum cessat quando feudum non
habens clericatur, & ante delatam suc-
cessionem clericatum ritè deponit, & in
hoc concordant reliqui cōmemorandi
in tertio casu, & tradita per Ludouic.
Molin. de primogen. Hispan. lib. 1. c. 19.
num. 38. Ad quod est bonum simile
in

in l.si chorus in fin. vbi glos. ff. de leg. 3. declarat Paul. in l. Gallus §. & quid si tantum ff. de liber. & posthum. num. 14. Nec modo hæc procedunt in clerico, qui ex iuris dispositione potest clericatum dimittere, sed etiam in eo, qui hoc non posset, nisi ex dispensatione Pontificis, si talis dispẽsatio delatam successionem antecedit, sicut Bald. declarat, quem refert, & sequitur Curt. in supradicta secunda parte tertię partis nu. 28. quod fortius procederet in eo cui religionis votum per Summum Pontificem dimitteretur priusquam habitum assumpsisset.

Secundo casu, vbi feudum tenens habitũ suscipit Ecclesiasticum feudo incompa-
25 tibilem clarum est, quod ob ipsam incompatibilitatem feudum retinere non potest, vt in iuribus supra allegatis; sed quærimus, an vtiliter pro rehabendo feudo laicetur, in quo articulo nimis clarè videntur iura disponere, vt non rehabeat, dicitur enim in c. 1. de feud. fœmin. Id procedere etiam si habitum post posuerit, vbi glos. rationẽ assignat, quia statim per huius habitus susceptionem feudum domino aperitur sicut ex alienatione sine assensu, & per illũ text. in hoc residet Andr. in cap. 1. §. qui clericus si de feud. fuer. controuers. Nos
26 autem vt ordinatè procedamus, aduertimus primo quod quæstio esse nõ potest de ecclesiasticis in sacris constitutis, vel de regularibus post solemnem professionem, tales enim personæ assumptũ habitum derelinquerent non de iure, sed de facto, & in hoc delinquerent, & proindè bona, quæ perdiderant, nõ rehabent, & remanẽt penès eosdem, quibus post ipsorum Ecclesiasticum habitũ assumptum fuerant acquisita cap. Abbates 18. quæst. 2. § illud in auth. de Mo-
27 nac. & tanto magis in feudalibus, quæ non retinentur à feudatario, qui cum dedecore in curia domini moraretur cap. 1. vbi glos. An ille, qui interf. fratr. domin. sui, & proindè in dicto §. qui clericus, non modo per ingressum, sed solummodo per votum religionis perditur feudum, & subdit And. ibi non posse vlterius rehaberi, nam si cõpletur miles est Dei, & ex hoc non potest esse miles seculi, si non completur dicam miles est diaboli, & Deo mentiens non poterit tẽporali domino decenter astare cap. faciat iunct. cap. primum est 22. quæst. 2. Et Romani quoque censores cõtra tales homines seuerissimè animaduertebãt sicut post Tull. in 3. de offic. annotauit Luc. de Penn. in l. fin. col. 3. C. de bon. vacant. lib. 10. nimis enim de minori ad maius vrget argumẽtum fallentis hominem (quod graue est) ad fallentem Dominum c. puellæ 20. q. 1. cap. 2. 27. quæst. 1. & aduertit Aluar. in cap. 1. de milit. vassall. num. 3.

Aduerto vlterius, quod nec etiam potest esse quæstio de redeuntibus ad laicatũ
28 infra annum professionis, duæ namque rationes, & non aliæ assignari possunt, quare ad laicatum rediens feudum insimul non rehabeat; Primo nè cum dedecore coram suo domino cõmoretur, Altera nè ius alteri acquisitum, absque facto proprio, sed ex alterius pœnitentia auferatur contra regulam text. in l. Id quod nostrum ff. de regul. iur. vtrãq; affert. Andr. in dicto §. qui clericus, & primam fundat ex dicto text. in cap. 1. an ille qui interfec. secundum probat à similibus dispositis in l. post mortem in fin. ff. de bonor. poss. contr. tabul. in l. fin. ff. de pact. & in l. si cum Hermes C. locat. & idem in effectu inquit in cap. 1. de feud. fęmin. quod tamen Curt. non confirmat in prædicta quæst. 10. nu. 21. sed temporibus nostris hoc est expeditũ vigore Concilij Tridentini sub titul. de Regular. sessio. 25. cap. 16. vbi statuitur, vt abeuntibus ante professionem omnia restituantur non obstãte quauis ab-
29 dicatione, non modo tacita per ingressum religionis, sed etiam per expressam renunciationem solemnem, & iuratam sic auferens disputationem distinctionis

si

si transtulit.aut renunciauit.& si tacitè, vel expressè, & si bona omnia, vel res particulares, vt per Bart.& reliquos in §.si quis autem in auth.de Monac.& in Auth. ingressi C. de sacrosanct. Eccles. & per Abb. in c. quod à te nu.4. & 6. de cleric. coniugat.

Verùmtamen,& concilio circumscripto fortè Curt. in illo casu,etiam de iure communi rectissimè dubitabat, sicut nō dubitanter, sed expressè hoc firmauerat Card.in dicto §.qui clericus in fin.si de
30 feud.fuer.contr.Nam quoad spiritualia attēdimus ius canonicum,per quod exitus infra annum professionis satis licitus est,& permissus cap.2. de regular. in 6.Imò ibi, & alibi inuehitur contra non expectantes annum,& contra suggestiones,quę liberam permanendi,aut non permanendi voluntatem euerterēt cap. Illud autem cum concordantibus 20. quæst. 1. qui canones strictissimè confirmantur per Concil.Trid.in dicto cap.16.& 17.& sic intrans in religionē gerit in animo id qđ iure circa ingressum, & regressum cautū est,vt in l.si cui ff.de seruit.& in l.quamquam ff. de rit. nupt. & sic exiens lege permittente pœnæ alicui non subiacet l. Graccus C. de adulter.Pœna verò esset grauissima, & omni corporali maior si dedecus incurreretur,sicuti post Arist. in 3.Ethyc. docet Iuriscons.in l.iti quidem ff.de eo quod met.cau.ſ. & sic cessat prima ratio; Similiter non obstat secunda ratio,nam infra annum professionis retinetur dominium, & infra hoc tempus exeunti omnia sunt integra,vt per Doctor.in locis prædictis,& in c.super eo. & cap.statuimus de regulat. & fatetur idē Andr.id dicto §. qui clericus nu.4. afferens Azon. in summ. in Auth. de monac.num.7.& alios in auth.ingressi.

Feudorum verò dominium non retinetur,
31 quia data sunt certis legibus cum Ecclesiastica vita incōparibilibus, sed quia ex hoc non oritur culpa,sed incapacitas sequitur, vt feudum non ad dominum deuoluatur,sed ad agnatum, prout hæc omnia superius dicta sunt; Cessante ergo incapacitate in casu prædicto,nec dominus conqueri potest,nec agnatus; non quidem dominus, qui semper habuit vassallum laicum, & seruitium iuxta formam text.in cap.beneficium de regular. in 6. Nec etiā agnatus,ad quē peruenerat dominium reuocabile in casu regressus infra annum professionis, nam ad exemplum postliminij declarati per Bar.in §.& quid si tantùm nu.11. & 12.Inest hæc conditio per canones instituta conducibilis ad spiritualia ob salutem animarum, ne quis inuoluntarius malit regularium votis alligari,quā propria bona in sæculo non rehabens duram perpeti ægestatem, sicut ad vitādum idem periculum ne paupertatis timor hæreticorum resipiscentiam impediret statuit pijssimè Iustinianus,vt eorū bona donec resipiscant, reuocabiliter agnati retineant in auth. idem est C.de hæret. Nec minus succurrendum erat Catholicis ob periculum minus voluntarij monacatus solet enim monastica vita, non Dei spiritu suadente, sed ex causis temporalibus retenta in perniciem propriè, & alienæ salutis ad inquietem vergere,& fratrum perturbare concordiam contra Monastica instituta Reipubl. Christianæ admodum necessaria, & proindè seruare oportet canones hæc prospicientes, vt pulchrè per Albert.Pigg.in lib.4.de Ecclesiast. Hierarch.& per Couar.pract.quæst.cap.31 in tertia conclus.

Et sic non obstat l.fin.de contra tab. quia
32 in casu nostro voluntas nouitij iure permittente est reuocabilis,& reducibilis ad nō esse; Nec obstat l.si cum Hermes,& l.fin.ff.de pact quia in illis iuribus, & similibus erat quæsita liberatio, vel aliud ius simpliciter, & consequenter ab altero,quam ab ipso principali non præiudicabile, vt in regula, id quod nostrum,sed in casu quem agimus dominium acquiritur reuocabili-

ter si nouitius egreditur, & sic resoluto dominio reperitur res integra, & cõsequenter ex distinctione supra firmata reuertitur ad nouitium, qui egrediens est quasi habens pactum rehabendi, vel reemendi, & similes, Hoc enim concedit lex, quæ est cõmunis Reipubl. sponsio, sicut in effectu postlimij, vt l. si quis filio in §. sed & si pater ff. de iniust. & irrit. fact. testam. declarat Paul. in §. & quid si tantum num. 15. Neque feudalia iura, quo ad hos nouitios quicquam statuunt in contrarium, sed loquuntur de alijs, vt mox annotabimus, quarè nõ dicat agnatus, se ex huius pœnitentia damnificari, Nemo enim damnũ facit, nisi qui id facit, quod facere ius non habet l. nemo damnum ff. de regul. iur. Remanet ergo quæstio respectu aliorum,

33 qui possunt Ecclesiasticum habitum dimittere, sed dimissio, vel retentio non est considerabilis ad tranquillitatem Reipubl. Christianæ, & proindè non curauerunt iura ciuilia, vel canonica omnia integra ad laicatum redeunti cõseruare; Tales sunt clerici ante sacrorum ordinum susceptionem, & conuersi, & similes de quibus loquuntur quatuor iura in principio scripti huius commemorata, & si qua sunt similia, quæ ob status incompatibilitatem feudum adimunt, & si tales iterum laici efficiuntur, erunt quidem feudi capaces, nec in decore domino astabunt, quia lege permittente habitum dimiserunt, sed pro feudi recuperatione obstat, quod res non est integra, Nõ enim adest lex prouidens indemnitati talium Ecclesiasticũ habitum relinquentium ex qua feudum acquireretur conditionaliter, sed liberè feudum vacat ob talis feudatarij incapacitatem, & proindè acquiritur liberè agnato subsequenti, & sic ab eo, absque eius facto auferri nõ potest, sicut supra diximus in bonis perditis per sententiam, vel ob aliam incapacitatem, ita est text. expressi. in dicto cap. 1. in fine de feud. fœmin. vbi glos. & Andr. qui idem repetit in cap. 1. num. 3. Quid iur. sic in cap. 1. §. qui clericus si de feud. fuer. cõtrouers. & in cap. 1. de vassall. mili. nu. 3. in vers. Alias si quãdo, & ibi etiam glos. & ali subsequentes, quos omnes oportet ponderare, quoniam, & si concordãt, vt non recuperetur, quia res non est integra, tamen non concordant, si res non dicitur integra, quia per incapacitatem feudatarij statim feudum aperitur agnato sequenti, ita vt hoc sufficiat, vel requiritur etiam agnitio, & acquisitio dominij, vel possessionis. Et huius cõtrouersiæ veritas est perscrutãda.

Quod autem non sufficiat tale ius ad feu-

34 dum esse delatum, sed requiratur aliquid aliud tenere videtur Iacob. de Ardiz. in supradicto cap. 97. dicens quod si res est integra recuperat, qui casus dari non posset si sufficeret ius ad feudum esse delatum, defertur enim illico cum primum incipit feudatarius non esse capax, imò glosat se ipsum dicens si dimittit habitum re integra, idest non dum habita quæstione de feudo; Vult ergo ius esse delatum, & aliquid, aliud, quod faciat rem non integram, sicut quæstio inchoata, Hoc enim est intelligendum non restrictiuè, vt sola quæstio faciat rem non integram, sed exemplificatiuè; Nam subsequitur, quod non recuperat si agnatus, cui defertur feudũ quæstionem de feudo mouet ante habitus depositionem, vel si res, non est integra. Quæ verba sunt obscura, quia dictio, vel ponitur inter diuersa l. hæc verba ff. de verbor. significat. sicut dicimus album, vel nigrum, non autem inter reincidentia in idem, sicut inter indiuiduum, & speciẽ, & proindè non dicitur Ibit Romam Petrus, vel homo, & vbi hoc diceretur intelligitur, quod ibit Petrus, vel alius homo, & sic ponitur inter diuersos indiuiduos, quia ibit Petrus, vel Martinus, vel quisquis alius; & hoc modo est mens Ardizon. quod non recuperat si agnatus, cui feudum est apertũ mouit quæstionem ante habitus dimissionem,

sionem, vel si aliter res non est integra, quia forte agnatus feudum apprehendit, absque controuersia, vel de feudo disposuit, vel fecit aliquid huiusmodi maius, aut æquipollens ad rem non integram constituendam, quam sit quæstionis inchoatio, & ex hoc discursu patet Ardizoni non sufficere ius ad feudū esse delatum, sed requiri aliud, ex quo res non integra constituatur.

Ardizonem sequitur Aluarot. in cap. 1. de
35 milit. vassall. num. 5. Et similiter aliquid vl rà delationē videtur requirere Cardinal. in cap. 1. de his, qui feud. dare poss. in §. & quia col. 5. dicens quod talis dimittens habitum non recuperat feudum, alteri acquisitum; Acquiritur
36 autem non sola delatione, sed agnitione; Fundant eorum opinionem ex consimilibus in l. fin. C. de repud. hæred. & in l. mācipiorum ff. de opt. legat. Et potest etiam adduci simile de feudo domino aperto per alienationem ipso irrequisito, sicut ad hūc casum susceptio clericatus æquiparatur per glos. in c. 1. de feud. fœmin. in verbo Postposuerit, Talis autem alienās non priuatur, si recuperat antequam dominus placitauerit, sicut post Ardiz. in dicta sum. c. 101. videtur opinio verior magno feudorū interpreti Camer. in l. Imperialem, fol. 6. col. 2. & fol. 11. col. 2. cum sequentibus, & fol. 54. col. 4. in fin. Ergo talis recuperatio nō impeditur per ius alteri delatum, sed non agnitum; & huc etiam spectat opinio Bal. in l. Deo nobis §. hoc etiam num. 6. C. de Epis. & cleric. dicētis quod frater minor, si postea efficitur capax recuperat hæreditatem medio tēpore ob suam incapacitatem alteri delatam, sed non aditam.

E contra verò, quod sufficiat feudum esse
37 delatum videtur text. in dicto §. qui clericus, vbi qui clericus efficitur hoc ipso feudum amittit, quæ verba sic præcisa non videntur admittere regressum, Imò declarantur postea in cap. 1. de feud. fœmin. vbi amitti dicitur, quamuis habitum postposuerit, nec distinguitur si cito, vel tardè postposuit, Imò glo. dat rationem, quia feudum illico aperitur alteri, sic alludens ad illa verba, hoc ipso feudum amittit, Aperitur autem alteri eo ipso, quod efficitur clericus, nec est alia lex, quæ requirat aliquem actū positiuum ipsius Agnati, vltra ipsam legis prouisionem, quæ sibi feudum aperuit, nec etiā adest alia lex limitans textus prædictos non procedere, si clericatus cito dimittitur stat ergo regula illius text. vt clericatus dimissio nihil prosit.

Iisdem verbis vtitur Andr. in cap. 1. Quid iur. sit num. 3. dicens quod feudum, alteri est apertum, & proindè nō prodest clericatus dimissio; Similiter in cap. 1. de feud. fœmin. inquit quod dum feudatarius assumit hunc habitum, statim aperitur feudum domino, vel agnatis, & proindè quantumcunque dimittat habitum non recuperat, & pluries sub num. 3. & 4. vtitur istis terminis, quod feudum aperitur Domino, vel Agnatis, Iisdemque verbis vtitur pluries in §. qui clericus num. 4. & 5. & in cap. 1. de milit. vassall. num. 3. concludens in vers. Alias si quando, quod si feudum tenens clericatur feudum perdit, & statim aperitur domino, vel Agnatis, nec est locus pœnitentiæ, & in dicto num. 5. & in alijs locis prædictis ex hac ratione quod feudum alij aperitur elicit conclusionē, quod tale ius alteri acquisitum, absque facto ipsius tolli non potest, & sic non requirit agnitionem, sed firmat sufficere ius agnoscendi; Et hoc quidem meritò, nam verum est, quod per agnitio-
38 nem acquiritur dominium l. cum hæredes in principio ff. de acquir. possess. quod est de iure gentium l. ex hoc iure ff. de iustit. & iur. vndè oritur non tolli regulariter per restitutionem Principis, quæ est de iure ciuili, licet tolli possit ius adeundi, quod similiter est de iure ciuili, sed tale ius adeundi tamquā aliquid considerabile alteri acquisitum non tollitur per restitutionem, nisi con-

stat Principem ità voluisse, alias in dubio ex regula l.2.§.meritò, & §. si quis Principe.ff.ne quid in loc.publ.nõ pręsumitur voluisse in hoc iure alteri acquisito præiudicare, Ità declarãt Doct. in §. & quid si tantum præsertim Bart. num.10. vbi solum distinguit num capacitas superuenerit ante, vel post mortem eius, de cuius bonis agitur, nec exprimit aditionem, sic ostendens sufficere ius adeundi, quod acquiritur post mortem; clarius autem Paulus nu.13. 14.& 15.dicens in hoc non differre, si adest, vel non adest aditio, quia sufficit fuisse acquisitum ius adeundi, idemque repetit num.19.& Alex.num.26.& 27. & Bald.in proœm. Cod.num.9.circa med. Et similiter solam delarionem requirit Bart. in Auth. ingressi C. de sacrosanct. Eccles.

Eadem quęstio incapacis, qui postea capax
39 efficitur, proposita fuit per Federic. de Sen.in quæst.26.& 27. & in quæst.26. dicit sufficere capacitatẽ superuenientem re integra; Quærit postea quomodo dicetur res integra, si ius adeundi quæsitum est proximioribus, & nõ mentionat acquisitionem, Imò allegat text. in cap.quãuis de rescript.in 6.vbi sufficit ius alteri quæsitum ex gratia impetrata, nec mentionatur rei impetratæ consequutio; & quia ibi loquitur aliquantulum obscurè aduertò, quod ipse considerat duplex impedimentum, alterum ex expressa, vel ex præsumpta renunciatione, & tunc non impeditur venire ex capite nõ renunciatio, vt in l.1. §.sed videndum ff.de succefs. ędict. vbi impeditus ex capite, vndè liberi admittitur (si locus est) ex capite vndè legitimi, & hic non est casus noster, in quo non agimus de alio iure, sed de illomet per incapacitatem amisso, vndè feudum sequenti agnato apertum est, aliud impedimentũ considerat (& hoc est quod nos agimus) nè tollat hoc ius alteri quęsitum, & in hoc sufficere ius agnoscẽdi, licet non fuerit agnitum, probatur in eadem l.1.in §.quibus, vbi remoto primo, absque vllo actu positiuo gesto per sequentem competit ius ipsi sequenti, ac si prior ex eo numero non fuerit, & sic irreuocabiliter, & clarius in q.27. quæ est additio præcedentis respondet ad §. sed videndum, quod nõ repudiauit bona simpliciter, sed remisit supple caput vndè liberi, quare venit per caput vndè legitimi, venit autẽ (declarat glos. per ipsum relata) si non sint, qui veniãt ex capite vndè liberi, Istis enim illo sublato quæritur ius excludens eundem reuertẽtem ex remotiri capite, vndè legitimi, vt in §. quibus, & affert regulam text. in l. quæritur in §. si venditor ff. de ædilit. ædict. Quare duo concludit primo quod iuri adeundi iam acquisito sequentibus in gradu præiudicandũ non est; secundo quod præfertur in iuribus delatis post reacquisitam capacitatem, & hoc est satis rationabile, sicut supra deduxi in primo casu.

Sed quod iuri adeundi non præiudicetur
40 per superuenientem capacitatem firmat, etiam Lapus in fine dictæ quæstionis 27.dicens quod ius adeundi est acquisitum proximiori, & eo cessante alijs subsequentibus, à quibus non potest auferri, & allegat se ipsum post Hostiens. in cap. quamquam de vsur.in 6. Similiter in illa quæst 26. Iacob. de Pistor. facit hoc dubium de iure adeundi acquisito alteri; à quo euelli non potest, & non soluit dicens hoc ius non sufficere, & requiri agnitionẽ, sed imò admittit sufficere, at respectu monaci inquit sibi concedi regressum, & proindè hoc casu acquiri sequentibus agnatis reuocabiliter, quod & nos respectu monacorũ superius declarauimus, subnectentes idem non esse, respectu aliorum incapacium, quibus integer regressus à iure concessus non reperitur; proindeque liberũ ius sequentibus agnatis aperiunt; Sicut inquit Grifol.de Monte Pulcian.qui tertio loco se subscripsit, & ponderat regulã Cathonianam, & text.

in

in l.intercidit,ff.de cōndit.& demonst. in quibus proficit superueniens capacitas,si interim non est alteri ius quæsitum; Latius autem subsequitur Franciscus de Monte Altin; se quarto loco subscribens,& ex multis probans sufficere reditum ad primeuum statum, vbi lex fingit semper in eodem statu permansisse,sicut in postliminio; non autē sufficere ipsam reuersionem de per se, vbi ius agnoscendi est alteri acquisitū, neque hoc casu dici rem integram,imò procedere regulam id, quod nostrum, ff.de regul.iur. Adeò quod siuè iura,siuè rationes, & Doctorum authoritates attendamus verius videtur sufficere feudum,iam reperiri alteri apertum, & feudo,etiam non agnito, non dici rem integram, proindeq, non posse quemquam Ecclesiasticum habitum dimittentem præiudicare sequenti agnato, cui interim acquirendi feudum ius est quæsitum.

Neque obstat authoritas Ardizonis, qui
41 pro vtraq; parte arguit,tum distinguit, postea contra distinctionem arguit, & non soluit,& sic non videtur in hoc residere. Aluar. in dicto num. 5. approbat hanc opinionē ex integro regressu cōcesso monacis infra annum professionis, & sic eius opinio non extenditur ad alios incapaces,in quibus cessat hæc ratio,vt supra deduximus. Card.&quisquis alius mentionat sequentis agnati adhitionem,vel dominium acquisitum, aut aliud simile nihil obstant dum non exprimunt requiri dominium acquisitum,nec sufficere ius dominij acquirēdi,possunt enim,intelligi exemplificatiuè,declarando in illo casu non autem restringēdo ad illum casum; Repudiās, & pœnitēs ante bona alienata habet specialem prouisionem, ex l.fin. C. de repud. hæred. & sic subsequens acquirit ius adeundi reuocabiliter,sicut diximus in exeunte infra annū professionis, sed non in alijs incapacibus,qui non habēt huiusmodi specialem prouisionem, & proindè subsequentes acquirunt irreuocabiliter,& habent regulam id, quod nostrum; At in l.mancipiorum, res est omninò integra, prout ibi aduertit Iurisconsf.nec de alicuius interesse agitur, & secus decernitur si alicui est interim ius quæsitum.

Cæterum illud simile de feudum recupe-
42 rante priusquam dominus placitauerit, quamuis interim placitandi ius quæsitum fuerit vrgeret nimium; sed retorquetur, quia verior est opinio de iure feudorum,vt solū ius placitandi acquisitum directo domino faciat rem non integram,nec vlterius prosit feudi recuperatio, ità hanc sententiam esse communiorem,testatur idē Camer. fol. 11. col. 3. & alios affert Lipar. ad Andr. in cap. 1. num. 3. quid iur. sit,& sicut communior, ità est verior ex text. nimis claro in dicto cap. 1. disponente feudum alienantem illud amittere quamuis po-
43 stea recuperet; Nec cauillent relati per Andr. ibi ex verbo postea apto comprehendere tempus remotum,vt in l.ab hostibus §. sed quod simpliciter ff. ex quibus caus. maior. Nàm comprehēdit etiam valdè proximum, sicut postquam res Asiæ euersæ sunt, & statim, & sero nonnulla Anchises, eiusq; natus moliti sunt apud Virgil. Aeneid. 3. & omne tempus comprehenditur in alijs locis, quos annotat Eritr. ad Virgil. in verbo postquam, & colligitur ex erudito, ac serioso discursu Tiraquell. in l. si vnquā in verb.& postea nu. 7. & 9. Imò in hoc sensu temporis proximi sumitur in eo. §. sed quod simpliciter quod & glos. ibi aduertit in verb. Prætor circa med. sic etiam Matthæi quarto cum ieiunasset quadraginta diebus, & quadraginta noctibus postea exeruijt,non longè postea,sed statim,& statim etiam intelligitur hæc dictio, postea apud alios innumeros recensitos per Tiraquell. in loco prædicto n. 5. & aliquādo esse æquiuoca mox,& postea declarat num. 2. vt intelligatur posse verificari in paruo momento,

mento, non modo in eodem die quo tradiderat de retract. lignag. §.1. glos. 11. num.49.

Sed & text. in l.1.§.si rem ff.deposit. in casu huic nostro persimili nō distinguit,
44 nec glosatur à Doctoribus, si citò, vel tardè rehabuit rem illam alienatam, quamuis rehabuerit in eandem causam depositi, quia sufficit deliquisse cū vendidit; Datur enim pœnitentia in delictis inchoatis, & non perfectis l.qui falsam,
45 ff.ad l. Cornel. de fals. & ex hoc datur pœnitētia ante traditionem, etiam post contractū alienationis, prout benè docet Isern.in dicto cap.1. nu.3. vers. antequam tradat, & post eum Camer.latissimè in l. Imperialem, fol.8. lit.P. & Curt.in 4. par. quæst.13. num.103. ex regula l.ab emptione, ff. de pact. Sed post completum excessum, & contemptum domini per traditionem veram secundum Cam.in l. Imperialem fol.8. col.1.cum sequentibus, qui reliquos cumulat, & etiam fictam per constitutū secundum Paul.in dicto §.si rem, quem sequitur Iacob.in sua inuest.in verbo,& cum pacto de non alienand. num.4.& 6.cum alijs relatis per Camer. in dicto fol.8. col.2. tunc pœnitentia non facit eum,non esse nocentem l.quis sit fugitiuus ff.de ædilit.ædict.l qui ea mente vbi glos.affert concordantes ff de furt.

Et hinc sequitur, quod si ex tali alienatio-
46 ne consumata tribuunt mihi iura aliquam damni refectionem, si damnum non patior, nihil petam, siuè rehabita sit res alienata, vt in l.ex hoc ædicto in §.si quis ff.de alienat.Iud.mutand.caus. fact.siuè stet alienatio modo mihi damnum non afferat l.3.§. fin.eod.titul. & patet ex ipso ædicto relato in l.1.vbi latè glos.At verò si ex alienatione tribuitur mihi aliquod ius, frustra res eadem recuperatur, vt in dicto §.si rem, ex quo text.meritò Paul.ibi infert ad feudum domino apertum ex alienatione feudatarij quāuis postea recuperauerit,prout inquit text. in dicto cap.1. Nec distinguere nobis licèt,dum lex nō distinguit sed proponit verbum comprehendens omne tempus à primo momento post alienationem, vsque ad infinitum, Imò ratio ibi posita, quia domino est feudū apertum docet nos ipsum momentum post alienationem fuisse prospectum,& sic text. ille vrget irrefragabiliter;si quidem incorporatio,vel placitatio indigēt tempore, sed feudum aperiri, idest domino acquiri ius placitandi,& incorporandi fit statim in ipso momēto, in quo alienatio perficitur, prout benè aduertit glos. ex hoc text. in l.Imperialem in verbo reuertatur,& per consequens facta alienatione impossibile est vassallum recuperare, post tale ius domino acquisitum, ex quibus meritò inquit And. quod licet æquum videatur defendere feudatarium statim recuperantem diu-
47 rum tamen est contra illum text. quasi contra stimulum calcitrare, Nam contra ius adeò clarè scriptum nulla iuris regula sustinet conuolare ad æquitatem nō scriptam, quæ,& potius ni fallor esset iniquitas post delictum consumatū, & post ius domino acquisitū, quo quidem iure caducitatis dominus non est priuandus, vt per Ias.in l.fin. quæst.20. C.de iur.emphyteot. Nec oppugnetur per Camer.in l.Imperialem, fol.10.lit. L. & M. dicentem Iasonem malè ponderasse iura sub prohibitione Lotharij, & Federici, in quibus iuribus caducitas non ponderatur,sed seruitij diminutio, nam è contra in cap.1. quid iur. sit nequaquam seruitij diminutio; sed sola caducitas prospecta est,fuit enim seruitij diminutio,causa potissima,vt feudorum alienatio sub caducitatis comminatione prohiberetur,nec quemquā alienare cuperet Imperator,sed vbi ex alienatione contemnitur decet ius caducitatis,iam sibi acquisitum non amittere.

Mirum est autem legere Camer. in dicta l.
48 Imperialē,fol.23.col.3. & 4.& fol.49. col.1. & alibi pluries exagerantem in feudis potissimè seruari rigorem scriptum

rum præsertim vbi agitur de cõtemptu domini,& tamen in hac quæstione contra textum,adeò clarum, & contra Iserniam eius aurigam,& contra communẽ opinionem inniti voluit cuidam commentitiæ æquitati nulla soliditate suffultè,imò alijs prefatis regulis repugnã-
49 ti,& in hac opinione adeò incaluit, vt pro eius defensione præter morem in multis defecerit, si quidem videns ius commune feudorum sibi nimium aduersari conuolat ad cõstitutionem præsentis Regni, quæ incipit constitutionẽ diuæ memoriæ; Et primo quidẽ fol 6. lit.F. optimè docet ex iure feudorum, & ex constitutione vetari alienationẽ, & statui caducitatem solumque differre,quia in Regno cõceditur, vt ipsemet alienans valeat reuocare eoque non reuocante auocat dominus, & sic clarè firmat extra Regnum post alienationem solum dominum auocare; Idemque firmat fol. 11.col.4.& fol.12.col.1.sed addit constitutionem esse interpretationem legis Imperialem, quia sic exorditur constitutio,Item quia illa lex,& hęc constitutio per eundem Federicum cõditæ sunt, Item quia constitutio non est localis, sed generalis in toto Imperio,& denique quoniam,& si localis esset deberet,tamen vbique locorum exẽplo esse,quæ omnia non subsistunt.

Nam constitutio(vt ipsa præfatur)non interpretatur, sed ampliat, & neque ampliat legem Imperialem conditam per Federicum,sed constitutionem Rogerij eius aui, quam ibi glos. notat esse sub titul. de iur.rer. regal. Item non est idẽ author, nam constitutiones sunt Federici Secundi lex Imperialem est Federici Primi inter quem, & Federicum secundum imperauerunt Hẽricus Sextus, Philippus Secundus,& Ottho.Quartus prout notum est apud omnes Historicos. Item tantum abest constitutiones esse generales, vt in prima constitutione in §.igitur dicatur expressè illas conditi in hoc Regno,& huius Regni causa factas esse prout passim inscribuntur Constitutiones Regni Siciliæ. Et tãtum abest ad alia loca extendi posse, vt ibidem dicatur præsentes Constitutiones in Regno nostro Siciliæ tantũ volumus obtinere. Quæ restrictio excluderet extentionem etiam declarationis restrictæ specificè ad certum locum.

Et tanto magis dum nullatenus est declaratio, sed noua prouisio facta in hoc Regno per quam indulgetur reuocatio. Et esse nouam prouisionem, patet ex lectura ipsius constitutionis dicentis, quod eisdem contrahentibus reuocandi potestatem concedit quod verbum concedere,non est retro concessum cõmemorare, sed de nouo elargiri sic Cicer.in ver.act.3.quod huc usque renuisti hoc mihi concede,& siuè concessionem, siuè cessionem operari ex tunc in antea patet in l.fin.in verbo concedere, vbi glos. in verb. Portionibus, & Bart. num.2.ff.de donat. in l.vxori §. fin. ff. de legat.3.Bald.in l.1. in fin. C. de act. & obligat. & in cap.1. §.51. titius si de feud.fuer.controuers. Et specificè hanc potestatem reuocandi esse nouam concessionem firmat Andr. in cap.1. post. num.5.de vassall. qui contr. const. Lothar.vbi Lipar.concordantes allegat,& proinde non esse extendendam extra Regnum tanto fortius patet ex præfatis verbis primæ const.& tradit Andr. in cap.1.§.præterea in princ.de cap. Corrad.Ex quibus hoc simile, vt supradiximus potius retorquetur.

Denique non obstat authoritas Bald. in
50 l.Deo nobis supra relata, nam est sibi contrarius in prohęm.Cod. num.9. in vers.aut ista, vbi non admittit superuenientem capacitatem in præiudicium agnatorum quibus per illius incapacitatem fuerat delata hæreditas siuè fuerit adhita siuè non quia sufficit fuisse acquisitum ius adeundi, Quæ sententia apud eum est crebrior,prout aduertit Apost. ad ipsum Authorem in eodẽ num.9. in verbo re integra,& allum locum

cum

cum eiusdem Bald. in proprijs terminis refert, & sequitur Curt. in secundo membro tertiæ partis num. 28. in sexta limit. Et quod hæc sententia sit verior vltra superius latè deducta patet ex discursu eiusdem Baldi qui videns acquisitionem bonorum in Auth. idem est de Nestorianis, illam tribuit nō solummodò superuenienti capacitati quam fatetur non sufficere, sed beneficio restitutionis, quæ quidem est alia prouisio extrinseca, vt supra diximus vltra effectum quem nos inquirimus solius superuenientis capacitatis, & hanc fatetur vbiq; non operari re non integra, sed discordat quia rem non integrā similiter pluries fatetur esse ex iure delato, Hic autē inclinat vt requiratur ius agnitum, ad quod induxit text. in l. prætia rerum ff. ad l. falcid. vbi dicitur non esse ditiorem illum qui habet ius adeundi, sed hoc nō
51 refragatur, quia diuitiæ penès aliquem dicuntur postquam acquisitæ sunt; Habens autem ius adeundi, vel aliud simile non habet bona acquisita, sed habet potentiam acquirendi, prout declarat Diu. Thom. in 2. 2. quæst. 62. art. 4. Dec. in cons. 322. num. 5. & 6. Et sic meritò Iurisconſ. non appellat diuitem hunc habentem potentiam acquirendi donec potētiam reducat in actum; sed hæc potentia acquirēdi nempè hoc ius adeundi clarum est quod acquiritur solūmodò ex hæreditatis delatione, vt per Bar. in l. is potest num. 12. ff. de acquiren. hæred. Et hoc ius numquid non est aliquid considerabile? absit nam contradiceremus omnibus supra adductis negātibus præiudicari posse huic iuri delato, & gloſ. in eadem l. prętia rerum in verbo me ipsum, notat quod tamquā aliquid existens, & considerabile transmittitur; Et dum est aliquid nostrum subiacet regulæ, id quod nostrum de regul. iur. vt absque facto nostro auferri non possit; Etenim intelligē ia Baldi ibidem ad hanc regulam, vt procedat in iure pleni dominij iam acquisiti, esset magna limitatio contra verba generalia ipsius text. & contra communem intelligentiam Doctorum dicentium, vt ex hac regula quicquid meum est à me absque facto meo non auferatur; Meum autē est ius adeundi, & est ius considerabile, vt dictum est.

Vlterius Bald. affert Feder. de Sen. quem nos superius vnà cum cæteris ipsi Federico subscribētibus latè ponderauimus ad probandū sufficere delatum; Aequitas autem quam Bald. annuit non est admittenda contra ius scriptum quamuis esset rigorosum, & multo minus in hoc casu, in quo esset iniquitas respectu aliorum à quibus contra iuris regulas ius illud acquirendi, absq; facto proprio abdicaretur; ex quibus omnibus amplectenda potius est Theorica eiusdem Baldi in prohemio C. quoniam illa positio apud ipsum est crebrior, & quoniam ex his quæ deduximus est iustior, & communior.

Venio ad tertium casum qui similiter ex
52 prædictis deciditur, nam potuisset, vtique clericus in vita patris clericatum dimittere, & dimisisset re integra idest iure adeundi alteri non delato; Dum autem voluit reperiri incapax tempore mortis paternæ, & sic tempore delatæ successionis, vtique ius adeundi in subsequentem agnatum delatum est, à quo probauimus, absque eius facto auferri non posse; Nec quicquam hic casus quo ad hoc differt à præcedenti, nam vtroque modo non indecenter astabit Domino, & ex hoc vtroque casu feudum non perditur, vt supra tetigimus, Item donec non adest votum, aut ordo sacer non potest considerari præsumpta renunciatio non enim dicitur seculo renunciare in eo statu, à quo lege permittente potest ad seculum remeare, & sic neutro casu perditur feudum ex renunciatione præsumpta, Perdi autem probaui, quia feudum apertum est alij, & hæc ratio militat, vtroque casu, Et hinc videmus Doctores omnes nihil ponde-

pōderare si incapacitas incipit viuo patre, vel si incipit patre defuncto, & abq; differentia proponunt, vtrumq; casum, siuè incapacitatis post mortē patris inceptæ, & sublatæ; siuè incapacitatis viuēte patre existentis, & sublatæ patre defuncto; Nam (vt dixi) vis est si aduenieēte capacitate reperitur res integra, vel si non reperitur integra ob aliquod ius interim alteri acquisitum; Sic de incapace viuente patre, & post eius mortem effecto capace loquitur Bald. in duobus locis prædictis, nempè in prohem. C. & in l. Deo nobis in §. hoc etiam Feder. de Sen. & reliqui subscribentes supra relati in quæst. 26. loquuntur de incapace tēpore mortis paternæ, qui postea efficitur capax; & in quæst. 27. loquuntur de eo, qui post mortem matris efficitur incapax, & postea reuertitur ad capacitatem, Nec tamen vllam hinc eliciunt diuersitatem, & solum inquirunt si sufficit ius sequentibus delatum, vel requiritur esse agnitum; Similiter absque vllo discrimine de vtroq; casu loquuntur Doctor. in §. & quid si tantum imò Bart. Paul. Alex. & reliqui supra relati exemplificant in incapace tempore mortis, qui postea efficitur capax, & concludūt quod non excludit sequentes quibus quæsitum erat ius adeundi; Et in specie oportere, vt clericus patre viuente dimittat habitum antequam per mortem patris aperiatur feudum Domino, vel agnatis firmat Afflict. in cap. 1. de benefic. fœmin. in §. ex hoc in 2. notab. n. 9. Minad. in const. in aliquibus in verbo filiorum nu. 21. Similiter Curt. post Bald. in supradicto secundo membro tertiæ partis num. 28. specificè requirit, vt capacitas rehabeatur priusquam aperiatur feudi successio, idemque vt non prosit capacitas superueniens post feudum alteri apertum tradit Bald. in tit. Hic finit. lex col. 5. vers. pone Rex Frācorum.

53 Verum est quod Andr. in cap. 1. de vassall. milit. qui arm. bell. depos. & in c. 1. de feud. fœmin. videtur facere differentiam si dimittitur clericatus assumptus post mortem patris, vel si patre mortuo dimittitur clericatus, qui assumptus fuerat patre viuente: sed aduertatur quod non inficiat terminos supradictos nempè qđ nō prodest clericatus dimissio post feudum alteri apertum; Et fatetur feudum alteri aperiri siuè feudatarius clericatū assumat, siuè immediatus successor feudatarij clericus reperiatur tēpore mortis ipsius feudatarij, nam ob suam incapacitatem aperitur feudū proximè subsequenti; Ità clarè concludit in cap. 1. num. 4. de feud. fœmin. firmans ex hoc non prodesse clericatus dimissionem, nisi pœniteat statim quod potest succedere, ideſt eo tempore quo potest succedere, quod est dum viuit pater, nam eo mortuo non amplius poterit succedere, quia iam successit alter sicut latius, & apertius se declarat in vers. Sed quid vbi subsistit ex eo quod text. videtur loqui nimis generaliter inquiens quod non succedit etiam si postquam habitum assumpserit postposuerit; Et sic non dicēs si postposuerit post mortem paternam, sed si postposuerit postquam assumpsit videtur illum excludere etiam si dimisit patre viuente, quod esset durum, & proindè inquit Andr. Sed quid est hoc quod in text. dicitur hunc non succedere etiam si habitum dimittat? Et declarans conclusionem limitat regulam duobus modis. Primo vt procedat exclusio quando dimittitur clericatus post mortem patris secus autem si pater moritur postquam talis filius desijt esse clericus, nam dimisit clericatum re integra, & consequenter nō procedit exclusio quæ statuitur in illo text. Et hic casus est primus ex tribus à nobis propositus quem etiam diximus non habere difficultatē. Secundo Andr. limitat si daretur casus in quo licet moriatur pater, & primogenitus esset clericus tamen feudum sequenti non aperitur, quia fortè aderat quæstio, an alij debeat aperiri sicut disputatur de cleri-

cis primæ tonsuræ, vt supra sub nu. 7. & 8. & tradit Minad. in cõstit. in aliquibus in verb. filiorum nu. 18. vel ex alio esset quæstio inter duos agnatos, vel inter agnatum, & dominum qui concurrerent, vt in cap. 1. de mil. vassall. Quæ doctrina & si apud me est valdè dubia quoniam incertitudo potest esse apud nos, non autem in ipsa re, & quãdo declarabitur, non aperietur feudum tempore declarationis, sed innotescet tunc cui nam fuerat apertum tempore mortis feudatatij l. sicut §. sed si quæratur ff. si seruit. vendic. Et consequenter tunc innotescet, quod hoc ius succedendi auferri non poterat ab eo cui in morte prædecessoris fuerat delatum, Tamen quia nunc agimus de intelligẽtia huius Authoris patet hanc fuisse eius intentionẽ quod pendente huiusmodi quæstione, an alij, & cui feudum debeat aperiri, in hac controuersia, & pendente ista ambiguitate, similiter diceretur res integra sicut si pater viueret quia eodẽ modo ius adeundi nõ esset alteri acquisitum, & consequẽter clericatum dimittens nihil iuris ab aliquo aufert dum succedit in eo feudo, in quo nec successio, nec ius succedendi erat apud alium, & sic nihil iuris fuerat cuiquam acquisitum.

Hæc est Andreæ Theorica in dicto cap. 1.
54 de feud. fœmin. num. 4. secundum quã deciditur etiam casus noster pro Berardino, qui nulla quæstione pẽdente, nec inchoata post mortem patris mediante persona suæ matris, & tutricis feudi possessionem absque controuersia adeptus fuit, sed quia Andr. magis fundatur in cognitione rei integrè, idcircò ad maiorem articuli dilucidationem ponderabimus reliqua loca in quibus Andr. de hac loquitur quęstione, vt intelligamus si doctrinam traditam in hoc num. 4. confirmat, vel si recedit.

Est ergo legendus in dicto cap. qui clericus
55 num. 4. & in cap. 1. quid iur. sit num. 3. in quibus solum se fundat in ratione quod clericatus dimissio non potest nocere iuri alteri delato, quæ ratio absque differentia viget in vtroque casu, & similiter in cap. 1. de vassall. milit. loquitur magis obscurè, sed vel non est sibi contrarius, vel approbanda est potius præfata eius doctrina in cap. 1. de feud. fęmin. Et primo quod eius dicta in pręfatis duobus locis sunt concilianda suadetur, nam in c. 1. de feud. fęmin. quater allegat scripta per se ipsum in cap. 1. de vassall. milit. concludens, quod talis filius succedit si pater moritur, postquã iste filius desijt esse clericus, non autem si patre mortuo laicatur sicut ipse notauit in dicto cap. 1. de vassall. milit. Congruum ergo videtur ipsum recordari quod idem scripserat in eo loco quem allegat, vt autem defendatur idem dixisse est considerandum, quod ibi sub n. 1. proponit quæstionem, An feudatarius, qui clericatur, & postea clericatum dimittit feudum recuperet: Deindè sub num. 2. proponit quæstionem an succedat in feudo filius feudatarij, qui clericatum assumpserat, illumque dimitrit? Vlterius aduertendum est quod Andr. in hac specie semper duas rationes præoculis habuit, quarum prima est quod habens vnam rem illam perdit si obtinet aliud huic rei incõpatibile, obstat enim ipsa rerum natura ob ipsarum rerum contrarietatem, & oritur incompatibilitas ex regula clemẽt. gratiæ de rescript. Alia ratio oritur ex eo quod tertio interest cui non licet, absque eius facto pręiudicium afferre ex regula legis id quod nostrum cum alijs supra deductis in perscrutatione rei integrè, vel nõ integrè ex iure alteri delato.

Binas istas rationes diximus quod Andr.
56 præoculis habuit in esamine duarum quæstionum supradictarum, Nã respectu feudatarij assumentis clericatũ considerat primam rationem, quæ oritur ex repugnantia ob statum clericalẽ qui est feudo incompatibilis, & sic clericatũ assumens statim feudum perdit; & hoc

dicit

dicit in dicto cap. 1. de vassall. mil. nu. j. in vers. Quæritur de feudo; Verum quia causa inhabilitatis est clericatus, & cessante causa cessat effectus, videretur qđ dimittẽdo clericatum feudum rehaberet, & tamen feudum non rehabere statuitur in cap. 1. de feud. fœmin. Ideo Andr. ibidem in vers. redibit ergo transit ad secundam rationem & reiterando idem verbum (statim) inquit quod sicut feudatarius per clericatus assumptionẽ statim fit inhabilis, ità per suam inhabilitatem statim feudum aperitur agnatis, vel Domino, à quibus tale ius quæsitũ non est auferendum quantumuis cesset illa feudatarij inhabilitas, & allegat dictum tex. in cap. 1. de feud. fœmin. cum notatis per glos. ibi, & etiam in eodem cap. 1. de vassall. milit. & etiam cum annotatis per ipsũ in illo c. j. de feud. fẽm.

57 Rogo autem reuideri istas glos. nam in c. j. de vassall. mil. loquitur tex. de feudatario qui efficitur clericus, & statuit feudũ ab eo discedere, & agnatis, vel Domino applicari. Subdit autem glos. quod nec proderit si hunc habitum postposuerit; Tex. verò in cap. 1. in vers. ex hoc de feud. fœm. loquitur de clerico filio feudatarij, & disponit quod non succedit etiam si habitũ postposuerit (intelligendo si postposuit mortuo patre pro vt supra diximus) qui tex. meo iudicio est ineuitabilis, non enim loquitur de recuperatione, vt posset intelligi de feudatario assumente habitum, & postea illũ dimittente, vt in casu præcedenti. Sed loquitur de successione, & sic omninò de filio feudatarij qui habitum dimittit, & vult succedere. Et huic dispositioni illius tex. glos. ibi assignat rationẽ quia non potest præiudiciũ fieri agnato subsequẽti cui ius ad feudum fuerat delatũ & adducit simile de recuperante feudũ postquã per alienationem absq; assensu fuerat Domino apertum, non enim recuperatio ipsi Domino præiudicat.

58 Cognitis ergo istis locis, in quibus fundatur qđ non prodest clericatus dimissio post feudum alteri apertum non est verisimile quod Andr. voluerit discedere à iuribus, & à glosis, à se ipso allegatis, in quibus se fundat, sed in eandem conformitatem declarata prima conclusione de feudatario, qui perdit feudum dũ fit clericus, & clericatum dimittens non recuperat sicut modo explicauimus, transit ad secundam conclusionem de filio feudatarij, quid sit clericus, & postmodum laicatur, & certè inquit nõ possumus dicere, vt iste perdat feudũ, quia non perditur quod non habetur, Nec amittitur res quæ propria numquã fuit. Hæc sunt verba Andreæ sub nu. 2. quibus significat quod termini supradicti in feudatario assumente habitum, qui ex hoc feudum perdit, nec per habitus dimissionem illud recuperat, non sunt termini applicabiles ad filium feudatarij, qui feudum, quod nũquam habuit non perdit, & consequenter non possumus querere num illud recuperet; Sed quæstio propriè loquẽdo est num clericus filius feudatarij possit succedere, quod nõ est recuperare, sed acquirere. Et porrò si dimisit habitũ patre viuente cessat omnis dubietas, quia efficitur habilis re integra, vt dictum est, sed si dimisit patre mortuo, tunc Andr. in hac etiam quæstione præoculis habet easdẽ binas rationes nempè incompatibilitatem, & ius alteri quæsitum.

Quod ad incompatibilitatem inquit illam non vigere viuo patre, quo tẽpore non potest filius habere statũ incõpatibilem ad feudum quod nõ habet, sicut delinquens fortè cõtra talem Principẽ cuius adhuc non est vassallus; & hoc sub nu. 3. in princ. Quò verò ad aliã rationem respectu iuris alteri acquisiti discurrit sub eod. n. 3. in vers. hĩc in summa, & ibi cõmemorat Ardizonẽ in supradicto c. 97. vbi inquit qđ feudatarius qui efficitur clericus pdit feudũ, sed illud recuperat si dimittit clericatũ, antequã sibi moueatur quæstio de amissione feudi, ex qua Theorica subdit And. quod posset etiã

decidi præsens casus nepè si filius feudatarij dimittit habitum priusquam sibi quæstio moueatur; & verum dicit nam est eadem ratio; sed oportet nos intelligere Andreã sicut ipse intelligit semet ipsum, nõ enim dicit affirmatiuè, & explicitè quod illa theorica decidit casum nostrũ, sed inquit quod posset hunc casũ decidere subintelligẽdo si illa theorica vera esset, & subiungit quod faceret ad hoc illa glos. in §. quin etiã Episc. vel Abb. Similiter subintelligẽdo si vera esset: & dũ probauimus quod illa theorica Ardizonis nõ est vera, nec ipse in ea residet & And. hanc opinionẽ sẽper reprobauit in omnibus locis supradictis, & in specie in eod. c. 1. de vass. mil. n. 1. Et dũ idẽ And. in d. § quin etiã reprobauit similiter illã glo. sequitur necessario ipsũ And. esse intelligendũ, vt illa theorica, & illa glo. possent applicari, & facerent pro isto filio dimittẽte habitũ, si illa theorica & illa glo. essent verè, sed dum illa glo. reprobatur, & dũ And. sẽper firmauit, quod clericus quantumuis illico dimittat habitum nihil agit, quia ius ad feudum fuit statim alteri delatum consequẽs fit secundũ And. vt eodẽ modo nihil agat filius dimittendo habitũ post mortẽ patris, iã quod in ipso momento mortis paternæ ob suã incapacitatẽ fuit alteri feudũ apertũ sicut dixit in c. 1. de feud. fœm. & nos superius declarauimus. Quẽ locũ in c. j. de feud. fœm. allegat in isto nu. 3. cui est credendũ se conformare, & non discordare, itã vt sit sensus qđ talis filius feudũ non perdit quod nunquam habuit imò succederet si verũ esset qđ prodest laicatio post ius alteri quęsitum sed hoc (addimus nos ex ipso And.) iã nõ est verũ, imò est verissimũ ꝙ mutatio sui status nõ p̄iudicat iuri alteri acqsito. Subdit And. in vers. alias si qñ, diuersitatẽ 6o in feudatario, qui dũ clericatur feudũ perdit, nã illud habebat, neq; illud recuperat ob ius alteri acquisitũ. Postea (in vers. clericus etiã) reuertitur ad filiũ feudatarij, & vltra superius discussa quo ad rationẽ ob ius alteri quæsitũ, subiungit ꝙ excluderetur etiã (est. n. ponderanda illa dictio, etiã quæ denotat authorẽ superaddere aliã rationẽ exclusionis) quę noua ratio est ob incõpatibilitatem inquiens quod si mortuo patre statim nõ laicatur ex hoc absq; alio actu positiuo videtur velle statũ clericalem ex regula tex. in l. minorem ff. de rit. nupt. & in l. quæsitũ de spons. & hãc solã rationem perfunctoriè, & aliud agens præoculis habuit Luc. de Penn. in l. nulli in ver. sic etiã C. de num. lib. 12. Nec tangit aliam rationẽ rei nõ integrè ob ius alteri quæsitũ, ex qua mouentur oẽs Doct. supra relati, & in specie And. sicut illũ ponderauimus in duobus locis prædictis; ex qua ponderatione, aut vterq; locus cõciliatur, aut si repugnantiã admittimus amplectenda potius est eius doctrina in c. 1. de feud. fœm. tamquam clarior, & magis cõsona iuribus rationibus, & quãplurimis aliorũ Doctorũ traditionibus. Et qui simpliciter Andreã referunt, & sequũtur sic intelligẽdi sunt sicut And. ipse intelligitur. Deo Gratias.

Legatur allegatio sequens.

SVMMARIVM.

1 *Clericus dimittens habitum clericalem, vt in feudo succedat quando dicatur talem habitum re integra dimittere.*

2 *Doctor est intelligendus, iuxta legem quam allegat.*

3 *Res integra vtrum dicatur solummodò quando non est mota quæstio, vel etiã alijs modis possit esse res non integra. Ad quod fundatur ex quæstione aliud non oriri nisi animi declarationẽ nu. 4. Vnde sufficit hũc animũ apparere alijs modis num. 5. & 13. cum seqq.*

6 *Pupillus eadem acquirit ex gestis tutoris ac si essent gesta per se ipsum.*

7 *Impossibilia non requiruntur.*

8 *Aequipollens idem operatur quod res cui aequi-*

æquipollet. Vnde & subauditur nu.9. Etiam in statutis num.10. Requiritur autem æquipollentia circa id de quo agitur non in reliquis num.12.

11 *Scientia non præsumitur nisi probetur, probatur autem aliquibus modis, vt num.20.*

14 *Quæstio, & controuersia idem sunt. Et dicuntur tàm in iudicio, quàm extra num.15.& 17. Et fortius in materia feudali, vt nu.16. Et tàm agendo quàm excipiendo num.18. Et tàm in petitorio, quàm in possessorio nu.19.*

ALLEGATIO LIX.

Pro eodem.

In Dei nomine Amen.



Portet aliquando clientibus morem gerere in his quæ nocere non possunt. Ego quidem in Allegationibus præcedẽtibus defendi clericatus dimissionem factam per Marium primogenitum post mortẽ patris non præiudicare Iulio Cæsari cui ex Marij incapacitate eodem tempore mortis paternæ fuit feudalis successio delata, ipsamque delationem sufficere, nec vlterius in sui præiudicium esse cõsiderabilem clericatus abdicationẽ quã fecit Marius patre defuncto. Quamuis & alia in casu nostro nimis adiuuent iustitiã Iulij Cæsaris, quæ Dominus Collega scribẽda assumpserat. Fuerunt autẽ impedimento primum eius infirmitas, nunc absentia quamobrem ne expeditio causæ retardetur, vt clienti satisfaciã tãgam reliquos articulos ex quibus causa defendi potest licet hoc quodammodo inuita Minerua dum fundantur super conclusione à me pœnitus reiecta.

Fundaui siquidem post feudi successionẽ tẽpore mortis paternæ ob primogeniti incapacitatem ad secundogenitum delatam frustra, primogenitum ad laica-

1 rum redire. Et dici quidem rem integram si dimittitur habitus viuo patre, vel si alias conseruar lex sua iura sicut infra annum professionis, non autem vbi sine tali specifica legis prouisione ob incapacitatem vnius liberæ acquiritur alteri ius succedẽdi. Et memini Doctorũ ita tenentium. Sed (citra veri præiudicium) admissa pro nunc opinione qđ profit clericatus dimissio re integra, hoc est nondum habita quæstione de feudo, prout dicitur in sũma Ardiz. sub rubr. vtrũ vass. amitt. feud. si clericus efficiatur sub c.97. quod incipit. Itẽ amittit, cui tenent aliqui adhærere Andr. in
2 c.1. de vass. mil. vbi Aluar. col.2. & alij dico omnes allegãtes Ardiz. esse intelligẽdos sicut loquitur Author quẽ allegant ex vulgata theorica Bar. in l. nõ solũ in § si liberationis verba ff. de liber. leg. Vnde nõ modo sicut ego defendò cõtra Ardiz. vt res nõ dicatur integra cũ primũ feudũ alteri aperitur, sed etiã secun-
3 dũ Ardiz. oportet rẽ non esse integram alijs modis vltra illũ quæstionis motæ. Subdit .n. ꝙ si iã habita est quæstio de de amissione, vel res non est integra nõ recuperat quãuis clericatũ dimittat. Sũt ergo alij modi efficientes rẽ nõ integrã, & cõsequenter priora verba quibus dixerat prodesse dimissionem re integra hoc est nondũ habita quæstione intelligũtur non restrictiuè, sed exẽplificatiuè. Et sic inquirendi sũt alij modi qui possunt efficere rem non integrã sicut quæstio, quæ moueretur, ad quod dignoscendũ oportet agnoscere quidnam est illud ꝙ operatur quæstio, nam alius actus qui illud idem non operatur minimè dicitur æquipollens, qui vero illud idẽ operatur dicitur æquipollẽs, & consequenter eodem modo efficiet rem non inte-
4 gram. Interrogo igitur quidnã est illud quod potest mota quæstio operari? Et porro quæstio nec ius tribuit, nec declarat; hoc enim orietur postmodũ ex sententia solũ autem operatur quæstio declarationem animi secundogeniti volen-

tis acquirere feudum sibi apertum per incapacitatem prædecessoris sicut latè dixi in allegat. præced. nu.41. cū seqq. circa articulū an impediatur deuolutio feudi alienari absque assensu si illud ab alienāte recuperatur antequam Dominus placitauerit, ex qua placitatione declaratur animus directi Domini volentis acquirere feudum iam sibi per huiusmodi alienationem apertum.

Iste animus satis superque ostensus fuit ex
5 possessione quam Iulius Cæsar adeptus fuit, sicut in ea quæstione in qua omnes concordant feram esse pœnitentiā post quam Dominus placitauit, magis inutilis esset si directus Dominus manū iniecisset. Possedit autem Iulius Cæsar mediante persona suæ matris, & rusticis, cuius gesta ad beneficium pupilli idem
6 operantur ac si essent gesta per se ipsum l.1.§.1.& l.quoties in princ.ff.de administr.tut.l.2.ff.quand.ex fact. tut.l. & si l.si ij,& l.per tutorem C.eod. §. ex his inst.per quas person. nob. acquir. quæ declarat, & extendit Corn.in conf.327. num.3 vol.1.& conf.289. nu.6.vol.3. Ex qua possessione capta Mario non cōtradicēte oritur etiam quod impossibilis fuisset quæstio, quæ dum à Mario nō mouebatur minus moueri poterat à Iulio Cæsare Dominum feudi se profitente cui non contradicebatur. Vnde non
7 potest hæc quæstio requiri de necessitate, & quasi de forma in eo casu in quo est impossibilis l.impossibilium, vbi Decius,& Cagnol.ff.de regul.iur. Sed suf-
8 ficit supradictus actus æquipollens ex regul.tex.in l.si mater, vbi glos. & Bar. C. de instit. & substit. sub condit. fact. Non enim refert quid fiat ex æquipollentibus l. fideicommissa §. si cui, vbi Bart.ff. de legat.3.l.mulier in principio ff.ad Trebell.l.3.& ibi Bart.& Bald. C. de institut.& substitut. Vnde æquipol-
9 lens semper sufficere, imò sub audiri declarat Bart. in l. ab emptione colum. final.ff de pact. etiam in statuto quod est stricti iuris declarat idem Bar.in l.nemini C. de Aduocat. diuers. Iudic. &
10 nec etiam excludi per dictionem taxatiuam declarat Paul. de Castr. in consil. 296.

In hoc inquit Marius quod licet actus possessiuus æquipolleat quæstioni motæ quo ad declarationem animi acquirendi, non tamen æquipollet quo ad modum procedendi, Nam si quæstio mota fuisset potuisset Marius contradicere, & se defendere, quod quidem non potuit in eo actu sibi inco-
11 gnito dum scientia non probatur ex regula tex.in l.verius ff. de probat. & in l. qui cum tutoribus §.fin. ff. de transact. cum alijs, vt supra in allegat.44.nu.10.
12 Sed responsio est quod æquipollentia requiritur circa illud de quo agitur, non autem circa reliqua non considerabilia, vt per Doctor.in l.non possunt ff. de legibus, & in l. ad similitudinem C. de Episcop. & cleric. Bald. in l. curatoris colum. 2.In 3.quæst.C.de negoc. gest. & in l.1. col.1. in fin. C. quæ sit long. consuet.& in l.1.colum. antepenult. in vers. Sed iuxta prædicta C. de furt. Speculat. de disput. & allegat. in §. similia. Diuersitas enim circa extranea non est considerabilis, vt per Doctor. in dicta l.si mater C.de institut. & substitur. & per Speculat. in dicto §.similia per Alber.in l.fin.ff. mandat. per Bald. in l.humanitatis colum.3.& colum.17.
13 C. de impuber. & alijs substitut. Modo si in casu nostro expectandus esset litis euentus, vel alius actus post motam quæstionem optima esset aduersæ partis consideratio in iure. Sed in summa Azdizon. & in alijs eius classis aliud non requiritur nisi litem fuisse motam inquiunt enim habitum posse dimitti antequam moueatur quæstio, & iterum quod post quæstionem motam frustra dimittitur, ergo ad iudicandam rem non integram secundum illos nihil vlterius est expectandum, nec inquirendum, nisi vtrum quæstio mota fuerit.

Et

Et consequenter cum ipsa quæstio ad aliud non possit esse considerabilis nisi ad declarandum animum acquirendi, oportet eundem effectum oriri ex illa captura possessionis cum subsequẽtibus actis possessiuis, ex quibus idem animus acquirendi, & forte validius declaratur, quã vbi simpliciter quęstio moueretur.

Quod si aliquis cõtra id qđ monet Apost.
14 ita literæ adhæreret, vt sensum negligeret aduerto vlterius quod ipsa quæstio in casu nostro non deficit. Est enim in iure nostro exploratissimum quod mouere cõtrouersiam, & mouere quæstionem idem est, & vnum pro alio ponitur, & ad inuicem confunduntur. Sic apud Bald. in l. causas C. de transact. ista verba confunduntur, Inquit enim quod controuersia, & quæstio etiam sine lite esse potest, quia etiam extra iudicium potest controuersia moueri, & sic clarissime quæstionem, & controuersiam confundit, & alterum pro altero exprimit. Et iterum in l. non solum in §. si statusin verf. Iuxta hoc quæritur ff. de procurat. inquit quod si promitto non facere cõtrouersiam intelligitur nec de iure, nec de facto sicut si promitto non facere quæstionem, & sic duo ista verba nomine tantum sunt differentia non autem effectu.

Vt autem præter suam ipsius Baldi authoritatem liqueat ipsum non absque fundamento fuisse loquutum legatur text. in l. 2. C. de transact. vbi dum meminit Imperator illius transactionis initæ quãuis non adesat quæstio glosat Accurs. quod non aderat in iudicio, nec extra, Et hinc notat Bald. quæstionem dici tã
15 in iudicio quàm extra, & allegar cõcordantes videlicet tex. in l. si plures in verf. mota quæstione ff. de euict. & in l. Lucius in §. tres hæredes in verf. cõtrouersiam mouerit ff. ad Trebell. in quibus iuribus eadẽ dispositio legitur sub verbo controuersiæ, & sub verbo quæstionis, vt intelligatur vtrumq; verbum differre nomine, esse autem quoad effectum vnum, & idem. Idemque colligitur ex glos. in dicto §. tres hæredes, & in l. qui fidem in verbo cogetur circa princ. ff. de transact. dum inquit quod si conuentum est, vt quis daret pœnam casu quo faceret quæstionem, committitur stipulatio qualitercumq; sic promittens peteret, vel molestaret, & allegat tex. in l. sed & si in §. si ante litẽ ff. de pet. hæred. vbi tex. dicit quod cõtrouersia moueri dicitur etiam ante litem contestatã, & sic glos. ad probãdum id quod dixerat de quæstione allegat tex. loquẽtem de controuersia. Et omninò esse synonima, & vnum poni pro alio tradit etiã Alber. in l. causas num. 4. C. de transact.

Et in nostris terminis feudalibus rubricam
16 legimus de contr. inter Episc. & vasfall. tex. autem narrans hanc controuersiam bis vtitur verbo quæstionis, & ferè ad hunc finem Aluar. ibi col. 2. num. 6. notat quod si vassall. non recognoscit aliud feudum à domino nisi illud de quo vertitur quæstio, non iurat fidelitatem donec pendet controuersia, & sic vtitur vtroq; nomine ad eundem finẽ. Similiter tex. in cap. 1. de contr. inuest. vtitur verbo quæstionis ad eundem finẽ ad quem rubr. vsa fuerat verbo controuersia. E contra vero cum rubrica vtatur verbo quæstionis in tit. An apud Iudic. vel cur. Dom. quæst. feud. habeat term. tex. vtitur verbo controuersia. Et paulò post eandem controuersiam appellat quæstionem, & sic iuncto rubro, & nigro, & etiam in solo nigro tex. vtroque nomine sic promiscuè vsus est. Vnde mirum non est si glos. in cap. Imperialẽ in §. si inter duos de prohib. feud. alien. per Feder. exponit per verbum quæstionis ea quæ dixerat tex. per verbum controuersia, & Afflict. in cap. 1. col. 8. num. 48. notat quod in eo tex. adsunt tres casus, in quorum primo, & tertio inuestitus mouebat controuersiam domino, in secũdo sibi à domino controuersia mouebatur, & de illis controuersijs loquens subdit siuè quæstio sit personalis

ſonalis ſiuè realis, & hæc quo ad identitatem controuerſiæ,& quæſtionis.

Dici vero quæſtionem, vel controuerſiam
17 tàm poſt quàm ante litem conteſtatam, & tàm in iudicio quàm extra tetigi paulò ante ex l. 2. vbi gloſ. C. de tranſact. Idque dixi annotari per Bald.qui affert iura concordantia in d.l. ſi plures, & in §.tres hæredes, quibus addantur verba nimis clara tex.in l.Diuus Pius in princ. & ibi latè gloſ.ff.de pet.hæred.dum ibi prohibetur bonorum diſtractio de quibus erat controuerſia antequam lis inchoaretur. Et dum illa gloſ.ſubdit hoc tanto magis fieri poſt litem conteſtatam oritur ex hoc declaratio, vt non deſit dici quæſtionem, & controuerſiam lite incepta, & etiam antequam lis inchoaretur ſicut in tex.dicitur,ſed vt hoc dicatur fortius poſt litem conteſtatã. Imò ad aliquem finem ſicut incurrendi inillam pęnam,vel vt deſuper feratur ſententia non dicitur quæſtio niſi lite conteſtata,& ita procedit gloſ.in l.3.in verbo huiuſmodi, & in l.4. in verbo quæſtionem C.fin.regund.Et alias vbi mentionatur iudicium oportet controuerſiam,vel querimoniam intelligi ſaltim de lite cœpta,prout gloſ.notat in dicta l.3.in verbo querimoniam,ſed citra tales circumſtantias quæſtio, vel controuerſia ſimpliciter prolata intelligitur, tàm in iudicio, quàm extra,vt in dictis iuribus, præſertim in illis verbis antequam lis inchoaretur. Vnde gloſ. in l. penul.ff. de tranſact. ad finem committendi ſtipulationem eius qui promiſit quæſtionem non facere æquiparat petitionem,vel moleſtiam in iudicio, vel extra,& illam ſequitur Alber.in l.cauſas circa fin.C.de tranſact.Et ad idem afferę alia iura præſertim tex.egregium in l.2. C.de ordin.Iudic. vbi quæſtionem Imperator appellat,& prius, & poſt iudicium coram illo Præſide inchoatum.

Et in eo tex. iuncta gloſ.in verb.ſi quæſtio
18 probatur etiã controuerſiam,vel quæſtionem dici tàm agendo, quàm excipiendo,ad quod etiam eſt tex. vbi hoc annotat gloſ. communiter approbata in l.non ſolum in §.ſi ſtatus ff. de pro-
19 curat. & hoc ſiuè in petitorio,ſiuè in poſſeſſorio ſecundum gloſ.in l. à Diuo Pio in §.ſi ſuper ff. de re iudic.

Ex quibus concluſionibus Regius Conſiliarius Scalaleo in addit.ad Conſuet. in prohem.in §. præfatis in ea quæ incipit exceptio clericatus fol. mihi 40. teſtatur ſe obtinuiſſe contra Nicolaum Caietanum, Nos autem viſo eo proceſſu credimus caſum noſtrũ eſſe pro ſecundogenito fortiorem, Ibi enim mortuo Ioanne Caietano Aloyſius conſobrini filius cœpit bonorum feudalium poſſeſſionẽ,ſed Nicolaus hoc cognito conquerebatur dicens feuda ad ſe ſpectare tamquam ad agnatum proximiorem, vti patruum defuncti,& licere Abbatiã dimittere. Non tamen dimiſit illico quia ſperabat obtinere quandam penſionem. Et interim Fiſcus ſe direxit cõtra ambos, Nicolaus contra Fiſcum, & contra Aloyſium, Aloyſius cæpit ſe defendere cõtra vtrumque. Poſtea Nicolaus dimiſit beneficia Eccleſiaſtica, & habitum clericalem,ſed nihilominus à ſucceſſione fuit excluſus, & obtinuit Aloyſius, prout refert præfatus Regius Conſiliarius in loco prædicto.

In caſu noſtro habemus poſſeſſionẽ adeptam per Iulium Cæſarem quam defendimus æquipollere quæſtioni,nec de iure eſſe conſiderabilem ſcientiam, vel ignorãtiam aduerſarij ex rationibus ſupradictis. Addimus autẽ in facto quod Marius hoc non ignorauit, & ſic caſus noſter eſt fortior. Ibi enim Nicolaus conqueſtus fuit,Hic nihil penitus in cõtrarium pro parte Marij geſtũ eſt.Quod
20 autem ſciuerit, probatur quia præſumptio ignorantiæ cedit præſumptionibus ſcientiæ magis vrgentibus quales ſunt ſanguinis coniunctio vicinitas, vel fama publica cap.1.& 2.de præſump. cap.2. de conſt.in 6. tradunt gloſ.Bar.& cæteri in l.is poteſt ff.de acquir.hæred.Quę

autem

autem maior sanguinis coniunctio, aut vicinitas quam matris, & filiorũ insimul commorantium? Quis vnquam credet primogenitum in eadem domo viuentem ignorare hunc actum possessiuum à matre gestum tutorio nomine sui filij secundogeniti? gestum præterea non clam, vel celeriter, sed præuia in sui personam delatione tutelę huius filij minoris, cuius nomine, vt possessio caperetur constituit procuratorẽ Notario ad hoc & testibus in eius domum accersitus. Neque etiam deest fama publica dum multi testes vlterius progrediuntur dicentes quod post hęc passim famuli hũc puerum appellabant Baronem etiam coram primogenito illos nõ obiurgante nec modo aliquo contradicente.

Verum est quod postea pro conficiendo decreto præambuli dum per matrem, & tutricem Iulij Cæsaris instabatur hunc declarari hæredem in feudalibus stante clericatu Primogeniti voluit Magna Curia primogenitum intimari, & tunc cæpit Marius dicere quod volebat beneficijs renunciare, clericatum dimittere, & succedere. Communis mater quæ opinabatur expedire, vt vtrumque apud eos permaneret feudum nempè apud Iulium Cæsarem beneficia apud Mariũ dixit pro suo pupillo hoc nequaquam licere Mario. Sed Marius post aliquos dies clericatum, & beneficia dimisit, Insuper & terram occupauit illamq; vendidit, vt in prioribus Allegationibus dictum est, Atque ita in his controuersijs instantibus etiã creditoribus super pretio in S. C. concurrentibus causa omnis ad S.C. deducta est.

Quare ex his omnibus tàm ante, quàm post acta illa iudiciaria circa præambulum patet quod satis superque affuit in hoc quæstio, & controuersia, tàm extra iudicium quam in iudicio, idque pluribus modis, quorum sufficeret quodlibet de per se, iuxta conclusiones superius comprobatas. Deo Gratias.

Prius quam lis finiretur decessere. Marius relicto Scipione, & Iulius Cæsar relicto Berardino inter quos alia nonnulla controuersiæ vltra præsentem ortæ fuerunt, quas omnes vti decebat inter fratres patrueles voluerunt à me ipso amicabiliter componi, & terminari, Quod feci libenter, & debui multum Scipioni Aequiti, Iurisconsulto, & postea Iudici Magnæ Curiæ dignissimo qui de me sic confidit sicut mea sororis filius Berardinus.

SVMMARIVM.

1 *Actus perficitur ex voluntate potestate, & solemnitate.*

2 *Legitimatus à suo Principe non solum in Regnis eiusdem Principis, sed vbique dicitur perfectè legitimatus.*

3 *Legitimare potest Princeps etiam non subditum, & in alieno territorio ad petitionem patris legitimandi.*

4 *Actus validè factus, vbique perfectus dicitur.*

5 *Voluntas legitimati potest, vel antecedere, vel subsequi actus legitimationis.*

6 *Memoriale non probat supplicantem illud porrexisse, nisi hoc aliundè constet, vel nisi Princeps hoc asserat.*

7 *Assertioni* Principis *de facto proprio nefas est contradicere.*

8 *Assertioni Principis aliquando creditur etiam de gestis per alios, iuxta declarationem hic positam.*

9 *Scribis qui in Villa Madrid Magistri Actorum Vicemgerunt, tamquam publicis personis fides adhibetur.*

10 *Tutor relinqui non potest filijs in potestate non existentibus, hinc mater filijs tutorem rectè non dat, licet ab ipsa, vel à patre naturali nominatus tutor per Iudicem confirmetur.*

11 *Voluntas patris, quod filium legitimari voluit arguitur ex institutione facta in beneficium eiusdem filij.*

12 *Filius legitimè natus non desinit esse*

naturalis, unde naturalis quoque appellatur.

13 *Res mutata aliquando appellari solet sicut ante mutationem vocabatur.*

14 *Legitimandi filium vnus est modus eum instituere cumque naturalem appellare.*

15 *Filius illegitimus in Regnis Hispaniarum non naturalis, sed bastardus vocatur.*

16 *Naturalis, & non spurius dicitur etiã natus ex soluta quamuis non domi retenta.*

17 *Filiorum appellatio non competit naturalibus.*

18 *Coniectura aliqua numerantur, ex quibus cognoscitur dilectio.*

19 *Legitima de iure natura debita onus iniunctum reijcitur, legitimę tamen administratio filij prohiberi potest, donec ad certam ætatem peruenerint.*

20 *Legitimatio fieri non potest sine consensu filij qui legitimatur, verum in infantibus, qui consentire non possunt, lex pro ijs consensum præbet.*

21 *Consensus ex sola scientia absque actu aliquo exteriori in re merè vtili præsumitur, & idem dicimus de ratihabitione.*

22 *Filius naturalis non succedit in feudis licet hæreditarijs.*

23 *Legitimationes quando impetrantur nõ est necesse exprimere agnatos, sed filios tantum vbi adsunt.*

24 *Legitimatio non requirit expressionem legitimationis in personam alterius filij factæ, vbi legitimatio à Principe fit, secus si fit à comite Palatino specialiter hanc potestatem non habente.*

25 *Legitimatio per filiorum procreationem non alteratur.*

26 *Filius ex soluto, & soluta procreatus præsumitur ad excludendum maius delictum.*

27 *Subreptio non consideratur in legitimationibus ex taciturnitate qualitatis bonorum, in quibus aliquis forte aut re, aut spe ius aliquod prætendisset.*

28 *Legitimatio tunc requirit exprimi debere patrem nolle, vel non posse cum concubina nubere, quando probatum est matrimonium posse honestè contrahi.*

29 *Clausulæ ex certa scientia, motu proprio, & de plenitudine potestatis, cum abrogatione legum contrarium disponentium, quid operentur?*

ALLEGATIO LX.

Pro Philippo Spinula.

In Dei Nomine Amen.



Voniam in præsenti causa magni põderis est intelligentia legitimationum Stephani, atque Cæsaris Catanei, quarum validitas per aduersam partem controuertitur; Et aliqui ex Dominis Iudicibus cupiunt de illis funditus certiorari, non modo pro iustitia causæ principalis cuius expeditio proxima est, sed etiam pro iustitia incidentis nunc decidendi libuit de ipsarũ validitate priuatim scribere, & obiectis singulis respondere; Fundatur autem legitimationes illas esse validissimas respectu potestatis voluntatis, & solem-
1 nitatis, quæ tria omnes actus perficiunt, & canonizant, vt per Bald. in cons. 326. Rex Romanorum num. 2. vol. 1.

Nam respectu Regis potentissimi qui legtimationes concessit clarum est potuisse omnem maculam abstergere natalibus restituere, & per omnia illegitimũ legitimis adæquare, §. illud in auth. quibus modis natur. effic. sui Abb. Dec. & reliqui in cap. cum per venerabilem qui filij sint legitimi, latè Paris. in consil. 1. in princip. vol. 2. & de tali potestate in temporalibus sicut de potestate Summi Pontificis in spiritualibus ipse-

mct

met Rex Catholicus in eisdem legitimationibus testatur cuius quidem plenissima, ac indubitata est fides clem. vnica de probat. Andr. in c. 1. qui fuccess. ten. num. 12. 13. & 16. & in cap. sancimus il 2. nu. 3. in fin. quo tempor. null. Abb. & Felyn. in cap. quæ in Ecclesiarū in fin. de constit. Ruin. conf. 31. num. 9. vol. 1. & in conf. 21. num. 1. vol. 1. cum latè deductis per Tiraquell. de retract. lignag. §. 1. glos. 14. num. 49.

Hinc sequitur quod tanquam legitimati à suo Principe habentur pro perfectè le-
2 gitimatis non solum in omnibus Regnis eiusdem Principis, sed vbiq; locorum; Est enim legitimatio res indiuidua, & absurdum esset eundem hominem in vno loco esse legitimatum in alio esse bastardum eodemq; modo ex persona iudicantur bona, quæ regulantur à persona, & non è contra, prout hęc omnia declarant Corn. in conf. 1. nu. 18. vers. Non obstat quod vltimo loco vol. 3. Capr. in conf. 2. num. 15. Socc. Iun. in conf. 100. num. 16. & 17. vol. 2. bene Dec. in conf. 207. num. 7. post Paul. & alios ibi relatos Couar. de sponf. in 2. par. cap. 8. §. 8. num. 17. & Guttier. de
3 tutel. par. 1. cap. 16. num. 6. Præsertim ad petitionem patris quod operaretur etiam in non subdito, & in alieno Territorio, vt latè probat Paris. in conf. 1. num. 8. vol. 2. Corn. in dicto num. 18. in fin. Dec. in dicto num. 7. Couar. & Gutt. in locis prædictis.

Clara enim est regula, quod dubitatio cadit in confectione alicuius actus si re-
4 ctè, vel non rectè perficitur, sed vbi perfectus est vtique perfectus erit, vbique vt per Rosell. in tract. de legit. lib. 2. colum. 8. & 9. Bertaz. in ciuil. consil. 93. num. 11. ex Regula Bart. & reliquorum in l. cunctos populos C. de sum. Trinit. & fid. Cathol. & tradit etiam Petra de fideicommiss. quæst. 11. in 19. conclus. in vers. Nec potest circa med. in secunda limit. fol. mihi 150. col. 3. in princ.

Respectu etiam Baldaxaris dubitari nō po-
5 test fuisse legitimationes impetratas de eius voluntate quæ sufficit siuè præcesserit, siuè fuerit subsequuta sicuti post Iacob. de Beluis. in § generaliter quibus modis natur. effic. sui tradit Angel. consil. 87. pro decisione col. 2. & in conf. 17 Comes Brundisius col. 3. in fin. Dec. conf. 367. num. 6. & latè Bursat. in consil. 433 num. 4. vol. 4. & in casu nostro habemus voluntatem, & præcedentem, & subsequentem, & omninò continuatam.

Præcedentem, quia ipsemet petijt legitimationes quemadmodum Rex ipse
6 Catholicus attestatur qua in re aduertatur, quod licet memoriale porrectum Principi in quo petitur assensus, vel aliquid simile non probat supplicantem porrexisse nisi constet aliundè, prout in Sac. Conf. fuisse decisum testatur Frec. de subfeud. lib. 2. quæst. 24. hoc merito procedit ad vitandas fraudes, quæ faciliter fieri possent supposito nomine, ac precibus oblatis nomine cuiuspiam ignorantis, vnde cautè Regia Cancellaria non inquit talem porrexisse memoriale, sed inquit, quod pro parte talis fuit memoriale porrectum, & expeditionem subnectit, vt sic non testetur de porrigente si fuit idem, qui supplicare asseritur, vel legitima persona pro eo, At verò in casu nostro inquit Rex quod de statu Baldaxaris, & mulierum ex quibus filios istos susceperat, nempè quod soluti erant, & de alijs ad legitimationem conferentibus fuerat, non ab eo, sed pro eius parte informatus, sicut de stilo fieri inquit, Lapus in allegat. 7. legitimationis tamen petitionem ab eodem Baldaxare sibi factam attestatur inquiens, *Y nos suplicastes fuessemos seruidos de legiti-*
7 *mar, &c.* Vnde rem asserens Princeps, sibi notam per sensum corporis fidem facit adeò indubitatam, vt probationem in contrarium nō admittat, vt in supradicta clem. vnic. de probat. cum Doctoribus superius allegatis, & quod Prin-

ce ps asserẽs sibi fuisse aliquid ab aliquo dictũ, vel petitũ afferat factum propriũ, tradit Feder. de sen. optimè in cõs. 117. casus talis est Ioãnes &c. vbi inuehit cõtra eos, qui de hoc dubitarent. Decisum testatur Verall. in 1. par. suarũ decisionũ, & propriè in decis. 236. post Felyn. in c. 2. col. 4. & 5. de rescrip. Dec. in l. ędita num. 86 C. de edend.

Imò etsi assereret factum alienum dum nõ
8 est assertio præfunctoria, & extranea ab eo, quod agitur iuxt. tex. in c. si Papa de rescrip. in 6. cũ traditis per Oldr. in consil. 258. & per Odofr. & Alber. in auth. si quis in aliquo documẽto nu. 7. C. de eden. sed est assertio principalis propter se iuxta declarationem Bar. in l. ex hac scriptura ff. de donat. ante nu. 1. vers. 4. constat, & in n. 6. vers. venio ad quartũ, & insuper ex petitione, quã asserit mouetur ad disponẽdũ faceret adhuc plenã fidẽ donec contrarium nõ probatur ita glos. magistralis in ead. clem. in verb. fecisse quã ibi cõmuniter sequuntur Io. And. Butr. Ancar. & Imol. Alex. cons. 15 vol. 5. & Latius cons. 112. vol. 7. Lapus alleg. 7. Soc. cons. 266. col. 10. vol. 2. & in cons. 87. col. 8. vol. 3. Fulgos. cõs. 143 Butr. Bal. & Salyc. in l. si qua per calumniã. C. de Episc. & cler. Abb. & Felyn. in c. post cessionẽ de probat. & in c. quę in ecclesiarũ de constit. ille nu. 8. hic nu. 6. præsertim non in criminalibus, sed in ciuilibus, vt expendit Ias. in consil. 34. colum. penult. lib. 1.

Et tanto magis adiectis clausulis ex certa scientia, & motu proprio, vt per Doct. in c. si motu proprio, & c. seq. de præb. in 6. & in specie casus nostri tradũt Alex. in cons. 112. nu. 2. & 3. uol. 7. post Bar. in l. conficiuntur, in §. codicilli, ff. de iur. codic. & Paul. in l. cum hi in §. si prætor ff. de transac. & latè Dec. in cons. 373. viso cons. num 5. 6. 7. & 8.

Talis ergo legitimatio in casu nostro, aut ita probatur per assertionẽ Principis, quæ à Baldaxare fuit petita, vt probatio in contrariũ non admittatur, aut si ita probatur, vt cõtraria probatio admitteretur adhuc idẽ est quando nihil penitus per partẽ aduersam in contrariũ est deductũ, imò potius hoc idẽ probatur ex actis præcedentibus, nã ipse Baldaxar ad hunc finẽ paulò ante legitimationũ petitiones instetit fieri probationes ad ostendendũ, quòd isti filij erant naturales tã-
9 tũ nẽpè nati ex soluto, & soluta, & scribæ illi qui Magistri Actorũ in Villa Madrid Vicẽgerunt testantur Baldaxarem apud eos cõparuisse, ac petijsse, & testes produxisse quibus vti publicis personis adhibenda est fides, vt per Bar. in l. quędã §. numularios ff. de eden. per Sal. in l. ex empto in princ. C. de probat. per Castr. in auth. ad hæc, C. de fid. instrum. & latè per Dec. in cons. 596. nu. 5. & in cap. cum causa col. 3 de probat.

Sequentem etiam voluntatem circa idem inspicimus in testamento eiusdẽ Baldaxaris in quo inquit de iure sibi licere istis filijs tutorẽ decernere illumq; propria authoritate decernit, & certè in iure notum est, quod tutor filijs in potestate non existentibus dari nõ potest §.
10 permissum instit. de tutel. Vnde mater filijs non rectè tutorem dat l. mater C. de testam. tutel. l. mulier ff. de confirm. tut. filij verò naturales in potestate non sunt instit. de patr. potest. in princ. §. aliquando de nupt. & l. item ff. de his qui sunt sui, vel alieni iur. At patriæ potestati per legitimationem subijciuntur, vt in d. §. aliquando, & §. fit igitur, & §. generaliter in auth. quibus modis natural. effic. sui.

Quæ omnia non ignorans Baldaxár in suo testamento ad eo maturæ prudenterq; confecto filijs suis tutorem nõ obliquè nominat quasi à Iudice confirmandum, quod & patri naturali, & matribus licet. l. 1. ff. de confirman. tutor. l. naturalibus, vbi Bar. declarat C. eod. & l. mater, vbi glos. C. de testam. tutel. sed directæ, ac propria authoritate tutorẽ cõstituit, & pro tempore curatorẽ, & bonis, & particulariter personis quas in suam potestatem

statem nouerat esse redactas. Illos insuper hæredes instituit in tribus quartis
11 partibus amplissimę hæreditatis ex quo solūmodò argui voluntatē patris legitimādi filios, inquit, Imperator in §. si verò in auth. quib. mod. natural. effic. sui, Et vlterius tanto cum amore, ac sedulitate illis eorumq; posteritati prouidet perpetuum maioratum instituendo, & alia iubens ad eorum decus, ac beneficium, vt illos adeò diligens illosque eorumque posteritatem honestans perpetuò, & opulētissimo maioratu penè titultum sit credere noluisse, & ab eis illegitimitatis maculam abstergere quæ & illos, & posteros deturpabat, & quæ per legitimationem tam faciliter tollebatur.

Libet hac in re aliquantulū immorari quoniam pars aduersa ad nonnullos fines in causa principali circa legitimam, & trebellianicam discutiendos conatur ex hoc testamento elicere modicam patris erga hos filios dilectionem, sed frustra
12 laborat. Nam quatenus considerat, quod hos filios semel appellat naturales nosse oportet, quod non modo legitimati, sed & legitimæ nati naturales esse non desinunt, vnde naturales appellantur per Iurisc. in l. siuè libertus in §. naturales, vbi glos. notat ff. de iur. patronat. & per Imperatorem in authen. quibus modis natural. effic. sui, in §. discretis in verbo naturales, secundum Azon. ibi qui in glos. supplet, & legitimi similiter instir. de adopt. in princip. vbi glos. aduertit, & ibidem Port. sub num. 1. in verbo naturales, & Salyc. in l. nec auus, & in l. sequenti, C. de emancip. liber. loquens de filijs legitimis, & naturalibus illos bis aut ter naturales appellat simpliciter, quod & glos. dixerat per eum relata.

Vltrà quod vti solemus aliquando eo no-
13 mine quo res aliqua appellabatur, quāuis nunc immutata sit, & alio nomine nuncupetur, prout est text. in l. Insula in finalibus verbis ff. de acquiren. rerum domin. & de communi vsu loquendi naturales quantumuis legitimati non desinunt naturales appellari, prout in specie aduertit Paul. Castrens. in l. fin. num. 6 C. de hi qui veni ætat. impetr. & tanquam verbum vsitatum non ad alium finem quam ad ipsum vsum est referendum l. librorum §. quod tamen Cassius vbi glos. & Doct. ff. de legat. 3. ita aduertit Alex. in cons. 25. in princip. vol. 1. Dec. in cons. 258. nu. 2. & 3. post Fulgos. in cons. 62. Imò plus dicit Angel. in cons. 17. num. 7. vers. quarto modo quòd vnus ex modis legitimandi
14 est filium instituere quem in eodem testamento naturalem appellauit, & quod hoc verbum naturales comprehendat etiam legitimæ natos tradit latè Lupus de illegit. in præfat. num. 37. & Cardin. Paleot. de noth. & spur.
15 cap. 37. num. 3. & tanto magis in Hispania, vbi satis vsu recipitur hoc verbū, sicuti *Rey natural, hijo natural, señor natural, vassallo natural*, & similia, sicut in hac ipsa legitimatione ipse Rex appellat se ipsum *Rey, y señor natural*, quinimò illegitimus ibi non appellatur *hijo natural*, sed *hijo bastardo*. Sicut hæc considerat Garz. de Hispan. nobilitate glos. 20. num. 3.

Nisi potius dicamus voluisse Baldaxarem respicere statum præteriti temporis, sicut hoc aliquando fieri modo probauimus, & ad filiorum decus reprobare
16 opinionem illorum, qui iuris ciuilis rigori inhærētes asserunt omnes dici spurios, qui non sint nati ex concubina domi retenta, vt per Bal. in cons. 129. factū proponitur vol. 2. & approbare aliam opinionem, quod dicuntur naturales modo vterque parens sit solutus, prout genericè distinguit Ioan. Fab. instit. de adopt. in princ. & ibi Nicol. de Neap. & Angel. quod fundatur in cap. innotuit de elect. imò de iure canonico, quod in hoc attenditur tāquam in materia peccati

cati dicuntur nati ex minus damnato coitu, qui parentes habent solutos nō cohabitantes, vt per Abb. in cap. tanta, qui fil. sint legit. col. fin. & ibi Præposit. col. 6. Peregr. de iur. fisc. lib. 3. cap. 18. qui inscribitur de natural. liber. & ita consuetudine receptum esse, & tanquā naturales mereri faciliter legitimari post Abb. in cap. per venerabilem, tradit latè Couar. de sponsal. par. 2. c. 8. §. 4. nu. 2. & 3. cum sequētibus, Adeò quod nihil præiudicij ex hoc verbo semel prolato possumus arguere aduersus istos filios, quos idem pater multoties in eodem testamento dulcissimo (vt inquit Iurisc.)
17 filiorum nomine appellat, quæ nominatio filij nullatenus naturali adaptatur l. filium diffinimus ff. de his qui sū sui, vel alieni iur. illisque tanta cum dilectione, ac sedulitate in omnibus prospicit, ac præcauet.

Quatenus ponderat pars aduersa, quod
18 Baldaxar Dominico fratri reliquit quartam partem hæreditatis hoc meo iudicio summoperè retorquetur ad indicādum eccessiuum amorē erga istos filios dum fratri vnico amatissimo, ac meritissimo (non habēs filios legitimos, & naturales) solum reliquit quartam partem hæreditatis, & in tribus reliquis istos filios hæredes instituit, Imò dum illū fratrē relinquebat tutorem istis filijs quos tantoperè diligebat credendum est, & eorum gratia hunc fratrē beneficasse, vt maiori obstrictus obligatione accuratius vacasset educationi personarum, & augmento bonorum eorundem filioꝝ quorum educationem tanta illi sedulitate commendauit, Attēto etiam quod mos est in Hispania quantitatē nō mediocrem assignare tutoribus de bonis administratis si quid rationabile illis nō est relictum, & attento etiam quod sperabat hunc fratrem iturum in Hispaniā ad asportandum hos filios in Italiam in quo itinere multi sumptus erant necessarij, & quod ipse hoc sperabat colligitur ex eodem testamento ex quo & nos colligere possumus quanti faciebat hos filios quorum gratia sperabat hunc fratrem summæ qualitatis virum proprios lares relicturum, vt tanto itinere istos filios associaret.

Quatenus considerat pars aduersa, quod Baldaxar istos filios ad inuicem nō substituit, Anzam præbet intelligendi humani consilij imbecillitatem si quidem prudens pater quoad fieri poterat conseruare voluit inter eos fraternū amorē auferens inter duos adolescentes occasionem expetendi fraternam mortē de de quorum obitu loquens summo affectu repetit (quod Deus auertat) substituit autem Dominicum fratrem ætate maturum, ac summæ integritatis virū in quo omnis eiusmodi suspitio cessabat, illisq; hos filios toto affectu cōmendauit prudenter quidem sed aliter res euenit, defuncto namq; Dominico notum est, quid Stephano miserrimo acciderit.

Quatenus cōsiderat quod Baldaxar prohi-
19 buit istis filijs administrationē donec essent annorū 25. hoc magis indicat erga illos prudentiam, & dilectionē fructus enim medij temporis iussit in eorundē beneficium augeri donec ætate maturiores seipsos eorumque bona rectius administrarent, quo fit vt eiusmodi temporalis prohibitio administrandi vsque ad ætatem perfectam fauorabilis iudicetur à lege, fructibus interim in eorundem beneficium excrescentibus vnde, & in legitima quæ alioquin grauamen non recipit etiam temporis l. quoniā nouella, C. de inoffic. testam. cum traditis per Præsidem de Franch. decis. 16. nu. 6. talis prohibitio permittitur, vt per eundē Dominū de Franch. in decis. 14. num. 2. & 3. post Bar. in l. filijs matrem C. de inoffic. testam. quem ibi sequuntur Bald. Salyc. & Ias. Boer. in decis. 87. Paris. in consil. 43. num. 20. vol. 4. & Rip. in l. filiusfamilias §. Diui num. 28. ff. de legat. 1.

Quate-

Quatenus tandem considerat quod Baldaxar nimium dilexit Dominicum quē in casu mona.hatus filiorum prætulit monasterijs non negatur voluisse Baldaxarem vt filijs eorumq; posteris deficientibus ad fratrem potius peruenirēt sua bona quam ad monasteria vel ad fiscum (nam & casum publicationis bonorum similiter considerauit) sed longè maior dilectio cognoscitur erga hos filios quibus tres quartas partes tam magnæ hæreditatis reliquit ipsis augendam, & conseruandam eorumq; posteris quibus deficientibus nō vlterius posteritatis neq; bonorum conseruandorum sibi cura fuit.

Respectu denique eorundem filiorum qui
20 legitimati fuerunt licet in adultis ob patriam potestatem cui per legitimationem submittuntur requiratur eorum consensus, §. generaliter in auth. quib. modis natur. effic. sui tamen quia parū considerabilis est subiectio patriæ potestatis respectu honoris, & spei succedēdi cum alijs prærogatiuis,quæ per legitimationē acquiruntur supplet propterea lex consensum in infantibus,qui cōsentire non possunt vt in l.iubemus C. de emancip. liberor. & valida fit in eis legitimatio, prout huius rei consultus maturæ respondisse inquit Bart.in dicta l.iubemus C.de emancip. liber.idemq; repetit in l.fin.ff.de his qui sunt sui,vel alieni iur.sequitur Bal. idemq; ratione comprobat in d.l. iubemus, & etiam in cons.146.titulus principis num.8. Angel.in cons.71.in fin.& in cons.17.n.5. circa fin. in vers. quinimo sequitur Salyc.in ead.l.iubemus, & inquit esse notandum sequitur ibid. Alex.in Apostil. ad Bar.vbi allegat concordantes sequitur Dec.in cons.367.num.5.& 6.& Ias. in l.quæ dotis num.61.ff.solut.matrim. & in cons.125. num.10. vol.4. ex quibus cognoscitur nimia affectione erga clientes fuisse captos Rom.in cons.194. in 4.dubio,& Curt.Senior. in cons.19. nu.4.dum pro defensione illarum causarum ausi sunt scribere contra legum Principes qui non modo in consilijs, sed in lecturis puram veritatem inuestigantes sic docuere,vnde & ipse Roman. se retractat in singul.588.incip. Tu scis Gregor.vbi inquit pridie hoc aduertisse ex glos.in l. In adoptionibus ff. de adopt.vbi Apost.

Et quod peius in dictis consilijs mouētur à simili valdè dissimili arguentes ab arrogatione, quæ de præsenti tribuit subiectionem, futura autē spes succedendi indiget matura cōsideratione inspectis bonis, & qualitate arrogatoris, legitimatio verò de præsenti tribuit decus,& ornamentum,& ius ad successionem, & alias prærogatiuas ex quibus potius patria potestas quatenus odiosa esset retardaretur,neque ex hoc legitimatio impediretur sicuti post Bal. & alios tradit Dec.in d. cons.367. num.6. vers.2. allegata Padilla Eman. Cost. & cæteri adducti per Guttier. in cons.20. in fin.Raud.de Analog.cap 30. nu.78. Lup.de illegit.comm.3.§ 4. num 47.

Quæ omnia pro articulo genericè dicta sint, nam in casu nostro fuit legitimatio ad petitionem patris, qui præsumitur capere bonum consilium pro filio, vnde cessat omne dubium vt per Dec.in d.cons.367.ante num.7.vers. Quarto, & vltimo, & insuper non modo omnes consanguinei, siuè extranei iudicabunt ius ad tam opulentam hæreditatem cū reliquis prærogatiuis quas legitimatio tribuit nimium præponderare incommodum patriæ potestatis, quæ potius meo iudicio sub patre insigni decus auget,vt per Bal.in d.cons.146.nu.8.vers. nec est necesse Ias.in d.cons.125.n.11. circa fin.vol.4.Et hoc cōsiderat ipsemet Rom.in l.quæ dotis col.22.ff.sol.matr. sicut illum refert,& sequitur Apost. ad dictum eius singulare 588. Sed & ipsa patria potestas cuius causa Roman. & Curt. ratihabitionem requirunt iam in casu nostro adesse non poterat stante Baldaxaris morte prius quam filij pupillarem

larem ætatem transcēdissent, & sic nulla remanet dubitatio dum prius quā maiores efficiantur, stat commodum legitimationis, & cessat vnicum incommodū patriæ potestatis cuius causa ab ipsis factis maioribus voluntatis declarationem per actum ratihabitionis Roman. & Curt. requirebant.

Atque hinc alia insurgit conclusio, quod in re merè vtili absq; vllo actu exteriori
21 per solam scientiam, & consensus, & ratihabitio præsumitur l. absenti ff. de donat. l. 2. §. voluntate ff. solut. matrim. quem tex. affert Bald. loquens in specie de præsumpta ratihabitione legitimationis in supradicto cons. 146. num. 8. vers. Item potest. Dici vol. 1. concordat tex. in l. qui patitur, vbi glos. notat ff. mandat. & glos. etiam in c. is, qui tacet in vers. vel tertio de regul. iur. in 6. & in c. ad id, de sponsal. latè Felyn. in cap. cum M. de const. & Tell. Fernā. ad leges Tauri par. 1. sub l. 17. nu. 71. & 72. Dec. in cons. 31. nu. 4. vers. & consensus, vbi affert Bar. in l. quo enim ff. rem rat. hab. & Abb. in c. nōne circa fin. de præsump.

Sicut autem validissimè sunt legitimationes prædictæ respectu Regis legitimantis, & respectu Baldaxaris legitimationē petentis, & respectu Stephani, & Cæsaris qui legitimati fuerunt. Ita etiam validissimè sunt respectu formæ & solemnitatis in illis adhibitæ. Nam certum est Baldaxaris bona non fuisse feudalia in
22 quibus exclusis naturalibus ex cap. 1. §. naturales si de feud. fuer controuers. veniunt proximiores vocati ex prouidentia primi acquirētis etiam in feudis hæreditarijs licet tunc cum qualitate hæreditaria, vt per Camer in cap. Imperialem fol. 48. & 95. Nec erant bona ad aliquos post sui obitum spectantia in totum, vel in partem iure fideicommissi vel iure consuetudinario, vel aliter, quo casu ob eorum interesse certo Doct. in l. Gallus §. & quid si tantum ff. de lib. & posth. & Paris. cons. 1. num. 35. vol. 2. tradunt an & quando sit necessaria citatio agnatorum, sed omnia sua bona erant burgensatica, & libera de quibus poterat ad sui libitum disponere, & sic nulla requirebatur citatio agnatorum, vt per Bart. & reliquos in d. §. & quid si tantum Angel. cons. 87. col. 2. vers. non obstat vbi ad hoc allegat bonum tex. in l. cum adoptio, ff. de adopt. Soc. in consil. 226. num. 3. & 5. circa med. & consil. 246. nu. 6. vol. 2. Couar. de sponsal. par. 2. cap. 6. §. 9. par. 6. circa med. vers. cæterum, latè Paris. in cons. 1. volum. 2. num. 24. 25. & 26. cum cæteris relatis per illum, & per Ias. in d. §. & quod si tantum num. 130. & per Crotum ibidē num. 59. latè Michael Aguir in suo Responso vnic. par. 2. num. 318.

Nec etiam oportebat mentionem facere
23 de agnatis sed solum de filijs si affuissent. §. si quis igitur in auth quib. mod. natur. effic. sui Aret. in dicto §. & quid si tantum, & ibidem Socc. num. 21. & in cons. 63. nu. 14. vol. 3. Ang. cons. 87. col. 4. vers. nec obstat Paris. in d. cons. 1. nu. 27. & cons. 3. nu. 16. Dec. in cōs. 367 num. 5. & Peregr. in tract. de fideicommiss. art. 23. nu. 54. Aguir in loco prædicto vers. Et ea ipsa ratione quibus filijs non extantibus nec vlla causa in legitimatione requiritur sicut post Bar. & reliquos in dicto §. & quod si tantum tradunt Paris. in d. cons. 1. num. 11. & Barbar. in cons. 49. in princ. vol. 2.

Quod autem nōn sit facta mentio in legi-
24 timatione Cæsaris de Stephano primo loco legitimato hoc esset considerabile in legitimatione facta per Comitē Palatinum non habentem hanc specificam potestatem, secus autem si talis potestas fuisset illi concessa à Principe, & tanto magis in legitimatione facta per eundē Principem ex certa sciētia sicuti declarat Pereg. in prædicto num. 54. in vers. Amplia etiam quod adsint, & num. 57. per totum post Alex. Socc. Ias. Dec. & reliquos ibi relatos, tanto magis dum idem Princeps eandem fecerat Stephani legitimationem, prout optimè considerat

derat Honded.in conf.89. nu.26. verf. tertio vol.1.loquor enim de iure cómuni,quod hic feruatur non tamen ignoro legem Tauri 12. quæ ibi fpecialiter prouidet cafum filij legitimè nati, vel naturalis per fubfequens matrimoniū legitimati poft impetratam alterius naturalis filij legitimationem,quod quidem nihil ad noftum quia illa eft prouifio localis.

25 Nam de iure communi filij poftea nati non alterant præcedentem legitimationem,vt per Peregr.in d. art.23. nu.56. tum etiam quia folum,& fpecificè lex illa loquitur refpectu filiorum,qui poftea nafcuntur,aut per fubfequens matrimonium legitimantur, tum denique quia licet ibi Tell.extendit etiam ad legitimatos per refcriptum loquitur contra tex. expreffum, & fic paffim intellectum ab omnibus prout ibi notat Gomes nu.35. Ceruant num.12 Lopez tit.15. glof.9. par.4.in verbo Huuieres.Garfi.de nobil. glof.21.num.68.& Mathiens in titul.8. lib.10.glof.3.num.8.Vltra quod in noftris legitimationibus Rex ipfe clarè expreffit folummodò præiudicium filiorū ex legitimo matrimonio,& idem Dominicus Cataneus,Stephanum & Cæfarem declarari fecit hæredes in portionibus illis relictis agnofcens quod nihil defuit ad legitimationes neceffarium.

Si quidem, & ad filiationis qualitatem probandam iuxta tradita per Doct.relatos per Parif. in conf.6.num.4.& in cófil.11.num.14.& in conf.12.num.127. vol.2.præceffit informatio veritatis in

26 petitione narratæ. Nempè quod nati erant ex foluto,& foluta, Idq; nifi contrarium conftaret abfque noftris probationibus iura præfumunt ad excludendū maius delictum,vt per Bal. in conf.448. vol.1.Crauet.conf.138. num.1. & confil.176.num.1.cum latè traditis per Cephal.in confil.168.vol.3.Bertrand. in conf.40. vol.3. & per Mafcard. de pro-

27 bat.quæft.799. Similiter non adeft furreptio ex taciturnitate qualitatis bonorum in quibus aliquis fortè aut re, aut fpe ius aliquod habuiffet qui duo puncti fubftantiales funt,& notādi in legitimationibus impetrandis l. fed fi hac §. patronū,vbi Paul.Caftr.ff.de in ius vocan. & patet ex difcurfu Anchar. præpof. & Abb.in c. per venerabilem qui filij fint legitim. Alber in rubr.C.de natural. liber.laudens in tract. de legitim. fol.10. vbi magna additio Ludouic. de Sard. in eod.tract.fub tit.de legitim. per refcriptum,& Ant.de Rofell.in eod.tract. legitimat. circa princip.

Alia fólemnitas exprimendi fi non vult,aut

28 non poteft cum illa fœmina nubere effet neceffaria quando per partem probatum fuiffet, quod tale matrimoniū potuiffet honeftè contrahi,fic declarat Angel.in §.fit igitur quē legit fub §. fi quis vero num.10.in auth.quibus modis natural.effic.legit.fequitur Gregor.Lopez par.4.tit.15.l.4.glof.8.in verbo de Bergonna Tell.ad leg.Taur. in 1. par. l.12. num.8. in verf.Idem Ang. & Mathienf. in lib.5.recoll.leg.Hifpan.tit.8. glof.1. l.10.num.10.

Et in cafu noftro nō modo ceffat talis probatio,fed imò contrarium eft notorium ftante qualitate illarum concubinarum,

29 & ipfius Baldaxaris. Vltrà quòd tales circumftantiæ fupplentur faciliter per claufulas ex certa fcientia, & motu proprio, & de plenitudine poteftatis cum abrogatione legū contrarium difponentium, & cum cæteris quæ leguntur in legitimationibus de quibus ad præfens agimus quæ claufulæ,ac fingulæ,& tāto magis vnitæ omnem tollunt defectum, fiuè caufæ expreffionis,fiuè paterni confenfus,fiuè furreptionis,fiuè alterius folemnitatis,vt eft tex. expreffus in cap. fi motu proprio de præben. in 6. vbi glof. in verbo exprefsè allegat concordantes, & ibidem Ioan.Andr.addit non admitti in hoc exhitationem, aut contrariam probationem fequntur Lap.alleg.7. circa fin. & allegat. 89.col.4.verf. Item taciturnitas,qui allegat Innoc.Goffred. & Ioan. Andr. & latius Alex. in conf.112.

Mmm num.3.

num.3. vol.7. Dec. consil.373.num.5. cum sequentibus, & cons.269. num.9. vbi firmat nô debere audiri, qui aliquid opponit contra legitimationem cũ clausula ex certa scientia, sequitur latè Paris. in cons.1.num.66.67.68. & 69. vol.2. post Bart.in cons.196.num.3.& in l.cõficiuntur §.codicilli ff. de iur.codic.Bal. in cap.1.§.si quis autem in princ.de pac. constant.Ias.in cons.184.circa legitimationem vol.2.nu.3.Rosell.de legit.lib.2. sub rubr.de caus.formal.legit. num.12. Ludou.à Sard.in tract.de natural.liber. sub rubr.de requisit.in legit.impetrand. nu.15.quæst.12. in fin.cum reliquis per eos relatis,& per Ant.Gabriel. cõmun. opin.lib.6.conclus.2.sub titulo de clausulis nu.89.& in lib.1. sub tit. de prob. conclus.2. Adeo quod legitimationes istæ,& perfectissimæ,& solemnissime vndique innotescunt. Quid autem disponant, & operentur in defensione causę principalis domino annuẽte differemus. Deo Gratias.

SVMMARIVM.

1 *Hæres per fideicommissum grauatus habebit hæreditatis immissionem, etiam si dubitatur competere falcidiæ, vel trebellianicæ detractionem.*
2 *Iudiciũ possessorium odor petitorij adiuuat, sed non immutat.*
3 *Libelli conclusio est attendenda.*
4 *Iudicium petitorij non est terminandum pendente iudicio immissionis.*
5 *Mater non succedit filio genito ex damnato coitu.*
6 *Coitus damnatus de iure ciuili incestuosus adulterinus, vel similis tantum dicebatur.*
7 *Ius canonicum seruatur in materia peccati.*
8 *Coiti omnes extra connubium de Iure Canonico damnati sunt.*
9 *Coitus damnatus non alterat successionẽ filiorum naturalium, qui non sunt in culpa.*
10 *Mater filio ex damnato coitu, etiam legitimato non succedit.*
11 *Mater non potest venire contra testamentum filij si legitima ei non relinquitur; sed ipsa legitima suppletur.*
12 *Titulus honorabilis institutionis an semper sit necessarius, præsertim in linea ascendenti.*
13 *Titulus institutionis quamuis requireretur in matre, non tamen requiritur in matre naturali, & num.15.*
14 *Clausula omni meliori modo tàm in legato, quàm in testamento adiecta importat titulum institutionis.*
16 *Possident pupilli ex persona tutorum etiã partem non diuisam.*
17 *Prohibitio disponẽdi temporalis, fauorabilis, dicitur etiamque in legitima permittitur.*
18 *Causa quando deciditur respectu ordinis iudiciorum seruantur leges Regni, sed respectu decisionis seruantur leges patria collitigantium.*
19 *Frater naturalis admittitur ad successionem alterius fratris connaturalis solum ex parte patris per ll.Hisp.*
20 *Lex Hispana in isto casu extenditur ad bona, vbicumque sita, quia disponit de successione, & sic de Vniuersitate.*
21 *Legitimatio cum restitutione natalium cõfert iura agnationis, & cognationis.*
22 *Legitimatio restricta ad voluntatem disponentis comprehendit casum successionis ab intestato.*
23 *Voluntas testatoris tacitè inest, in successione ab intestato.*
24 *Relinquere propriè videtur, qui ab intestato decedit.*
25 *Exceptio debet esse de regula.*
26 *Hæreditas solo animo adhitur.*
27 *L. fin.C.de edict.Diu.Adr.toll. habet locum non solum in bonis acquisitis, & possessis per vltimum decedentem, sed etiam in bonis per illum quo quomodo detentis.*
28 *Immissio ex lege finali datur etiam pro hæreditate spectante ad vltimum defunctum ex testamento, vel ab intestato*

ſtato eum declaratione, vt intus.

29 Immiſsio ex lege finali poſt compilatum proceſſum cum datione termini poteſt comprehendere, etiam bona pro quibus competeret interdictum quorum bonorum ſi adeſſet poſſeſſor.

30 Poſſeſsio vacans capitur ab hærede propria authoritate.

31 Clauſula deducens omne ius, & omni meliori modo operantur, vt omnes actiones reſultantes ex facto narrato in libello, magis indubitanter propoſita cenſeantur.

32 Reſeruatio iuris alterius facit non oriri præiudicium ex geſtis cum ipſa reſeruatione.

33 Sequeſtrum factum de voluntate poſſeſſoris tollit poſſeſsionem.

34 Fideicommiſſarius hæreditatem apprehendens contra voluntatem hæredis tenetur illam prius reſtituere, & poſtea de fideicommiſſo diſputare.

35 Audiri non debet, nec ad impediendam immiſsionem, nec ad aliud, qui oſtenditur quod ſua non intereſt.

36 Sententia facit notorium, quod pro veritate habetur.

37 Pœna ordinaria poteſt imponi etiam in contumaciam.

38 Minor non punitur pœna ordinaria de iure communi.

39 Fiſcus habet hæreditatem, qua priuatur hæres, vt indignus.

40 Incapacitas non includit fiſcum, ſed proximũ ſucceſſurum, & talis eſt in caſu noſtro per ſtatutum genuæ, & per ius commune.

41 Diſpoſitio teſtamentaria, & ſtatutaria ſunt eiuſdem naturæ.

42 Diſpoſitio teſtatoris diſponentis ad beneficium filiorum alicuius non comprehendit filios exoſos, & odioſos ipſi diſponenti.

43 Incapacitas oritur ex offenſione facta, ſiue ante, ſiuè poſt mortem teſtatoris.

44 Offenſio facit incapacitatem, ſiuè oriatur culpa offendentis, ſiuè offenſi,

45 Offenſio cauſa honoris non excuſat, vt quis non ſit incapax ad ſucceſsionem offenſi; etiam ſi eſſet offenſa iure permiſſa.

46 Offenſio non ſolum facit incapacem offenſorem, ſed etiam eius fratres, eiuſque nepotes.

47 Fideicommiſſarius non eſt hæres vltimi decedentis, ſed teſtatoris.

48 Conditio non dicitur adimpleta reſpectu fideicommiſſarij necantis hæredẽ grauatum in morte.

49 Mens teſtatoris in conditionibus adimplendis primum locum obtinet.

50 Subſtitutus occidens inſtitutum caret omni actione circa relictum ſibi poſt mortem inſtituti.

51 Fideicõmiſſarius etiam capaciſsimus debet expectare immiſsionem hæreditatis, & poſtea recipere à manu hæreditatis.

52 Falcidia, vel trebellianica (ſi hæres non detraxit) poſſunt detrahi ab hærede hæredis.

53 Fideicommiſſarius etiam ſi hæreditatem apprehendiſſet debet illam reſtituere hæredi detrahere volenti legitimam, vel trebellianicam.

54 Immiſsio ſolummodo impeditur per notorium, & palpabile iuris defectum, non per diſputabiles concluſiones, quæ reſeruantur in petitorio iudicio.

55 Trebellianica detrahitur à quocumque hærede, ſi in teſtamento non eſt prohibita.

56 Immiſsio hæreditatis nõ impeditur propter intelligentiam legitimationis filij naturalis legitimati, etiam in feudalibus, quia eius interpretatio reſeruatur petitorio.

57 Articuli, qui in petitorio præſentis cauſa eſſent plenè diſcutiendi.

58 Legitimationum materia latè diſcuſſa remiſsiuè.

59 Legitimatio cum reſtitutione natalium, licet ſit reſtricta, quo ad ſucceſsionem, habet tamen effectum ſimplicis legitimationis quo ad alia.

60 Legitima debetur filijs legitimatis.

61 Legitimationum, siue dispensationum quatuor sunt species, quæ distinctè enarrantur.

62 Dispensatio est odiosa, & per consequens restrictiua, vt in casibus hic declaratis.

63 Legitimatio est fauorabilis, & consequenter extendenda.

64 Legitimatio, quæ legitimam quoque relinquendam patris arbitrio reliquunt, quomodo sit iudicando.

65 Legitimatis cum conditione, quod habeat solummodo, vel tantum illud quod pater ei reliquerit legitima non debetur secus si non adsunt illæ dictiones tantum, vel solummodo, & numero 66.

67 Enumeratio absque dictionibus taxatiuis non restringit, sed exemplificat.

68 Verba posita ad aumentum nullo modo operari debent diminutionem.

69 Verbum hæreditare, vel paraheredar, omne genus succedendi complectitur.

70 Succedendi modi, vbi exprimuntur quidnam possunt, vel debent operari.

71 Legitimatio simplex conferens ius suitatis quomodo, & ex quibus verbis impeditur.

72 Legitimatio cum clausula citra præiudicium venientium ab intestato, quomodo intelligitur; & qui sunt eius effectus.

73 Legitima, quæ necessario non debetur, num si relinquitur habeat naturam legitimæ grauamen non admittentis.

74 Fideicommissum vniuersale non comprehendit legitimam debitam, etiam filijs legitimatis, & num. 77.

75 Legitimatus cum restrictione æquiparatur in eo quod hic agitur filio militis, & filiæ exclusæ per statutum, idque comprobatur etiam in num. 76.

78 Hæres adeundo hæreditatem simpliciter non præiudicat circa legitimam sibi debitam.

79 Legitimæ non imponitur grauamen, nisi nominatim, & expressè.

80 Legitima detrahitur vnà cum fructibus.

81 Trebellianicæ detractio competit de iure communi.

82 Trebellianica potest prohiberi etiam in filijs primi gradus grauatis restitutionem facere descendentibus secus verò transuersalibus, vel extraneis.

83 Trebellianica in restitutione ab extraneis facienda non posse prohiberi probatur.

84 Trebellianica an prohiberi possit in substitutione facta ab extraneis dubitatur; vnde minus est permittenda si est facta ab ascendentibus, & numero 85.

86 Trebellianica verbis expressis prohibenda est.

87 Coniecturæ nimis disputabiles, & ambiguæ Iudicis arbitrio semper relinquuntur.

88 Trebellianica permissa videtur si de ea indispositione non loquitur.

89 Trebellianica tacitè videtur prohibita propter prohibitionem alienationis bonorum factum hæreditati, & fideicommissario, & per maioratus institutionem.

90 Alienare non dicitur, qui bona secum retinet falcidiam, vel trebellianicam, detrahendo, & in alium non transfert.

91 Trebellianica non detrahitur à re particulari, & indiuisibili, & per consequens à maioratu.

92 Trebellianica expressè non prohibita, vt dici possit prohibita ex alijs dispositionibus testatoris, oportet ad esse verba, quæ alium intellectum nullatenus admittant.

ALLE-

ALLEGATIO LXI.

Pro Philippo Spinula.

In Dei Nomine Amen.



Diximus in facto qualiter Baldaxar Caraneus legitima prole carẽs Stephanum, & Cæsarem filios naturales legitimari obtinuit, illosque sibi vna cum Dominico fratre hæredes instituit, nempè Stephanũ in duabus quartis partibus, Cæsarem in vna quarta, & Dominicum in alia quarta, prout ipse Dominicus sic declarari fecit hæredẽ se ipsum nomine proprio, ac tutorio nomine Stephanum, & Cæsarem pro ratis prædictis. Diximus etiam qualiter decessit Stephanus ab intestato, & postea in anno 1603. decessit Cæsar condito testamento in quo hæredem instituit Philippum Spinulam eius socerum, & auunculum, & post mortem Philippi suos filios ipsius testatoris fratres cõsobrinos. Diximus vlterius qualiter idem Philippus declaratus hæres ex testamẽto dicti Cæsaris vigore præambuli in Mag. Cur. expediti petijt in Sac. Conf. immissionẽ in bonis hæreditarijs ipsius Cæsaris cõprehensis bonis omnibus ad ipsum Cæsarem peruentis ex hæreditate quondã Baldaxaris etiam per intermediam personam prædicti Stephani sui fratris. Et pro clariori intelligentia formabo cõclusiones distinctas super omnibus quæ in præsenti causa poterunt dubitari, ad hoc vt vnusquisq; ex Dominis Iudicantibus possit ordinate cuncta perlegere, & in illis magis immorari in quibus plus insistendum esse arbitrabitur.

Prima ergo sit conclusio quod præsens iudicium expediendum, est simplex iudicium possessorium intentatum per Philippum circa petitã immissionem. Et aliquando fuit dictum, quod petebatur missio in bonis Cæsaris inclusis etiam bonis ad eum peruentis de hæreditate Baldaxaris, Aliquando fuit additũ etiam in bonis Baldaxaris ad ipsum Cæsarem peruẽtis ex persona Stephani, & aliquãdo (præsertim post mandatum sufficiẽs) fuit, etiam additum, immissionem peti in bonis prædictis existẽtibus in Regno, & etiam in bonis vbicunque sitis. Sed omnes petitiones semper concludunt solã immissionem, licet in aliqua cõparitione dictum fuerit hãc immissionem adiuuari ex retentionibus legitimæ, & trebellianicæ, quæ retentiones facilitant immissionem; Nam de iure quamuis facienda esset restitutio fideicommissi, tamen hæ-
1 res obtinere debet immissionem si dubitatur illi competere detractiones non enim liquidè constat immissionem esse frustratoriam, ita docet Bar. in l. final. C. de edict. Diui. num. 9. cum sequentibus, & ibidem Alber. Paul. Alex. & latè Zuccard. num. 426. Ruin. in cons. 140. vol. 5. Menoch. in cons. 722. vol. 8.

Vnde sicut bonus odor petitorij adiuuat
2 non autem immutat iudicium possessorij, vt per Doct. in l. si finita in princ. de damn. infect. etiam si vltra assertiones in libellis essent facti articuli, & probationes concernentes petitorium, vt per Afflict. in decis. 7. ita hæc cognitio detractionum adiuuat, non autem immutat iudiciũ immissionis in quo iudic. Doct. prædicti declarant includi talem cognitionem; Et propterea ad hunc finẽ fuit in libello proposita nẽpè, vt prouidea-
3 tur circa immissionem, & cõclusio libelli est attendenda, vt per Ias. in §. omnium num. 129. instit. de actio. & in specie quod narrata in libello circa petitorium non alterãt iudicium possessorij propositi in conclusione libelli tradit Abb. in cap. ex parte num. 3. de for. compet. latè Dec. in consil. 28. num. 2. vers. & ad confirmationem, & num. 3. cum reliquis per
4 Ann. in singul. 353. Neque stante hoc iudicio immissionis sentẽtia fertur nisi in possessorio ex l. fin. ꝓposito prĩcipaliter, vel absolutè, vel gradatim, vt latè per Menoch.

Menoch.de adipiscen. possess.remed.4. num.538. quamuis fuissent deducta cōcernētia bonum ius in proprietate, quia intelligerentur pro coadiuuādo possessorio non pro decidendo petitorio, vt de. larat Dec.in dicta l.final. num.21. & Afflic. in dicta decis.7. Et in conformitatem datur terminus in omnibus deductis circa petitam immissionem, & de hoc solo iudicio immissionis loquitur procuratio Io.Baptistæ in hoc processu.

Secunda sit conclusio quod immissio in bonis dicti Cæsaris testatoris erat omninò concedenda, prout concessa fuit per S.C. ex decreto iam transacto in rē iudicatam; Imò hoc fuit approbatum per partem aduersam quę non dubitauit de
4 immissione, sed de bonis pro quibus immissio prætendebatur, & propterea obtinuit, & notificari fecit Philippo decretum domi in quo prouidetur exequutioni demandari illud decretū S.C. circa
2 immissionem in bonis Cæsaris, quo vero ad bona ad ipsum peruēta ex hæreditate Baldaxaris audiantur partes circa petitam immissionem.

Et sic oportebit inferius fundare quod immissio concedenda est etiam pro bonis peruentis ex hæreditate Baldaxaris, sed quod ipsa immissio in genere non possit vlterius tergiuersari per oppugnationem testamēti Cæsaris, hoc iam fuit decisum per decretum transactum in rem iudicatam, & etiam de voluntate patris aduersæ.

Namq; (vt ex abundanti commemoremus rationes ex quibus immissio non poterat denegari) adest iam testamentū omni solemnitate vallatum nec in aliqua parte suspectum iuxta requisita in l. fin. C. de edict.Diu.Adr.tollend. Nec fuit habita consideratio de legitima non relicta matri titulo institutionis, nam dabātur plures responsiones.

Prima fuit quod mater filio quem genuit
5 ex dānato coitu in nihilo succedit §. fin. in auth.quib.mod.natur.effic.sui, cum latè traditis per Bened. Capr. in cons.1.
6 num.4.& 5. Damnatus autem coitus de iure ciuili putabatur incestuosus, vel adulterinus, & similes nunc vero de iure
7 canonico quod in materia peccati seruādum est ad notara in l.priuilegia C.de sacrosanct.Eccles.& latè per Felyn.in c. cum sit de foro compet. & per Barb.in c.per tuas de probat.damnatur quidem
8 omnis copula extra connubium cap.nemo,& cap. meretrices 32. quæst.4. cap. concubinæ 32.quæst.2. c.nisi cum pridē §.personæ de renunc. vnde in constitut. sancimus, Matrimonium quoq; damnatur si non ritè ex iuris Canonici ordinatione contractum est, & licet ibi glos. in verbo solemniter & Andr.in vers.Item
9 nota.aduertant non ex hoc alterari successionem filiorum naturalium qui non sunt in culpa tamen mater quæ culpabilis fuit tali filio nō succedit sicut aduertit Napod.in consuet. si quis, vel si qua in verbo prærer quam in vers. sed quid in matre naturali,& in vers. sed hodie vbi Apostilla declarat idem esse si talis
10 filius legitimatus fuisset quod & firmat Crot.in l.Gallus in §. & quid si tantum in finalib. verbis ff.de liber. & posthum. non enim matris culpam legitimatio delet, sed filij illegitimitatis maculā abstergit, & per consequens non ex legitimatione filij mater fit successibilis quod & bene comprobat Bened.Capr.in d.cons. 1.nu.12.& Fulgos.in cons 82. sequitur Peregr.de iur.fisc.lib.3.c.18. nu.30. vnde si non succedit ab intestato multo minus venire potest contra testamentum quod est plus vt patet in agnatis, & in filijs naturalibus.

Fuit secunda responsio quod hęc mater nō fuit præterita, sed illi reliquit Cæsar annuos ducatos quingentum vita durante quod quidem relictum si ad legitimam ascendit habemus intentum, si vero ad legitimam non ascenderet nō ex hoc te-
11 stamentum impugnaretur, sed ipsum relictum vsque ad legitimam suppleretur l.omni modo,& l.quoniam in prioribus
12 C.de inoffic. testam. Nec quicquam refert

fert in tali relicto non fuisse expressum titulum institutionis, nã cadit hæc disputatio in filijs legitimis, & naturalibus, & ad huc ad finem vt dispositio substineatur, & vt actus magis valeat quam pereat voluere nonnulli authores grauissimi vt in eo quod relictum est filijs legitimis, & naturalibus subintelligatur titulus institutionis, ita Iacob. de Aren. Petr. Cyn. Bald. & alij de quibus per Alex. in l. Nã quod §. non omnis nu. 7. ff. ad Trebell. & per Rip in 2. respons. de liber. & posthum num. 10. Hæc opinio procedet facilius respectu ascendentium quibus nõ debetur legitima de iure naturæ sicut descendentibus, sed debetur solum de iure positiuo, vt per Roman. in cons. 32. col. fin. cum alijs annotatis in tract. de legitimat. filiorum tom. 8. fol. mihi 440.

13 Procedit autẽ indubitatè respectu matris naturalis quam respectu reuerentiæ clarum est non esse parentibus honestis atque legitimis adæquandam respectu vero bonorum siuè clarum sit nihil relinqui oportere vt supra fundauimus, siuè hoc dubitaretur non tamen dubitare possumus circa titulum institutionis, nã etiam vbi de iure speciali sancitũ est matribus naturalibus oportere aliquid relinqui, non tamen requiri titulum institutionis, sed quod sufficiat quisquis relicti titulus refert, & ita asserit iudicatum Matth. in lib. 5. recollect. leg. Hispan. titulo 8. l. 7. num. 4.

Fuit denique tertia responsio quod in hoc testamento Cæsaris in principio, & in fi-
14 ne adest clausula, vt valeat omni meliori modo, quę clausula adiecta siuè testamẽto, siuè legato etiam in filijs legitimis, & naturalibus ad testamentum substinendum importat titulum honorabilem institutionis quemadmodum in terminis fundat Alex. in cons. 112. num. 3. vol. 3. & in l. nam quod §. non omnis num. 9. ff. ad trebell. Iason. in authen. nouissima num. 23. & 29. in 3. & in 6. limit. & in verf. imò fortius C. de inoffic. testament. Bertaz. in ciuil. cons. 64. num. 4. & 5. post Bertach. in verb. clausula omni meliori modo cap. 3. idemque dixerat Paul. in consil. 323. secundum vnam impressionem, & secundum aliam impressionem in cons. 355. incipienti super secundo quo quæritur lib. 1. & vterq; allegat Bal. hoc idem dicentem in l. quoties C. de hæred. instit. col. 2. vers. quæro si pater, & ibidem Salyc. & Raphael. cum in l. his verbis ff. eodem, & Sforz. Odd. in cons. 8. num. 24. Dec. bene in cons. 14. num. 3. & 4. Ioan. dilect. de art. testan. tit. 3. cautel. 1. num. 6. vers. secundum remedium est Fab. turr. de claus. codicill. q. 123. in
15 defect. 49. num. 5. prę sertim in casu nostro vbi nunquam ipsa mater conquesta est. Vnde procedit theoric. Curt. Iun. in l. final. nu. 4. C. de edict. Diu. Sed talem actionẽ fecit sibi cedi quidam Io. Baptistæ Catanei familiaris vnde merito S. C. super ipso testameto iam iudicauit dum eius vigore decreuit Philippum esse immittendum in possessionem hæreditatis prædicti Cæsaris, & tale decretum etiam per partem approbatum iam transiuit in rem iudicatam, vt dictum est.

Tertia sit conclusio, quod in persona testatoris habemus possessionẽ bonorum in quibus immisio est petita. Nam Dominicus in conformitatem testamenti Baldaxaris tàm proprio nomine, quàm vti tutor Stephani, & Cæsaris declarari fecit seipsum hæredem pro vna quarta, Stephanum, pro duabus quartis, & Cæsarẽ pro alia quarta, & tàm proprio, quam tutorio nomine ipsam hæreditatem administrauit faciendo inuentarium exigẽdo, soluendo, faciendo emptiones, & si-
16 milia; Et per consequens, ipsi pupilli suam partem hæreditatis prædictę etiam nõ diuisæ ex persona tutorum possidebant l. 1. §. si ego, ff. si pars hæred. petat. vbi notant Bald. Angel. Paul. & Alber. quod & generale est in bonis in communi possessis l. si vt certo, §. si duobus vehiculum, vbi glos. notat, ff. commodat. Similiter ipsis pupillis possiderũt sequentes tutores post mortem Dominici tàm

viuo

viuo Stephano, quàm etiam Stephano defuncto, qui administrauerunt vsque ad mortem Cæsaris, & etiam post eius obitum, donec omnia bona fuerunt per Sacr. Consil. sequestrata vnde respectu quartæ partis hæreditatis quond. Baldaxaris in qua Cæsar fuit hæres, & in cuius possessione stetit donec vixit, clarum est, quod nullo modo potest in hac quarta parte denegari immissio Philippo, eius hæredi. Est enim pura vanitas illa consideratio partis, dicentis, quod ex dispositione Baldaxaris non acquirebant eius filij istas portiones nisi completis annis 25. Nam non est verum tales portiones non fuisse acquisitas, imò in eis fuerunt hæredes instituti, & per adhitionē fuerunt acquisitæ, & mediante persona tutorum ab eisdem pupillis possessæ fuerunt, & postea ipsi Cæsari fructuum quoque perceptio ab ipsis tutoribus di-
17 missa fuit. Adeo, quod illa administrationis prohibitio facta ipsis pupillis donec complerent annum 25. non fuit apposita ad impediendum dominium neque possessionem, sed solum ad augendam ipsam portionem in beneficium eorundem, quæ quidem temporalis prohibitio fauorabilis potius iudicatur, ita quod permittitur etiā in legitima, vt per D. de Franch. in decis. 14. nu. 2. & 3. post Bart. in l. filijs matrem, C. de inofficios. testam. vbi etiam Bald. Salyc. & Ias. Boer. in decis. 87. Paris. cons. 43. nu 20. vol. 4. & Rip. in l. filiusfamilias §. Diui, ff. de legat. 1. quamuis notum sit legitimam nullū admittere grauamen, aut impedimentum etiam temporis l. quoniam nouella C. de inoffic. testam. cum traditis per dictum de Franch. in decis. 16. nu. 6. præsertim attenta ætate annorū 25. in quibus de iure communi durant tutores, & postea curatores, qui tales cēsentur per quæcunque verba administratio constituatur, vt per Dominum de Franch. in decis. 584.

Idemque dicendum est respectu portionis Stephani, quæ post eius mortem spectauit ad Cæsarem, & ab ipso fuit acquisita, & possessa. Quæ tria distinctè consideremus. Et porrò quod ad Cæsarem spectauerit hæreditas Stephani patet ex legibus Hispanis sub quibus ipse Cæsar, & Stephanus in Hispania nati sunt ex re-
18 gula l. 1. ff. ad municip. licet enim lis agatur in S.C. in quo respectu ordinis iudicij seruantur leges huius Regni tamen respectu decisionis seruantur leges patriæ colligantium l. si fundus, ff. de euict. declarat Bar. in l. cunctos populos num. 15. C. de summ. Trinit. & fid. Ca-
19 thol. lex autem Hispana clarū est quod admittit fratrem naturalē ad successionem alterius fratris naturalis etiam coniuncti solū ex parte patris, prout expressè cauetur in l. fin. tit. 13. partit. 6. & esse in viridi obseruantia testantur Couarr. in rubr. de sponsal. par. 2. c. 8. §. 5. nu. 19. circ. fin. & Gomes. ad leges Taur. in l. 9.
20 num. 47. Et cum in illa lege disponatur de successione, quæ continet vniuersitatem sequitur, vt suas porrigat vires, ad bona vbicunque sita, vt per Ann. in consil. 92. num. 52. cum sequentibus vol. 2. & tanto fortius cum disponat in personis, vt alter alteri succedat iuxta tradita per Tiraquell. de leg. connub. in l. 16. glos. 8. quæst. 28. num. 228. eandemque opinionem multis relatis veriorem esse de iure communi probat latè Gaspar Thesaur. quæstionum foren. lib. 1. q. 22. num. 2. 3. 4. & 5. & multo magis apud nos recipi debet hæc opinio approbata, & sancita apud illā coronam cui & hoc Regnum subijcitur.

Sed in casu nostro addita legitimatione nulla remanet dubitatio etiam de iure com-
21 muni. Nostra enim legitimatio satis plena est cum restitutione natalium, prout inferius dicetur talis autem legitimatio confert iura agnationis, & cognationis, & per consequens successionem ab intestato §. illud, & §. qua propter in auth. quibus modis natur. effic. sui, declarat Angel. in cons. 17. col. 2. vers. Isti autem, Bart. Bald. & Alber. in l. communium C. de

de natur.liber.& latè Couar.in rubr. de sponsal.par.2.cap.8. §.10. nu.2.in vers. præterea Laud. de legit. par. 5. vers.2. quæro.

Nec est considerabilis restrictio quam pars prætendit ex enumeratione aliquorum generum acquisitionis, nam illa enumeratio fit gratia exempli absque taxatiua tantum,vel solummodo, & propterea non restringit sicut infradicetur;Sed pro
22 nunc dato,quod successio esset restricta ad voluntatem disponentium hoc facit dubium, & per nos inferius disputabitur circa successionem contra voluntatē disponentis,sed respectu successionis ab intestato nemo dubitat illum succedere. Ita punctualiter Ias. in cons.202. nu.16. vers. secūdo principaliter vol.2. seipsum refert,& sequitur in rubr. ff. de liber.& posthum.num.14.vers.ego latè consului sequitur ibidem Alciat.nu.30. nihil dubitās de successione ab intestato. Sequitur etiam Couar.in dicta par.2. c.8. §.8. col.2.circa med.vers.sed & Ias.& Surd. in decis.272. num.11. vers.& per hanc
23 rationem mouetur omnes quia successio ab intestato non est contra dispositionem defuncti, imò potius adest eius tacita voluntas l.conficiuntur,& l.siquis cum nullum ff.de iur.codicill.quæ sufficit etiam vbi voluntas requiritur conditionaliter,l.2.§.denique,& §. voluntate vbi Bald.notat.ff.solut.matrim.nam decedere ab intestato est verè, & propriè relinquere,vt per Napod. in cons. si aliquis de success. ex testam. in verbo relinquere post glo.in l.si patronus hæres §.fin.in verbo relictū ff.si quid in fraud. credit. sic declarant omnes præfati Doctores in locis, & numeris prædictis, & Surd.in dicta decis.272. num.9.

Et adhuc clarior est casus noster, nam isti modi succedendi exprimuntur respectu successionis ab intestato vbi posset cōsiderati præiudicium respectu ascendentium,& descendentium legitimorū quibus Rex noluit præiudicare,sed respectu collateralium dicit posse ab eis relinqui
24 quomodolibet,relinquit autem verè,& propriè,qui decedit ab intestato, vt modo probauimus. Nec voluit Rex prouidere collateralibus apponendo clausulā citra præiudicium venientium ab intestato,quæ clausula apponi solet in Cancellaria,vt per Couar.in d.cap.8.§.10. in principio,sed voluit solum prouidere ascendentibus,& descentibus. Istis autē potest otiri præiudicium si pater legitimans moritur ab intestato,sed si moritur ab intestato aliquis agnatus certū est ipsius ascendentes,& descēdentes præferri agnatis,siuè legitimatis,siuè etiam legitimis,& naturalibus.Imò hinc fortior, & insolubilis insurgit cōsideratio quod, dum in legitimatione excipitur præiudicium ascendentium, & descendentium in casu successionis siuè ex testamento, siuè ab intestato ergo respectu aliarum personarum est expresè collata successio ab intestato, nam exceptio debet esse de regula l. si eum §. qui iniuriarum, vbi Bar.ff.si quis caut.glos.Dyn. & reliqui in rubr.de reg.iur.in 6.Alias frustra Rex prudentissimus exceptuasset præiudicium ascendentium,& descendentium in casu intestati si isti legitimati nunquā potuissent ab intestato succedere.

Si ergo Philippus est hæres Cæsaris ex testamēto,& Cæsar est hæres Stephani ab intestato debet nunc Philippus declarari etiam hæres Stephani mediāte persona Cæsaris in executionem illius decreti Sacr.Cons.quo prouisum fuit insimul expediri causam præsentis immissionis, & præambuli in hæreditate Stephani ex persona Cæsaris,vt sic vna eademque sententia declarato Philippo hærede Stephani ex persona Cæsaris detur illi immissio,tàm in illa quarta parte Cæsaris de qua paulò ante loquuti sumus, quam etiam in istis duabus quartis hæreditatis Stephani, quæ ad ipsum Cæsarem spectauit, cū ab ipso Cæsare fuerit adhita mediantibus suis declarationibus
26 probatis per testes,& per scripturas, siquidem hæreditas solo animo adhitur l.

Nnn gerit,

gerit,& l.pro hærede, ff. de acquir. hæred. & ex hoc animo declarato induci perfectã adhitionẽ declarat benè Andr. in constit. in aliquibus col.8.vers. sed si pater Abb.videndus in cons. 86. ante num. 1.vers. quam quidem.Et Crauet.in cons. 148.num. 10. Imò, & in dubio sic præsumeretur in hæreditate lucrosa, vt post Bar.in dicta l.gerit nu.21.& nu.27. in fin.tradunt Corn. in cons. 310. nu.4. in fin.vol.3.& Crauet.in cons. 33.n.12. Quæ dubietas posset etiam per Philippum hæredem Cæsaris declarari,vt benè probat idem Crauet.in cons. 197.nu 4. vltrà quod ipsimet tutores, qui Stephano,& Cæsari possidebant administrationem,& possessionem continuando post mortem Stephani illius hæreditatẽ Cæsari adhiuerunt,vt est tex.ad literam in l. qui in aliena.§. 1.ff.de acquir.hæred.qui tex.loquitur in patre,& fortius per Angel.ibi intelligitur etiã in tutore,qui strictius tenetur vtilia facere,& inutilia prętermittere. Et sic administrando Cæsaris portionem,& Stephani hæreditatem ipsi Cæsari donec vixit possiderunt.

Quarta sit conclusio,quod stante tali testamento solemni dicti Cæsaris,& stante tali possessione,non potest Philippo denegari immissio,in vtramque hæreditatẽ

27 ex d.l.fin.quæ locum habet non modo in bonis acquisitis, & possessis per vltimum decedentem,sed etiã in bonis per illum quoquomodo detentis, prout ex tex.in d.l.fin.C.de edict. Diu.Adr. toll. annorauit ibi glos.in verbo fuerunt, & successiuè Bart. Bald. Imol. Ias. Dec. & Zuccard.& latè Menoch. de adipiscend. possess.remed.4.tit.45.num.363. Diximus enim, quod portio Cæsaris fuit in eius dominio,& possessione donec vixit. Et licet hoc non esset tamen certum est

28 quod Philippo hæredi Cæsaris ex testamento daretur immissio etiam in hæreditatem Baldaxaris pro illa quarta parte pro qua Cæsar fuit hæres ex testamento ipsius Baldaxaris sui patris,ita est doctrina speculatoris qui ponit in specie hanc practicam in titul. de testam.§. sequitur circa finem nu.39. vers. sed pone, & ibi Ioan.And.qui ampliat etiam quo ad incorporalia tradunt omnes in dicta l.fin. præsertim Bart.num. 11.Bald. num.38. vers.Idem in hærede hæredis cũ reliquis relatis per Menoch.qui neminem inquit dissentire in 4. remed. de adipisc. poss. quæst.30. num.236. Et similiter portio Stephani post mortem illius (vt modo diximus) spectauit ad Cæsarem, & per illum fuit acquisita,& possessa, & nunc addimus quod licet hæreditas Stephani non fuisset possessa per Cæsarem tamen Philippo hæredi Cæsaris ex testamento competeret immissio etiam in hæreditatem Stephani debitam Cæsari ab intestato ita punctualiter docet Bal. ex authoritate glos. & inquit esse notandum in l.1. vers. Pone ergo ff. de pet. hæredit. quem sequitur Tiraq. in tract. le mort saisit par.2.declar.5.num.18. in finalib. verbis,& sic est intelligendus idem Bal. in dicta l.fin.nu.38.vers.idem in hærede hæredis,& clarè ibi Curt. Iun. num.53.

29 vers.aduerte etiam, & licet ibidẽ videatur ipse facere dubium eo quod in successione ab intestato non apparet illud notorium quod apparet ex testamento tamen hoc dubium cessat in casu nostro, vbi nõ sumus in immissione summarijssima absque termino, sed iam datus est terminus circa petitam immissionem in vtramque hæreditatem, & compilatus processus cum decreto Sacr.Cons.quod expediantur insimul causa immissionis, & causa præambuli hæreditatis Stephani ab intestato ex persona Cæsaris,vnde non oportet præsupponere successionẽ Stephani, tanquam quid notorium pro immissione, sed in eadem sententia est declarandus Philippus hæres Stephani ab intestato, ex persona Cæsaris, & proinde immittendus in vtramque hæreditatem iuxta doctrinam Bal.Curt. & aliorum in locis prædictis, vbi considerant attendi causam proximam vltimi decedentis ex testamento licet prædecessor decess-

decesserit ab intestato, & ab hac pradica tot virorum non videtur esse recedendum.

Quod si vellemus attendere vtramq; causam,& proximam ex remed.l.fin.respectu secundi,qui decessit cum testamēto, & remotam ex interdicto quorum bonorū respectu primi qui decessit ab intestato,prout in linat Alber. in d. l. fin. num. 19. adhuc habemus intentū, & hæc est quæstio nominis,& non substantiæ, nam vtroq; casu Philippo declarato hæredi Stephani ex persona Cæsaris competit immissio in illius hæreditatem secundum Alber. qui loquitur in hærede hæredis,tàm ex testamento,quàm ab intestato,& similiter in hærede hæredis,siuè ex testamēto,siuè ab intestato loquūtur annotati per Tiraquell.in dict. tract. le mort.saisit.par.2.declarat.5. num.17. & 18.

Vnde respectu hæreditatis Stephani si fuit possessa per Cæsarem, vt supra fundauimus vtiq; illa venit incorporata,& comprehensa in hæreditate Cæsaris in quam sine dubio ex l.fin. immittendus est Philippus eius hæres ex testamento, si non fuit possessa per Cæsarem danda est Philippo immissio ex eadem l. fin. in hæreditate ipsius Stephani ex persona Cæsaris attenta, hac causa proxima iuxta declarationem Bald. Curt. & Tiraq. quos modo retulimus. Si verò admitteremus pro hæreditate Stephani competere remedia ab intestato tunc idem erit. Nam si adesset possessor competeret interdictum quorum bonorum ex l. 1. C. eod. prout declarat Alber. in dicto num. 19. & latè Peregr. de fideicommiss. art.46.

30 num.11. Si possessio esset vacans caperetur à Philippo propria authoritate, vt per eundem Peregr. in d.art.46.nu.25. Potuit tamen rectius.& vrbanius possessionem petere prout illam petijt officio, & authoritate Iudicis à quo illi, est tribuenda,vt per Paris.in consl.60.in principio vol.3.& per Peregr. de fideicom. artic.48. num.2. & tanto magis est sibi possessio tribuenda à Iudice, qui omnia sequestrauit.

Nec dubitatur fuisse per Philippum propositas omnes actiones resultātes ex facto narrato in suis libellis licet aliquæ,aut non fuissent, aut fuissent ineptè propositæ,ex regula l.fin.C. de annal. except. vt per Innoc.in cap.examinata de Iudic. Bar.in l.1.in princ.nu.19.vers.sed quæro ff.de eden. Alex.in d.l.fin.nu.5. vers. ego autem puto. Præsertim cum omnia ista sint remedia adipiscendæ, vt declarat Peregr.in d. art.46.in princ.& stante conclusione de iustitia ministrāda super omnibus enarratis deducēdo omne ius,

31 & tanto fortius addita clausula isto, & omni alio meliori modo,vt per Ias.in §. omnium num.137. cum sequentibus,& num.151.165.& 166.instit.de act. post ant.de Butr. Alex.in cons.6.nu.7.vol.3. & reliquos ibi relatos. Et adhuc magis indubitate in Regno per c. detestantes, & per Pragm. dispendia litium, quæ est prima sub titul.de ordin.Iud.& esse in viridi obseruantia testantur Marant.in suo specul.in 3.par. sextæ partis nu.49. & Carauit.in rit.288.vbi est insertum c. detestantes num.4.cum sequentibus.Et hanc esse vim huiusmodi statutorum declarat latè Cacher. in prima decis. Pedemont. num.21.

Quinta sit conclusio quod aduersus Philippum petentem talem immissionē non est audiendus Io.Baptista Cataneus qui solus in hoc processu Philippi contradictor cōparuit,nec vllo modo potest ipse immissionē impedire,in facto enim verū est quod viuente Cæsare testatore nullā habuit possessionem,& post eius mortē non aderant amplius tutores,vel curatores quorum administratio per mortem Stephani, & Cæsaris erat extincta l. nisi finita ff.de tutel. & ration.distract. & sic non poterant illi possessionem tradere Ioan.Baptistæ nec proderat authoritas Iudicis Genuēsis tum quia lis tunc pen-

32 debat in S.C. tum etiam quia & ille reseruauit iura cuiuslibet tertij quo casu

nihil est præiudicatum hæredi nec in petitorio, nec in possessorio, vt latè per Peregr. de fideicom. art. 47. num. 29. & genericè nihil ad hoc prodest quę uis possessio post mortem testatoris, vt infra dicetur in vers. 2. caput nec vnquā Ioan. Baptista potuit illam prætēdere imò po-
33 tius de eius voluntate factū fuit sequestrum quod quidem sufficeret etiam ad tollendam possessionem, vt per Bar. in l. interesse puto, num 4. ff. de acquir. possess. Nititur autem immissionem impedire allegans se esse fideicommissarium, & quod propterea Philippus dolo petit hæreditatem quam restiturus est, hoc autem non obstat ex duobus capitibus.

Primum caput est, quod vbi aliquo modo etiam apparēter disceptatur si tale fideicommissum sibi prodest, vel nō prodest, sequitur illico de iure, vt immissio non impediatur saluis iuribus fideicommissa-
34 tio in petitorio, & hoc adeo enixè, vt etiam si fideicommissarius possessionem sine voluntate hæredis apprehendisset oporteret illam prius hæredi restituere, & postea de fideicommisso disputare, Ita Peregr. qui cæteros cumulat in tract. de fideicom. art. 47. num. 7. & 72. & 73. & Riminal. Iun. in cons. 729. num. 13. vol. 6. Nos autem non modo apparēter
35 in hoc iudicio possessorio, sed ex nunc pro petitorio satis clarè ostēdimus, quod Ioan. Baptista in bonis de quibus agitur nullum prætendere potest interesse pro quibus non auditur ad impediendā immissionem, vt in specie tradit Castrens. in ipsa l. fin. num. 6. circa finem vers. Sed ille. imò nec potest in iudicio sistere l. si pupilli, §. videamus, vbi Bart. notat ff. de negoc. gest. l. quoties §. item si temporali ff. de adminis. tut. l. si quis, §. sicut, ff. de peten. hæred. declarat Bald. In l. postquam liti nu. 6. C. de pact. & in l. 2. nu. 3. C. ne lic. poten. Abb. in c. ex parte n. 13. & in c. ex literis, num. 8. de for. compet. Alex. cons. 63. num. 11. lib. 7. latè Felyn. in c. exceptionem de except. & Tiraq. de retract. lign. §. 1. glos. 2. num. 53. vbi quod nec agendo, nec excipiendo, nec opponendo.

Quod autem ipse Cataneus in bonis prædictis nullum prætēdere potest interesse patet quia notorium est ab ipso fuisse occisum Stephanum Cataneum Baldaxaris filium Cæsaris fratrem (quodquidē non sine animi angustia pro necessaria tantum causæ defensione dictum profi-
36 teor.) Est inquam notorium, quia sentētia facit notorium, & pro veritate habetur l. res iudicata, vbi Dyn. Dec. & Cagnol. de reg. iur. c. cum super, vbi Abb. de sent. & re iudic. & tanto fortius, quādo est sentētia, condemnatoria in causa criminali, in qua requiruntur probationes clariores quam in ciuilibus l. sciant cuncti, vbi Doctor. C. de probat. Et in casu nostro adsunt binę sententiæ. Altera lata in Republ. Lucensi, vbi processum fuit ratione delicti, & præuia fama publica fuit capta informatio, & per eam constito de tali homicidio cum qualitate proditoria, & ad finem succedēdi fuit contra ipsum Cataneum nemine instante, sed vrgente solū eiusdem delicti atrocitate deuentum, ad sententiam diffinitiuam, & quia ibi nō comparuit Io. Baptista ex cuius aspectu minorem ætatē ipsa Respubl. cognouisset facta fuit condemnatio ad pœnam ordinariam cum omni
37 rigore, quod quidem etiam in contumaciā fieri posse declarat Iul. Clar. in pract. crim. §. fin. quæst. 44. nu. 2. 3. & 4. Altera verò sententia lata fuit in Repub. Genuensi, vbi non modo pars vindictam quærens non aderat, sed potius omnes tanquam consanguinei occisoris insimul & occisi vno defuncto alterius saltim capiti totis viribus prospexerunt, & ætatis minoritate suffragante, vitam deniq; eximerunt, licet quo ad libertatem, & quo ad bona considerabilis adhuc fuerit cō-
38 demnatio, prout in facto est annotatū, & de iure communi ob minorem ætatē erat pœna minuenda secundum æquiorem opinionem recensitā in nostra Pragmatica prima sub titul. de minoribus vltra

tra

tra quod genericè minoratio pœnè in sententia non est considerabilis, quo ad effectum delicti respectu bonorũ, prout latè tradit Regens de Ponte in decis. 24. num. 27. & 28.

Ex hoc delicto absque vlla dubitatione orta fuit incapacitas ipsius Io. Baptistæ nō
39 per viam indignitatis ad beneficium Fisci, & à Fisco opponendę iuxta terminos tex. in l. his consequenter §. 1. ff. famil. hæred. sed per viam incapacitatis, quæ non præsupponit acquisitionem in personam occisoris licet ad beneficiũ Fisci, sed præsupponit in casu nostro totalem Io. Baptistæ incapacitatem, & omnimodam exclusionem tàm de iure munici-
40 pali, quàm de iure communi ob quam neque Fisco quicquam competit ex eius persona omninò exclusa, vt per Fulgos. in l. hæreditas num. 3. C. de his quibus vt indign.

De iure municipali quia viget statutũ Genuæ declarans huiusmodi occisorē omninò insuccessibilē, & consequenter eius vigore effectus est Io. Baptista omninò incapax, nec eius persona considerabilis est in præsenti successione, prout specificè in terminis huius statuti tradũt Corn. in conf. 222. col. 2. vers. Tamen his non obstantibus vol. 4. & Bened. Capr. in cōs. 42. sequitur Pereg. de iure fisc. lib. 2. tit. 3. num. 3. & lib. 3. titul. 1. num. 8. vbi allegat Bald. in l. si quis incesti. C. de incest. nup. & Alex. ad Bar. in l. cum ratio §. fin. ff. de bon. damnat.

Ipsum autē statutum legitur in prima parte statutorum criminal. in titulo de homicid. cap. 8. in vers. *se alcuno ammazzerà*, & eius vigore non modo Io. Baptista est incapax portionis quæ spectauisset ad illum per mortem ipsius Stephani, sed est etiam incapax portionis spectātis ad Baldaxarem Iuniorem eius fratrem (quatenus ipse Baldaxar acquisiuisset cuius cōtrarium infra dicemus) sed dato pro nūc quòd Baldaxar acquisiuisset non tamen ipsi Baldaxari morienti potest Io. Baptista succedere in portione peruenta de bonis Stephani, per ipsum occisi, nā subsequitur statutum prædictum, quod hæreditas occisi spectet ad alios, & quod nullo tempore occidens ad illius bona admittatur quod quidem non potest intelligi rebus sic stantibus, nam si per homicidium priuatur occisor hereditate, quæ spectaret ad illum multo minus ad eandem potest habere regressum postquam fuerit alteri acquisita, sed ne illa verba sint frustratoria operantur exclusionem omni tempore etiam ex persona alterius, qui occiso successerat, prout latè post alios concludit Præs. de Franch. in decis. 307. num. 6. & 7. & Peregr. de fideicommiss. art. 27. num. 2. sunt enim
41 eiusdem naturæ dispositio testamentaria, & statutaria, vt per Tiraquell. de retract. par. 1. §. 1. glos. 9. num. 199. & in fin. eiusdem titul. num. 13. & Gugliel. de Bened. in cap. Rainuc. in verbo duas habens filias nu. 172. & sic statutum comprobauit in hoc articulo opinionem, quę verior erat de iure communi, vt firmat Peregr. de iure fisc. lib. 2. tit. 3. num. 4.

Plenius vero de iure communi excluditur Io. Baptista ab omnibus bonis quomodocumque peruenientibus ex hæreditate quondam Baldaxaris patris Stephani occisi ob quam inimicitiam, & odium subsequutum nullo modo ad eius fideicommissum venire potest, neque idem Ioan. Baptista, neque Fiscus ex eius persona, nam censetur illa dispositio reuocata, prout est tex. expressus in l. si inimicitiæ, vbi Bar. notat ff. de his quib. vt indign. & in l. 3. §. fin. ff. de adim. legat. vnde remanet apud grauatum, vt per Peregrin. de fideicom. tit. 31. num. 1. post Bart. in dicta l. si inimicitiæ, & in l. j. eod. titul. vbi docet remanere apud hæredem quando causa odij fuit ante acquisitionem sicut in casu nostro. Siquidem Bal-
42 daxaris dispositio, quæ vocat filios Dominici non potest comprehendere filios odiosos; & exosos ipsi testatori, vt latè per Surd. in decis. 41. Peregr. de fideicom. art. 22. nu. 99. Mantic. de coniect. vltim.

vltim.volun.lib.6.tit.11.nu.20.& lib.8. tit.4.num.6. Et semper in relictis subintelligi conditionem ne adsit offensio, & proinde offensorem non comprehendi tradit Imol. in l. si ab hostibus §. si vir. num.2.ff.solut.matrim.latè Peregrin.de iur.fisc.lib.3.titul.13.in princip. & procedere etiã si inimicitia orta fuisset culpa testatoris firmat ibid.n.7. & vtrumq; prius dixerat Mantic. de coniect. vltim. volunt.lib.12.tit.5.afferunt tex.in l.4.& in l.ex parte ff.de adim.legat. cum latè traditis per Ias. in l.hæreditas col.3. C. de his quibus, vt indign. Surd. in d. decis.41.num.11. & in l. si filiam num.2. C. de reuoc. donat.

Et generaliter incapacem reddit offensa post testamentum, vt latè per Couar. in rubr.de testam.par.2.col.19.vers. quin-
43 to ex præmissis idq; siuè fuerit prius, siuè post mortem testatoris,vt latè comprobat Mol.de Hispan.primogen. lib.1. cap.9.num.38.& nu.43. cum multis sequentibus,vbi loquitur id procedere ex qualibet præsumpta inimicitia etiam cul-
44 pa testatoris, multo ergo fortius ex ingratitudine contra disponentem,vel cõtra grauatum, nam ex hoc cessare fideicommissum,tradit indubitatè Mantic.de coniect.vltim.volunt.lib.3. num.20. & iterum lib.8.titul.12.nu.23.& 24.quod si offensio ad mortem vsque peruenit,& ad mortem proditoriam, in personam eiusdem grauati itemque filij testatoris iam quomodo excandescendum sit potius inquiremus quam quomodo iudicandum quando in solis vulneribus in personam alicuius ex coniunctis loquitur Bar. in l.1.ff.de his quibus vt indign. & post eum Ruin.in cons.162.colum.1. vol.4.& Peregr.de iur.fisc.lib.2.titul.8. num.4.

Nec est considerabilis adinuentio partis qđ hoc fecerit ex aliqua suspitione honoris, nam in facto nihil tale deduxit, nec vllo tempore hoc probabit de matrona illa honestissima,& singularissimę virtutis, & famæ præsertim inter consanguineos adeo coniunctos quæ nec porro inter gentiles (vt Paul.inquit)audita sunt.
45 Vltra quod de iure etiã offensio ex causa honoris excludit offensorem à dispositione in eum collata, & est ratio quia non agimus de pœna augenda, vel minuenda ex causa delicti,sed agimus de verisimilitudine voluntatis disponentis, quem Iura credunt non disposuisse, vbi suborta est causa inimicitiæ,quãuis causa sit rationabilis, & etiã ex culpa disponentis,prout apertissimè declarant Mantic.Peregrin.Ias.& Couar.in locis modo relatis,& hinc est quod à tali dispositione excluderetur etiam occidens vxorem in actu adulterij, prout benè probat Peregr.de iur.fisc.lib.2. tit.3. num.9. post Roland.& Phanut.ibi relatos,vltra quos idē scripsit Vasq; de success.tom.3.lib.j. §.9.nu.121.122 & 123.& §.20.nu.23. & 24. Quanto ergo fortius extra hunc actũ,& adhuc quanto fortius extra vxorem iuxta tradita per Doctor.in l.Graccus de adulter.

Et sic tàm vigore dicti statuti quàm etiam de iure communi tempore successionis delatè ipse Io. Baptista reperiebatur effectus incapax imò non potest considerari successio illi deferenda per mortem Stephani,vel Cæsaris,dum ante mortem illorum euenit offensio ob quam habetur pro nõ facta illa dispositio Baldaxaris quæ ad tempus mortis eorundē Stephani,& Cæsaris fuerat collata, & habetur pro non facta, nõ modo respectu ipsius Io.Baptistæ, sed etiam respectu Baldaxaris Iunioris eius fratris,quod quidē licet ad præsens sit superfluum dum Io. Baptista incapax pro sua portione non se direxit saltim pro alia portione ex persona Baldaxaris tãquam hæres illius,sed tamen ex abundãti ex nũc dicitur quod vbi se taliter diriget hanc etiam viam reperiet sibi præclusam, nam ipsamet cau-
46 sa inimicitiæ extenditur ad fratrem occisoris qui similiter ex hoc dicitur inimicus capitalis,vt per Bald. in cons.41. quod incipit præsupposito statuto in princ.

princ. & nu. 1. vol. 5. Socc. in cap. repellantur num. 14. de accusat. Alex. in consil. 99. num. 4. vol. 1. Card. Tusc. in verbo inimicus, & proinde dispositio in eum similiter habetur pro non facta, & ipse etiam non censetur beneficiatus, prout latè probat Ferdin. Loaz. in l. filiusfamilias §. Diui num. 59. ff. de legat. 1. sequitur Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 12. tit. 5. num. 8. benè Peregr. de fideicom. titul. 18. num. 34. vers. imò si cum fratre, & Petr. Ricciar. Pistor. instit. de adempt. legat. num. 40. circa finem Surd. in decis. 41. nu. 8. qui extendit etiam ad filios fratris post Socc. in cons. 37. nu. 6. vol. 3. aduertendo quod Peregr. in d. num. 34. meminit se prius scripsisse tractatum de Iure fisci, & postea scripsit præsentē tractatum de fideicom. in quo & præsentē articulum, & alios nonnullos quos ibi immaturè tetigerat hic postmodū accuratius diffiniuit, idque agnouit ipsemet Baldaxar iunior, qui non fecit se declarari hæredem Stephani vigore huius fideicommissi ad quod sciebat non habere ius sed adijt ab intestato sic excludēs bona Baldaxaris quæ fuissent debita ex testamento l. si is ad quem vbi Castrens. num. 1. ff. de acquir. hæred. Alex. in con-
47 sil. 188. nu. 8. vol. 2. Nō enim fideicommissarius est hæres vltimi decedentis, sed primi testatoris l. cohæredi §. cum filio ff. de vulg. & pupill. Pręs. de Franch. in decis. 153. num. 19.

Patet ergo ob tale homicidium haberi pro non facta dispositionem Baldaxaris ad beneficium Ioan. Baptistæ eorumque fratrum.

Patet etiam haberi pro non impleta conditionem mortis Stephani dum ab eodem fideicommissario fuit occisus, non enim potest occidendo hæredem ad sui bene-
48 ficium adimplere talem conditionem, vt latissimè probat post alios Roland. à Vall. in tract. de lucro dotis q. 61. Barbos. in l. si ab hostibus, §. si vir. num. 5. vers. magis ff. solut. matr. sed potius pręsumitur quod occisus occisori superuixisset, prout est text. in leg. quod, si nolit §. si plures in vers. si mācip. quod redhiberi ff. de edilit. edict. tradunt Castrens. in d. l. si ab hostibus §. si vir. ff. solut. matrim. & alij quos refert, & sequitur, Regens de Ponte decis. 24. nu. 24. & Molfes. super Consuet. Neap. par. 7. titul. de iure quartæ quæst. 13. num. 2. 3. & 4. & propterea conditio non dicitur impleta, etiam quia non potest dici hoc casu cē-
49 seri ad impletam prædictam conditionem mortis secundum mentem testatoris, quæ in conditionibus adimplendis primum locum obtinet, iuxta text. in l. in conditionibus ff. de condit. & demonst.
50 & consequenter substitutus caret omni actione circa relictum sibi post mortem instituti, ita est punctualis decisio Bar. in d. l. si ab hostibus §. si vir in finalib. verb. ff. solut. matrim. quem sequitur Marsil. in l. nihil interest nu. 2. in fin. ff. ad l. Cornel. de Sicar. & in cons. 126. num. 4. eandem opinionē post alios tenet Anchar. in clem. 1. in fin. de pœnit. & remiss. refert, & sequitur Barb. in rep. c. Raynal. 13 col. vers. ex hoc D. Petrus de testam. Palat. Ruuius, siuè Lupus in rep. rub. de donat. inter vir. & vxor. §. 70. num. 17. Gregor. Lopez in l. 2. tit. 15. par. 2. verb. *sino el hijo mayor* col. 1. Molin. de primogenit. Hispan. lib. 3. c. 2. num. 31. 32. Phanut. de lucro doris glos. 14. num. 4. in fin. vers. ad hoc facit Mieres, siuè Peleaz de maioratu par. 2. quæst. 4. Illatione prima nu. 17. Baiard. in addit. ad Iul. Clar. in §. homicidium num. 51. Mādellus de Alba cons. 678. & alij quos breuitatis causa omitto. Ex quibus omnibus remanet indubitatum, quod ex pluribus rationibus supradictis nullo modo potest Ioan. Baptista Cataneus esse contradictor ad impediendam immissionem prædictam imò nec audiēdus est, vbi agitur de bonis Baldaxaris Catanei in quibus nihil pœnitus prætendere potest.

Secundum caput ex quo Io. Baptista non potest impedire immissionem est, quia non modo ipse qui nullum ius habet in

istis

istis bonis, sed quilibet fideicõmissarius
51 capacissimus non est legitimus contradictor imò debet expectare immissionẽ, & postea recipere à manu hęredis, vt per Peregr. in dicto art. 48. nu. 5. & 33. Nec dicat immissionem esse frustratoriam, quia Philippus respondet se prætendere detractionem aliquorum bonorum relictorum absque vinculo, vt in testamẽto, & similiter detractionem legitimè, & tre-
52 bellianicè, quas dum Stephanus, & Cæsar non detraxerunt, detrahi poterunt per Philippum l. cohæredi §. cum filio, vbi glos. in verbo falcidia ff. de vulg. & pupill. Paris. cons. 55. num. 5. vol. 3. Dec. in cons. 81. vers. nam legitima, & quando proponitur aliqua detractio tunc fidei-
53 commissarius non modo immissionem non impedit, sed si hæreditatem ipse apprehendisset oporteret illam hæredi reddi restituere à quo facta prius detractione sibi postmodum id quod superest restituatur, ita Bart. in dicta l. final. num. 9. & ibid. Paul. Alber. & Zuccard. nu. 426. Ruin. in consil. 140. vol. 5. Gozad. consil. 93. nu. 3. Cacher. in decis. Pedem. 34. num. 20. Præs. de Franchis in decis. 204. nu. 3. Peregr. de fideicom. art. 47. nu. 65. Person. de adipiscen. possess. num. 402. Bertrand. cons. 250. vol. 3. Menoch. consil. 722. vol. 8. Grat. respons. 149. num. 5. volum. 2.

Quæ omnia cum adeo clara sint, vt disputationem non admittant, conuolat pars ad articulos, iuris remotiores dicens nõ deberi legitimam, quia isti filij sunt naturales, & quod non debetur trebellianica, quia si non expressè est saltim prohibita virtualiter, verũ pro parte Philip-
54 pi, respondetur quod ad impediendam immissionẽ oporter opponere defectum iuris notorium, & palpabile, si enim opponuntur conclusiones disputabiles reseruantur in petitorio, & interim datur immissio, ita post Bart. in l. filiam fratribus ff. ad trebell. tradunt Dec. in d. l. fin. num. 48. Ias. num. 28. latè Ruin. in consil. 87. nu. 27. in fin. & num. 28. vol. 3. & ipsimet qui scripserunt contra Philippũ sicuti Peregr. in cons. 27. vol. 3. & de fideicom. art. 48. nu. 55. & 56. Consil. de Georg. alleg. 47. nu. 3. latius autem Gozad. in consil. 6. num. 88. in consil. 7. num. 20. & cons. 93. num. 3. & Roland. in consil. 78. vol. 3.

Modo in casu nostro oppositiones partis non esse notorias patet dum in illis ad eius instantiam innumeri Doctores, & Neapoli, & extra scripserunt magna volumina, Imò potius vbi digerũtur remanent friuole, prout patebit inferius, sed
55 pro nunc quo ad trebellianicam illa detrahitur à quocumque, siuè naturali, siuè legitimo, & sufficit in testamento nõ legere illius prohibitionẽ. Quod si pars vult prohibitionem colligere ex coniecturis iam fatetur non adesse defectum iuris notorium, sed quæstiones disputabiles, quæ nõ impediunt. Et similiter pro legitima ostenditur istos filios naturales iam fuisse legitimatos. Si autem pars ag-
56 greditur intelligentiam legitimationum hoc non impedit immissionem, etiam si essemus in bonis feudalibus, quia sufficit legitimationem ostendere, & eius interpretatio reseruatur in petitorio sic solemniter in Rot. Roman. fuisse decisum testatur Verall. in decis. 345. alias 342. in secunda parte.

Veruntamen proponamus articulos, qui
57 post immissionem venient discutiendi in istis oppositionibus partis aduersæ, vt vel hinc Philippi iustitia ex nunc clarius innotescat. Primus articulus est cognoscere istarum legitimationum validitatẽ. Secundus est cognoscere illarum qualitatem. Tertius est cognoscere si ex illis debetur legitima. Quartus est supposito, quod ex illis legitima non deberetur nũ saltim si fuit relicta habeat naturam legitimæ grauamen non admittentis. Quintus est num voluerit pater grauare in legitima quam restitui non expressit. Sextus est num potuerit prohibere trebellianicã. Septimus est num dicatur prohibita ex coniecturis iã quod ipsa prohibitio

bitio minimè legitur in testamento, & porrò tales articuli ex sui facie demonstrant magnam requirere discussionem, & proinde non posse vllo iure immissionem impedire. At verò vt ex nūc liqueat talem discussionē in petitorio resoluendam esse pro Philippo articulos ipsos sigillatim discutiamus.

Et quo ad primum fuit in primis allegatio-
58 nibus latè deducta validitas leg timationum non modo in cunctis Regnis legitimantis, sed vbique locorum stante illarū expeditione cum amplissimis clausulis cum omni solemnitate tum respectu legitimātis qui fuit illorum Rex, & Dominus naturalis, tum etiam respectu legitimationem petentis qui erat pater, tum vlterius respectu filiorum qui erant naturales tantum, tum deniq; respe.tu bonorum quæ erant libera ipsius Baldaxaris. Quas allegationes nunc reuideri deprecor quatenus in prædictis (quod nō credo) aliquid dubitaretur, ne bis idem cum maiori legentium tędio nunc repetere cogeremur.

Quo ad secundum articulum dicimus indubitanter quod qualitas istarum legitimationum non est vt sint dispensationes ad aliquem actum particularem, sed sunt verè legitimationes cum restitutio-
59 ne natalium, & licet essent restrictè quo ad successionem (cuius contrarium infra dicetur) tamen quo ad omnia reliqua habent effectum verè, & simplicis legitimationis prout declarant Dec. in consil. 257. nu. 1. & latius in cons. 258. nu. 10. vers. vltimo non obstat Couar. de sponsal. par. 2. c. 8. §. 8. col. 2. vers. sed si quis, Mol. de iur. primogen. lib. 3. c. 3. nu. 38. Paris. cons. 7. num. 20. vol. 2. Peregr. de fideicom. artic. 23. num. 75. Achill. de Grassis, qui sic inquit iudicatum in Rot. Roman. in decis. 336. quæ est 6. sub tit qui filij sint legitimi, & innumeros ad hoc congerunt prædicti, & etiam Eman. à Costa in l. Gallus §. & quid si tantum in 2. par. nu. 152. Tell. Fernan. ad l. Tauri in l. 12. num. 22. & ibidem Burg. de Pax. in l. 3. num. 324. latè ac distinctè Rolan. in cons. 26. num. 8. vsque ad 16. vol. 4. Paris. in cons. 7. num. 17. vol. 2. & Ludouicus Morot. in cons. 9. num. 18. cum sequentibus Surd. in cons. vlt. vol. 3.

Quo ad tertium articulum clarum est, quod
60 si non sunt dispensati, sed legitimati illis debetur legitima, vt per Ruin. in cons. 84 volum. 3. Dec. in cons. 257. col. 2. vers. talis filius Peregr. in dicto art. 13. nu. 27. & 28. & Garsi. de nobil. glo. 21. nu. 76.

Et hoc pars non negat ex vi legitimationis in eo in quo non est restricta, sed contēdit esse restrictam quo ad successionem, & propterea fuisse in arbitrio patris legitimā illis relinquere, vel non relinquere ex doctrina Alex. in cons. 30. vol. 4. Dec. in cons. 264. cum concordantibus cui obiecto, vt facillimè respondeamus reuideri ante omnia deprecor Doctores omnes qui suam in hac facti specie sen-
61 tentiam protulerunt; quos fideliter diuidam in quatuor casus.

Et primo aliqui loquuntur in dispensatio-
62 ne, quæ est odiosa sicut apud Alex. in dicto cons. 30. vol. 4. nu. 4. & 5. legimus restrictionem successionis non modo cū taxatiua tantum, sed dicit, quod illa erat dispensatio cum non fuerit facta legitimatio, quo ad reliqua, sed ad illud tantum illumque ad literam sequitur Dec. in l. 1. C. de bon. poss. s. cōtr. tab. nu. 10. vers. & quod dictum est Rimin. sen. in cons. 289. lib. 2. Socc. in rubr. ff. de liber. & posthum num. 17. loquitur de spurio dispēsato, & sic etiam in cons. 246. n. 6. vol. 2. Alex. in d. rub. de lib. & posth. col. 2 circ. med. quē ibi etiā refert, & sequitur Ias. num. 14. loquuntur in dispensatione spurij, ad succedendum solummodo in eo qd̄ pater voluerit, & similiter Curt. senior. in consil. 74. num. 22. Decian. in consil. 19. num. 69 vol. 1. Honded. consil. 89. num. 61. vol. 1. Lup. de illegit. coment. 3. §. 1. num. 53. Bursat. cons. 355. nu. 27. vol. 4. Laud. de legit. tit. 8. par. 2. num. 67. Couar. in lib. 4. variar. resolut. cap. 21. in finali b. verb. & Siluan. in con-

fil.45. num.59. & hic non est casus no-
63 ster iam quod latè probauimus nostras legitimationes esse plenarias,& per consequens fauorabiles,& extendendas, vt per Ant.de Butr.Abb.& reliquos in cap. per venerabilē qui filij sint legitimi, per Curt.Senior.in dicto consf.74.num.22. & 24.Dec.consf.264.num.3.Roman.cōsil.8.Castr.in consf.221. & per Parif.cōsil.7.num.15.vol.2. Præfati autem Doctor. loquebantur in illis particularibus dispēsationibus quæ odiosę sunt,ac potius restringendæ cap.1.& 2.de fil.præsbyt.in 6 tradunt ipsimet Socc. in dicto consf.246.num.6.vol.2.& Iaf.in rubr.de liber.& posthum.num.14.Parif.in dicto consf.7.num.6.vol.2.post Butr. & Abb. in d.cap.per venerabilem, & Anchar.in consf.141.

Secundus casus est quādo sumus in supradicta vera, ac plenaria legitimatione filij naturalis,quę legitimatio est fauorabilis,
64 & extēdenda, sed obstant verba expressa quæ respectu successionis legitimam quoque patris arbitrio relinquunt,& in hac specie loquutus fuit Dec. in consil. 264.vbi,& propriè col.2. vers. secundo alia ratione præsupponit illam Margaritam legitimatam fuisse limitatæ, vt contenta sit,& acquiescat in eo solum,quod sibi pater reliquerit, nec vlterius quicquam pro legitima,vel eius supplemento petere, possit.

Hæc sunt verba illius eiusdemque generis legitimationem per eadem verba præsupponit in consil. 257. in princivbi similiter firmat hæc verba adeo clara excludere ipsius legitimæ petitionem disputat autem num detur retentio de quo articulo, & nos loquemur inferius,sed quod hæc verba à legitima expresè excludentia legitimatū fiat omninò seruanda vltra Dec. firmant Alex. in consf.189.num.1. vol.5. Angel. consil.264. Dominus Papa Parif. consil.7. num.10.vol.2.Alciat.consf.98. in fine vol.9.Rimin.Iun.consf.469.n.26.vol.4. Garz.de nobilit.Hispan.glosf.21.nu.84. Hier.Gabr.in consf.24.num.23.col.2. & Bimius in consf.303.num.5. in verf.& si minus legitima, & hic similiter non est casus noster.

Tertius casus est quando in dicta legitimatione adest restrictio quæ licet expresè
65 non excludat legitimam tamen adsunt verba æquipollentia quia dicitur filium non posse succedere nisi in eo quod pater reliquerit, vel quod succedat in eo tantum,vel in eo solummodo quod pater reliquerit,& tunc licet aliqui dicant illū in effectu legitimari pro aliqua portione quæ non potest esse minor legitima,vt per Parif.in consf.7. nu.12.& 24. cum sequentibus vol.2.Cæphal. in consil.117.num.7.cum sequent.lib.1.Macerat.variar.resolut. lib.2.cap.28. ponderantes aliqua circa taxatiuam, vt in l.ob æs alienū,vbi glof.C. de prædijs minor. Roman.in consf.456.num.2.Couar.var. resolut.lib.3.cap.21.num.3. circa med. tamen cōmunior, & meo iudicio verior est opinio,vt legitima etiam,contra voluntatem paternam excludatur ex vi illius claræ, & expresè taxatiuè, ita Iason in rubr.ff.de liber.& posthum. num.13. & consf. 162.col.1.vol.2.Soc.consf.246. num.1.vol.2 Dec.consf.19.nu.69.vol.5. Bursat.consf.335.num.6. vol.4. Lup.in tract.de illegit. coment.3. §.1.num.56. Mantica de coniect. vltim.volunt. lib.7. tit.11. num.11. Cæsar de Grassis in decif. 179. in fin. Tell. Fernand. ad leges Taur. in l.12.num.26. & Didac. Perez. in lib.5.tit.11.tom.2.Quos omnes volui recensere ad hoc vt Domini iudicantes hanc veritatem animaduertant, nempè qd pars aduersa allegando multos Doctores vult casum nostrum confundere, sed in veritate omnes loquuntur in aliquo ex prædictis tribus casibus,qui sunt diuersi à casu nostro, & legitimationes sic restrictè solent etiam fieri in Hispania,vel sine præiudicio omnium venientium ab intestato,vt per Couar. in dicto cap.8.§.10.in princ. vel ex dispensatione ad aliquid,vt in lib.4. variar. resolut. cap.21.

cap.21.in princ.& in finalibus verbis, & sic procedit Greg. Lopez in l.9.tit.18. par. 3. qui loquens de successione limitata ad voluntatem paternã inquit huic non deberi legitimam iuxta tradita per Alex.in l.pactũ C.de collat. & per Dec. in cons.264. Alex.autem ibi num.5. & Dec.col.2.vers.secundo alia ratione clarè loquuntur in dispensatione, & in restrictione iuxta casus prædictos,qui satis diuersi sunt à casu nostro.

Quartus ergo est casus noster quando in
66 tali legitimatione exprimuntur aliquæ dispositiones,sed exprimuntur absq; restrictione per dictionem tantum, vel solummodo,& tunc deberi legitimam fatentur omnes nemine contradicente,Ita Gozad.in cons.48.num.22.vers. nõ obstat vbi distinguit si adest,vel non adest hæc taxatiua sequitur Couar. variar. resolut.lib.4.cap.21.nu.3.vbi allegat Gozad.& ampliat eius dictum.Et in principio illius capitis allegat seipsum in rubr. de sponsal.vbi tradidit non deberi legitimam dispensatis, vel legitimatis iuxta casus prædictos, deberi autem, vbi non adest restrictio sicut in casu nostro,quod postea in dicto cap.21.num.3,& in finalibus verbis clarius explicat,illum sic allegat, & cum eadem distinctione sequitur Menoch.in cons.737. in princ. in vers.quorum traditio,& num.6.cum sequentibus. Eãdem distinctionem,vbi nõ adest specialis taxatiua, quod debetur omninò legitima facit Ruin.quẽ isti non allegant in cons.84.in princ.& ante n.2. In vers. nec obstant vol.3. & est notabilis quia in hoc respondet contra suum clientem Paris. in cons.7. num.23. in finalibus verbis, & nu.24.vol.2. sequitur Cæphal.in cons.117.num.7. & 8.vol.1. Roder.Suar.(quẽ refert,& sequitur Couar.in locis prædictis) is inquã in l.quoniam in prioribus in declarat.l.reg.limit. 22.circ. fin. vers. & præsupposita Azeued.in lib.5.recopil.leg.Hispan. titul.8. l.10.num.41.Decian.in cons.49.nu.43. lib.2.Riminal.Iun.in cons.469.num.13. lib.4.Macer.variar.resolut.lib.2.cap.28. Surd.cons.185.nu.10.& 22. volum.2. Honded.consil.89.nu.7.vers. & quamuis vol.1.Renat.Copp.de leg.andegau. lib.1.cap.41.nu.4.Landerch.cons.170. num.2.vers.& ideo si pater Garz.de nobilit.glos.21.num.77.81.& 83.

A qua sententia in hoc casu recepta à tot viris eximijs non video,quomodo possit pars aduersa sperare, vt in ea dubitetur nisi fortè sperat confundere allegando Doctores qui loquuntur in alijs tribus casibus supradictis,nã in hoc quarto casu, qui est casus noster iterum repeto, quod non adest cõtradictor. Nam veri-
67 tas est quod enumeratio absque dictionibus taxatiuis non restringit,sed exemplificat imò dicitur enumerari ad decla-
68 rationem,& augmentum,quod non debet retorqueri in diminutionem, prout aduertunt Doctores citati præsertim Ruin. & Gozad.in locis prædictis.Et patet etiam in nostris legitimationibus in quibus exprimũtur honores officia, immunitates,& libertates, quæ omnia, & alia quoque solo verbo legitimationis comprehenduntur Auth. præterea, vbi Doct. & auth.sequent. C.de natural. liber.§.si quis,& §.illud quoque in Auth. quibus modis natur. effic. sui, declarat optimè Aret. in l. Gallus §. & quid si tantum num. 24. in vers. nam verbi significatio.

Et similiter in petitione, & in decreto Re-
69 gio dictum fuit genericè (*para heredar*) quod quidem verbum omne genus succedendi complectitur,vt per Bar.& Doctor.in l.1.ff.si quis omiss. caus. testam. sic genericè intelligitur hoc verbum (*heredar*) in l.Tauri 9. & 12. & declarat Gregor.Lopez in titul.15.l.9. par.4. in verbo (*herederos*) quæ verbi proprietas non debebat corrigi,& restringi in legitimatione extensa, sed quædam ibi enumerantur potius ad exemplificationem, & augmentum ex quo non potest oriri restrictio sicut declarant Doct.prædicti,& est ad hoc text. expressus in d.l. Tauri

Tauri 12. vbi ille legitimatus admittitur ad alias successiones non expressas in legitimatione, quia expresse non erant coarctatæ, per aliquas taxatiuas, & sic exemplificat, & exemplificatio non restringit iuxta regulam text. in l. non recte C. de fideiuss.

Vltra quod si verum amamus hæc expres- A
70 sio successionis in legitimationibus Cesaris, & Stephani, non erat necessaria respectu ipsorum quibus in concursu legitimorum nihil tribuitur, & extra talem concursum poterat absque legitimatione illis fieri omne relictum §. si vero, in Auth. quibus modis natural. effic. sui, l. matrem cum auth. sequent. C. de natur. liber. considerant hoc Doct. in §. & quid si tantum præsertim Crot. num. 59. Paris. in cons. 1. num. 24. volum. 2. Sed ne ex legitimatione oriatur præiudicium ascendentibus, & descendentibus legitimis, quo ad eorũ legitimam, vel quo ad successionem ab intestato, vt mox declarabo excipit Rex præiudicium illorum quibus non extantibus, tanto magis in casu nostro cessat restrictio, dum ad aliũ finẽ facta est illa expressio quæ (circumscripta etiam ista consideratione) de sui natura nõ restringit, vt latè probauimus, Et sic ni fallor clarè distinctus, & resolutus remanet præsens tertius articulus, qui prima fronte videbatur admodum inuolutus.

Licet autem dixerim tales expressiones eorum, quæ tacitè insunt nihil alterare totalem effectũ legitimationis quo ad omnia, siuè expressa, siuè non expressa tamẽ nullo pacto, admittã tales expressiones in casu nostro esse superuacuas, si quidẽ
71 inter cœtera, quæ simplex legitimatio contulisset acquisitum fuisset legitimatis plenum ius suitatis in præiudicium quorumcunque, vt per Ant. de Butr. in cap. per venerabilem, qui filij sint legit. n. 16. & ibidem Abb. & reliqui, & Couar. in d. §. 8. num. 1. circa med. & num. 2. in principio post Fortun. latissimè in l. Gallus §. & quod si tantum col. 139. ff. de liber. & posthum. Rex autem iustissimus sicut non ignorabat agnatorum interesse non esse considerabile quo ad bona libera illius, qui legitimationem petebat, vt supra deduximus, Ita etiam prospicere voluit, nè per huiusmodi legitimationes lederentur descendentes, vel ascendentes in iuribus illis competentibus etiam super bonis liberis, atque ita in honoribus immunitatibus, & alijs multis exprimit effectum legitimationis, absque vlla restrictione, vel declaratione; Quo verò ad successionem exprimit similiter effectũ successionis absque restrictione, sed cum sola declaratione, vt ex hoc præiudiciũ non inferatur legitimis descendentibus, siuè ascendentibus.

Quæ quidem declaratio, siuè operetur vt
72 eorum legitima tanquam fauorabilis, & de iure naturæ debita nõ minuatur, iuxta tradita per Socc. in cons. 246. num. 6. circa med. vol. 2. & cons. 95. col. 7. vol. 4 per Bald. in l. nam ita Diuus ff. de adop. per Capyc. decis. 22. & per Crot. in d. §. & quid si tãtum fol. 12. col. 3. siuè operetur, ut isti legitimati non possint controuertere quamlibet dispositionem faciendam per Baldaxarem ad beneficium ascendentium, uel descendentium, qui essent proximiores ab intestato, iuxta theoricam Angeli in cons. 264. Paul. cõsil. 27. lib. 2. Alciat. in rubr. ff. de liber. & posthum. num. 13. Grat. cons. 63. colum. penult. lib. 1. siuè tandem tollat æqualitatem, & concursum legitimati cum descendentibus, uel ascendentibus legitimis, & hoc tam ex testamento, ita ut istis relinquere possit Baldaxar quicquid velit, legitimatis uerò non ultrà minorem portionem relictam legitimo ad tex. in §. quoniam uariæ in auth. quibus modis natur. effic. sui, & in l. communium C. de natur. liber. ad tradita per Ruin. in consil. 83. nu. 9. & 10. uol. 3. & per Cæphal. in cons. 117. nu. 18. uol. 1. Quã ab intestato, ita vt tunc excludatur legitimatus à descendentibus, uel ascendentibus legitimis ex doctrina Nicolai de Vbaldis

in

in tract. de success. ab intest. fol. 12. colum. 3. & 4. & per Socc. in cons. 41. col. 3. vol. 3. Corn. cons. 3. lib. 1. Alciat. in dicta rubr. de liber. & posthum. num. 14. latè Couar. in dicto cap. 8. §. 10. col. 1. & 2. per Felyn. in cap. cum olim col. penult. de re iudic.

Quos omnes casus absque disputatione praeter eo quod nõ sint casus nostri, nec sim' in tali cõcursu descendentiũ, & ascendentiũ legitimorũ, sed iuxta quamlibet opinionem quoduis inquàm praeiudicium Rex iustissimus euitauerit descendentibus, vel ascendẽtibus legitimis pater nõ superfluè (quamuis ex supradictis, nec superflua expressio noceret) sed consultissimè fuisse expressos legitimationis effectus ad hoc, vt respectu reliquorum appareret nullius praeiudicium reseruari, respectu verò successionis fieret illa declaratio ad beneficium ascendentium, vel descendentium extra quos tàm probauimus remanere effectus successionis, sicut reliqui simplices, & nullatenus coarctati.

Quo ad quartum articulum praesupposita restrictione, quae non est in casu nostro, sed vbi adesset restrictio etiam respectu

73 legitimae, quaeritur si legitima, quae non erat necessario relinquenda num saltem si fuit relicta habeat naturam legitimè grauamen nõ admittentis? in quo articulo Couar. in dicto §. 8. col. 3. vers. verum haec, dicit Doctores dubitare de voluntate fideicommittentis num voluerit legitimam comprehendi, in restitutione fideicõmissi: Sed de potestate inquit neminem dubitare, tàm in legitimato cum ista restrictione quàm in filia exclusa per statutum, & in filio militis, qui sunt casus cõsimiles. Et vlterius miratur de illis aduocatis insignibus, qui contrarium asseuerabant.

Ego verò, & si Dydaci me profiteor obse-

74 quẽtissimum nunc semel dicere cogor illos aduocatos magis punctualiter obseruasse Doctores de hoc loquentes, nã Dec. in cons. 257. in princ. praesupponit legitimationem cum restrictione etiam respectu legitimè, & postea col. 2. vers. sed difficultatẽ, firmat quod licet pater potuisset non relinquere, tamen si relinquit nõn potest grauamen iniungere, & est ratio quia legitimato debetur legitima in casu non limitato, casus autem limitatus est acquisitio, vnde extendi non debet ad retentionem quae sunt valdè diuersa, vt per Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 7. titul. 12. nu. 20. & in multis differunt, vt in cap. intelleximus, & cap. cum inter de Iudic. sed retentio tanquã casus omissus remanet sub dispositione iuris communis l. commodissimè, ff. de liber. & posthum. cum Decio concordãt alij etiam respectu potestatis tàm in casu suo quàm in supradictis consimilibus vt modo dicam.

Verum est quod Alciat. in cons. 98. num. 5. lib. 9. tenet contrarium motus, quia si pater potest minus relinquere potest, pariter relicto onus imponere. Hãc eandem rationem duobus verbis explicabilem lata verborum serie nihil in effectu adijciens amplificat Tell. Fernand. ad leges Tauri in l. 12. num. 27. alios etiam pro hac opinione affert pars aduersa, sed adhuc cõmunior, & verior videtur opinio negatiua, nam vltra quod Decium bene sequitur Paris. in cons. 7. num. 36. vol. 2. & Gomes. in lib. 1. variar. resolut.

75 cap. 11. nu. 28. dico quod isti tres casus legitimati cum restrictione, & filij militis, & filiae exclusae per statutũ sunt eiusdem naturae dum omnibus relinquere, vel nõ relinquere est in voluntate patris, & tamen post relictum non posse grauare, firmant Iacob. Burr. in l. quoniam in prioribus C. de inoffic. testam. & ibidem Bald. num. 5. vers. 2. quaero, qui dicit esse notandum Salyc. in vltima quaest. Castr. num. 2. Aret. & Ias. uterq; in prima col. idem Bald. in l. emptor in 2. lectur. ff. de rei vend. Imol. in l. fin. col. antepenultim. ff. de condit. instit. & in l. Titio centum §. Titio genero n. m. 11. ff. de cond. & demonstr. & in cap. Raynaldus col. 3. de testam.

testam. quem refert, & sequitur Alex. in l. precibus num. 17. vers. idem etiam C. de impub. & alijs substit. Aret. in l. Centurio col. 3. ff. de vulgar. & pupill. & ibidem Socc. num. 10. latè Bened. Capr. in cons. 19. per totum præsertim num. 1. 6. & 10. & pro hac parte consuluit latè Socc. in consil. 150. vol. 1. in fine cuius videatur additio quæ ponit 53. Doctores huius opinionis secundum quam dicit fuisse bis iudicatum.

76 Quam communissimam opinionem cognoscentes qui cõtradicunt nituntur diuersificare casus dicendo quod filio militis, & filiæ exclusæ per statutum deberetur legitima nisi lex, vel statutũ hoc debitũ ad paternam voluntatem redegisset quo fit vt possit pater non relinquere, sed si relinquit tunc pro portione legitimè est seruãda natura ipsius legitimę grauamen non admittentis. Hæc responsio est fallax in casu Decij, & in casu nostro sed militaret in spurio dispensato qui non est capax, sed potest sibi relinqui, vt per Alex. in cons. 30. vol 4. per Dec. in consil. 264. cum reliquis supradictis, sed in casu Dec. in cons. 257. ille tanquam legitimatus erat capax, sed ex restrictione successionis ad voluntatem paternã, etiã respectu legitimæ poterat pater non relinquere, vnde si relinquit tũc portio legitima penès hunc legitimatum retinet naturam ipsius legitimæ grauamen non admittentis sicut penès filium militis, & penès filiam exclusam per statutum erga quos iam capaces noluit pater vti potestate non relinquendi qua siuè legis, vel statuti, vel rescripti vigore vti potuisset, & ideo Dec. in illo cons. 257. col. 2. vers. & non eundo, & Couar. in d. §. 8. col. 2. in fin. loquendo de legitimato cum restrictione successionis afferunt Doctores loquẽtes de filio militis, & de filia exclusa per statutum, & dicunt illos afferre in proprijs terminis nam verè isti tres casus sunt vniformes, & proinde nostra opinio remanet magis vera, & magis communis vt in huiusmodi legitima iam relicta non possit grauamen apponi.

77 Quo vero ad quintum articulum nempe quod per fideicommissum vniuersale noluerit pater istis filijs legitimatis præiudicare in legitima nõ modo est opinio communissima, sed fortè non habet contradictorem hoc enim validissimis argumentis probat Dec. in illo cons. 257. colum. 2. vers. & hoc idem Capr. in dicto cons. 19. num. 6. & 7. hoc idem facilius admittunt omnes relati in dicto consilio Soccin. 150. vol. 1. in apostilla Couar. in dicto §. 8. col. 3. sequitur Dec. quo ad voluntatem licet quo ad potestatem remaneat dubius dicens illum improbari ab Alciato, & verum est quod in hoc adsunt contradictores sicut dixi in articulo præcedenti, vbi tamen probare conatus sum quod etiam respectu potestatis opinio Decij est verior, & communior, sed quod respectu voluntatis non adsit contradictor patet quia omnes contradictores se restringunt ad potestatem, prout Alciat. in illo cons. 98. nu. 5. lib. 5. vna cum Rolando, Curtio ab ipso citato Peregr. de fideicom. in art. 36. quærit si est debita, vel nõ debita Tell. in illa l. 12. vtitur argumento quod si pater potest non relinquere ergo potest onus imponere, & in finalibus verbis concludit patrem posse grauare, sic etiam Ant. Gabriel. in cons. 24. & si quis alius cõcedit potestatem grauandi infert ad restitutionem data certitudine voluntatis grauandi, etiam in legitima.

Sed quod hæc certitudo voluntatis absque expressione grauandi etiam in legitima oriatur ex fideicommisso vniuersali, hoc nemo dicit ex Doctoribus prædictis, & esset assertio temeraria. Nam contrariũ dicunt Dec. Capr. Couar. & reliqui supradicti idem inquit glo. in l. precibus in verbo peti. C. de impuber. & alijs subst. de qua glos. respectu voluntatis non esse dubitandum inquit Apost. ad Bart. ibi nu. 8. quæ incipit, sed an sit. idem ibi dixerat Ang. quẽ refert, & sequitur Paul. num. 19. in vers. sed Angelus, sequitur Alex.

Alex.num.17.circa med. allegans Imol. & alios sequitur etiam Iaf.num.17.vers. secundo subijcit. Imò vbi posset pater grauare in legitima tanto magis hoc non exprimendo censetur nolle, prout bene considerat Rip.in l.Centurio de vulgar. & pupill.num.48.& 49. & ibidem Galiaul. nu.80.& 81.Parif. conf.7. nu.27. vol.2.Gomef. in d. cap.11. num.28. & latè Surd. in conf.186. num.22. vol.2. Præsertim attenta magna dilectione, & honorificentia, quæ in toto testamento legitur erga istos filios, quorum vitæ, ac saluti prouidet non inuicem substituendo, sed reseruando integrum maioratum pro ipsis eorumque descendentibus illũ tamen extinguendo in casu restitutionis ne forte ob fideicommissum dubitaretur de istis detractionibus. Sicut, & in casu huius restitutionis non vtitur illis verbis prægnantibus quibus vsus fuerat in casu monacatus ne forte ob magnas opes ad monacatum allicerentur, quæ omnia cõsiderantur ex abundanti, nam legitima
78 hoc habet speciale, vt neque hæres per aditionem sibi præiudicet in legitima, vt per Curt.in conf.75. & Parif.in consil.55. num.16.vol.3. nec onus in illa, nec grauamen per disponentem censetur inductum si de ipsa legitima non loquitur nominatim §. Cæterum in auth.
79 vt cum de appell.cognoscit. Bal.Salyc. & Castr. in l.si quando §. & generaliter C. de inoffic. testament.latè Iaf. in consil.162. num.9. vol. 2. & Ruin. in consil 83. num.1. uolum. 3. Afflict. in decis.178.in 2.dub. latè Grammat. in decis.101.num.5. & 6.Præs. de Franch.in decis.525.num.20.

Ex quibus meo iudicio patet non posse dubitari de immissione dum circa retentionem legitimè non modo habemus conclusiones disputabiles, sed imò ipse disputationes in petitorio erunt omninò resoluendæ ad beneficium Philippi, tàm in articulo ipsius legitimę omninò debitæ, quam etiam in articulo retentionis ipsius non obstante grauamine restitutionis ex defectu potestatis, & volunta-
80 tis respectu legitimè quam quidem legitimam esse vna cum fructibus à Philippo, detrahendam constat ex l.in fideicõmissariam ff.adTrebell.vbi Rip.num.46. l.iubemus C.eod. Alex.in l.cum quæritur, C.de inoffic.testam.Præs.de Franch. in decis.16.num.23. Idemq; dicendum esse in trebellianica patebit in duobus articulis sequentibus.

Itaque quo ad sextum articulum verum est Cæsarem, & Stephanum fuisse grauatos de restituendo, & verum est huiusmodi grauatis cõpetere detractionem trebellianicæ si tamen prohibita non fuit ab eo, qui poterat prohibere, & proinde hac in re Baldaxaris potestas, & voluntas dignoscenda est. Et quo ad voluntatem num scilicet voluerit Baldaxar istos filios
81 grauare in trebellianica discutietur in capite sequenti, sed quo ad potestatem verum est quod isti filij sunt legitimati, & verum est quod respectu trebellianicę non intrat articulus si legitimatio fuit, vel nõ fuit restricta, quo ad successionẽ, quia in casu nostro habemus institutionem, & habemus substitutionem cuius vigore facienda est restitutio à filio iam legitimato, & instituto à quo propterea vltra legitimam detrahitur etiam trebellianica non obstante statuto Genuensi, per pattẽ prætenso cum isti filij sint Hispani, nati in Hispania, & agitur de testamento confecto in Hispania, & bona ferè omnia sunt extra iurisdictionem Genuensem vnde sine dubio attenditur ius commune ex cuius dispositione compe-
82 tit ista detractio, vt in cap. Raynũcius, & cap. Raynaldus de testamen. declarat Ruin.in conf.84.num.4.vers.quod autẽ vol.3.Alex.Dec.& reliqui relati per Peregr.de fideicom.art.23.num.27.& 28. in vers. dispositio quoque, & per Garz. de nobilit.glos.21.num.76.

Sed dubium facere videtur quia etiam in huiusmodi filijs primi gradus est multũ controuersa quæstio si potest trebellianica prohiberi, & Præs. de Franch.in decis.11.

cif. 11. refert fuisse decisum pro opinio-
83 ne quod prohiberi poterit, Et ego in articulis quantumuis controuersis non libéter suscito disputationem contra opiniones in nostro Sacro Consilio approbatas, sed in hoc aduerto, quod decisio fuit in restitutione facienda descendentibus, sed in restitutione facienda Collateralibus, idem Præses ibi sub nu. 21. dicit hoc non fuisse decisum, imò sub num. 10. in finalibus verbis refert Cyn. & alios dicentes, quod magis debent lucrari filij restituẽdo extraneis, quam descendentibus, & hoc casu sine dubio iudicandum esse vt trebellianica prohiberi non possit concludit post multos Iul. Clar. in lib. 3. sententiarum in §. testamẽtum quæst. 63. circa med. in vers. nihilominus; Et propterea sufficeret nobis dicere, quod nõ impeditur immissio ex articulis controuersis, prout supra fundauimus.

Verum, vt etiam ex nunc cognoscatur in hoc articulo summa iustitia Philippi rogo prius ponderari summæ authoritatis viros, qui etiam facta substitutione ab
84 extraneis tenuerunt non posse trebellianicam prohiberi hi sunt glos. in auth. sed cũ testator C. ad l. Falcid. vbi Corn. inquit hanc esse opinionem verissimam in puncto iuris, non enim poterat de iure digestorum, & Codicis prohiberi trebellianica neque falcidia, vt in l. iubemus, vbi Doctor. C. ad Trebellian. postea vero in auth. sed cum testator, & in corpore vnde sumitur fit noua lex permittens prohibitionem in falcidia, sed nihil dicit de trebellianica ad quam si Doctores volunt hanc nouam legem extendere hoc nõ est legem interpretari, sed legem condere præsertim, quia in correctorijs non fit extensio, etiam ex maioritate rationis, & Imperator, qui correxit in falcidia bene sciuisset etiam exprimerẽ trebellianicam, quod cum non fecerit dicendum est consulto omisisse l. vnica §. sed & varietatis C. de caduc. tollen. vnde merito ex nunc trebellianicam nõ posse prohiberi firmat Corn. post glos. prædictam idemq; firmauerat Albert. in sua Margarita quem refert, & sequitur Bar. in l. nemo potest num. 7. ff. de leg. 1. bene Iacob. Bel. Alber. Imol. & Alex. in l. Marcellus §. quod autem, ff. ad Trebel. & multis relatis hanc opinionem verissimam dicunt Crot. in dicta l. nemo potest, & Ludouic. Pont. in repet. auth. similiter C. ad l. falcid.

Bene fateor, quod est opinio controuersa,
85 sed si tot eximij Iurecõsulti hoc firmãt pro verissimo ad beneficiũ extranei multo magis imò indubitanter hoc decidendum est ad beneficium filiorum pro quibus sunt opiniones communissimę, & decisiones passim receptæ de communi testantur latissimè Iul. Clar. in dict. q. 63. in vers. nihilominus Roland. à Vall. in conf. 12. vol. 1. in secundo dubio, & per Sforz. Oddo in conf. 8. qui fundant hãc opinionem esse magis cõmunem apud antiquos, & apud modernos, & conuinci rationibus validissimis, & ab omnibus iudicatam æquiorẽ quod & fatetur Mãtic. de coniect. vlt. volunt. lib. 7. titul. 11. num 8. & 11. quibus ne aliena videar transcribere me remitto quia cumulant omnes, quod, & facit abundè Iul. Clar. in dicta quæst. 63. vbi in fine concludit idẽ esse quamuis detrahatur legitima, & trebellianica, quod latius fundauerat Roland. in dicto conf. 12. in 3. dubio. Quo ad decisiones ita fuisse decisum in Sacr. Consil. testatur Vrsill. ad Afflict. in decif. 367. num. 12. & esse de stilo illius Curiæ testatur Guid. Pap. in decis. 51. in princip. & ita seruari in toto mundo inquit Soccin. Iun. in consil. 131. lib. 1. num. 58. & 65. & alias innumerabiles decisiones referunt Riminald. Iunior. in conf. 9. lib. 1. num. 117. & alij relati per Consiliarium de Anna in consil. 116. num. 8. & 9. lib. 2. vbi etiam loquitur de duabus quartis.

Vltimo quo ad septimum articulum circa voluntatem credo parum esse insistendũ
86 nam in casibus in quibus trebellianica posset

posset prohiberi concordant Doctores omnes, vt prohibitio sit per verba expressa iuxta text. in dict. auth. sed cum testat. vbi glos. in verbo expressim, & in §. si verò expressim in auth. de hæred. & falcid. vbi hoc notat Ang. nu. 2. in vers. contrarium idemq; aduertit in l. 2. §. sed filios C. quand. & quib. quart. pars debetur lib. 10. Rom. in auth. similiter C. ad l. falcid. & in cons. 75. nescio qua, & in cons. 79. totum fundamentum. Hæc expressa prohibitio in nostro testamento non legitur, vnde pars progreditur dicẽs velle hanc prohibitionem probare per coniecturas ex testamento desumptas, & in hoc (ni fallor) se ipsam condemnat si enim ad impediendam immissionem requiritur defectus iuris notorij, & non sufficiunt disputabiles conclusiones certè ridiculum erit velle immissionem impedire per coniecturas, quæ vti nimis disputabiles, & ambiguę semper Iudicis
87 arbitrio relinquuntur, vt latè declarat Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 1. tit. 1. sed adhuc ex abundanti, vt nostrũ seruemus institutum videamus ex nunc quomodo coniecturæ ipse trebellianicã non modo non prohibent, sed potius illam permittunt.

Et recenseo prius illam validissimam considerationem Rip. in l. Centurio num. 49.
88 de vulg. & pupill. vbi inquit per silentium censeri permissam trebellianicam quæ vno verbo prohiberi potuisset, & hæc coniectura stringit fortius temporibus nostris stante practica notariorum qui de stilo semper apponunt prohibitionem detractionum falcidiæ, & trebellianicæ, quæ dum non legitur in hoc testamento oportet credere testatorẽ hoc expresè noluisse ex regul. l. vni. in §. sed & veritatis C. de cadu. tollen. quo argumento pluties vtitur Andr. vt in cap. similes num. 1. in fin. vbi Lipar. in tit. Imperat. Lothar. Præsertim addita summa dilectione quæ ex omni parte ipsius testamenti desumitur erga istos filios, & in spetie ponderãdo verba apposita in hoc fideicommisso quæ vt fortius stringant oportet prius diluere illam coniecturam quam ex eodem fideicommisso pars aduersa prætendit elicere.

Ea coniectura est quod inquit cẽseri indu-
89 ctã prohibitionẽ detractionis per prohibitionem alienationis, & per maioratus institutionem, & vtraque conclusio vera est cum aliquali distinctione, sed neutra est applicabilis ad casum nostrum, nam quo ad prohibitionem alienationis si illa facta est non solum hæredi, sed etiam fideicommissario tunc videtur prohibita detractio, nã in effectu minueretur portio ipsius fideicommissarij vt in l. alienationis ff. de verbor. signif. & sic procedit tex. in auth. sed in ea C. ad l. falcid. vbi glos. in verb. alienat. & ibi Odofred. & Cyn. & sic summatur per Bal. ibi, & per Alberi. glos. etiam in auth. vt sponsl. larg. in §. si quando in verbo alienare, & ibi Iacob. de Beluis. & Angel. & etiam in §. si vero expressim in auth. de hæred. & falcid. & dicitur etiam prohibitus fideicommissarius quando testator voluit sua bona perpetuo remanere apud successores, ut per Manti. qui omnes recenset in lib. 7. de coniect. ultim. uolunt. tit. 12. num. 19. circa med. uers. sed intelligit.

Qui benè discurrit sed solum æquiuocat in eo quod allegat aliquos quasi ad inuicẽ contradicentes, & non est ita, sed omnes benè loquuntur in casu suo, nam aut loquuntur quando prohibitio est facta etiam fideicommissario, aut quando sunt plures gradus substitutionis, uel quãdo bona sunt perpetuo remãsura in quibus casibus si in qualibet restitutione detraheretur citò bona reducerẽtur ad nihilũ idcircò in istis casibus censetur prohibita detractio, & sic se declarant Aret. in cõsil. 37. n. 6. 9. & 10. Ang. cons. 57. Capr. cõs. 9. n. 19. Mol. de Hispã. primog. lib. 1. c. 17. in 7. conclus. nu. 26. Corn. cõs. 22. num. 1. uol. 2. Card. Zabar. in cons. 113. nu. 2. benè Ruin. in cons. 130. in princ. et num. 3. Paris. in cons. 126. anr. nu. 34. uol. 1. et omnes reliqui relati per Man-

tic.in d.tit.12.num.10.& per Corset. in tractat.de trebellianica in secundo casu præsertim sub num.12.& sic etiam Ant. Gabriel.commun.opin.lib.4.tit. ad Trebellian.conclus.9.num.12.in 1. limitat. allegans Ruin.in cons.89. nu.25. vol.2. qui sic declarat, vt nos firmauimus.

At vero quando prohibitio fit soli hæredi, & nō fideicommissario nec ad sunt plures gradus substitutionis pro bonis perpetuò conseruandis tunc illa prohibitio intelligitur facta ad præcauendam fideicommissarijs molestiam ne fortè hæres alienaret sua vita durāte, vt in l.fin.§.sin autem, & §.fin.C.commun.de legat.declarat Alex.in cons.65.in princip.vol.1. vnde opotteret fideicommissarium bona sibi relicta hinc inde perquirere, & ad hoc vitādum operatur prohibitio vt hęres nec sua vita durante possit alienare l. cum pater §.libertis ff.de legat.1.

Non autem operatur, vt trebellianicam nō retineat, nam alienare dicitur qui transfert in alium non autem qui sibi retinet
90 dicta l.alienationis ff.de verbor.signific. cap.intelleximus de iudic. Sic declarant apertè Corn.in cons.164.num.2. vol.1. Mant.in d.tit.12.num.20.& 21.Peregr. de fideicommiss.art.3.num.91. vers. secundo restringunt qui cæteros cumulat absque contradictione præsertim Ruin. in cons.115. num.12.vol.3. Curt. Iun. in cons.160.num.1.in fin.& num.7.Alciat.in §.Diui num.31. & latius in consil.113. num.1. cum sequentibus lib.9. quem ad vnguem sequuntur Paris. in cons.43.nu.22.23.& 24.vol.3.Roland. in cons.9.num.18.vers.tertio respondetur vol.5.& Soc.Iun.in cons.49.nu.21. vol.3. quos recentiores breuitatis causa volui recensere, quia ipsi afferunt vetustiores. Et porro in casu nostro prohibitio non modo facta non est fideicommissario, nec cautum est bona conseruari in familia, sed potius expresè dictum est, vt bona penès fideicōmissarium sint omninò libera, absque vllo vinculo, vel restrictione quibus verbis nō solum tollit disputationem, sed annuit suam voluntatem se in hoc conformandi cum eo, quod in hoc casu iura disponunt.

Similiter quo ad erectionem maioratus ve-
91 rum est, quod non detrahitur trebellianica à re particulari restituenda, quia res ipsa corrumperetur l. Titia seio §. seia libertis ff. de leg.1. prout declarat Mantic. in dicto titulo 12.num.20. in principio eademque ratione non detrahitur à maioratu qui destinatione constituentis est indiuisibilis, ne per detractiones euanescat, prout declarat Molin. de Hispan. primogen.lib.1. cap.17. num.18. sicut in bonis perpetuò remāsuris in familia latè tradit Marcus Mantua in cons.291.num.10. quem refert, & sequitur Gabriel. in dicta conclus. 9. num.7. Licet in hoc multi contradicant dicentes conseruationem verificari in cæteris bonis facta prius detractione, vt per Mant. in dicto titulo 12. nu.29. inclinat. Gregor. Lop.in l.6. tit.11. par.6. in verbo *que no lo pudiesse vender* Perall.in l.3. §. qui fideicommissum nu.37. & 38. ff. de hæred. instit. Sed in casu nostro sumus in claris, quia testator, qui pro filijs eorumq; descendentibus maioratum erexerat illud in casu restitutionis expresè extinguit, nec vlla bona iubet in familia cōseruanda in quibus verbis non modo tollit illas disputationes, sed videtur expresè trebellianicam permittere sicut paulò ante in illis alijs verbis ponderauimus.

Hoc in loco congruit cōmemorare, qđ vbi
92 expresè trebellianica non prohibetur, qui vult prohibitionem ex alijs dispositionibus elicere oportet verba adducere ad hoc adeo clara, vt alium habere intellectum nullo modo possint, ita Oldrad. in cons.248. circa finem vers. ad quartam quæst. Roman.in cons.79. benè Paul.in auth. sed cum testator C. ad trebellianum num.2.vers.ego autem latè Mantic. qui cæteros affert in dicto titulo 12. in principio, & num.10. Vnde non sufficit dicere quod restituat omnia bona,

bona, vel pleno iure, quia ficut bona dicuntur deducto ære alieno fic intelligitur restiturio facta detractione quam lex permittit, vt per Oldrad. in dicto cōsil. 248. in 4. quæst. Capr. in consil. 83. num. 10. Cæphal. in conf. 262. num. 36. & adhuc ex eadem ratione fi diceret totam hæreditatem sunt opiniones, hinc inde, vt latè per Ant. Gabriel. in dicto titul. ad trebell. concluf. 3. & 6. quæ non oportet discutere cum non adsint talia, & in dubio nunquam est intelligenda prohibitio quæ vnico verbo fieri poterat, & facta non est, prout ponderat Roman. in conf. 79. circa finem in vers. secus autem Dec. in conf. 257. circa finem in vers. quia cum possit Riminald. in conf. 324. num. 39. benè Rip. in l. centurio num. 49. Ioan. Anibal in repet. l. nemo potest num. 343. ff. de legat. 1.

Præsertim temporibus nostris dum viget stillus notariorum quo semper adijciunt istas prohibitiones quas in casu nostro iussu testatoris credere oportet nō fuisse appositas, imò apposuit potius ipse testator verba supradicta, quæ trebellianicam clarè permittunt. Quare dum sufficeret ex prædictis fideicommissum pro Ioanne Baptista esse controuersum, & sufficeret retentiones esse disputabiles nos autem ipsius Io. Baptistæ exclusionem, & nostras retentiones fundauimus esse indubitatas nulla porro ambiguitas remanere potest circa petitam immissionem declarando Philippum hæredem Stephani ab intestato ex persona Cæsaris cuius est hæres ex testamento, & proinde immittendo ipsum Philippum in possessionem dictarum hæreditatum Stephani, & Cæsaris, comprehensis etiam bonis à Baldaxare ad eos peruentis cum eorum augmento. Deo Gratias.

Subsequitur sequens Additio.

SVMMARIVM.

1 *Fratres naturales ex parte patris tantū, vel matris coniuncti ad inuicem succedunt, cessante concursu legitimorum vel ex vtroque latere coniunctorum, & num. 11.*

2 *Ciuilitas per incolatum acquisita nullo modo tolli potest.*

3 *Ciues dicitur quilibet tàm in loco vbi per decennium incolatum fecit, quàm vnde originem trahitur.*

4 *Ciuilitas ad hoc, vt per incolatum acquiratur, requiritur incolę animus ibi permanendi, nec sufficit si ibi studendi causa, aut aliud faciendi accessit.*

5 *Ciuilitas originis in contradictorijs ciuilitate incolatus est potentior.*

6 *Præcedentia declarant sequentia.*

7 *Frater vbi de iure communi excluditur à successione fratris naturalis, hoc procedit tàm si ipse esset naturalis quoque, quàm si legitimè esset natus.*

8 *Iuris dispositio in vtroque militat, quando in vtroque militat, eadem ratio.*

9 *Naturalis sicut non succedit legitimo, ita nec è contra quia successio debet esse reciproca.*

10 *Statutum in dubio non præsumitur corrigere ius commune, sed iuxta regulas iuris communis regulari debet, ac intelligi.*

12 *Legitimati qualitas eo ipso quod primo descendenti applicari non potest, nec alijs sequentibus applicari permittitur.*

13 *Fideicommissum reuocatum censetur per capitalem inimicitiam superuentam, vnde res fideicommissaria remanet grauato.*

ALLEGATIO LXII.
Pro eodem.

In Dei Nomine Amen.



Dictum est in Allegationibus in hac reclamationis causa per me scriptis, & Dominis Iudicibus tradditis, qualiter in decisione præsentis reclamationis seruādus est ordo assignatus per bina decreta

Sacro Consilio. Nempè vt decidatur si Philippus hæres Cæsaris ex testamento est similiter ex persona Cæsaris hæres Stephani ab intestato. Et subsequenter si ex hoc immittẽdus est Philippus in possessionem vtriusque hæreditatis.

Quod Cæsar tamquam hæres Stephani fecerit plures actus aditionis ab intestato patet per testes, & per scripturas, & hoc sufficere diximus in allegat. in 3. conclus. in vers. si ergo Philippus. Quod autem illa hæreditas Stephani spectabat ad ipsum Cæsarem fundatum est tàm vigore legitimationum, quam etiã circumscriptis legitimationibus.

Vigore quidem legitimationum quia non sunt restrictè, & proinde conferunt successionem etiam contra testamentum ex latè deductis in 3. cõclus. sub cap. 2. ar. 3. Sed respectu successionis ab intestato, quod omninò comprehendatur quantumuis successio ad alterius voluntatem restricta esset. Firmant apertissimè Surd. Couar. Alciat. Ias. & reliqui positi sub conclus. 3. in vers. Nec est considerabilis. Et in hoc non reperitur Doctor qui contradicat.

Imò in casu nostro successio ab intestato est magis clarè expressa per exceptionẽ in concursu descẽdentium legitimorum hæredum ex testamẽto, vel ab intestato, quod quidem firmat successionẽ ab intestato in alijs casibus citra hunc cõcursum, vt in d. 3. conclus. in vers. & adhuc.

Quam considerationem videns pars esse inevitabilem vellet literam corrumpere dicendo quod Rex excipit præiudicium descendentium qui deberent esse hæredes ex testamento, vel ab intestato.

Hæc responsio est satis mendicata, nec potest subsistere. Primo, quia corrumperet literam. Secundo, quia non datur casus hæredis necessarij ex testamento. Tertio, quia præsupponeret verba præcedentia nõ dare successionem ab intestato quod esset contra omnes Doctores. Quarto, quia concessio in corpore esset contraria petitioni paternę, & summario eiusdem legitimationis, in quibus legitur (*para heredar*) quod quidem verbum cõprehendit omnem successionem, & specificè illã ab intestato, vt in lege Tauri 9. & 12. Et diximus in dicto 3. art. in vers. Et similiter in peritione.

Cum ergo ex legitimationibus habeamus successionem ab intestato adeo claram, satis fuit ex abundanti attingere eandem successionem etiam circumscriptis legitimationibus. Et hoc tàm de iure cõmuni, quàm vigore legum Hispaniæ. Et pars aduersa nihil habens cõsiderabile aduersus legitimationes inuehit saltim aduersus successionem de iure communi, & Hispano respectu naturalium qui non sunt legitimati, ad hoc etiam ponderans statutum Genuense.

Et licet hæc sit disputatio extra causam, dum satis sufficiunt legitimationes, tamẽ vt cognoscatur validè subsistere etiã hoc quod ex abundanti ac ferè per transennam dictum fuit in 3. conclus. in versic. Idemq; aduerto, quod de iure commu-

1 ni iam dixi esse nimis disputabile num fratres naturales coniuncti ex patre tantum succedant ad inuicem absq; concursu legitimorũ, vel coniunctorũ ex vtroq; latere, prout Doctores hinc inde refert thesaur. quæst. forens. lib. 1. quæst. 22. Et ipse inclinat pro nobis. Sed dixi etiã quod apud nos est indubitáter recipienda hæc opinio quæ fuit recepta, & approbata in illis legibus Hispanis compilatis per illos Reges prudentissimos de cõsilio peritiorum illius temporis quod quidem præsertim apud nos eidem coronæ subiectos plus habet momenti quã quęlibet aliorum Doctorum authoritas, siuè aliorum tribunaliũ decisio, argum. text. in cap. in causis, vbi Abb. num. 3. de sent. & re iud. Dec. in rubr. de rescrip. post Bar. & reliquos in l. omnes populi ff. de iust. & iur.

Dixi etiam quod illa lex Hispana quæ est l. fin. tit. 13. par. 6. & Couar. & Gomes. inquiunt illam esse iustissimam, & in viridi obseruantia. Illa inquam non solum

tanquam

tanquam approbans opinionem veriorē de iure communi, sed etiam de solo rigore iuris Hispani est omninò seruanda in personis Stephani, & Cæsaris nati in Hispania, vbi etiam pater per annos 40. fuerat commoratus, ibique domos emerat, & construxerat, & ibi tandem testa-
2 tus, & vxoratus decessit. Primo enim loco describitur ciuilitas Natiuitatis in l. 1. ff. ad municipal. in l. ciues C. de incol. lib. 10. in l. municipes, ff. de verb. signif. quæ originis veritas, nec recusatione, nec mendatio, neque aliter tolli potest l. assumptio in princ. ff. ad municipal. l. origine. C. de municipijs lib. 10. Nec si per mille annos alibi moraretur, vt latè probat Boer. in decis. 13. num. 3. 4. & 5.

Dicit autem pars aduersa quod licet ciuili-
3 tas originis tolli non possit, tamen addi potest ciuilitas domicilij, vt sic in vno loco remaneat ciuis ratione originis, in alio ratione incolatus l. 1. C. de municipijs lib. 10. Ad quod dupliciter respōdetur.

Primo, quod ambo isti fratres viuebāt hinc inde nam Cæsar nupsit Genuæ, & cum vxore venit Neapolim vbi commorabatur, & mortuus est. Et Stephanus de cuius hæreditate nunc agimus similiter fuit occisus extra Genuam, & in Ciuitatem Genuæ ductus fuerat à Dominico Patruo, & Tutore, vt sua protectione moribus, & virtutibus incumberet quæ
4 habitatio ad alium finem nihil ponit in esse l. huiusmodi S. legatum, vbi Doctor. ff. de legat. 1. Imò nec contrahi poterat domicilium ex habitatione nisi cum expressa voluntate ad hoc l. priuilegio, in verbo voluntate vbi glos. C. de incol. lib. 10. l. domicilium vbi etiam glo. ff. ad municip. Quæ voluntas non modo non est probata, nec esse poterat in pupillis, sed potius in ipsis pupillis ad quorum beneficium fauorabiliora præsumuntur, & in ipso tutore qui tenetur vtilia facere, præsumenda est voluntas conseruandi ciuilitatē Hispanam quæ in specie in hac successione ab intestato fauorabilior est, & genericè sic æstimatur, vt post multa seruitia per benemeritos prætēdi soleat.

Secundo respōdetur quod etiam vbi adesset
5 talis concursus originis, & incolatus tamen in contradictorijs prævalet ciuilitas originis, prout est glos. in dicta l. 1. C. de municip. in verbo muneribus, & est tex. in l. Libertus S. præscriptio, vbi glo. in verbo potior ff. ad municip. & in specie in legibus contradictorijs attēdi potius legem originis firmat Roman. in cōsil. 39. in fin. post Alber. in l. cunctos populos, C. de summ. Trinit. & fid. Cathol. qui sub num. 25. per totum, & præsertim in vers. verius vbi loquitur de successione ab intestato cum alijs latè relatis per Tiraquell. de iure primogen. quæst. 46. num. 13. & 22. Vel saltim vna quæque lex procederet in bonis suæ iurisdictionis, vt per eundem ibi num. 1. cum seq. & latè Ias. qui loquitur de successione secundum statutum Genuense Ias. consil. 163. in princ. vol. 2. sed præcedens opinio verior est, & apertis iuribus confirmatur.

Nec tamen omittere possumus qualiter statutum Genuense quod pars allegat potius facit pro nobis expresse vocando naturales ad inuicem ad successionem, ipsius namque statuti verba sunt hæc.

Naturali ex quocumque coitu non legitimè nato decedenti ab intestato sine descēdentibus natis ex se de legitimo matrimonio, & similiter descendentibus à naturali etiam legitimis decedentibus ab intestato sine descendentibus ex se de legitimo matrimonio succedant descendentes, ascendentes, agnati, & alij vocati in statuto de successoribus ab intestato secundum suos gradus perinde, ac si naturalis esset legitimus, & de legitimis nuptijs natus.

Ex quibus verbis statuti infertur in hoc casu admitti fratrem consanguineum tantum ad successionem naturalis defuncti cessantibus descendentibus, & ascendentibus, vel vti agnatum expressè in eodem statuto vocatum cum frater consanguineus agnatus sit S. primo instit. de legit. agnat. success. vel ex quo in eodem statuto

turo vocātur fratres defuncti siuè vtrinque coniuncti, siuè ex patre tantum.

Secundo infertur (& in hoc consistit punctus) quod talis frater consanguineus siuè alij coniuncti admittuntur ad successionem naturalis defuncti vigore prædicti statuti, tàm si ipsi successores sint nati ex legitimis nuptijs quam si sint naturales qui in vtroque casu naturaliter tantum, naturali decedenti coniunguntur quod fundatur ex infrascriptis.

Primo ex eisdē statuti verbis in qbus disponitur quod naturali decedenti sine legitimis descendentibus, vel descēdentibus à naturali decedētibus sine legitimis descendentibus succedant descendentes si ergo ponit casum in decedente sine legitimis descendentibus, & statuit succedere descendentes ergo intelligitur vocare descendentes naturales quia alias implicaret contradictionem, & proinde quando vocat postea ascendentes agnatos, & alios censetur vocare similiter na-

6 turales eodem modo coniunctos quia per præcedentia declarantur sequentia, l. si seruus plurium § fin. ff. de leg. 1.

Secundo probatur ex quo in eodem statuto vocantur agnati, & sic cum vigore eiusdē statuti detur agnatio quo ad naturalem etiam ad finem succedendi, cessat ratio Doctorum tenentium de iure communi quod inter fratres naturales ex parte patris tantum nō detur successio qui omnes vnica tātum ratione mouentur ex quo cum naturali de iure cōmuni non datur agnatio. ex qua ratione etiam concludunt non competere successionem etiam agnatis legitimis ex parte patris cōiunctis naturali defuncto, vt latè per Gasparem Antoniū Thesaur. vbi supra. Cum ergo vigore prædicti statuti detur agnatio, & successio eius vigore propterea cessat opinio eorundē Doctorum tenētium contrarium ex prædicta ratione in hoc casu cessante ut supra.

Tertio cōprobatur ex quo eodem modo coniungitur naturalis naturali, quemadmodū legitimus naturali qui omnes eo-

7 dem vinculo naturali tantum cōiunguntur, de iure enim quando frater naturalis excluditur à successione alterius fratris naturalis prædefuncti vtique idem excluditur etiam si esset legitimè natus, vt punctualiter declarat Guglielm. de Bened. in cap. Raynald. in ver. & vxorem in 5. decis. num. 144. vers. sic è contra, & Aret. in §. vulgo quæsitos num. 3. circa med. versic. primo casu instit. de success.

8 cognator. si ergo eadem causa coniungit & militat in vtroque ergo debet militare eadem iuris dispositio etiā si in vno magis quā in altero militaret, vt plenè post alios probat Tiraq. in l. si vnquam in ver. libertis num. 64.

Quarto adducitur ratio ab absurdo euitādo

9 si enim mentē statuentium interpretaremur quod voluerit admittere legitimè natos tantummodò, ad successionem naturalis defuncti sequeretur maxima iniquitas, & inæqualitas quia legitimè natus admitteretur ad successionem naturalis defuncti ipse vero naturalis, excluderetur à successione legitimè nati, quod nullo modo est dicēdum maximè in materia successionis quæ omninò de iure debet esse reciproca, vt in §. filium vero vers. sicut. in auth. quib mod. nat. effic. sui per quem tex. ita alios allegans probat Couar. in proprio puncto in titulo de success. ab intest. in fin. vers. 13. concl. & plenè Gomes. in l. 9. Tauri nu. 50

10 vers. & in specie. Et statutum non intelligitur in dubio corrigere neque cōtradicere iuris cōmunis dispositioni l. præcipimus in fin. & ibi glos. C. de appellat. sed regulari debet iuxta regulas iuris cōmunis secundum quas est intelligēdum, vt latè probat Tiraq. de retract. par. 1. §. nono, glos. 2. num. 65.

Quinto confirmatur, nam si per hoc statutū ad successionem naturalis defuncti admissi censerentur tantummodò legitimè nati, sequeretur alia correctio iuris com-

11 munis per quod frater naturalis succedit alteri fratri naturali vtrinque vel ex parte matris coniuncto, vti pbat Aret. in dict.

dict. S. vulgo quaestos nu. 3. vers. aut de his, & circ. fin. vers. secundo casu, & vers. tertio casu, & Gugliel. de Bened. in dict. ver. & vxorem decis. 5. num. 144. vers. aut vterque, & generaliter in omnibus naturalibus coniunctis ex parte matris, vt succedant naturalibus defunctis latè probat Couar. tract. de sponsal. 2. par. cap. 8. S. 5. nu. 19. Imò etiam inter duos spurios ex parte matris coniunctos dari successionem latè post Affl. & alios probat, & pluries per S. C. decisum refert Praes. de Franch. decis. 238. cum ergo attenta partis interpretatione ad praedictum statutum sequeretur quod praedicti per ius commune admissi censerētur exclusi omni iure talis interpretatio siuè subauditus intellectus per quem iuris correctio induceretur reijci debet, vt per Surd. post alios quos allegat in decis. 239. num. 4.

Non obstat modo pōderatio facta per partem ad verba praedicti statuti in illis verbis, & alij vocati in statuto de successionibus ab intestato dicit enim pars quòd cum per hoc statutum vocentur ij qui erant vocati in statuto de successionibus ab intestato, vbi vocantur legitimi cum ibi de legitimorum successione tractetur, vt in finalibus verbis eiusdem statuti proinde infert quòd cum relatum sit in referente, in hoc statuto de successoribus naturalibus legitimè nati tātum vocati censeantur.

Ad quod obiectum faciliter respondetur, quòd illa verba intelliguntur, & intelligi debent hoc modo scilicet quòd post descendentes ascendentes, & agnatos naturalis defuncti vocentur alij in vlterioribus gradibus existētes eo modo, prout vocati fuerunt successores legitimorum in praedicto praecedenti statuto, & propterea adduntur illa verba succedant alij vocati in statuto praedicto secundū suos gradus, ac si naturalis esset legitimus, & sic ista relatio ad praecedens statutum censetur facta respectu graduum, & ordinis successionis positi in praedicto praeced. statuto, quod confirmatur ex quo illa verba, & alij vocati in statuto de successionibus ab intestato non referuntur ad descendentes ascendentes, & agnatos qui specialiter enumerati fuerunt in praesenti statuto, sed cū laboriosum fuisset, & prolixitas magna iterum referre, & enumerare omnes alios coniunctos, & gradus enumeratos in illo statuto conueniens fuit, vt statuentes breuiter atque vno verbo se expedirēt proferendo illa verba, & alij vocati in praedicto statuto secundum suos gradus.

Qui intellectus de necessitate recipiendus ex praedictis quinque rationibus maximè ex primo fundato in verbis eiusdem statuti, vbi descēdentes naturales primo loco absque dubio uocati censentur per
12 supradicta, & proinde per illa uerba sequentia, & alij uocati in statuto praeced. quatenus ad omnés praedictos uocatos referrentur eo ipso, quòd nō potest applicari qualitas legitima in descendentibus primo loco uocatis, nec ad alios sequentes applicari poterit ex regula tex. in l. iam hoc iure cum concord. ff. de vulgar. & pupill.

Et ne desit punctualis decisio, ita in casu similis statuti Florentini pro absoluto habet Io. Baptista Lupus, in tract. de illegitim. & de natal. restit. lib. coment. 1. S. 2. n. 4. 5. 6. ubi postquam in d. nu. 4. & 5. dixerat de iure communi naturales non succedere agnatis ex parte patris tantū, numero sequenti, dicit hanc disputationem cessare Florētiae vigore statuti eiusdem Ciuitatis cuius verba formalia, ibi refert quae per omnia continent, idem quod continet supradictum Ianuense statutū quod omninò est praed. & modo interpretandum vt euitetur correctio iuris, & inaequalitas, vt supra licet haec disputatio non esset necessaria stante quod praedicti fratres sunt Hispani, & stante legitimatione, vt supra.

Patet ergo quod omninò Philippus expersona Caesaris declarandus est haeres Stephani ab intestato, & consequenter non

potest

potest ipsi Philippo hæredi Cæsaris ex testamēto denegari immissio in vtramq; hęreditatem, siuè quia Stephani hæreditas comprehensa erat in hæreditate Cęsaris, siuè quia spectabat ad illum sicut clarè fundatum est in 4. conclus.

Nec potest dici immissionem esse frustratoriam dum proponitur aliqua detractio etiam disputabilis, vt in 5. conclus. in 2. cap. in vers. quæ omnia, & in casu nostro satis clarè liquet quod circumscriptis legitimationibus competit prima detractio bonorum absq; vinculo. Secunda illius quinti hæreditatis in quo, & in filijs non legitimatis nō potest pater apponere vinculum, vt per Gomes. ad l. Taur. in l. 9. cum seqq. num. 42. Tertia est detractio trebellianicæ de qua in fine allegationum.

Cū legitimatione vero probatum est tanto fortius deberi trebellianicam quam pater nec voluit nec potuit prohibere, & similiter omninò deberi legitimam ex vi legitimationis in hoc non restrictę, & fortius addita dispositione patris qui in legitima neque potuit, neque voluit grauare.

Ac denique apertissimè est ostensum Ioan. Baptistam nihil penitus iuris prætendere posse ex fideicommisso cuius vigore intendit impedire immissionem, nam luce clarius est responsum illud fideicommissum pro se suisue fratribus haberi pro non scripto, vt in 5. cōclus. in 1. cap. Cui oppositioni adeò validè non valens aliquo pacto de iure respondere prorumpit ad verba dedecentia, quæ omninò Philippus paruipendit. Intentat etiam confundere terminos, & hoc non est permittendum.

Nam quatenus dicit Philippum esse Fisci coadiutorem nimis fallitur, quia fiscus venit quando post acquisitionem fideicommissi perpetratur offensa, nam tunc

11 in pœnam auocat fiscus ab illo, sed in casu nostro ante acquisitionem per mortem Stephani, vel Cæsaris patrata est offensa quæ tàm ob conditionem non impletam quàm ex præsumpta mutatione voluntatis facit illam dispositionem haberi pro non scripta, & sic bona remanserunt libera apud grauatos sic specificè distinguit Bart. in l. 1. circa fin. ff. de his quibus, vt indign. & in l. si inimicitiæ in vers. quæro eod. tit. Bald. in l. his consequenter in 2. lect. in finalibus verbis, ff. famil. Hercisc. & in l. fideicommissum, vbi post glos. notat de offensa post mortem C. de fideicommiss. latè Dec. in l. 1. num. 10. vers. & in ista, & num. 11. C. de secund. nupt. Et sunt verba clara tex. in dicta l. si inimicitiæ, vnde hoc casu inquit Ba. in l. si ab hostibus in §. si vir in finalibus verbis ff. solut. matrim. quod in hoc casu substitutus nō est vocatus, & ademptum censeri inquit expresse Iurisconf. in l. 3. §. fin. ff. de adim. legat. Et sic omnia adducta per partem respectu auocationis à fisco procedunt in casu suo nempè post acquisitionem.

Similiter vult confundere cum doctrinis adductis per Boer. in decis. 25. quæ loquuntur in successione ab intestato quo casu vno offendente succedunt alij qui coniuncti sunt defuncto ex propria persona, sed in casu nostro sumus in successione prætensa ex testamento Baldaxaris qui grauauit institutos ad beneficiū substitutorum. Cum ergo substitutus offendendo fecerit hanc substitutionem haberi pro non scripta sequitur, vt bona remanserint libera apud institutos, & successiuè transeunt ad eorum hæredes. Et sic procedunt theoricæ supradictæ cum reliquis in allegationibus in quibus deductum est sufficere non modo mortem filij, aut grauem offensam ex doctrina Bart. in l. ex parte ff. de adimen. legat. Sed etiam valdè minorem, nam relicta fiunt beneuolis, nō autem quoquo modo offendentibus. Et idem esse in fratribus offensoris ex Loaz. Pistor. Mant. & Peregr. quibus quatuor addimus Socc. in cons. 37. num. 6. vol. 3. & Surd. decis. 41. num. 8. & prius, & postea absque contradictore, & fortius, vbi eadem bona peruenissent ad offensorem, & sufficere offensam siuè in vita, siuè

post

post mortem, ex quibus omnibus in allegationibus benè probatis resoluuntur omnes æquiuocationes partis aduersæ quæ si filium Baldaxaris occidendo bonam partem adhuc retinet Baldaxaris hæreditatis, posset magis æquo animo ferre, vt illorum fratrum defunctorum hæreditas ad eorum auunculum eorũq; consobrinos fratres perueniat qui illos omni amore, & affectu sunt prosequuti. Deo Gratias.

Euentus legitur in Allegatione sequenti. Mecum scripsit etiam Regius Consiliarius Rouitus, & euentum refert in consil. 45. Pro Cataneo scripsere multi. Impressa leguntur Consilia Amati, Sfortiæ, Oddi, & M. Antonij Pellegrini inter Consil. ipsius Amati 1. 2. & 3. Quæ omnia legi deprecor, & ponderari.

SVMMARIVM.

1 *Sententia in possessorio lata non parit exceptionem rei iudicatæ in petitorio, & numero 17.*

2 *Immissio in possessionem vigore testamenti dicitur possessorium summarium, & etiam nemine citato, peti, & concedi potest. Nec alteratur ex mentione petitorij ad adiuuandum possessorium, num. 6. & 7.*

3 *Fideicommissarius vigore fideicommissi non potest impedire iudicium possessorium immissionis, licèt incontinenti vellet probare de iure suo num. 4. præsertim ex fideicommisso conditionali, numero 5.*

8 *Libellus continens possessorium, & petitorium, potest postea declarari, vel suspendi. Porrectus verò in possessorio sic debet intelligi, etiam impropriando verba importantia petitorium num. 9. Præsertim cum declaratione libellantis, num. 10. Et tanto magis vtriusq; partis, num. 11.*

12 *Causa appellationis, vel reclamationis continet idem quod prima instantia continebat.*

13 *Libelli forma in petitorio, vel in possessorio, vel in vtroque gradatim declaratur. Et circa petitionem hæreditatis, num. 14. Et petentis hæreditatem vigore fideicommissi, num. 15. & 16.*

18 *Possessorium est iudicium, quamuis in eo discutiatur petitorium ad adiuuãdum possessorium.*

19 *Iudex delegatus est Regius Consiliarius, & proinde non prouidet vltra commissã, & num. 27.*

20 *Iudex appellationis, vel reclamationis non cognoscit nisi decisa in prima instantia. Et ea in quibus est datus terminus num. 21. Et ea quæ sunt petita num. 22. cum seqq. Et in specie si est deductum possessoriũ non iudicat petitorium, num. 27.*

22 *Sententia debet intelligi in eo in quo processus est compilatus alias esset nulla, num. 27. & 28. & 34. Nec debet retorqueri pro condemnato nu. 23. Nec si pro vno negat affirmat pro alio, sed bene è contra num. 24. Et quando parit exceptionem rei iudicatæ num. 25.*

29 *Libelli qualitas cognoscitur, & diiudicatur ex eius conclusione. Potest declarari, vel suspendi in aliquo capite vsq; ad conclusionem num. 30. Et etiam in secunda instantia num. 31.*

32 *Immissio principaliter fundatur ex iure alicuius retentionis, & retẽtio ad hunc finem censetur deducta non autem pro faciendo iudicio in proprietate.*

33 *Hæreditas est ius vniuersale, Trebellianica est quarta illius, & legitima est quota bonorum.*

35 *Sententia in iudicio vniuersali non potest ferri in certa summa, quæ constare debet etiam vbi sumus in iudicio particulari, alias est nulla, num. 36. Sicut etiam est nulla si continet repugnantiam, & perplexitatem num. 37.*

38 *Immissio nõ impeditur per fideicommissarium quantumuis certum, ipse enim debet recipere de manu hæredis non è con-*

contra, & num. 39.

40 *Nullitatum discussione pendente nihil prouidetur, nec etiam articulus num competat appellatio, vel reclamatio.*

41 *Reclamatur, vbi sententiæ non sunt conformes, & quomodo intelligitur conformitas.*

43 *Silentium perpetuum quando imponitur, vel censetur impositum.*

44 *Appellationi in dubio est deferendum, & iudicandum ei locum esse.*

ALLEGATIO LXIII.

Pro Philippo Spinula.

In Dei Nomine Amen.

Philippus Spinula dum egit iudicio possessorio petendo immitti in possessionem omnium bonorum Cæsaris, & Stephani Catanei, & consequenter bonorum quondam Baldaxaris eorum patris, & per duas sententias licèt difformes fuerit prouisum non esse locũ immissioni petite dixit de nullitate prædictæ secundæ, & eas proposuit. Et quia sua interest, etiam si obtinuerit circa nullitatem prædictæ sententiæ, obtinere similiter in iudicio petitorio. Propterea porrexit supplicationem petẽdo declarari omnia bona prædictorum Cæsaris, & Stephani, & consequutiuè omnia bona remansa in hæreditate quondam Baldaxaris eorum patris ad ipsum spectare penitus excluso Ioan. Baptista Cataneo, tanquam incapace respectu substitutionis factæ per prædictum Baldaxarem, qui in tribus ex quatuor partibus suæ hæreditatis instituit prædictos Stephanum, & Cæsarem, eisque morientibus sine liberis substituit Dominicum Cataneum eius fratrem, si viuus reperiretur, si autem præmortuus reperiretur substituit filios, & hæredes eiusdem Dominici est autem incapacitas ex illa ratione, quod necauit prædictum Stephanum filium, & hæredem prædicti Cæsaris.

Respondet Io. Baptista qđ prædicto Philippo obstat exceptio rei iudicatæ.

Ad hoc replicat Spinula. Primo, quod prædictum iudicium per ipsum motum, & iudicatum per prædictas duas sententias fuit super iudicio possessorio summario vigor. l. fin. C. de edict. Diu. Adr.

1 toll. Et propterea sententia, vel sententiæ latæ in possessorio non præiudicant, neque patiunt exceptionem rei iudicatæ in petitorio l. & an eadem §. fin. cum concord. ff. de except. rei iudic.

Et quod fuerit iudicium possessorium benè probatur ex verbis primæ supplicationis, vbi petijt immitti in possessionẽ bonorum Cæsaris vigore testamenti in quo ab eo institutus fuit vigore l. fin. C. de edict. Diu. Adr. toll. quod iudicium

2 non solum dicitur possessorium, sed dicitur possessorium summarium, vt probat Bar. & alij in ead. l. fin. num. 14. Peregrinus alios allegans in tract. de fideicommifs. art. 48, num. 56. Et potest peti, & concedi nemine citato, vti ait Bar. ibidem nu. 16. plenè Menoch. in 4. remedio adipiscen. num. 458. Peregr. in dicto art. 48. num. 25.

Hoc idem cõfirmatur ex secunda petitione in qua facta mentione prædictæ supplicationis, & petite immissionis in possessionem bonorũ Cæsaris, exposuit quod etiam debet immitti in possessionẽ bonorum Stephani eius fratris, cuius hæreditatẽ ipse Cæsar acceptauit, & inquit ita petere, iuxta prædictam supplicationem oblatam, & quatenus opus est de nouo petit esse immittendum, & in conclusione prædicti libelli, seù petitionis dicitur. Petit propterea super petita immissione prouideri, &c.

Neque primo obijciatur quod in prædicta petitione dicatur non obstante fideicõmisso, quod sibi nullo iure obstare poterit, vt sic videatur deductum petitoriũ exclusionis fideicommissi.

Ad hoc enim respondetur, quod prædicta

verba

verba non obstante fideicommisso important ordinem iudicij, scilicet quod fideicommissarius prætendens fideicommissum non potest impedire iudicium
3 possessorium immissionis, neque potest impedire hæredem, quin non obstante obiectione fideicommissi immittatur in possessionem bonorũ pro quibus fideicommissarius in iudicio ordinario tenetur agere cõtra hæredem prius effectum possessorem l. filiam fratribus, & ibi Bar. nu. 1. vers. dic ergo Paul. de Castr. nu. 2. Angel. nu. 1. vers. & sic patet Alex. nu. 3. & in ve s. tu distingue. ff. ad trebel. & in l. hæres cum debuerat, ff. eod. tit. Bar. in d. l. fin. num. 22. ibi aut fideicommissarius non possidet Alberic. nu. 15. vers. si autẽ non possidet Paul. de Castr. n. 13. Alex.
4 num 24. Dec. nu. 48. dicens id procedere etiam si de iure suo fideicommissarius incontinenti probare intenderet, ita cõcludens cum Paul. de Castr. & Alex. firmat Menoch. in d. 4. remedio adipiscẽd. num. 632. & num. 556. vbi alios allegat, & nu. 630. vers. primus casus, & ita Dec. in cons. 84. nu. 1. vers. secundo quia non obstat Parisius cons 54. nu. 6. volum. 3. Curt. in d. l. fin. num. 77.

Secundo replicatur, quod quando fideicõmissum non est purum, sed cõditionale,
5 (prout in præsenti causa) & fideicommissum controuertitur tali controuersia, nõ solum non calumniosa, sed iusta, interim hæres mittendus est in possessionem, vti allegans Riminaldum Iuniorem in cons. 729. num. 13. vol. 6. inquit Peregr. in d. art 47. num. 72. & proinde ritè, & rectè dictum fuit non obstãte fideicommisso, quod nullo iure obstare poterit.

Tertio respondetur quod in omni iudicio tàm ordinario, quàm possessorio attenditur conclusio, & licèt fortè fieret mentio de proprietate, vel petitorio adhuc attẽdenda venit conclusio super posses-
6 sorio tantum, & non alteratur ex mentione petitorij, vti inquiunt Bal. in l. domum num. 1. in fin. C. de rei vendic. & Abb. in cap. ex parte nu. 3. de foro competet. & Ant. de Butr. Paul. de Castr. & alibi quos allegat, & sequitur Dec. ĩ cõs. 28. num. 3. & plenè Alex. in cons. 117. nu. 1. in fin. & nu. 2. & 3. vol. 2. & omnia verba
7 apposita in tali petitione sunt interpretanda, vt censeatur deductum possessorium, iuxta conclusionem vti plenè probat Iacob. Anton. de Mauro in cons. 29. num. 2. Et conclusio dicti libelli fuit super petitione immissionis, vt supra cum varijs clausulis, vt in nota facti circa nullitates plenè deducitur.

Quarto ad fundandum quod fuerit iudiciũ possessoriũ summariũ immissionis absq; vlla vmbra difficultatis ostẽditur, ex quo interposito decreto sub die 3. Octobris 1603. quod pro parte filiorum Dominici produceretur mandatum sufficiens, quo ad prædictum iudicium immissionis. Et fuisset producta quædam procuratio non sufficiens. Et per Sacrum Consilium fuisset interpositũ decretũ sub 23. Decembris 1605. quod stante mandato procurationis in actis præsentato procedatur ad vlteriora in causa, & proinde detur terminus iuris vtriq; parti ad probandum ipsis incumbentia.

Ab hoc decreto Spinula reclamauit ex duobus capitibus, primo quia mandatũ non erat sufficiens, secundo ex quo terminus datus sic simpliciter videbatur continere petitorium dum tantum tractabatur de iudicio possessorio immissionis vigor. l. fin. C. de edic. Diu. Adr. toll. & obtinuit Regiam decretationem vt verbum fieret.

Ex qua supplicatione cessat omnis disputatio. Aut enim est certum quod iudiciũ in secũda comparitione motum est possessorium summarium, & non cadit disputatio.

Aut est dubium, & in dicta supplicatione fuit declaratum ex parte actoris, quod intentauerat iudicium possessorium, & potuit facere, Aut posset prætẽdi (quod negatur) fuisse deductum iudicium pos-
8 sessorium mistum cum petitorio, & potuit recedere, & suspendere petitorium

ante conclusionem, & instare super prædicto possessorio tantū iura sunt expressa in cap. pastoralis cum concordantibus ibi allegatis per glos. & omnes extra de caus. possess. & propriet. vbi Imola sub nu. 6. vers. ex hoc nota dicit, & notat ex illo tex. procedere in possessorio adipiscendæ.

Quinto ad claudendum os partis dicitur, quod prædictum decretum S.C. fuit reuocatum, & per duo decreta S.C. fuit prouisum quod produceretur mandatū generale, & sufficiens, & fuit productum instrumentum procurationis factæ per Io. Baptistam in qua procuratione in sex locis apparet quod nō tractatur de alio, nisi de contradicendo immissioni bonorum petite per Philippum dicēdo vigore l. fin. C. de edic. Diu. Adr. toll. & sic non tractabatur nisi de iudicio immissionis, & de possessorio summario vigore d. l. fin. Dum in ea asseritur actio immissionis proposita per actorem, & contradictio ipsius Io. Baptistæ. Et postea fuit sequutum aliud decretum S. C. prædictum mandatū esse generale, & sufficiens tàm respectu hæreditatis Cæsaris, quàm hæreditatis Stephani, & proinde esse procedendum ad vlteriora in causa. Et sic ex prædictis decretis S. C. remanet declaratum prædictum iudicium fuisse, & esse merum possessorium summarium immissionis.

Sexto prædicta omnia comprobantur ex quinque, vel sex instantijs factis per Spinulam semper loquentem de immissione in possessionem bonorum vigore d.
8 l. fin. vt in nota facti, & consequēter apparet declarata intentio actoris volentis prosequi possessorium per plures replicationes, & proinde censetur possessorium intentatum, & hæc interpretatio
9 facienda est, etiam impropriando verba vti probat Soccin. senior in cons. 262. col. 1. vers. tertio, hoc idem patet 2. vol.
10 & declaratio libelli pendet à declaratione libellantis vti plenè scribit Ripa in l. naturaliter, §. nihil commune num. 134. cum seq. ff. de acquir. possess.

Similiter prædicta comprobantur ex quamplurimis responsionibus factis per dictū Cataneum in præsenti iudicio semper declarantem tractari tantum de iudicio possessorio vigore d. l. fin. & quod tracta-
11 batur de articulo Iuris, qui potuisset etiā expediri absque termino, vti in prædicta nota facti distinctè notātur, & sic acceptatio, & confessio partis litigantis facta in iudicio non potest aliquo modo controuerti l. vnic. C. de confess. c. fin. extra de confess.

Vlterius prædicta omnia roborātur ex forma Decretorum in prædicta causa interpositorum, primo in Decreto de anno 1610. fuit datus terminus circa petitam immissionem. Secundo ex Decreto sub Die 18. Ianuarij 1611. quod terminus alias datus currat super omnibus deductis, & petitis circa petitam immissionem in possessionem oppositis non obstantibus, & prædictum Decretum fuit cōfirmatum per Sacr. Consil. Et sic etiam ex forma prædictorum Decretorum prædicto Cataneo formam iudicij possessorij neganti obstat exceptio rei iudicatæ, respectu prædictæ primæ instantiæ. Et ex prædictis omnibus constat fuisse iudicium possessorium.

Respectu verò causæ reclamationis omninò
12 dicitur iddem iudicium possessorium propositum, tàm ex iuris dispositione, quàm ex actis in eodem iudicio factis. Nam de iure in causa appellationis, ac in secunda instantia censetur deductum idem iudicium, quod in prima instantia deductum fuit, vti probat tex. in l. ita demum, & ita expresè inquit ibi glos. in verb. agitur. vers. 2. nota. C. de procurat. & Abb. plenè in c. pastoralis de caus. poss. & propriet. num. 33. & 34. punctualiter, quod iudicium possessorium intentatum in prima instantia, censetur deductum in secunda. Et apparet ex actis, nam supplicatio reclamationis est interposita a prima sententia S.C. Et in ea datur terminus, nec quicquam additur sed ab vtraq;

parte

parte semper appellatur causa reclamationis in omnibus actis.

Nec obstat, si ex aduerso dicatur, quod Spinula ante conclusionem produxerit sententias Reipublicæ Ianuensis condemnantes Cataneũ de homicidio prædicti quondam Stephani, vnde videatur propositum petitorium. Et illud petitorium (dicit Cataneus) fuisse decisum in sententia dum Io. Baptista condemnatur ad soluendum Spinulæ duc. 15. mille pro omnibus prætensis per eum.

Nam respondetur, quod forma libelli hæredis instituti virtute d.l. fin. C. de edic. Diu. Adr. ponitur per Specul. in titul. de
13 testam. §. sequitur num. 28. & per Ang. Aret. in §. quadrupli. nu. 30. in fin. vers. vnde videtur procedere libellus, & n. 33. ver. qualiter formabitur libellus, vbi alios allegat. Instit. de action. quos & allegat, & sequitur Menoch. in d. 4. r. medio adipiscendæ, num. 485. dicentes formam libelli esse, peto me immitti in possessionẽ bonorũ omnium Titij, à quo fuit hæres institutus mediante testamento non cancellato, vigore l. final. C. de edict. Diui Adrian. tollen.

Forma verò libelli illius, qui agit petitione
14 hæreditatis in iudicio ordinario ponitur per Goffredum de libellis in titul. de petitione hæreditatis num. 6. & in titulo de actione vniuersali num. 1. & per Speculator in tit. de iudicijs §. 1. incip. vniuersalia nu. 1. 2. 3. 4. Abb. in c. 2. nu. 20. & 25. de libell. oblat. Angel. Arer. in §. actionum num. 77. vers. quæro. quomodo formabitur libellus, & Ias nu. 237. Instit. de actio. post alios per eos allegatos dicentes, virtualiter hoc modo ego hæres Titij ab intestato, vel ex testamento, peto me declarari eius hæredẽ eiusq; hæreditatem ad me spectare, & condemnari possessores bonorum hæreditariorum ad illa dimittendum, relaxandũ, & mihi restituendum vna cum fructibus.

Et forma libelli, eius, qui prætendit hæredi-
15 tatem vigore fideicommissi ponitur per Goffredum in d. trac. de libellis in titulo de fideicommissaria hæreditatis petitione num. 5. & per Specul. in d. titul. de iudicijs §. 1. incip. vniuersalia n. 9. & 10 virtualiter dicens, obijsse Titium qui instituit Scium eumq; rogauit, vt mihi restituat hæreditatem, vel talem instituit conditione adiecta, quæ fuit impleta, vel instituit, & grauauit hæredes ab intestato venientes, vt mihi hæreditatem restituat in toto, vel in parte, propterea peto condẽnari prædictos hæredes ad restitutionem prædictæ hæreditatis, & declarari ad me vigore fideicommissi spectare, & condemnari etiam possessores ad restitutionem bonorum hæreditariorum vna cum fructibus, & omnes prædicti Doctores in omnibus prædictis tribus formis libellorum allegant iura, & authoritates.

Hinc cognoscitur, quod iudicium motum per Philippum in prima instantia tàm fol. 1. quàm fol. 43. est merum possessorium summarium vigore d.l. fin. C. de edict. Diu. Adrian. tollen. & iuxta formã prædicti primi libelli, & idem modus agendi intelligitur deductus in secunda instantia vti superius probatum est.

Nunc ergo agit iudicio petitorio super petitione hæreditatis iuxta formam prædicti secundi libelli superius formati, &
16 adducti; Qui ferè ad literam ponitur per Menoch. de adipiscen. possess. remed. 4. num. 538. nempè gradatim, vt decidatur quatenus in possessorio non obtineret. Et petitur à Io. Baptista quomodocunq; detemptore, vt in l. regulariter ff. de pet. hæred. Ex quibus sequuntur duæ con-
17 clusiones. Prima quod non potest opponi exceptio rei iudicatæ vigore sentẽtiarum latarum in iudicio possessorio, aduersus iudicium petitorium, & ordinarium d.l. & an eadem §. fin. cum simil. ff. de except. rei iudic. Altera quod non potest dici, Cataneũ egisse vigore fideicommissi, cum penitus per ipsum non fuerit facta aliqua petitio iuxta formã prædicti tertij libelli, quæ petitio indiguisset commissione dum Regij Consiliarij

filiarij procedunt tanquam delegati, vt mox dicetur. Ex quibus etiam sequitur, quod sententia prædicta in fine illius cōdemnans Io.Baptistam ad duc. quindecim mille pro omnibus prætēsis per Philippum, censetur lata super petitis tantum, vel remanet nulla, sine libello, vltrà alias nullitates allegatas.

Nec obstat, quod ipse Spinula produxerit sententias prædictas Reipublicæ Ianuensis, & Lucensis.

Primo enim respondetur, quod ipse eas produxit ad finem magis roborandi suā iustitiam non ad finem mutandi suum iudicium possessorium, licet enim actori, vel conuento pro fundanda sua iustitia in iudicio possessorio adducere aliqua in petitorio, ex iusto titulo, & adhuc re-
18 manet iudicium possessorium, iuxta tex. cum ibi notatis in c. licet causam extra de probat. etiam si de petitorio cognitum, & discussum fuisset ad adiuuandam possessionem, vt plenè probat, & ita decisum ait Afflic. in decis. 7.

Secundo dicitur, quod in hac causa cessat omnis disputatio, quia prætēsio incapacitatis non potuit decidi in prima, nec in secunda sententia, & proinde non potest repelli exceptione rei iudicatę iuxta tex. in l. hæreditas matertere vers. 1. & in 2. responso C. de petit. hæred. si quidem in prima sententia solum dicitur non competere legitimam, nec trebellianicam, & proinde non esse locum petite immissioni, & sic per hanc primam sententiam fuerunt limitate decisa tria, scilicet legitima, & trebellianica, & immissio petita. A qua sententia cum fuisset reclamatum pro parte Philippi hoc tantum fuit com-
19 missum, & delegatum Commissario reclamationis, & propterea non potuit, nisi reclamationem tantum decidere, tum quia Consiliarij cum sint Iudices delegati non censentur, nec possunt excedere eorum delegationem, vt plenè probat Carau. super ritu 265. num. 28. consil. Rouit. super pragm. 2. nu. 24. de iurisd.
20 inuic. non turb. tum etiam quia cum tractetur de delegatione appellationis, siuè reclamationis quicunque Iudex etiā ordinarius in tali casu dicetur habere iurisdi ionē limitatam, & proindè non potest aliud iudicare nisi super decisis per primū Iudicem, prout post Bar. declarat Maranta in suo speculo par. 6. in verb. appell. num. 163. in fin. Guid. Pap. consil. 45. num. 2. & post Bal. declarat Rouit. in d. pragm. 2. num. 23. de iurisd. ad inuic. non turb. & Bal. notabiliter in l. per hanc num. 7. vers. cum ergo & vers. & breuiter C. de tempor. appellat. dicit quod in eo in quo non se extendit prima sententia non se extendit appellatio, & consequēter nec iurisdictio, Iudicis appellationis.

Atq; vlterius clarū est, quod nō potest fe-
21 ri sententia nec super alio debet censeri lata quam in eo super quo est datus terminus, & compilatus processus, vt latè per Gabr. consil. 47. nu. 21. vol. 1. proinde cum in hac secunda instātia terminus expressè datus sit in causa reclamationis, & super eo compilatus processus, sentētia postea lata non potest censeri terminasse nisi decisa in prima sententia, super cuius sententiæ reuisione tantum repetitur cōtestata lis, & compilatus processus alias esset nulla, vt declarat Bald. in d. l. fin. num. 1. C. de fideicom. libertatibus faciunt optimè adducta per Consiliarium de Anna consf. 19. num. 2. cum seqq. vbi quod sententia etiam generalis restringitur quo ad petita tantum.

Et sic illa vltima verba, quibus cōdemnatur
22 Io. Baptista Cataneus ad soluendum Philippo pro omnibus per eum prætensis debent intelligi quo ad prætensa, & petita per eum super quibus fuit compilatus processus nam super alijs non poterat iudicare, & sententia esset nulla, quia est impossibile quod sententia iudicet extra petita, vt latè per Io. de Amicis consil. 1. col. 2. & 3.

Item quia prædicta verba debent intelligi, vt potius limitent, verba præcedentia quæ confirmauerant prædictam senten-

tiam

tiam circa denegationem legitimæ, & trebellianicæ; & propterea non debent operari contrarium effectum, iuxta reg. tex.in l.legata inutiliter ff.de leg.1.& sic prædicta verba inducta in fauorem Philippi non debent operari cõtrarium effectum iuxta l. quod fauore ff. de leg.

23 Nec sententia condemnatoria alicuius debet interpretari,& retorqueri pro cõdemnato l.euidenter ff.except.rei iudic. Gabriel.conf.35.num.4. vol.2. Io.Vincentius de Anna alleg.48. num. 18. & Consiliarius de Anna eius filius d. consil.19. num.15. Nec dicatur quod sententia excludens filiũ includit Cataneũ, nam tale argumentum nõ procedit, imò oportebat iudicari ad beneficiũ Io.Baptistæ Catanei,sed nec per primã,nec per hanc secundam sententiam fuit aliquid iudicatum in beneficium ipsius Ioannis Baptistæ.

Sed ambæ sententiæ prædictæ sunt negati-
24 uę prolatę declarantes Philippo nõ deberi nec legitimam, nec trebellianicam, vnde non potest vllo modo ex talibus verbis inferri fuisse iudicatum competere hæreditatem ipsi Io.Baptistæ text. est expressus,& punctualis in l.si inter me, & te ff. de except. rei iudic.

Propterea potest tractari nũc,& decidi prędictum Io.Baptistam esse incapacem, & hæreditatem ad eum non spectare,neq; hoc esset contrarium sententijs prædictis cum in ipsis nõ fuerit decisum fidei-
25 commisso locum esse, & exceptio rei iudicatæ, vt opponi possit non solum est necesse, quod fuerit eadem res in iudicium deducta idem modus agendi, & eędem personæ, sed præsertim oportet quod fuerit decisum id de quo ad præsens agitur,& sic de iure ad hoc vt obstet exceptio rei iudicatæ tria copulatiuè requitũtur, scilicet quod fuerit deductum cognitum,& decisum ita expressè declarat Bal.in l.2.num.1. circa fin.& iterum in final.verb.C. de except.

Nunc deueniẽdo ad nullitates defendimus illas omni iure militare.

Prima enim nullitas est, quia cum prætenderetur immissio per Philippum in bonis,& hæreditate tàm Stephani,quàm Cæsaris petijt ipse Philippus interponi decretum præambuli in eius beneficium super hæreditate prædicti Stephani ex persona Cæsaris siuè in personam Cęsaris,& successiuè in beneficiũ ipsius Philippi hæredis prædicti Cæsaris, & sicut de iure debebat insimul, vel etiam prius prouideri super prædicto pręambulo ex cuius prouisione depẽdet sententia ferenda super immissione petita per Phi-
26 lippum in bonis Cæsaris, & Stephani, vt post alios probat Cacher. in 1.decis. Senat.Pedem.num.10.& Afflic.in constit.vt vniuersis num.38. circa finem, ita Sacrum Consilium prouidit quod tàm causa prædicti præambuli quàm causa immissionis petitæ decidatur simul,& semel propterea dum ita erat de iure, & vltra hoc per bina decreta fuit statutum debere procedi simul, & semel ad decisionem tàm præambuli, quàm immissionis, & tamen omissa decisione super interpositione decreti præambuli hæreditatis Cæsaris fertur sententia solum condemnans ad summam ducat. 15.mille vtiq; ex alterutro,& rãto magis ex vtroq; capite oritur nullitas,vt per Crauet.in consil.79.num.9.

Secunda nullitas similiter omni iure subsistit si quidem dum iudicium fuit factum solummodò circa remedium l. final. C. de edict.Diu.Adr.toll. quod remedium est merum possessorium non potuit sententia ferri super declaratione an competat legitima, & trebellianica,& sic super proprietate,quod fundatur ex duobus primo quia cum Regij Consiliarij sint Iudices Delegati, Iudex Delegatus
27 super possessorio non potest cognoscere de petitorio vti expressè probat glos. in c.1.in verb.indistinctè extr.de sequest. poss.& fruct.quam sequitur Salyc.nu.3. Alex.num.14.Ias.num.13. in l. nulli C. de iudic.post Innoc.in c.1. de caus.poss. & propriet. latè Guid. Pap. in de-

cis.45.

cif.45. Secundo quia cũ processus fuerit compilatus super prædicta comparitione in qua intentatur remedium prædict.
28 l.final. non potuit iudicare super petitorio super quo non est lis contestata, nec compilatus processus vt in specie post Bal. probat Dec. in d.l.fin.num.21. C.de edict. Diui Adrian.tollen.

Quod autem in libello Philippi contineatur
29 tur tantum possessorium probatur primo attenta conclusione eiusdem libelli, quæ regulariter attenditur, & ponderari debet ad finem cognoscendi, quæ actio fuerit intentata, vti per Iaſ. post alios in d.§.omnium nu.129. instit. de action.

Et in specie ad finem cognoscendi an contineat petitorium, vel possessorium latè post Specul. Io. Andr. Feder. de Sen. Bar. Bal. Alex. Panorm. & alios probat Rip. in d.l.naturaliter §. nihil cõmune nu. 197. de acquir. possess. quamuis de petitorio esset facta mentio pro adiuuando possessio, vt supra num. 18.

Et tanto fortius stantibus declarationibus, & intelligentijs vtriusq; partis, vt supra ponderatum est sub num. 10. & 11.

30 Et nunc addimus quod ille declarationes sufficerent quamuis deductum fuisset possessoriũ, & petitorium. Hoc enim casu non solum ab initio litis licitum est suspendere petitorium, sed etiam vsq; ad conclusionem, vt per tex. in c. pastoralis de causa poss. & proprietatis, vbi omnes notant, & in specie in possessorio adipiscendæ not. ex eo tex. Imol. ibidem num.6. verſ. & ex hoc nota. Imò si non
31 facta suspensione petitorij in prima instantia fuerit lata sententia poterit etiam in causa appellationis suspendi petitorium prædictum, & non solum in causa appellationis, sed etiã in causa reclamationis, vti in specie probat Afflic. in præludijs constit. quæst. 10. num. 15. & Capyc. decis. 28. per totam, vbi in fin. refert ita per Sacr. Consil. fuisse decisum.

Nec obstant illa verba (etiam quia sibi competit ius detrahendi legitimas, & trebellianicas) etiam responde-
32 tur, quod cum immissio à iure hæredi concessa principaliter fundetur in retentione sibi competẽti falcidiæ, vel trebellianicæ, prout probatur in l.1. in princ. & in final. verb. & iuncta glos. fin. quæ dicit, quod hæres petens possessionem bonorum hæreditariorum possess orum per legatarios, vel fideicommissarios debet expressè conqueri de retentione nõ facta prædictæ falcidiæ, C. quorum legatorum, & glos. in l.1. in ver. item nota, quod hoc edictum ff. eod. & in l. lineam margaritarum, ff. ad l. falcidiam, vbi post glos. & alios Castr. declarat, quod tale iudicium hæredis dicitur possessorium, & fundatur ex ratione retẽtionis, vt per Salyc. in dicta l.1. num.8.

Tertia nullitas est euidentissima fuit enim petita immissio in possessionem hæredi-
33 tatis tàm Cæsaris, quàm etiam Stephani ex persona Cæsaris, quæ hæreditates sunt vniuersitas, l. hæreditas ff. de petitione hæreditatis, & probatur ex diffinitione hæreditatis in l. nihil aliud, ff. de verbor. signif. & petitio fuit conformis testamento Cæsaris in quo ipse Philippus non particulariter, sed vniuersaliter fuit hæres institutus. Imò etiam si possint censeri petite legitimæ, & trebellianicæ adhuc sunt partes vniuersales hæreditatis, nam trebellianica est quarta pars hæreditatis, & legitima est bonorum quota.

Sententia autem lata est super certa summa particulari in beneficium ipsius Philippi, pro prætensis per eũ, & sic omninò nul-
34 la quia sententia debet esse conformis libello l. vt fundus ff. communi diu. c. licet Heli. de simo. & dicitur adaptari iux. petita vti post Azon. & Iacobum de Aretio plenè declarat Io. de Amicis d. consil.1. col.2. & 3. dicitur autem cõformis libello iure causa, & actione alias est nulla, vt declarat Bal. in l. fin. num.1. & in l.j. num.6. in fin. verſ. solutio C. si plures vna sententia.

Et in specie quod in iudicio petitionis hæ-
35 reditatis vniuersali debeat proferri sententia

tentia

tentia super iure vniuersali,& non possit per Iudicem ferri certa sententia probatur expressè in l. non possumus in finalibus verbis iuncta glos. ibi in ver. pro indiuiso ff. si pars hæreditar. peta. & in specie declarat Ang. in l. facultas nu.5. vers.venio de iure fisci lib.10. vbi ex eo tex.not. practicam ferendi sententiam super iudicijs vniuersalibus, quod feratur vniuersaliter,& postea in exequutione fit discussio, & liquidatio corporum particularium post glos. quam allegat.

Item ex causa prædictæ condemnationis in
36 certa summa redditur nulla ex quo etiã quando agitur iudicio particulari super petitione alicuius certæ summæ adhuc non potest ferri sentẽtia certa nisi prius in actis constet de certitudine rei, vel summæ ad quam fieri debet condemnatio alias sentẽtia esset nulla vti punctualiter probat glos.in §. curare in verb. vel rei. instit.de action. quam glos.communiter sequũtur Doctores, vt ex additione ibid.posita,& sequitur Aret.ibi nu.3. assignans rationem quia censetur Iudex iudicare de eo quod sibi non liquebat, quod quidem satis procedit In casu nostro in quo de valore istarum hæreditatum nihil est cognitum.

Quarta nullitas similiter est notoria quia sententia prædicta continet manifestam
37 repugnantiam,& contrarietatem in se ipsa si quidem prius dicitur in ea benè iudicatum per primam in qua fuerat denegata legitima,& trebellianica,& immissio,& sic confirmat,& postea pro eisdem prætensionibus Philippi eadem sententia dat ducatos quindecim mille Philippo cũ enim dicit pro omnibus prætensis videtur eos dare in compensationem, siuè satisfactionem earundem prętẽsionum, prout in simili post alios declarat Surdus in tract.de alimentis tit.9. q.16. num.31.& sic euidenter apparet quod declarat primo non deberi Philippo, & postea deberi,& consequenter talis sententia tanquam repugnãtiam, & perplexitatem continens est nulla, prout post glos. Bar. & Bal. latè probat Alex. consil.124.num.14. vol. 2. & per Crauet. cons.79. num.5.& 6.

Quinta, & sexta nullitas similiter optimo
38 iure fundatur cum sententia prædicta lata fuerit contra expressos casus legum disponentium non obstante fideicommisso claro, & liquido adhuc immissioni locum fore per texum expressum in l. filiam fratribus ff. ad trebell. item per tex. in l.hæres cum debuerat ff.eod. vbi loquitur etiam facta restitutione cum non retinuisset trebellianicam,& tamen adhuc tex. concedit hæredi immissionẽ cum alijs iuribus concordantibus de quibus latè per Menoch. in 4. remedio adipiscen.num.638.Peregr.d.fideicom. art.47. num.65.66. & quando fideicõmissum patitur aliquam dubitationem, prout in casu nostro tunc nullo modo potest impediri immissio,& postea cum hærede agendum est latè post alios per eundem Peregr.in eod.art.num.71. 72. in prædictis etiam iuribus disponitur fi-
39 deicommissarium à manu hæredis accipere debere fideicommissum,prout etiã probatur in l.precibus C.de impuberi, vbi loquitur de substituto,siuè fideicommissario post mortem instituti, prout in casu de quo agitur, & tamen adhuc decidit à manu matris hæredis ab intestato eius filij instituti,& per fideicommissum grauati illud accipiendum esse ibi à te peti possunt,& nunc sententia facit totum contrarium, quia iudicat competere detractionem, & tamen disponit, qđ hæres directus accipiat detractionem à manu fideicommissarij, & nihilominus de iure verissimum est non solum in casu detractionis legitimæ, vel trebellianicæ,siuè falcidiæ,verum etiam in casu cuiuslibet alterius detractionis sibi competentis omninò hæredi immissionem cõcedendam,prout latè declarat idem Peregr.in eod.art.47.num.69.

Circa vltimum punctum, an à sententia vltimo loco lata competat reclamatio dicimus primoquod stantibus nullitatibus

propositis pro parte Philippi debet expectari exitus illarum, si enim declarabitur sentẽtia nulla non cadit reclamatio, nec ea opus erit, toto tit. ff. quæ sententiæ sine appellatione rescindantur, & toto tit. C. quando prouocare non est ne-
40 cesse. Et in specie quod pendente discussione nullitatum propositarum aduersus sententiam, & alio articulo, an appellationi locus sit veluti quia prætẽdebatur deserta. Attamen debet prius procedi ad discussionem, & determinationẽ nullitatum propositarum, & postea prouideri super admissione appellationis ex ratione prædicta per tex. in l. si expressim ff. de appellat. Ita post Rotam in decis. 5. siuè 6. in titulo de appellationibus firmat, & per S.C. ita decisum refert Afflict. in Constit. Regni dilationes nu. 11. post medium vers. & multo fortius.

Sed & ex alio non potest in præsentiarum
41 tractari de hoc puncto, si quidem debet prius committi reclamatio, & postea per eum, siuè ad eius relationem prouideri, an huiusmodi reclamatio admittẽda sit, quod fundatur ex eo, quod in simili de iure statutum est in appellatione super cuius admissione si dubitetur talis artic. erit cognoscendus per Iudicem ad quem non autem per Iudicem, à quo ita glos. in l. 1. in ver. fiat. vbi ad hoc adducit plura iura, ff. nil nouari appellatione pend. quam ibi sequitur Bar. num. 3. & Angel. in princ. & alij quamplures quos refert, & sequitur Consiliarius Rouitus super Pragmaticis in rubr. de appellationibus num. 27. propterea non potest in eadem reclamatione aliquid interloqui Commissarius primæ instantiæ, qui per prolationem primæ sententiæ ad eius relationem latæ functus est officio suo, & non potest in aliquo super reclamatione se intromittere, iuxta regul. tex. in l. Iudex postea quam ff. de re iudic.

Sed quod suo tempore iudicabitur competere est assumptum de iure verissimum, nam regula tex. in l. vnica C. ne liceat 3.
42 prouocare intelligenda est, dummodò omnes tres sententiæ sint cõformes alias si sint difformes concedenda est appellatio etiam à tertia. Ita in specie post Ang. Andream Siculũ, & alios declarat Dec. in c. tua nobis nu 5. circa medium vers. secunda conclusio locum habet extra de appell. & latissimè thesaur. in decis. 122. Quæ conclusio in casu nostro confirmatur in pragm. 5. de officio Sacr. Consil. expressè disponentis, quod quando duæ sententiæ Sacr. Consil. sunt conformes, tunc imponendum est perpetuum silentium, ergo vbi sunt in aliquo difformes omninò competit reuisio vti post Angelum Perusinum, & alios concludit idem Dec. in c. dilecti num. 4. in fin. vers. & quod dictũ est, & ibi additio lit. C. eod. tit. de appellationibus quæ opinio intãtum est vera quod etiam si vltima sententia concordet in substantia, sed tantũ in tempore discordet adhuc non poterit dici cõformis, & proinde admittitur appellatio, seu reuisio in specie concludit, & latè probat Alex. cons. 77. nu. 1. 2. 3. vol. 2. Eandem opinionem latè defendit Hieron. Gabr. cons. 56. num. 5. cum seq. vol. 1. vbi eandem opinionem tenet etiã in summis in quibus de iure statuta est reg. quod in maiori summa inest minor.

In casu nostro in prima sententia simpliciter denegata fuit legitima, & trebellianica. In hac secunda fuit pro prætensis per Philippum facta condemnatio ad ducatos quindecim mille, & sic per primam nihil fuit sibi concessum in secunda aliquid ergo est de directo contraria primç tanto magis cum Iudices qui votauerunt pro summa prædicta nesciebant valorẽ hæreditatis, & propterea fuit talis sentẽtia lata super incerto.

Quæ omnia confirmãtur ex quo in tali sen-
43 tentia non fuit impositum perpetuum silentium, prout de more imponi solet, vbi sententię sunt conformes, & licet vbi adest conformitas indubitabilis cẽseatur appositum, vt per Reg. de Ponte in consil. 58. tamen in pręsenti casu in quo potius apparet difformitas credendum est consul-

consulto non autem per inaduertentiam per Sacrum Consilium fuisse ommissum apponi quia videbant Iudices sententias non esse conformes.

Et tãdem ita iudicari debebit ex quo sicut
44 in dubio est appellationi, siuè reuisioni deferendum, & iudicandum esse locum appellationi, vt per Præs. de Franch. decis. 120. ita etiam qñ prætenditur appellantem excludi debere propter allegatã conformitatem duarum sententiarum vigore statuti appellationem à duabus cõformibus prohibentem vti plenè probat Corn. cons. 14. vol. 4. & post Bar. & Ang. Dec. cons. 49. ante nu. 2. & in l. si quis in conscribendo nu. 37. C. de pact. Hier. Gabr. d. cons. 56. nu. 11. vbi quod in dubio debet iudicari quod sententiæ non sint conformes. Deo Gratias.

Hæc dum agebantur occurrit dubitatio circa alimenta cum expensis taxanda Mariæ Spinulæ filiæ huius Philippi pro qua scriptæ sunt allegationes immediatè sequentes. Occurrit etiam dubitatio circa sequestrum de quo habetur in allegationibus secundo loco subsequentibus. Et fuit etiã disceptatum de remissione causæ ad Regiam Cameram ob supradictum articulum incapacitatis, prætendente Regio Fisco potius indignitatem ex qua ipse ad hæc bona vocaretur, & de hoc discurritur in allegationibus tertio loco subsequentibus.

SSVMMARIVM.

1 *Alimenta præstantur mulieri repetenti dotem siue consistat in bonis mobilibus, siue immobilibus, etiam si eius iustitia esset dubia, & perplexa. Præsertim si mulier est pauper, & tunc etiam si de dote non constaret num. 2.*

3 *Mulier etiam vidua in sui fauorē habetur ac si matrimonium duraret.*

4 *Alimentorum magnus est fauor, vnde debentur priusquam aliquis sit hæres, vel pro hærede se gerat. Nec decreti illa concedentis retardatur exequutio per appellationem num. 5. Taxantur secundum aliquos ad aliquam ratam. Verius est taxari arbitrio Iudicis, num. 6. Et quid contra tertium possessorem num. 11.*

7 *Mulier agit contra virum qui habuerat dotis promissionem.*

8 *Dotis causa alienantur bona subiecta restitutioni, & aliqua circumstantia in hoc consideranda.*

9 *Consequens qui vult, etiam vult antecedens.*

10 *Confessio viri sufficit si est in conformitatem præcedentium capitulorum matrimonialium.*

12 *Fideicommissarius non est audiẽdus circa actionet hæreditarias sed solum potest assistere donec sibi fiat restitutio. Qua facta dicitur hæres fideicommittentis num. 13.*

14 *Quantitas aliqua debetur pro alimentis, & expensis litis quando actor est pauper. Datur autem plus, vel minus iuxta validiorem, vel debiliorē rationem, quæ præcognoscitur, modo cesset calumnia, vt num. 15. Fortius autem stante sequestro num. 16.*

ALLEGATIO LXIV.

Pro Maria Spinula.

In Dei Nomine Amen.



DVm videmus adeò dilatari lites Philippi Spinulæ à quo Maria Spinula eius filia sperabat citò consequi suas dotes, & antefatum super bonis quondam Cęsaris Catanei sui viri. Expediens ipsi Mariæ visum fuit prosequi suarum dotium, & antefati consequutionem audito tàm suo patre hærede Cæsaris, quã Io. Baptista Cataneo prętenso fideicommissario Baldaxaris Catanei patris dicti Cæsaris, & pendente hoc iudicio instat sibi

sibi alimenta decerni habito respectu, tàm ad dotes scutorum decem mille, quàm ad suam nobilitatem,& qualitatẽ.
1 Est enim regula,vt agenti ad dotis restitutionem interim alimenta decernantur l.pen.ff. vt in poss.legat.tradunt Doctor. in l.si neget ff.de liber.agnoscen.Rebuff. latè in tom.1. super leges Regias in tit. de sent.prouis.art.3.glos.1.quem refert & sequitur Couar.practicar.quæst. c.6. num.5.vers. quantum ad primum Menoch.de præsump.lib.1.q.35.num.18. Campeg.in tract.de dote par.3. q.18.

Et hoc siuè dos cõsistat in bonis mobilibus siuè in bonis immobilibus, siuè in pecunia,ita Rebuff.dicto art.3.glos.1.nu.15. faciunt cumulata per Capyc.decis. sua 24 etiam si iura mulieris agentis ad dotem essent dubia atque perplexa ad tex. l.vnic.§.sin autem supersederit, C.de rei vxor. actio. Rebuffus in d. glos. num.9. Surd. in tract. de alimentis q. 118. nu.9.
2 quod maximè procedit quãdo vxor nõ habet,vnde se alere possit, aliundè tunc enim etiam si de dote non constaret, ne in opprobrium peracti matrimonij mendicare cogatur alimenta decerni, firmat idem Surd.quæst. prædicta 118.nu.10. & tit.9. quæst.37. num.5. Ea ratione
3 potissima quia vidua in eodẽ matrimonio perdurare videtur l.filij §.vidua ff.ad municipales l. quoties, C. de priuileg. scolar.lib.12.

Hinc est,quod tantus est horum alimento-
4 rum fauor, quòd etiam antequam quis hæres declararetur,vel pro hærede se gerat debentur alimenta hæreditate iacente, & ita iudicatum testatur Rebuff. ibi num.14. quamuis hæres non conueniatur infra tempus conficiendi inuentarium Angel.in l.1.§.hæc stipulatio ff. si cui plusquam per l.falcidiam, Surd. decis.323. num.10. & de alimentis titul.j. quæst.44.num.37.prouidendũ est igitur vxori ne fame pereat,vt non addatur Afflicto afflicto contra l. Diuus ff. de officio Præsidis,& l. iure succursum ff. de iur.dotium, eademque ratione post decreta alimenta per appellationem inter-
5 positam non supersederi ratio expostulat,nec Iudex attentare videtur si suum decretum exequutioni demãdet ad tex. l.fin.ff.de appell.recipien. Affl. latè decis. 152. cuius traditionem verissimam asserit Menoch. præsump. prædicta 35. nu.18.per tex.l.institutá §. si de inoffic. de inoffic. testamen.ex quo tex. traditur generale pro regula in vniuersali iudicio in omni persona, quæ habet iuris præsumptionem pro se illa decerni, vt in filio,latè Affl.decis.10. & 11. vbi addentes Alciatus de præsump.reg.3. alijsque casibus quos recensere ad causam istam non pertinet.

Modus autẽ seruandus in decernendis ali-
6 mentis aliqui, ex prædictis asseuerarant quartam partem fructuum rerum dotalium arbitrari ex Couar.Menoch.& Rebuff.in locis prçcitat.Verius tamẽ habetur hoc Iudicis arbitrio relinqui argum. tex.in l.mela,& l.pen.ff.de alim.& cibar. lega.in l.si cui ff.de ann.lega.sess.in decis.26. num.106.Tiraq. de nobil. c.20. num.143. Decian. in cons.9. num.47. vol.1. quam opinionem vti veriorẽ sequutus est Molina de primogenijs lib.2. c.16. ex congestis ibidem, & latissimè Giurb.in decis.5.& 6.

Ex omnibus his alenda est Maria Spinula pendente hoc iudicio restitutionis suarum dotium,& quamuis aduersarius repetat cantilenam in alijs liberationibus reiectam nempè actricem à patre tẽpore habili nõ fuisse dotatam, vel saltem non solutas eius viro dotes, in facto satis demonstratum fuit,& demonstratur veram dotis constitutionem ducatorum quindecim mille earundemque solutionem subsequutam,nedum Ianuæ pro summa ducat.mille,& quingentum verum etiam Neapolim pro summa ducat. quinque mille.& quatuor centum iuxta ipsiusmet
7 mariti dispositionem, licet iudicium ipsius pro integris dotibus contra hæredes mariti eiusq; bona procedat ad tex. l.si pro te pater C.de dotis promissione latè

latè Franch.decif.fua 33. & pro integra fumma creditrix fit fui præmortui viri, vt in dictis iuribus habetur.

Nec obftat, quod aduerfarius afferit obtinuiffe contra Philippum Spinulam fententiam S.C. qua decretum fuit omnia bona peruenta ex hæreditate quon.Baldaxaris Catanei ad ipfum pertinere vigore fideicommiffi eiufdem Baldaxaris, quia præter quod illa sētētia hoc nō decidit non enim excludendo Philippum neceffario includit Cataneum ficut pro ipfo Philippo latè fcripfimus. Et præter quod illa fententia non poteft afficere ipfam actricem non auditam.

Nihilominus refpondetur ex abundanti ip-
8 fam tueri difpofitione, ac priuilegio authen. res quæ C.comm.deleg. eoq; magis nulla exiftente particulari teftatoris difpofitione prohibentis bonorum prædictorum obligationē pro dotibus,iuxta relata per Antoniū Padiglia in repet. d. auth. nu.116. Imò ipfam iuuari ex coniectura teftatoris volūtate iubētis nuptiarum copulam ad filios procreandos, vnde merito ex fecundaria voluntate fumi poteft coniectura hæc in dotis beneficium,ex his quæ in fimilibus dici folēt ex tex. in l. cum auus de conditioni-
9 bus,& demōftrationibus. Qui enim vult confequēs vult etiam neceffarium antecedens vulgata l.ad rem mobilem ff. de procur. cū traditis per Doctor. ibi, & in l.2.ff.de iurifd. omn.Iud. eoq; magis in filio hærede inftituto, qui vltra paternā fubftantiam nihil habebat.

Et huic priuilegio, ac legis auxilio nitendo etiam in fideicommiffarij præiudicium ritè procedit grauati mariti confeffio receptionis dotium.Quę cum nedum ftet in fimplici confeffione,fed in actuali numeratione,vt in facto deduximus,& pre-
10 cedat obligatio cum dotis promiffione ad inftar capitulorum matrimonialium cū fubfequenti confeffione eft cafus decifus per Afflic.decif.fua 402.vbi Vrfill. Felyn. in c. fi cautio de fide inftrum. ad veritatem glof.in auth.fed iam neceffe C.de donat. ante nupt. adeo quod abfque dubio bona hæc & fi fideicommiffi reftitutioni obnoxia forent pro ipfius dotis, ac antefati reftitutione, obligationi fubiacent, & per confequens alimentorum præftationi, vt idem Padiglia in fupradicta repetitione, authen. res quæ.

Nec obftat, cōtra tertiū poffefforem alimētorum præftationē negare Rebuff.glof.j.
11 num.25. quia intelligendus eft in tertio poffeffore poffidēte rem alienatam à teftatore cum confenfu vxoris,Et fic contra fingularem fucceflorem, non autem contra fucceflorem vniuerfalem prout hæres, vel fideicommiffarius præfertim donec ob reftitutionem non factam ab hærede nulla competere poteft actio,
12 nec poffefforia remedia, nifi vt affiftat pro futuro intereffe nō autem vt audiatur in hoc iudicio contra ipfam ad tex. l.1.ff.de fideicom.hæred.petit.cum vulgaribus ad intelligentiam tex.l.penul.C. de facr.fanct. Ecclef.l.reftit. ad Trebell. latè Peregr.de fideicom.art.2. num.50. cum feqq Quo in loco habetur eofdem operari effectus aditionē hæreditatis in hærede quos operatur reftitutio hæreditatis in fideicommiffario ad tex.l.cogi §. fed,& miles cum pluribus per ipfum relatis, & quatenus fit audiendus adhuc fuccumbere debet quia ad hoc tenentur bona patris fideicommittentis cuius vni-
13 uerfalis fideicommiffarius hæres eft l.ficut §.1..quibus modis pignus, vel hipoteca foluitur glof.in l.quamuis ff. de iudicijs, & hæredis vicem fubftinat l.poftulante ad Trebellianum Menoch.in 2. remedio adipifcen.quæft.5. adeo quod non differt in hoc ab hærede.

Omni igitur iure huic nobiliffimę mulieri decens quantitas decernenda erit,vt fe alere poffit,ac debita quæ pro fe hucufq; alenda contraxit foluere, & fuarum dotium litis,quæ pēdet expeditionem procurare.

Vlterius dum notorium eft ipfam Mariam aliud non habere nifi fuas dotes, & antefatum,

tefatum, & vtrumque vſque adhuc non
valet exigere ſequitur vt nunc dicatur, &
14 ſit omninò pauper, & cõſequenter tan-
quam actrici pauperi etiam quod eſſet
extranea deberetur aliqua decens quan-
titas pro alimentis, & expenſis litis, dum
ipſa lis non apparet calumnioſa quo caſu
ſi cognoſci aliquo modo incipit ius fo-
uere, dabitur maior ſumma. Si verò co-
gnoſcitur aliqua, vel tenuis occaſio liti-
15 gandi (modo ceſſet calumnia) dabitur
minus, ſed omninò aliquid aſſignandum
eſt. Hoc enim leges animaduertunt, mi-
nus eſſe inconueniens reum, qui veniet
abſoluendus, aliquid modicum erogaſſe
lite pendente, quam actorem magnam
litẽ præ inopia defendere non potuiſſe.
Hæc ſatis ęqua, & iuſta theorica colligi-
tur ex Guid. Pap. in ſua deciſ. 561. qui in
ſpecie loquitur de paupere petente ali-
quid vniuerſum, ſicut eſt caſus noſter, &
generaliter abſque alio requiſito, inquit
dandas eſſe litis expẽſas, paſſimq; ita pra-
xim admittere. Fortius autem Afflict. in
deciſ. 10. inquit fuiſſe deciſum dari, &
alimenta, & expẽſas litis in cauſa, in qua
ipſa alimenta petebantur, adeo quod an-
te ſententiam datum fuit, pluſquam da-
re poſſet ipſa ſententia, quæ ſolum ferẽ-
da erat circa alimẽta, & præſumptio erat
contra actricem, ob bona, quæ præten-
debantur extare in eius poſſe, & nihilo-
minus dantur alimenta, & expenſæ litis.
Semper enim fugiendũ eſt incõueniens,
ne forte actor deſerta magnam cauſam,
ob defectum modicæ quantitas neceſſa-
riæ ad litem proſequendã, vt ibi cõſide-
rat Afflic. & Vrſill. & etiam Cappell. To-
loſ. deciſ. 77. Rot. deciſ. 3. de Iudic. in
antiquis, Arct. in c. ſi quis teſtamentum
col. 3. de teſtam. Lup. in repet. c. per ve-
ſtras de donat. inter vir. & vxor. Bertran.
conſ. 72. num. 4. vol. 3. & in conſ. 143.
volum. 1. Alciat. regul. 3. præſumpr. 9.
num. 10. latè Aymon. in conſil. 164.
cùm cæter. per Vrſill. in loco prædicto,
quod etiam probat ille tex. in c. ex parte
de accuſat. vbi monaco litigante contra
Abbatem, dantur expenſæ litis, per Co-
uar. practicar. quæſt. cap. 6. per Franciſc.
Curt. in repet. l. vnic. C. de ſequeſtr. pe-
cun. nu. 11. Boer. deciſ. 303. nu. 4. Surd.
in tract. de alimen. tit. 1. quæſt. 120. 121.
127. 128. & 129.
Fortius autem alimenta, & litis expenſæ fa-
16 ciendæ tribuuntur quando bona ſuper
quibus aliquid petitur, ſunt in ſequeſtro
l. fin. vbi glo. in verb. litis C. de ordin. co-
gnit. & ibi Salyc. poſt Bal. dicit hoc eſſe
notandum, ſequitur Iaſon in l. ſi fideiuſ-
ſor in §. ſi ſatiſdiatum num. 30. ff. qui ſa-
tiſd. cogan. Franciſ. Curt. in repet. l. vnic.
C. de ſequeſtrat. pec. nu. 10. Adeò quod
ex pluribus huic dominæ aliqua notabi-
lis quantitas dari iuſtè poterit, prout ita
Sacro Conſilio iuſtum videri cõſcimus.
Deo Gratias.

Priuſquam in prædictis prouideretur fuerunt de bonis prædictis aſsignata Philippo, quædam quantitates, ſuper quibus fuit Mariæ de ſuis Iuribus dotalibus ſatiſfactum.

S V M M A R I V M.

1 *Perſonę in Iudicio non auditę decreta non nocent.*

2 *Superior vbi manum appoſuit, omnia ſilent, etiam decretorum exequutio.*

3 *Pragmatica lata in anno 1612. declaratur. Et quod exorbitantes à iure communi reſtringuntur ſolummodò ad caſum prouiſum.*

4 *Cauſa principalis, quę abſorbet incidentia debet prius terminari.*

5 *Libellus regulariter requiritur ſuper quo feratur ſententia. Etiam in iudicio reconuentionis num. 6. Et etiam in Regno, vbi proceditur ſummarię num. 7. Et etiam in tranſlatione iudicij in hęredem nu. 8. Alias ſententia eſſet nulla, num. 9.*

10 *Iudicium ſummariũ, an impediatur per oppoſitionem, requirentem iudicium ordi-*

ordinarium, & alia ad hoc, & de modo, quo debet agere talis contradictor num. 11. 12. 13. & 14.

15 *Exceptio an, & quando intelligatur decisa ex decisione actionis proposita per actorem.*

16 *Introitus redimibiles, possunt extingui unde facilius sequestrantur nu. 17. & num. 24.*

18 *Sequestra fiunt ubi timetur fraus, & ex alijs causis, & num. 20. & 25.*

19 *Fideiussio praestanda circa res extinguibiles debet esse pro restitutione earumdem non autem valoris illarum, & num. 23.*

20 *Sequestrum iustè factum in prima instantia, debet confirmari in secunda.*

21 *Hypotheca etiam tacita comprehēdit nomina debitorum, & num. 22.*

26 *Dotis causa procedit dispositio textus in auth. res quę, etiam pro interesse.*

27 *Dubietas Iurium alicuius sistere debet processum ad aliqua in sui praeiudicium.*

28 *Instrumentorum liquidatio impeditur etiam per scripturas continentes dubiam Iustitiam conuenti.*

ALLEGATIO LXV.

Pro eadem.

In Dei Nomine Amen.



IO. Baptista Cataneus petijt tolli sequestrum factū instante Maria Spinula super annuis introitibus hæreditatis Cæsaris Catanei eius viri, & eo sublato sibi fieri liberationem duc. 14815. in banco existētium vigore decretorum interpositorum cum Philippo Spinula è contra pro parte dictæ Mariæ, dicitur, tale sequestrū non esse tollendum, imò vndiq; confirmandum tàm respectu ordinis, quàm respectu iustitię.

Respectu ordinis, Nam prędictus Io. Baptista se fundat in decretis latis inter ipsū, & Philippum, quæ nullatenus ipsi Mariæ præiudicant tamquam tertiæ inauditæ,
1 toto titulo, & l. 1. C. res inter alios acta, vel iudicata non nocere, cum con-
2 cordantibus. Item à prędictis decretis Philippus reclamauit, etiā allegando esse contra formā primi decreti Sac. Cōs. quod capitalia non alienentur neq; extinguantur, & pendet prouisio facienda post Regiam decretationem, quod intimetur parti, vnde interim impeditur executio, & decisio dū superior apposuit manus, c. vt nostram de appell. l. contra pupillū, §. 1. cum ibi notatur ff. de re iudic. Affl. in §. ad hæc num. 13. de pace iuram. firman.

Neq; potest obijci de sexto capite nouellæ Pragmaticæ editæ 11. Maij 1612. ordinantis non impediri expeditionem per Regias decretationes D. Præsidentis, vel Collateralis, quod intimetur parti. Nam respondetur quod prædicta Pragmatica, loquitur, quando tractatur de vnione aularum, vel de prouisione de adiunctis, & non intelligitur in alijs casibus reclamationis decretorum, quia cū
3 sit correctoria iuris communis intelligitur tantum in casu, in quo loquitur, & non extenditur ad alia l. si vero, §. de viro. ff. solut. matrim. l. quod constitutum, ff. de milit. testam. l. cōstitutionibus ff. ad municip. Bar. in l. omnes populi, nu. 60. vers. aut sunt decisi per ius commune ff. de iustit. & iur. cum concord. & ita oretenus fuit declaratum in ead. causa iunctis tribus aulis.

Idem confirmatur nam causa principalis prędicti Philippi non solum est in limine expeditionis, verum cæpta legi in eodem Sac. Cons. Et per decisionem prędictæ causæ principalis absorbetur prædictum incidens sequestri, vel dissequestri, ergo prius prędicta causa principalis hę-
4 reditatis decidēda est vti pūctualiter deciditur in l. 2. C. de ord. cognit. & inquiūt Afflict. & alij per eum allegati in constit. vt vniuersis nu. 38. circa finem, Cacher.

in

in prohemio decision.num.10.

Respectu verò iustitiæ dicitur, quòd omninò prædictum sequestrum debet remanere firmum; Primo, quia prædicto Io. Baptistę nulla competit actio petēdi dissequestrum. Nam super prætensione prædicti Io. Baptistæ prætendentis ob mortem Stephani,& Cæsaris Catanei sine liberis ipsum,& Baldaxarem eius fratrem fuisse vocatos in generali tanquam filios,& hæredes Dominici fratris Baldaxaris testatoris,nulla adest petitio formata, nullus adest processus compilatus, nulla adest,neque adesse potuit decisio, neque sententia.Dum enim tantum fuit compilatus processus in iudicio summario moto per Philippum petentem tanquam hæredem ex testamento prædicti Cæsaris fratris,& hæredis quon. Stephani immitti in possessionem bonorum hęreditatis Baldaxaris eorum patris ad eos obuentorum vigore l.fi.C.de edic.Diu. Adr.toll.& ita fuit petitio, ita datus terminus,ita plura decreta,ita cōfessus fuit, & institit idem Io.Baptista dicens,quod tractabatur tātum articulus immissionis, & ita expresse iudicatum in sententia nō esse locū petite immissioni, ergo ex prædicta petitione ex termino,ex instantijs, & ex sententia apparet quid fuerit deductum,quid petitum, & quid iudicatū l.edita,C.de eden. c.Abbate sanè §. cæterum,ibi.ex aliqua certa,& speciali causa cum concor.de re iudic.in 6.& sic nihil fuit deductum, nec iudicatum pro Io.Baptista quomodo igitur petit dissequestrum.

Secundo & fortius dicitur,quod nihil potuisset in prædicto iudicio,& sententia iudicari,neq; deduci in beneficium prædicti Io. Bapt, ex tribus considerandis. Primo quoniam prædictus Io.Bapt.tene-
5 batur porrigere supplicationem,ac libellum suæ prætensionis,alias iudicium, & sententia esset nulla lata sine libello c.1. & ibi glos.1.vers.sed numquid de libell. oblatio.auth.offeratur. C.de litis cōtest. & in constit. Regni dilationes in princ.
6 Idque procedit etiam in iudicio reconuentionali, vti plenè probat glos.1. in c.1. de mutuis petitio. Et prædicta pro-
7 cedunt,& in Regno vbi proceditur summariæ,ac sola facti veritate inspecta,in causis enim etiam summarijs requiritur qualis qualis libellus, ita quod altera pars valeat se defendere, tex. est expressus loquens in reo,& in actore reconueniente in clem.sæpè,§.verum. de verbor. signific. Secundo ex quo mortuus erat Baldaxar frater prædicti Io.Baptistæ, ita
8 quod tanquā eius hæres tenebatur porrigere supplicationem etiam cum solito stilo,videlicet translato iudicio in eum vti hæredem tex. est in l.tam ex contractibus vers.certè ff.de iudic.& Guid.Papa decis.21.Imò ex abundāti dico,quòd si prætenderetur, quòd per prædictam sententiam S.C. exclusiuam Philippi ab immissione, fuisset decisū virtualiter hæreditatem Baldaxaris ad ipsos Io.Baptistam,& Baldaxarem Iuniorem fratrem spectare,(quod penitus negatur)sententia prædicta esset nulla in totum, quia lata in beneficium Baldaxaris mortui, & neq; substineretur quo ad Io.Baptistam viuū,vti probat, & ita decisum ait Præs.
9 de Franch.in decis.285. Tertio, quia prætensio Io.Bapt. non solum non fuit proposita,prout decebat, verum nō potuisset proponi,neque fuisset admittēda, quoniam iudicium motum per dictum Philippum vigore l.fin.C.de edict. Diui Adr.toll.fuit,& est iudicium summariū, vt per Bar.& omnes in d.l.fin.num.14. & Peregr.de fideicom. art.48. num.56.
10 & in iudicio summario,non potest contradictor opponere exceptionem,vel facere reconuentionem continentem iudicium ordinarium,vti censuerunt glos. in d.clem.sæpè §.verum in verb.si quid petere voluerit. Innoc.in d.c.1. num.4. vers.Item non habet locum reconuētio, & ibid.Imol.num.13.Abb. num.16.17. post Ant.de Butr.de mut.petitio.Bal.in l.1.num.1.vers. soluunt quidam, C. vbi causa stat. Vel saltim non potuisset procedi

cedi ęqua lance, idem Innoc. in eod. c. 1. num. 4. verf. alij tamen dicunt, & ibidem Io. Andr. col. 3. verf. illud autem notandum est. Abb. nu. 17. Bal. in d. l. 1. nu. 1.
11 verf. & ideo non poteft. Et quando aliquis prætēdit hæreditatem vigore fideicommiffi tenetur conuenire hæredem ſcriptum, & tale iudicium dicitur ordinarium, & plenarium, in tantum, quod in prædicto iudicio fummario intentato per Philippum vigore d. l. fin. prædictus Io. Baptifta, & Baldaxar eius frater tunc viuens, non erant, neque effent legitimi contradictores, dum ipfi non poffidebāt neque ipfe Io. Baptifta pofsidet tex. eft in l. filiam fratribus, & ibi Bar. nu. 1. verf. dic ergo. Paul. de Caftr. num. 2. Angel. num. 1. verf. & fic patet. Alex. num. 3. & in verf. diftingue. ff. ad Trebell. & Bar. in d. l. fin. num. 22. ibid. aut fideicommiffarius non pofsidet C. de edic. Diui Adr. toll. & ibid. Alberic. num. 15. verf. fi autē non pofsidet. Paul. de Caft. nu. 13. quos ibi fequitur. Alex. nu. 24. & Dec. nu. 48. dicens id procedere, etiam fi de iure fuo fideicommiffarius incontinenti probare intenderet, ita concludens cum Paul. de Caft. Alex. & alijs, & eofdem fequitur ibi Curt. Iun. num. 77. & Menoch. in ead. l. fin. feu in quarto remedio adipifcendæ poffefs. num. 556. alios allegans, & ita quoque Dec. in conf. 84. num. 1. verf. fecundo, nō obftat, quos & alios allegat, & fequitur Parifius in conf 54. num. 6.
12 vol. 3. Et prædicta fundātur ea ratione, quoniam fideicommiffarius regulariter tenetur agere cōtra hæredem, & ab eius
13 manu hæreditatē recipere, & eum fine iufta caufa renuentem cogere ad reftitutionē hæreditatis docto de iure fideicōmifsi, puri, certi, & indubitati, aut conditionalis, probatis cōditionibus impletis l penul. §. cum autem C. ad Trebell. l. reftituta, & l. facta, & l. cogi, ff. ad Trebell. §. reftituta cum alijs concord. inftit. de fideicommifs. hæred. Neque obmiffo tali iudicio poffet fideicōmiffarius pro-
14 pria authoritate in hæreditate fe ingerere, neq; poffefsionem capere, quoniam effet actus vitiofus, & à iure reprobatus, & adhuc non diceretur legitimus cōtradictor in prædicto iudicio fūmario moto per Philippū virtute d. l. fin. vti quam plurimos allegans plenè probat Dec. in conf. 424. incip. proponitur nu. 15. quē & alios ac iura allegans fequitur Parif. in conf. 53. num. 103. 104. 105. & in cōfil. feq. 54. num. 3 4 5. volum. 3. Et quod prædictus Io Baptifta non fuerit, neque fit in poffefsione, ex facto, ex propria eius cōfefsione, & per decreta S. C. demonftratur eo maximè, quia fi prædictus Io. Baptifta in prædicto iudicio ordinatio petet hæreditatem vigore prætenfi fideicommifsi, demonftrabitur, ei nullam competere actionem, eique omninò denegandam effe audientiam, etiā quia in prōpeu productæ funt tres fententiæ, duæ Senatus Reipublicę Ianuenfis, & tertia Reipublicæ Luccenfis, per quas conftat eum fuiffe condemnatum de homicidio prædicti Stephani filij, & hæredis teftatoris, & fratris prædicti Cęfaris, & proinde nec ex perfona propria nec fratris, neq, patris poffe fuccedere, & omnia ad Cæfarem, & proinde ad ipfum Philippum fpectare vti hæredem ipfius ex teftamēto, penitus exclufo Fifco, cui numquā fuit ius quæfitum, vti tempore expeditionis caufæ de iure fundabitur, abfque vlla difficultate ex quibus omnibus fequitur, quòd dum fuit decifa actio propofita per Philippū in præ-
15 dicto iudicio fummario, non fuit decifa neque potuit decidi exceptio prædicti Io. Baptiftæ quando enim poteft decidi actio, abfque quòd decidatur exceptio non cēfetur decifa exceptio quæ poreft, vel debet proponi per modum actionis, nifi exprefsè appareat decifa exceptio, l. quod in diem §. fin. ff. de compenfatio. per quem tex. ita diftinguendo, inquit Bar. & ibi omnes in l. qui Romæ §. duo fratres num. 6. 7. ff. de verb. oblig.

Vlterius dicitur, quòd fequeftrum tàm ex parte Philippi factum, & confirmatum

per primum decretum S.C. quod capi-
talia non alienentur, nec extinguantur,
quam sequestrum ordinatū ad instantiā
ipsius Mariæ, fuit, & est iustissimum, &
propterea ex omni iure confirmandum;
Primo quia tractatur de annuis reditibus
emptis cum pacto de retrouendendo,
16 cuius pacti vigore omni tēpore reemi,
& extingui possunt cum pro eis reemē-
dis soluantur capitalia in pecunia statim
extinguibili l.2.& l.5.§.j.ff.de vsufr.ear.
rer.quæ vsu cōsum.& in l.si alieni num-
mi,ff.de solutio.Ita quod facta solutione
non daretur amplius regressus contra
debitores soluentes, & liberatos per so-
lutionem. Institut.quibus modis tollen.
oblig.in princ.cum concor.& propterea
ne consumantur,& extinguantur ex iux-
ta causa solent, & debent fieri sequestra
iux.tex.in l.litib.C.de agricol. & censit.
lib.11. inquiunt glos. & omnes in l.vni-
ca in verb.sequestrationis,C.de prohib.
sequestratio.pecun.& in c.2.in verb. se-
questrari.de sequestratio. poss. & fruct.
& iustæ causæ respectu Philippi fuerunt
plures,quæ ipsi Mariæ prosunt, Prima
17 ex quo prędictus Cataneus est exterus,
& non subditus iurisdictioni huius Re-
gni, neque cæterorum Regnorum Sere-
nissimi Domini nostri Regis Philippi
Tertij,& proinde ex prædicta iuxta cau-
sa facienda sequestratio, vti per illum
tex. inquit Bar. in l. de pollicitationibus
nu.2. ff.de pollicitationibus alios cumu-
lat Ias.in §.1.num.80.& seq.instit. de
action. Secunda quoniam mortuo præ-
dicto Cæsare Cataneo aliqui exequuto-
res relicti in testamento quon.Dominici
Catanei colludentes cum prædicto Io.
Baptista infra tres dies per palliatas re-
trouenditiones extinxerunt omnia capi-
18 talia, ex qua fraude patrata oritur iuxta
causa sequestri,vti omnes prædictæ glo-
sæ,& Doctores inquiunt in prædictis iu-
ribus, & semel mali semper præsumun-
tur mali, c.semel malus de reg. iur.in 6.
Tertia namque non tractabatur de auo-
catione possessionis bonorum, seù præ-
dictorum introituum apud aliquem exi-
stentium,sed vacantium, & non existen-
tium apud prædictum Io.Bapt. qui con-
tentus fuit etiam quo ad ipsum seque-
strari omnes portiones etiam ex persona
sui patris, imò ipse Philippus obtinuerat
decretū S.C. & prouisiones quod præ-
dicti debitores sibi corresponderent,sed
quia aderat concursus super prædicta
hæreditate, & sic propter lites fuit or-
dinata sequestratio, vt in l.æquissimum,
cum ibi not.ff.de vsufr.& hæc fuit quar-
ta iusta causa sequestri, ordinati potius
grauādo Philippum,qui obtinuerat de-
creta pro se quoniā ipse Philippus egit,
& agit ad immissionem bonorum hære-
ditariorum,& sibi vti hæredi eadem bo-
na remansa in hæreditate,& non alia cō-
signanda, in tantum, quod si essemus in
19 casu cautionis præstandæ, deberet esse
de non baraptandis,neq; extinguendis,
sed de restituendis eisdem bonis,vti per
tex.in l.Senatusconsulto in fin. ff.de of-
fic.Præs.inquit glos.fin.in verb. satisdat.
in l.si fideiussor.§.si satisdatum,ff.qui sa-
tisd.cog.& ibi Bar.num.2.Alberic.nu.2.
vers.circa rem,de qua quæritur, Paul.de
Castr.num.2 & Carrocius in tract.de
sequestro par.4. q.2. num.2. & ex hoc
sequitur omninò quòd omnia capitalia
remanere debēt sequestrata. Sexta,quo-
niam sequestrum factum in prima instan-
20 tia,debet remanere firmum in secunda
instantia,maximè dum viget eadem ratio
securitatis actoris,vti per tex.in d.l.litib.
post Speculator in titul.de sequestratio.
poss.& fruct.num.5.in fin.inquit Bal. in
d.l.si fideiussor. §. si satisdatum num.2.
quem sequitur Iason ex pluribus id con-
firmando,ibid. num.23. & ita quoq; in-
quit Carrocius in d. tract. de sequestro
par.3.q.86.& Lancellot. de attent.p.2.
c.12.limit.12.num.13.14.post Aufrer.
& prædicta omnia respectu ipsius Mariæ
ex integro tractanda sunt, quia cum ip-
sa numquam discussa neque iudicata.
Respectu verò ipsius Mariæ similiter seque-
strum fuit iustissimum,& omninò confir-
man-

mandum; Etenim debet consequi iura dotalia,& legata pro quibus debetur interesse stante interpellatione iuxta text. in l. 1. C.de vsur.& fruct.lega.& pro ambobus creditis sibi competit hypotheca: pro dote enim restituenda iura constituerunt actionem ex stipulatu cum censeatur sēper stipulationē intercessisse: itē censentur hypothecata omnia bona viri etiam cum priuilegio prælationis l. 1. §. rei vxoriç,& §.vt plenius C.de rei vxor. act.l.assiduis C.qui potio.§.fuerat instit.
21 de act. Et pro legatis similiter cēsentur hypothecata bona testatoris l. 1. §. cum enim C.commun.deleg. & ad instātiam creditoris, omni iure potest,& debet Iudex sequestrum facere ex iustis causis, vt per glo. in d.verb.sequestrari,ita limitantem illum tex. l.loquentem in creditore in d.l.vnica C. de prohib. sequest. pecu.cum alijs supra allegat. & superius fuerunt adductæ, & probatæ sex iustæ causæ: Vltra quas dicitur,quod ipsa Maria in suo inditio egit,& agit tanquam creditrix, & vt suum creditum consequi valeat, instetit inhiberi debitoribus, ac procuratoribus debitorū ne soluerēt, & hoc fieri potest,cum prædicta nomina debitorum sint tacitè obligata vti proximè probauimus, etiam ne ante denunciationem soluerēt,iux.tex. cum ibi notat in l.nomen C.quæ res pignor.oblig. poss.& in l.3. cum sua materia, C. de
22 nouation. Quoniam etiam in hypotheca tacita venit obligatio nominum debitorū,vti in hypotheca tacita vxoris probat,& concludit Cyn.in l.hæredē nu.1. vers.ad legem,& vers.sed quod non sit verum, quem sequitur ibi Alber. & ibi generaliter quoque in omni casu inquit ibidem Bar.in j.lect.nu.1. vers. ista glos. communiter non tenetur, & in 2.lectur. plenius probat tenēdo eandem opinionem C.de hæred.act.& in vxore expressè idem tenent ibi Bal. num.1. & Salyc. nu.1. quos simpliciter allegat, & sequitur Neguſ.de pignor. in 2.memb.2.par. num.8.& in casu isto id magis procedit, cum simus in annuis reditibus,qui reputantur,ac si essent stabilia,clem.1.§.cūq; ann.reditus,cum concor.de verb.signif. & si mulier potest vti actione hypothecaria generaliter sibi à lege concessa directa,vel vtili etiam super nominibus debitorum,vti ijdem inquiunt in d.l.hæredem,& in d.l.nomen, vbi Cyn. num.2. & 3.Alber.num.2. Bar.nu.2.4.8. & ibi
23 alij. Et ista inhibitio quæ fit debitoribus ne soluāt,est arctior, quam sint aliæ protestationes,quia debitore soluēte extinguitur nomē debitoris,& propterea nec etiā per satisdationem est tollenda inhibitio, vel sequestrum, vti probat Alex. in l.de pupillo §. si is cui num.9.ff.de nou.oper.nunc.quem refert & sequitur Parisius in cons.107.num.78.79.vol.3. & ratio est,quia dum hoc nomen debitoris est hypothecatum mulieri,etiam ad finem ne extinguatur hypotheca,seque-
24 strum, ac nomen debitoris, & pecunia debet stare implicata,vti pluribus medijs probat,& concludit idem Paris.in dicto cons.107.num.76.accedente maxime Iudicis authoritate, qui ita decreuerat, vti probatur in l.fin.vers. posteriore autem die ff. de lege commiss. prout etiā probat idem Paris. in eod.cons.nu.69. & seq.vsque ad num.86.

Item prædicta confirmantur,nam certum est Cæsarem Cattaneum fuisse filium, & hæredem Baldaxaris eius patris: item Cæsar prætēdebat se esse hæredēm Stephani eius fratris, & cohæredis, insuper certum est Philippum esse hæredem ex testamento vniuersalem prædicti Cæsaris,& si Io.Bapt. prætendat vigore fideicommissi successisse in prædictis bonis,in hoc non adest processus compilatus,neque iudicatum vti superius dictum est, imò dicitur ei esse denegandam audientiam, & propterea stante incertitudine iurium concurrentium super prædictis
25 hæreditatibus,nemini est facienda solutio,& omnia debent stare sequestrata, prout stant,vti probatur in l.si fuerit in fine princip. ibi, & verius est in his omnibus,

nibus,& legata,& libertates impediri ff. de reb.dub.per quem tex.ita inquit Bar. in l.si quis seruum §. si inter duos vers. oppono,quod hæres ff. de leg.2.

Tertio, prædicta comprobantur, nam potest comparere tertius pro suo interesse ad impediendum Iudicis exequutionē, etiam ad finem excludēdi fideicommissarium vt inquit Bar. in l. ita tamen §. quoties num.2.& ibi.Alex.nu.3. dicens etiam non posse impediri hæredē scriptum in suo iudicio summario vigore l. fin.C.de edict.Diu.Adr.toll. & propriè in d.num.3.vers.sed extra glos.ff.ad trebell. idem Bar.per illum tex. & per tex. in §.præced.in l.siquis seruum §.certam nu.1.vers.vltimo nota ex hoc §. & præcedenti ff. de leg.2.

Neque obijciatur, quod dos ipsius Mariæ controuertitur,item quod auth.res quę C.commun. de legat. non procedat in
26 interesse stante fideicommisso, insuper quod legatum cessat in bonis fideicommisso subiectis.

Primo enim respondetur, quod prædictæ disputationes caderent,quando fideicōmissum adesset certum,& indubitatum, vt supra diximus.Secundo respondetur, quod prædictæ altercationes caderent, quando Io.Bapt.possideret,quo cessante cessat contradictio, vt supra, & nō solum non dicitur legitimus contradictor dum fideicommissarius nō possidet, verum dum vult comparere ad tollendum sequestrum ei venit deneganda audientia vti plenissimè probat, & concludit Fulgos. in consil. 169. incip. factum sic se habet, per totum consil. Tertio replicatur,gradatim, & successiuè, quod opinio,quod auth. res quæ habeat locum in interesse dotis est verior,& rationabilior, & propterea secundum eā moderniores censuerunt esse iudicandum, & fuisse iudicatum,vti Præs.de Franch. ait in decis.613.num.19.vers. Accedat vsq; ad fin.in 4.volum.& Regens de Ponte in decis.34.nu.39.& sequentibus.Quar-
27 to replicatur,quod sufficit prætensionē ipsius Mariæ fundari per scripturas, per partitas banci,& per legatum sibi factum in testamento per dictum eius virum,ex quibus aut apparet clara iustitia ipsius, aut saltim apparet taliter considerabilis, quod Iudices moueri debent ex eis ad finem impediendi exequutionē concurrentium super eisdem bonis,quorum iura sint dubia iuxta tex. in d.l.si fuerit in fine princ.de rebus dubijs,& plenè probat Frecc. in suo tract. de p.æsentat. in strumentor.par.9.q.7.num.32. & seqq. vbi ad finem impediendi iudicium exequutiuum super tenore instrumenti vigore ritus, fundat sufficere, in promptu
28 producere scripturas, vel probationes, aut alia, ex quibus Iudex reducitur ad dubietatem, & multo magis in præsenti causa,vt mulier remaneat secura, vt sibi satisfieri possit,in casu victoriæ,vti ex superius allegatis probatum extat.
Deo Gratias.

Non fuit in hoc prouisum, sed processum ad alia, vt in allegatione sequenti.

SVMMARIVM.

1 *Legatarius si delinquit contra memoriam defuncti? post legatum acquisitum: illud ab eo aufertur, & applicatur Fisco. Si ante acquisitionem efficitur non idoneus ad acquirendum, & nihil habet quod sibi à Fisco auferatur, & num. 4. & 6.*

2 *Legatum factum incapaci habetur pro non scripto,& hæreditas remanet libera à tali dispositione num.6.*

3 *Testatorem (præsumit lex) non disposuisse ad beneficium ingrati, si ingratitudinem presciuisset.*

5 *Offensa facta in vita, vel post mortem testatoris, dummodò sit ante acquisitionem æquiparatur.*

7 *Offensa contra memoriam testatoris, vel eius descendentes, redit incapacem legatarium offendentem ad requirendū lega-*

legatum. Etiam si habuerit iustam causam, etiam si offensor non fuit idem legatarius, sed illius pater, vel frater, & num. 11.

8 *Substitutio in casu mortis; non habet locum si mors causatur à substituto.*

9 *Occisus præsumitus superuiuere occisori, ne possit ad illius bona aspirare.*

10 *Minor ætas facit minorare pœnam.*

12 *Versutia non est permittenda.*

13 *Libellus ad petendum fideicommissum ex incapacitate possidentis.*

14 *Immitti debet in possessionem bonorum scriptus, & auferri à posse substituti quando in petitione fideicommissi potest esse dubitatio.*

15 *Res iudicata in possessorio non nocet in petitorio.*

16 *Petitorium non dicitur decisum si fuit allegatum ad coadiuuandum possessorium. Nec potuit decidi petitorium taliter allegatum num. 18.*

17 *Dominium potest allegari in causa possessorij ad adiuuandam causam possessionis.*

19 *Fideicommissarius accipit fideicommissum à manu hæredis, & hoc de forma.*

20 *Conclusio libelli attenditur.*

21 *Declaratio actoris attenditur quod iudicium prosequi velit scilicet possessorium, vel petitorium, etiam si fiat verbis non adeo claris.*

22 *Assertio iudicialis facit plenam fidem, nec ab ea recedi potest.*

23 *Procurator in causa possessorij institutus, non est legitimus procurator in causa petitorij.*

24 *Acta confecta cum procuratore non legitimo sunt nulla.*

25 *Iudex delegatus non potest in alio procedere quam in cõmissis, & Consiliarij dicuntur Iudicis delegati.*

26 *Reclamationis causa discutit ea, quæ in prima sententia à qua supplicatur. Nisi nouum caput principaliter deducatur, quod procedit etiam in Iudice ordinario.*

27 *Reclamationis causa committitur alteri ex Regijs Consiliarijs, de stilo Sacri Consilij.*

28 *Terminus ad probandum impartitur in causa reclamationis.*

29 *Reclamatio non denegatur à decretis interloquutorijs non reparabilibus in diffinitiua sententia.*

30 *Fiscus quando trahat causam apud suos Iudices particulares.*

31 *Causæ orientes ex vno facto dicuntur connexæ.*

32 *Causæ connexæ simul expediendæ, sunt etiam si vna compilata est, & alia in principio.*

33 *Causa inter priuatos agitata si tamen est connexa cum causa fiscali, deciditur in Regia Camera Summariæ.*

34 *Causa agitata in Sacro Cõsilio si remittatur ad Regiam Cameram, & è contra, remittitur in ijs terminis in quibus reperitur, & in ea si est sententiatum in vno Tribunali, proceditur in causa reclamationis in alio.*

35 *Continentia causæ diuidi non debet.*

36 *Iudicium in quo sententia elusoria posset oriri non est permittendum.*

37 *Aequalitas est seruanda.*

38 *Vnus Iudex debet determinare causam quamuis inter diuersos litigantes, ne fiant sententiæ difformes, vel inter se contrariæ.*

39 *L. is à quo fundus ff. de rei vendicat. est inducta in fauorem actoris, non ad commodum rei conuenti, & 40.*

40 *Reorum est fugere.*

41 *Renunciare quisque potest fauori suo, quod absque dubio procedit, nisi iudicialiter declarasset velle eo vti, & altera pars contradiceret renunciationi.*

42 *Fiscus habet priuilegium vt petendo aliquid supersedeatur in petitionibus aliorum ad eandem rem, & 44.*

43 *Dispositio quantumuis generalis non comprehendit casus specialiter prouisos.*

44 *Legum correctio non præsumitur.*

45 *Opponere prætensionem Fisci ad litem impediendam tertius litigator non potest,*

test, sed bene opponit si Fiscus iam petijt, & prætensionem in iudicium deduxit.

46 *Compendium huius allegationis.*

ALLEGATIO LXVI.

Pro Philippo Spinula.

In Dei Nomine Amen.



Agitur præsens lis inter tres, nempè inter Fiscum, Spinulã, & Cataneum; Fiscus prętendit ad se spectare integra bona quondam Baldaxaris Catanei pertienta ad Io. Baptistam Cataneum, qui ex homicidio in personam filij testatoris, & ex machinata morte in personã alterius filij clarum est quod consequi nihil potest de bonis ab illorum patre sibi relictis, vel quomodolibet obuentis, sed dubium remanet, num ista bona perdiderit ex capite incapacitatis ad beneficiũ Philippi Spinulæ hæredis vltimi morientis, vel ex capite indignitatis ad beneficium fisci, & hoc secundum prætendit ipse Regius Fiscus, ita vt iudicetur prædicta bona ad se spectare ex capite indignitatis excluso Cataneo, & Philippo.

Philippus dicit Baldaxarem obijsse condito testamento in quo hæreditatis suæ quartam partem relinquit Dominico Cataneo Patri Io. Baptistæ, & in hac portione Fiscus non habet contradictorem, si quidem Dominicus in hac quarta parte declaratus fuit hæres Baldaxaris, Et post mortem Dominici peruenit ad Io. Baptistam eius filium, quo casu ex delicto patrato post bona quæsita auferuntur ab ipso tamquam ab indigno ad beneficiũ Fisci. Respectu verò aliarum trium portionum prætendit Philippus, Cataneum esse incapacem, & idcircò in sua comparitione appellat ipsum indignum, & incapacem. Nam in istis tribus portionibus Baldaxar instituit Stephanum, & Cæsarẽ eius filios illisque ab intestato decedentibus substituit præsentem Cataneum, Et clarum est de iure (prout inferius dicetur) quod ex delicto substituti ante acquisitionem ipse substitutus efficitur incapax, & substitutio habetur pro non scripta, Et consequẽter portio Stephani peruenit ad Cæsarem eius fratrem, & hæredem ab intestato, Cæsar autem instituit Philippum eiusq; filios ipsius Cęsaris fratres consobrinos, quæ dispositio fuit valdè rationabilis, Et per consequẽs prætendit Philippus istas portiones ad se spectare ex capite incapacitatis, excluso Fisco, & Cataneo.

Cataneus vero prætendit hæc omnia figurari, & absolui debere ab omnibus prætensionibus, tàm Regij Fisci, quàm Philippi Spinulæ. Et licet videat negotium omninò connexum tamen sciens quid sibi prodesset diuidere Spinulã à Fisco, proponit prætensionẽ adeò extrauagantem, vt iura Philippi decidantur in Sacro Consilio; Et iura Fisci in Regia Camera, dum negotium est adeò vnitum, & indiuisibile, vt aliud sine alio nec decidi possit, nec discuti, nec iudicari. Fiscus enim obtinere non potest nisi cognitis, & discussis iuribus Spinulæ, & exceptionibus Catanei, & vtrisq; exclusis, Spinula coadiuuat exclusionem Catanei, sed repellit fiscum Cataneus exceptionem suæ innocentiæ pariter opponit cõtra Spinulam, & contra Fiscum, vnde pernecesse vnum solũ debet esse tribunal in quo hæc omnia discutiantur, & decidantur, & illud oportet esse tribunal Regiæ Cameræ, prout ex multis capitibus clarissime fundabitur.

Sed prius respondere non pigebit duobus prætextis quibus ipse Cataneus adeò inauditam prætensionem nititur colorare; Inquit enim hoc esse expediens Fisco: Item inquit Philippum habere notoriam iniustitiam.

Porrò quo ad primum, nouum est vt Fiscus præsertim tantæ habilitatis, & doctrinæ indigeat curatore, nouissimum vero, vt aduer-

aduersarius hoc munere fungi velit, sed attendatur fallacia, Stephani homicidiū patens per tres sententias, adeo tamen, & oretenus,& in scriptis per Cataneum negabatur,vt videretur iam posse in negatione persistere. Quid ergo de alijs circumstantijs aggrauātibus nondum patefactis? Nempè quod homicidiū fuit ad finem citò succedendi. Item quod ex hac causa fuit pluries insidiatus vitę vtriusque fratris.Item quod venena ob hoc propinauit Stephano,qui vomitu alijsq; medicamentis euasit mortem. Tabidus tamen remāsit,& adhuc paulò post specie venationis, & solatij extra patriam eductū sic proditoriè necauit. Hæc omnia partim patent ex processu quem Philippus præ Catanei potetia habere numquā potuit, Fiscus vero benè sciet illius copiam obtinere, partim quoq; sunt nota testibus Philippo cognitis,qui tamen ad Philippi instantiam nihil deponent. At Fisco adiuuante veritatem dicere non detrectabunt.

Vtriusq; bona Baldaxaris, quæ fuere, & in processu patent ascendere ad milionem in circa,non poterunt nec pro decima parte à Fisco produci in lucem nisi Philippo indicante quomodo,& qualiter in varios contractus, & in alias personas trāslata sunt, & quam diuersimodè sunt occultatæ,quæ omnia pro communi interesse Philippo indicante, & Fisco authorāte patefient solus autem Philippus hæc perficere non valeret, Fiscus solus hæc detegere ignoraret, atque ita patet satis prudenter fisci patronum velle in suo tribunali Philippum Spinulam collitigantem.

Quo ad secūdum quatenus dicunt Philippo obstare notoriam iniustitiā, & si hoc non est præsentis speculationis, tamen suaderi nullo pacto possumus aduocatos eximios ignorare distinctionē quòd
1 si legatarius delinquit contra memoriam defuncti post legatum acquisitum, illud vtique ab ipso aufertur,& Fisco applicatur, si vero delinquit ante acquisitionē, vt in casu nostro,tunc nihil habet quòd sibi à Fisco auferatur, sed ex eo delicto quòd esset potens ad auferendum, multò magis efficitur non idoneus ad acquirendum ex regula l.qui autem in princ. ff. quæ in fraud.credit.& sic dicitur inca-
2 pax, & dispositio ad sui beneficium habetur pro non scripta,& per consequens bona testatoris qui hæredem grauauerat remanent libera apud ipsum hæredem, sic docent Bal. in l.his consequenter in 2.lect.in finalibus verbis ff. famil. Hercifcun.Aret.post Bar. in l.2. in princ.col. penul. vers. Tu autem tenendo sententiam Bartoli ff.de vulg.& pupil.sequuntur ibi, & benè declarant Rip. num.59. & Ias. num. 41. vbi ad obiectum Imolæ dicētis quod post mortem voluntas mutari non potest,respōdeat quòd lex præ-
3 sumit testatorem in vita non disposuisse ad beneficium ingrati si tunc pręsciuisset ingratitudinē quod etiam inquit Alber. in l.sororem num.2. vers. si vero C. de his quibus vt indigñ. & sic concludunt prędatam distinctionem si legatum tempore ingratitudinis fuerat, vel nō fuerat acquisitum.Idemque dixerat ibi Soccin. senior num.30. in 1.limit. & Socc.Iun. num.217. in fin. & Doctor. omnes in tit.de his quibus vt indign.& in tit.de adim. legat.

Inter quos aduertendū est quod aliqui mē-
4 tionāt si delictum est In vita,vel in morte quod quidem non est ex eo quod vita,vel mors faciant differentiā nā vtroq; casu præsumitur testatorem non disposuisse ad beneficiū eius qui futurus erat ingratus,vt modo diximus,sed consideratur mors quia nō prius, sed post mortem acquiritur legatum. Et sic post acquisitionem aufertur tanquam ab indigno, prout declarat Bal. in loco prædicto, quando autem legatum tempore delicti nondum est acquisitum siuè hoc eueniat quia disponens adhuc viuit,siuè quia legatum erat in diem, vel sub conditione,& sic etiam post mortem disponentis acquiri non poterat donec dies, vel

vel conditio aduenissent, vt inquit Peregrin. de fideicom. art. 1. num. 7. vers. alia etiam est ratio, tunc semper delictum inhabilitat ad acquirendum, & per consequens Fiscus nihil reperit apud legatarium quod ab ipso auferat, sed ipso legatario effecto incapace, & inhabili ad acquirendum remanet disponentis hæreditas libera, & exēpta, ac si talis dispositio nunquam facta fuisset, prout specificè declarant Aret. Ias. Rip. & cæteri in locis prædictis. Et non deberi ista legata ex offensa post mortem inquit expressè gloss. in l. fideicōmissum C. de fideicom. illamque ibi norar, & sequitur Bal. declarans hoc procedere in legatis, vel fideicommissis, licet aliud sit in hæredis institutione quæ tacitè reuocari non potest, sequitur etiam Alber. in d. l. sororem num. 2. in fin. C. de his quibus vt indign.

5 Et offensam in vita testatoris, vel post eius mortem ante acquisitionem æquiparat Ang. Aret. in rub. de pupill. subst. col. fin. vers. Tertio si mater cum alijs latè congestis per Couar in rubr. de testā. par. 2. col. 19. vers. quinto ex præmissis per Mantic. de coniect. vltim. voluntat. lib. 2. tit. 3. nu. 20. & lib. 8. tit. 12. nu. 23. & 24. vbi in specie loquitur de offensa facta filio testatoris, Ruuius siuè Lupus qui ferè loquitur in casu nostro in rubr. de donat. inter vir. & vxor. §. 70. nu. 17. & 18.

Qui omnes concludunt talia legata, vel fi-
6 deicommissa nō acquiri, & proindè hæreditatem remanere liberā ab huiusmodi dispositionibus quod & genericè tradit Peregr. in d. tract. de fideicom. art. 31 nu. 1. & in tract. de iur. Fisc. lib. 3. tit. 13.
7 in princ. & sufficere offensam cōtra memoriā testatoris, vel contra ejus descendētes, & etiam si offensor habuit aliquā iustam causam, & etiam si offensor non fuit idem legatarius, sed illius pater, vel frater, tradunt Mant. in duob. locis prędictis, & etiam lib. 12. tit. 5. nu. 1. 8. & 9. Pistor. instit. de adempt. lega. num. 4. Peregr. de fideicom. art. 18. num. 24. & de iure fisc. lib. 2. tit. 8. num. 3. & 4. Ferdin. Loaz in l. filiusfamilias §. Diui nu. 59. ff. de leg. 1. Surd. decis. 41. per totam qui ad hoc affert alios innumeros. Et nos quoque suo tempore alios afferemus.

Et fundabimus etiam aliam conclusionem
8 nempè quod substitutio in casu mortis non habet locum si mors causatur per substitutum. Nō enim delictum prodesse potest nec dicitur conditio purificata,
9 sed præsumitur semper occisum superuire occisori, nec vnquam posse ad illa bona aspirare, ita Bar. punctualiter in l. si ab hostibus §. si vir vxorem in finalibus verbis ff. solut. matrim. & ibidem Castr. & latius Barbos. num. 5. Ruuius siuè Lupus in d. rubr. de donat. inter vir. & vxor. §. 70. num. 17. latè Molfes. ad consuet. Neap. par. 7. sub titul. de iur. quatr. q. 13. num. 2. 3. & 4. ex quibus rationibus orta fuit decisio Collateralis Consilij in casu fortiori, vt per Reg. de Pōte in decis. 24. nu. 7. 18. & 24. qui legatur quæso etiam num. 27. & 28. vbi declarat non obstare quod sententia non puniuit pœna ordinaria, & loquitur in maiore. Vnde tanto clarior est casus noster in quo vltra tot. auxilija consanguineorū in illa Genuensi Republica oportebat etiam ipsius Cata-
10 nei pœnam minorari ex minori ætate quæ ad hoc obligat Iudicem de iure cōmuni licèt arbitrarium sit de iure Regni, vt in Pragmat. 1. sub titul. de minoribus, sed in alia Republica Lucensi, vbi non comparuit, nec docuit de minori ætate orta fuit alia sententia condemnans ad mortem cum omni iusto rigore.

At vero vt pateat indubitatum esse præfa-
11 tum articulum conditionis non impletę, & perpetuæ exclusionis vltrà prædictos videantur quæso Imol. de Primog. lib. 3. c. 2. num. 31. & 32. Rolan. à vall. in tract. de lucr. dot. q. 61. Fanuc. in eodem tract. glos. 14. num. 4. in fin. Hyppol. de Mars. in l. nihil interest num. 2. ff. ad l. Cornel. de Sicar. & in cons. 126. num. 4. Barbat. in c. Raynaldus col. 13. de testam. Greg. Lopez in l. 2. titulo 15. par. 2. in verbo

sino

sino el hijo mayor col. 1. Mãdell. de Alb. in conf. 678. Baiar. in addit. ad Iul. Clar. in verf. homicidium num. 51. Mieres de maiorat. par. 2. quæst. 4. illat. 1. num. 17. & hæc, & alia fortè etiam non minora ad Philippi inclusionem, & ad Catanei exclusionem suo tempore latius deducentur, neque enim boni consilij esset præmaturè omnia proponere, sed aliqua in hoc tangere nos cogit ipse Cataneus qui dicere non erubescit se à Philippo iniustè vexari dũ Philippi prætensio est adeò rationabilis, & valdè iusta, & insimul nimis æqua ad hoc vt Baldaxaris bona perueniant ad suos nepotes gratissimos, & suorum filiorum obsequentissimos potius quam ad alios nepotes ingratissimos, & filiorum eiusdem Baldaxaris homicidas.

Et deniq; vt in hoc claudatur os partis respondeat quæso quid est, quod tantoperè affectat Philippum à Fisco diuidere, & solius Philippi abolere prætensiones? certè & Fisci, & Philippi prætensionum vna eademque est basis nempè Catanei ingratitudines, & delicta. Quare si Cataneus de sua innocentia sic cõfidit, vt speret in Regia Camera excludere fiscũ multò magis cum eadem exclusione terminat prætensionem Philippi, si vero cum Fisco succumbit bone Deus quæ immanitas est hæc vt velit excludere etiã Philippum contra Fiscum? Obstat equidem regula quòd tibi non nocet, &c. vt in c. dilecti de maiorit. & obed. Contra vero si absq; Philippo sperat Fiscum paleare ingratitudines abscõdere delicta celare,
11 bona occupare, & fraudare, ex hocipso talis versutia non est permittenda l. iurisgentium §. sed si fraudandi ff. de pact.

Oportet itaque & omninò expedit insimul tractari, discuti, & decidi hoc nouum iudicium in quo Philippus, Fiscus, & Cataneus sunt necessarij, & connexi colitigantes, prout ab initio dicebamus, & oportet hoc iudicium sic integrum in Regia Camera diffiniri, Primo quia hoc iudicium ad præsens initiatur, Secundo quia idem esset in quocumque statu iudicij reperiremur, Tertio quia diuisio istorum collitigantium produceret quamplura inconuenientia à legibus non permissa.

Primo, quod hoc iudicium sit penitus nonum patet ex lectura supplicationis. Primo loco porrectè proponendo petito-
13 rium ex incapacitate Catanei, & instãdo sic declarari, & condemnari ad relaxandum, quorum nihil pro præterito fuerat deductum, vt ex lectura ipsius supplicationis cuius forma sic traditur per Menoch. de adipis. possess. reme. 4. nu. 358. & quia pars iactabat quo ad nos liberas ædes habere quia talis actio spectaret ad fiscum, & fiscus his auditis præparabat proponere sicut iam proposuit suam actionem, oportuit ne iudicium nostrum redderetur elusorium instare, vt præfata incapacitas iudicetur etiam audito fisco, & hæc omnia noua sunt.

Non obstat talem incapacitatem in aliquibus instantijs in processu mentionari, Nam hoc fiebat solum ad facilitandam immissionem, quam ipse Cataneus dicebat esse frustratoriam ex fideicommisso cuius vigore postea Philippus restituere cogebatur, & dolo petebat, quòd fuisset restiturus, Philippus vero dicebat suffi-
14 cere ad obtinendum immissionem indicare quod in petitione fideicommissi poterat adesse dubitatio, iuxta tradita per Riminal. Iunior. in conf. 729. num. 13. vol. 6. & latè Peregr. de fideicom. a t. 47. num. 7. & nu. 72. & 73. & art. 48. nu. 1. & 5. cum sequentibus. Quod autem poterat esse magna dubitatio apparebat ex incapacitate propter fratricidium, de qua incapacitate fuisset postea discutiendum si Cataneus post habitam à Philippo immissionem voluisset contra ipsum Philippum agere ex fideicommisso. Et hoc semper dictum fuit, & protestatum oretenus, & inscriptis in allegationibus quæ sunt penès duos qui iudicauerunt,
15 & hæc opposita, imò & etiã quòd iudicata fuissent in possessorio nihil obstant.

respectu noui iudicij in petitorio, prout
est textus expressus in l. & an eadem §.
fin. vbi glos.ff.de except. rei iudic.

Vnde non obstat consideratio partis dicen-
16 tis fuisse decisum petitorium ex eo,
quod Philippus allegauit incapacitatem
quæ impedit acquisitionem dominij, &
sic videtur tangere petitorium, nam ex
hoc destruerẽtur omnia tradita per Do-
ctores in c.licet causam de probat. in l.
ordinarij, C. de rei vend. & alibi millies
17 dicentium licere in iudicio possessorio
allegare, & probare dominium ad adiu-
uandum causam possessionis, etiam
quòd circa dominium fiant articuli, &
probationes in causa possessionis sicut
fuisse decisum testatur Afflic.in decis.7.
Non enim attenditur quid allegatur, sed
ad quem finem allegatur; & ideò hæc
omnia intelliguntur pro adiuuãdo pos-
18 sessorio, nec posset fieri sententia in pe-
titorio, sic benè declarat Dec.in cõs.28.
num.3. & in cons.24.col. fin. circa me-
dium in vers. non obstat, & in cons.162.
col.2. circa finem in vers. Et in tali qui
cæteros cumulat.

Fortior ergo est casus noster in quo nec
probationes adsunt, nec articuli, nec si-
milia quæ etiã sm̃ Doctor. nõ præiudica-
rẽt, sed solũ indicabatur adesse hanc ex-
ceptionẽ opponendã si post immissionẽ
Cataneus aliquid peteret ex fideicõmis-
so. Sic perpetuò legitur in nostris allega-
tionibus tunc porrectis sic dicebamus
oretenus, & sic patet ex processu cuius
ordo rego obseruetur.

In primis Philippus Cæsaris Catanei hæres
ex testamẽto sic declaratus ex præãbulo
petijt immissionẽ vigore l.fi.C. de edic.
Diui Adr.toll.fol.j.illãq; obtinuit ex de-
creto S.C.fol.17. Opponitur pro parte
Catanej de fideicõmisso quon.Baldaxa-
ris à quo, prætendit se vocatũ. Oritur de-
cretũ quod circa bona Baldaxaris partes
deducant incumbentia circa petitã im-
missionem. Ecce ergo in petitione, & in
termino aliud non adest, nisi simplex iu-
dicium immissionis.

Inquit Cataneus fuisse postea cumulatum
petitorium fol.43. sed est totum contra-
rium sic declaratum per ipsas partes, &
per S.C. siquidem Philippus hæres Cæ-
saris cumulat immissionẽ nõ modo pro-
portione relicta ipsi Cæsari per Baldaxa-
rem eius patrẽ, sed etiam respectu por-
tionis per eundem relictę Stephano Fra-
tri Cæsaris cuius ipse Cæsar fuerat post-
modum hæres ab intestato, & cumulat
immissionem peti pro bonis vbicunq; si-
tis, verũ est quod respectu portionũ par-
ticularium legitimè, & trebellianicè dicit
quod ille sibi debentur, & quod illas re-
tinere intẽdit, loquens de tempore præ-
terito, & ad hoc præsentando legitima-
tiones ex quibus visum fuit S.C. posse
etiam de præsenti determinare si deben-
tur, vel non debentur, & in effectu deter-
minauit non deberi legitimas neque
trebellianicas.

Sed quo ad totam hæreditatem respectu
fideicõmissi nihil deducit Philippus de
præsenti, sed insistit solũ in immissione
petita, replicans omninò esse immitten-
dum non obstante fideicõmisso per Ca-
taneum allegato quod nullo iure obsta-
re poterit, sic loquens in futurum, & si-
gnificãs quod de ipso fideicommisso di-
sputabitur quãdo eius vigore post habi-
tam immissionẽ Cataneus se derigeret,
iam quod respectu immissionis de præ-
senti sufficit hæredi non acquiescere fi-
deicommisso reseruãdo illius discusio-
nem post obtentam immissionem, prout
paulò ante de iure fundauimus.

Insuper inquit Filippus fideicõmissũ nõ im-
19 pedire immissionẽ quia de forma est vt
post immissionẽ recipiat fideicõmissarius
de manu hæredis l.filiã fratribus vbi Bar.
nu.j.Cast.nu.2.Ang.nu.1.Alex.nu.3.ff.
ad trebell.l.hęres cũ debuerat ff.eod.oc
in l.fin.C.de edict.Diui.v3. Bar. nu.22.
Alb.nu.15.Cast.nu.13.Alex.n.24.Dec.
n.48.& latius in cõs.84.col.1.vers.secũ-
do quia nõ obstat, & latè etiã Menoc.de
adipisc.pois.reme.4.n.630.cũ seqq.Pe-
regr.de fideicom. art.47. nũ.65. & 66.

Et

Et ex istis cõclusionibus dicebat Filippus in possessorio nõ posse Cataneum ex fideicommisso impedire immissionem respectu totius hæreditatis circa quam de petitorio verbum nullum, Et multo minus ex capite incapacitatis si quidem ista cõparitio fuit in anno 1603. sententiæ vero fuerũt habitę in anno 1612. & 1614. & similiter in toto processu vsq; ad primam sententiã talis incapacitas non articulatur non deducitur non mentionatur.

Vnde ergo nunc somniatur? Imò in illa cõparitione Philippus, & in medio, & in fine deducit, & concludit solam immis-
20 sionem, quæ conclusio in libellis attenditur, vt per Alex. in cons. 117. num. 2. vol. 2. & per Dec. in cons. 28. num. 3. vbi in specie loquuntur de conclusione in possessorio, vt sit iudicium merè possessorium, licèt in corpore supplicationis fuisset narrata causa proprietatis allegat Ant. de Butr. & Abb. in c. ex parte de foro compet. & reliquos omnes in hoc concordes, & certè in casu nostro non poterat Philippus expressius declarare quod pro tota hæreditate petebat, & intentabat solam immissionem etiam cum protestatione, quòd respectu huius capitis suum ius deducebat. Idemque alias
21 declarauit pluries, quæ sola declaratio sufficeret non modo in verbis adeò claris, vt in casu nostro, sed etiam in dubijs, vt post Bar Alex. & alios tradit Ripa in l. naturaliter in §. nihil commune nu. 134. ff. de acquir. possess. & etiam verba impropriando, vt per Socc. in cons. 262. num. 2. vers. 3. hoc idem patet vol. 2.

In eandem cõformitatem Cataneus inquit tale caput numquam fuisse propositum, & quòd si per Philippũ proponetur dabitur congruum responsum, & ostendetur ipsum Philippum nõ esse audiendũ, prout legitur in sua responsione. Et in eandem conformitatem dum S. C. post omnes petitiones, & instantias Philippi iussit Cataneum producere mandatum generale, & sufficiens illi decreto Cataneus obtemperauit præsentando procurationem in qua adimplet respectu generalitatis quia loquitur circa omnia bona, adimplet etiam respectu sufficientiæ, quia videns Philippum petijsse solummodò immissionem ex l. fin. C. de edict. Diui. adimplet constituendo procuratorem solummodò ad se opponẽdum petite immissioni ex l. fin. C. de edict. Diui. proindeq; defendit illud esse sufficiens, quia sola immissio fuerat petita.

Et sic nostram intelligentiam idem Cata-
22 neus facto, & verbis iudicialiter confirmauit, ita quod non modo de iure præcluditur sibi via contrarium asserendi l. vnic. C. de confess. c. fin. extr. eod. Bart. in l. 1. §. 1. in prima opposit. ff. quib. appell. non licet, vbi inquit tales assertiones valere quantum pactum, sed ex omni decentia mirum est quomodo ad præsens audet contrarium dicere eius, quod pluries in scriptis solemniter declarauit, hęc autem intelligẽtia inter ipsas partes erat adeò notoria, quod idem Philippus cum hac procuratione institit procedi ad vlteriora. Ipse autem Filippus eiusque aduocati incidissent in errorem valdè supinum si proposito petitorio ex incapa-
23 citate permisissent procedi cum procuratore restricto ad possessorium cũ quo acta, & decreta in petitorio fieri non potuissẽt, prout expresè declarat Dec. post Bal. & reliquos in l. fin. C. de edict. Diui
24 Adr. toll. num. 21. in fin. & nulla essent acta cum procuratore non habente illam potestatem, vt per Bal. in l. falsus col. 13. vers. ad tertium C. de furt. & in l. penul. C. qui dar. tut. poss.

Similiter in eandem conformitatem S. C. visis petitionibus intentatis per Philippum, & viso mandato procurationis declarauit illud sufficiens. Et clarũ est quod S. C. nolebat partes decipere, imò vtraq; pars illud decretum acceptauit. Eodẽq; modo sequitur sententia in qua respectu portionum particularium declaratur nõ deberi legitimam neque trebellianicam, sed respectu generalitatis, quo ad totam hære-

hæreditatem dicitur solummodò nō esse locum petite immissioni. Imò aduertatur qualiter circa legitimam,& trebellianicā deciditur illas non deberi, & adducitur hoc pro ratione ad denegandam immissionem, E cōtra de fideicommisso verbū nullum, nec in decisione, nec in ratione decisionis, nec vllo pacto poterat quicquam in hoc discuti dum ex lectura processus, & ex intellectu vtriusque partis, & etiam ex interpretatione Sacr.Consil. nihil fuerat in hoc petitum neque deductum.

Venio ad secundam instantiam in qua breuiter me expediam quia in ea nulla adest noua petitio,sed simpliciter reclamatur, & cōmittitur reclamatio. Et sic nihil penitus discuti poterat vltra decisa in prima
25 sententia,& hoc primo ex natura Iudicis delegati quales sunt Regij Cōsiliarij, qui non possunt in alio procedere quā in commissis, prout videmus in dies, & testatur pluries Præses de Franchis post Carauit. in rit.265.num.28. vnde commissio,quo ad immissionem ad totam hæreditatem nō poterat extendi ad proprietatem illius ex qua uis causa nisi de hoc etiam in commissionē fuisset facta mentio,prout in specie tradit Guid.Pap. in cons.45.num.2.

Item, & secundo nihil noui discuti poterat
26 ex natura Inditij reclamationis in qua etiam coram habente iurisdictionem ordinariam, si nouum caput principaliter non deducitur remanet solummodò discutienda iustitia sentētiæ, à qua supplicatur l.per hanc,quam ita summat Bart. Bal.& Salyc.C.de tempor.appell. Bart. in l.1.C.si aduersus libert.glos.in l.ita demum in verbo agitur in 2. notabili C. de procur.declarant Abb.in c.pastoralis, vbi specificè loquitur, quando in primo iudicio fuerat intentatum possessorium, &Maran.in suo specul.in 6.par.in verbo appellatio nu.126.in fine cum sequentibus,& in casu nostro sola, & simplex reclamatio fuit deducta,& cōmissa fol.429 Sic terminus ad non posita ponendum, & omnia reliqua acta ordinatoria, quæ in facti notula leguntur.

Adeo quod ex intelligentia vtriusque partis tractabatur sola reclamatio,& illa tantum fuit decisa, licet ibi extra terminos iudiciarios, sed ex causis discussis voluerit S.C. dare Philippo ducatos 15.mill. prospiciens ad eius necessitatem ętatem, & consanguinitatem si fortè cūm hoc acquiesceret,videns, autem quod non acquieuit, sed mouit nunc præsens iudiciū ex incapacitate, fecit S.C.illud decretū, vt hoc iudicium sit loco reclamationis,coarctādo terminum,& fortè cum intentione aliquid pinguius addendi, & totaliter finiendi.

Quod autem hoc fuerit expediens extraordinarium S.C. ad finiendum lites inter consanguineos patet.Primo quia ita oretenus declarauit Præses S.C. qui in causa interuenit.Secundo idem Pręses S.C. commisit præsens iudicium originaliter tanquam nouum,non autem quasi reclamationem reassumptis actis.Tertio idem Præses, & totum S.C. iussit remanere eundem cōmissarium quia sciebant verè
27 non esse reclamationem quæ oportuisset alteri committi de stylo S.C. vt per Carau.in rit.252.num.15.in fin.Quarto non datur terminus ad non posita ponē-
28 dum sicut etiam est de stylo S.C.& oritur ex doctrina Bar.in l.per hāc in princ. C.de temp.appell. per Abb. in c. fraternitatis de test. sed quod deducantur incumbētia,& restringatur tēpus tollatur nominatio licèt simus in negotio extra Regnum contra tex.in l.1.C.de dilat.& in §.plurimorum in auth.vt omn. obed. &in const.in pecuniarijs,est similiter cōtra ius commune,& contra ius Regni in constit. obscuritatem præcluduntur beneficia.

Quæ omnia patefaciunt non esse reclamationem sicut verè ad esse non poterat dū clarissimè demonstrauimus primam instantiam in hoc nullatenus affuisse, & fuisse prædictum expediēs,Sed a decreto prædicto tanquam nimis præiudiciali recla-

reclamauit Philippus cum decretatione
29 quod intimetur parti. Reclamario autẽ denegari nõ poteſt ab huiuſmodi interloquutorio non reparabili in diffinitiua, vt latè per Marant. in 6. par. in verbo appellatio num. 163. & in reclamatione ſtante diſſenſu Philippi qui per S.C. credebatur in hoc conſentire clarũ eſt quod declarabitur eſſe primam inſtantiam, vel tanquam in prima inſtantia ad vlteriora procedetur abſq; alia declaratione tanquam de reſuſtentabili ſolum ex partiũ volũtate qua ceſſante, & Præſes, & S.C. relinquendo eundem Commiſſarium cũ alijs actis ſupradictis iam eſſe primam inſtantiam virtualiter declarauit.

Eſt ergo hoc iudicium omninò nouum ex dicta ſupplicatione, & eſt in principio rũ quia non poteſt Philippus arctari ad terminum extraordinarium tum etiam quia nec talis terminus incępit currere. Nam dictum decretum quòd infra tres mẽſes, &c. notificatur die 7. Iulij 1617. vbi Philippus reclamat ab omnibus prædictis præiudicialibus, incipit procedere D. de Franchis fol. eod. à ter. Et ibi Philippus dixit, quòd ſi eſt reclamatio debet eſſe alter Cõmiſſarius, Cataneus dicit debere eſſe eundẽ, & Præſes S.C. ita prouidet.

Philippus dicit optimè quod donec fiat reuocatio illorum verborum loco tamen reclamationis interim non poteſt eſſe idem Commiſſarius.

Quæ dubietas adhuc non eſt deciſa, Nec decidi poteſt quia tunc ſuperuenit inſtantia Regij Fiſci allegantis procedi nõ poſſe in S.C. Non omittendo quod Cataneus dicendo ſemper hanc actionem ſpectare ad Fiſcum non ad Philippum, aduertit & commouit Fiſcum ad faciendum ſuas diligentias, & coegit ipſum Philippum (ne faceret iudicium eluſorium) inſtare hæc decidi etiam audito Fiſco.

Patet ergo præſens iudicium eſſe in ipſo principio, & nunc initiari. Primo quia licet pro tota hæreditate fuiſſet propoſita incapacitas in ſupplicatione commiſſa, & adeſſent articuli, & probationes tamen dum concluſio libelli eſt pro immiſſione ad eandem hæreditatem nihil commune haberet illud iudicium cum petitorio, quod ad præſens initiatur ſicut ſupra clarè fundauimus. Patet ſecũdo quòd talis ſupplicatio, & articuli tanto minus eſſent conſiderabiles parte cõtradicente ſicut in ſpecie tradit Dec. in conſ. 84. num. 2. verſ. tertio, & vltimo, vbi ex Bal. in l. ordinarij C. de rei vendic. & ex alijs fundat ſufficere contradictionem tacitam, & in caſu noſtro in illo fol. 630. & alibi habemus contradictionem adeò expreſsã, & mordacem. Patet tertio talẽ incapacitatem numquam fuiſſe articulatam nec propoſitam nõ modo formiter, ſed nec etiam pro poſſeſſorio in ſupplicationibus commiſſis, ſed ſolum extra telam iudicij fuit ſic allegata ad Iudicis inſtructionem pro cõcluſionibus ſupradictis nimis remotis à petitorio quod nunc primum proponitur.

Et eſt in initio ſicut etiam in initio eſt iudicium Fiſci, & tanquam vnum, & idem iudiciũ ex cõnexitate inſeparabili vtrumq; inſimul, & eodem tempore, & in eodem tribunali decidendum eſt. Idq; oportet eſſe Regiam Camerã, iuxta Regias Pragmaticas iam quòd Fiſcus in ſua actione eſt actor contra Philippum, & contra Cataneum quos prætendit excludere, & reſpectu actionis per Philippum propoſitę eſt etiam reus dum incapacitatem ab ipſo propoſitam nititur impugnare, Cataneus vero cum vno eodemq; fundamento prætendit excludere vtrumq;.

Secundo dixi quod licèt eſſemus in reclamatione (quod quidẽ à veritate eſt alieniſſimum) tamen idem eſſet reſpectu cognitionis ſpectantis ad Regiam Camerã dum ipſe Fiſcus propriam deduxit prætenſionem. Qua in re notãdum eſt qualiter pars ęquiuocat, vel potius fingit terminos æquiuocare afferens Doctores in l. 1. C. ſi pend. appell. cum reliquis relatis per Peregr. de iur. fiſc. lib. 7. tit. 1. qui omnes loquuntur quando fiſcus ad cau-

sam initiatam venit ex iure illius qui litẽ mouerat,& distingunt si venit,vt hæres, vel vt successor particularis, prout refert Peregr. in loco prædicto num. 11.

Casus noster est valdè differens,quia fiscus venit ex iure proprio,& quia hæc intelligentia confert ad alia inferius dicenda, aduertatur qualiter apud illos Doctores disputatur de iure communi,iuxta quod procurator Cæsaris non in omnibus habebat integram iurisdictionem l.3.C.vbi causæ fiscal.declarat Azo.in tit.de offic. proc.Cæsar.in summa, Nec habebat iurisdictionem priuatiuam, sed aliquando iudicabat vna cum Præside Iudice ordinario inter priuatos l.2.C.si aduers.fisc.

30 Et aliquando agebat fiscus coram solo Iudice ordinario inter priuatos coram quo fisci prædecessor litẽ instituerat obseruando regulam tex. in l.vbi cęptum ff. de iudic. prout declarat Alex. in l. si constante §.fin.col.3.in vers.Et in quantum,ff.solut.matrim. Et adhuc in isto casu etiam de iure communi Procurator Cæsaris volens cognoscere aduocat ad se causam cum toto processu,& actis factis cum prædecessore, prout cõcludunt omnes relati per Peregr.in dicto nu.11. circa finem.

Vnde tanto magis etiam inspecto solo iure communi nulla dubitatio adest in casu nostro in quo fiscus initiat suam litem, & quia petit eadem bona petita in S.C. per Philippum,& tanto magis quia fundatur in eodem homicidio per Philippũ allegato. Oportet sine dubio esse vnicũ Iudicum ratione connexitatis quę dicetur inferius,& quia præcedit petitio Philippi oporteret hunc vnicum Iudicem esse idem S.C. si omnes colligantes essent priuati,sed Fiscus vult,& potest coram proprijs Iudicibus agere l.1.& 3.C. si aduers.fisc. & in tot.tit. C.vbi caus. fiscal.cum reliquis relatis per Peregr. in loco prædicto nu.2.in vers. Ideo fiscus, & specialiter de causis ex capite indignitatis loquitur tex.in l.1.& 2.C.vbi caus. fisc.& Peregr.in d.num.2. in princ. Bar. & reliqui in l.ad fiscum C.eod. & in d.l si constante in §.fin.ff sol.matr.

Clarius autem procedũt hæc omnia attentis Regijs Pragmaticis quæ supplendo tria prædicta constituunt pro causis fiscalibus Regiam Cameram solam cũ omni iurisdictione,& priuatiuè, vt in prag.37. de offic.S.C.& in toto tit. de offic. procur.Cæsar.præsertim in pragmat.13.14. 62.& 63. aliqua dixerant Luc.de Penn. in l.si quando col.1. C. de bon. vacant. lib.10.& Afflict. in c.1.col.6. de fratr. de nou.benef.inuest.& dum Regia Camera cognoscit prætensionem Regij Fisci oportet illam cognoscere ad exclusionem Catanei,& ad exclusionem Philippi qui reus est aduersus fisci prætensiones.Et quatenus Philippus concludit propterea Cataneum condemnari ad relaxandum sibi bona excluso fisco, oritur ex hoc vt in ista petitione sint correi fiscus,& Cataneus, & consequenter sola Regia Camera est Iudex competens non modo quia fiscus est actor,vel reus, sed quia est,& actor,& reus,& sic cessat assistentia de qua per Franch. in decis.117. cum similibus.

Hoc caput nimis est clarum,sed ex abundãti aduerto,quod prætensio Fisci,& Philippi fundantur in eodem homicidio,ex

31 quo vnico facto sequitur litis cõnexitas l.1.vbi glos. in verbo nec diuersitate C. si vnus ex pluribus appell.Vnde fiscus petijt condemnari Cataneum ex hoc infringendo iura Philippi,nam prætensiones fisci, Philippi, & Catanei sunt adeò connexæ, vt diuisim nec discuti possint, nec iudicari siquidem Philippus dicit Cataneum nunquam acquisiuisse, fiscus dicit acquisiuisse verum non posse retinere, Cataneus dicit se acquisiuisse, & posse retinere. Quicquid ergo iudicetur pro vno perneceisse excludit reliquos ex regula text. in l.sed & si pupillus in §. itẽ si plures,vbi glos. in verbo si institutoria ff. de instit. act. Et propterea quicquid sit in causis non connexis, & vbi adest suspicio fraudis,vt per Couar.prą-

Ąicar.

ctica r. quæst. c. 14 in fin. Præf. de Franch.
32 decis. 261. num. 12. ex tali connexitate etiam quod vna causa esset in expeditione, & alia nunc inciperet oporteret supersederi, & vtramque insimul iudicare, prout in terminis fuisse decisum in Regia Camera refert, Io. Vincent. de Anna in allegat. 76. ex doctrina Bart. & Imol. quos ipse allegat num. 6. & 7. vltra quos videatur in terminis Felin. in c. eum super col. 4. in 3. limit. de sententia, & re iudic. qui affert Innoc. & Bal. specificè hoc decidêres quando nouus actor vult infringere iura competitorum.
33 Et quod in causis cognoscendis per Regiam Cameram sola connexitas facit ipsam Regiam Cameram Iudicem competentem etiam in occurrentibus ab extra adest particularis prouisio in dicta pragmat. 14. de offic. procur. Cæsar. circa medium vers. *Et più vogliamo*.

Quærit Cataneus ad quid ergo deseruiret sententia pro se lata in S. C. respondemus quod quatenus adesset (quod expressè negatur) deseruiret ad omne id ad quod deseruiunt sententiæ Præfecti Prætorio, nēpè vt admittatur vnica supplicatio, & illa cōfirmata imponatur perpetuum silentium. Non enim remittitur causa ad tribunal inferius, sed ad aliud tribunal eiusdem authoritatis, quod quidem tribunal ex nunc incipit esse competēs quia nunc Fiscus est actor, & reus vltrà prędictam connexitatem. Vnde vellet aut fiscum trahere ad S. C. quia sua prætensio est cōnexa, aut velle ipsius causæ connexitatem, & continentiam diuidere, est res ridicula, sed dum vtrumque tribunal habet authoritatē Præfecti Præ-
34 torio quando post sentētiam vnius occurrit remissio ad aliud remittitur vtique in eisdem terminis in quibus reperitur. Et sic vana est consideratio partis quod in Regia Camera. Philippus haberet nouum terminum. Nam sicut dari deberet vel non deberet in S. C. sic etiam dabitur, vel nō dabitur in Reg. Cam. l. proponebatur, vbi Bal. ff. de iudic. Et iudicatur ipsamet causa reclamationis, sicut expressè deciditur in dicta pragm. 63. col. penul. in vers. *Però quando dalla sentenza si fosse reclamato*. Et est casus fortior nam loquitur de reclamatione decidenda per S. C. quod est tribunal solum inter partes absque fisco: Sed Reg. Cam. iudicat fiscalia, & etiam inter partes vbi incidit connexio, vel alia consimilis ratio.

Tertio, Dixi quod diuisio istorum colligantiū produceret quamplura absurda grauissima quorum. Primum esset quia diuideretur connexitas, & continentia causæ contra omnia iura, & pragmaticas supradictas, & etiam cum perplexitate Iudicis non valentis cognoscere, quicquid necessarium est ad eandem cognitionem: Et oritur confusio cū alijs inconuenientibus consideratis in dicta pragmat. 37. Vnde sola connexitas impediret expeditionem processus iam compilati, vt modo probauimus, & tanto magis impedit simul fieri duos processus l. nulli, C. de
35 iudic. vbi non auditur volens continentiam causæ diuidere in eo quod potest vno eodemq; iuditio terminari tradit Innoc. in c. cum M. in fin. de constit. Bal. in l. cum Papinianus in princ. C. de sentent. Aret. in cons. 29. col. pen. in vers. secundę autem dubitationi, vbi loquitur specificè de pluribus actoribus ad eandem rem. Castr. in d. l. nulli num. 2. in fin. Afflict. in decis. 354.

Secundum absurdum esset, quia partes duplicatis impensis, & laboribus vexarētur ob quod vnum tātum processum in vno tribunali omninò fieri debere docet Innoc. in c. cum M. Ferrariens. in fin. de constit. Paul. in l. nulli num. 2. in fin. C. de iudic. & ibidem Ias. & reliqui.

Tertium absurdū esset quia Philippus posset perdere, & non vincere dū quicquid in S. C. ad eius beneficiū iudicaretur esset nullum tàm de iure communi, vt in l. si Fiscus ff. de iur. Fisc. quàm ex dispositione dict. pragmat. 37. stante Fisci prætensione iam deducta per quam instat Cataneum declarari non incapacem, sed indi-

indignum,& proinde Philippum esse excludendum quæ Fisci prætensio decidi
36 non potest in S.C. & permitti nõ debet iudicium in quo posset oriri sententia elusoria,vt per Speculat.in tit. de cõpar. in termin.col.3.vers. cæterum iuxta tex. in c.causam,quę lo 1.de Iud.& in l.prętor in princ. cum ibi traditis per Doct.ff. eod.tit.de Iudic. & in l.final. ff. ne quid in loc.public. Imò dũ sententia pro Philippo esset inanis,& contra Philippum sustineretur tanto minus permittendum est tale iudicium quod quidẽ claudicare,
37 nec per omnia seruari æqualitatem iura nimis abhorrent c.cum inter vbi glos.in verb.claudicare de except.latè Speculat. in tit.de dilat.in §.vidẽdum restat col.3. vers.in summa.& in tit.de empt. & vendit.§.1.vers.quæ omnia Bar.in l.fin.§. in computatione num.8.ff.de iur. deliber. Bal.in rubr.C.de rer.permut.nu.2.Pręs. de Franch.in decis.414.num.6.

Quartum absurdum esset quia possent oriri sententiæ de directo contrariæ si fortè S.C. admitteret Philippum contra Cataneum tanquam incapacem,& Reg.Cam. excluso Philippo admitteret Fiscum cõtra eundem Cataneum tãquam indignũ, quod quidem esset incõueniens legibus satis exosum, & proinde statuitur, vt
38 per vnicum Iudicem omnia terminentur glos.est punctualis in l.1.ff.quib.de reb. ad eund.Iudic.in verb.eundem in tertia ratione, vbi considerat hoc absurdum maximum ne duo Iudices eandem rem diuersimodè adiudicarent,sequitur Bal. notabiliter loquens in l.cum Papinianus nu.2.in vers. Item possent C.de sentent. Paul.in l.nulli C.de Iud. ante num.3. in vers. Nam poteris,& ibi Ias.& latè Felin. in c. ex tenore num.14. cum sequentibus de rescript.

Quintum absurdum esset quia tractaretur de hoc negotio in S.C. in præiuditium Regij Fisci non modo tanquam Fisci,sed etiam tamquam priuati, in quo tria aduertantur.

Primo quod si duo petunt eandem rẽ debet esse idem Iudex , vt modo diximus, & nunc addo quod vtraque lis debet expediri eodem tempore si vtraque est in limine expeditionis,si vero vnus solummodò compilauit quia fortè prius incępetat,aut quia vigilantius est prosequutus tunc iura vigilantibus subueniendo permittunt hanc solam causam terminari,& in casu victorię exequi pręstita cautione ad beneficiũ alterius actoris quatenus ille postmodũ obtineret,ita est text.
39 vulgaris in l. is à quo fundus ff. de rei vendic. sed non vulgare est scire quod in celeri expeditione non consideratur
40 fauor conuenti nam reorum est fugere prout benè trapit Alex. in l.si constante §.fin.ante nu.4.in vers.non obstat quod Fiscus ff.solut. matrim. sed consideratur fauor actoris qui vigilauit , & propterea sibi conceditur hoc remedium cautionis pro expeditione,& exequutione, prout declarant omnes in d.l.is à quo Innoc. Abb.& Felin. in c. cum super de sen. & re iud.& in c.veniens il 2.de test. Bal. in c.1.§.si duo de pace tenen. Boer. in decis.79.num.1. & 2. sed certè Philippus videns quod inanis esset sententia quam obtineret in S.C.non intẽdit vti hoc remedio à lege sibi concesso,ergo remanet id quod iuri magis congruit,vt omnia insimul terminentur potest enim renun-
41 ciare fauori suo vulgatis iuribus , & aduertatur quod si quis in iudicialibus declarasset velle vti aliquo fauore à legibus sibi concesso tunc disputant Doctor. an possit renunciare altera parte contradicente, sed absque tali declaratione nulla adest disputatio, vt in l.si Iudex circumuento,vbi Doctor.ff.de minor.latè Tiraquell.de retract.lignagier ad finem titul. num.24.cum sequentibus, & sic nõ potest fisco denegari vnica,& coniuncta expeditio quæ & priuato concedẽda esset.

Secundo aduertitur quod Fiscus licet esset priuatus tamen ratione connexitatis idẽ obtinere deberet etiam quod Philippi causa esset in limine expeditionis,& etiã ipso Filippo reluctãte,vt supra diximus.

Tertio

Tertio aduertitur quòd circumscripta voluntate Philippi,& circumscripta conne-
42 xitate fiscus habet hoc priuilegium, vt petendo aliquid supersedeatur in petitionibus aliorum ad eandem rem l.apud Iulianum ff.de iur. fisc. quæ lex disponit idem respectu creditorũ hæreditatis quæ à fisco peteretur. Et in hoc adest dubitatio num sit correcta per l.fin.C. de pet. hæred. & verius est non esse correctam quia ibi non exprimitur fiscus sicut ex-
43 primitur in l.apud Iulianum, & dispositio quantumuis generalis non comprehẽdit casus specialiter prouisos l.fin. vbi glos.C.de silent.lib.10.latè Præs.de Frã-
44 chis in decis.162.nu.14. & legum correctio non præsumitur, sic concludunt glos.in d.l.apud Iulianũ in verb. expressum sequitur Bar.& alij nonnulli in quibus non insisto quia non est nostra quæstio, sed nos quærimus quando Fiscus,& priuatus prætendunt eandem hæredita-
45 tem, vel eandem rem, & tunc si prætensio fisci non est deducta non potest ab alio opponi ad litem impediendam l. si hæres ff.si cui plusquam per leg. Falcid. sed si Fiscus iam petijt tunc nulla adest dubitatio quod supersedetur in petitione priuati, sic omnes summant illam legem apud Iulianum sic ibi declarat glos. & sequuntur omnes ibi cum reliquis relatis per Peregr.de iur.fisc.lib.7.titul.3. num.5.

Vnde si procederetur in S. C. inter Spinulam, & Cataneum præiudicaretur fisco duplici via de iure communi,& tertia de iure speciali. Imò nec in Regia Camera procedi posset si Philippus prætenderet ius distinctum, sed quia fisci, & Philippi prætensio sunt adeò connexæ, vt altera sine altera iudicari non possint, nec Fiscus obtinere potest nisi excluso Philippo ideò vtraque prætensio,& potest, & debet vnica sententia terminari.

Quæ omnia resumentes concludimus hoc
46 Philippi petitorium esse in initio, & fouere optimum ius, concludimus in quocumque statu esset oportere decidi in Regia Camera vna cum fisci prætensione. Idque per Cataneum ad fines non licitos controuerti. Debere autem sic decidi tum ex multis iuris conclusionibus, tum etiam ad euitanda inconuenientia respectu Iudicis Fisci, & partium in legibus considerata, Iudex namque (si procederetur in S.C.) negotium inter Fiscum,& partes adeò connexum diminutè cognosceret posset q; eius sententia contradictoria, vel frustratoria deuenire, Fiscus si procedi in S.C. permitteret in ipso processu tripliciter læderetur, in sententia vero præiudicaretur, vel exemplo incapacitatis Catanei quæ pro Philippo decideretur, vel exẽplo innocentiæ eiusdem Catanei quatenus ipse obtineret. Caput enim indignitatis per S.C. non cognoscitur. Partes deniq; sic procedendo duplicarentur laboribus,& impensis, sententia vero quo ad Philippum esset inanis,& quo ad Cataneum (si propheta non est, vt præsciat se diuisis causis in ambobus tribunalibus fore victorem) expedire sibi quisq; intelligit amborum tribunalium sententiam non experiri. Si quidem vt hæc bona perdat, satis est in vno succumbere quamuis in alio obtineret, vt autem bona ipsa tueatur in vtroque vincat necesse est. Nec sanum esset consilium litis genus eligere quo vnica sententia caderet duplici ad victoriam indigeret. Expedit ergo omnibus, vt in omnibus sola Regia Camera prouideat, prout omni iure, & ex omni conuenientia fieri debere demonstrauimus. Deo Gratias.

Præsentem causam (vt verum fatear) totis viribus defendere conatus fui, tum quia ius fouere opinabar, tum etiam, vt protegerem virum inopem qui se mihi defendendum à viro potentissimo commendauerat, Sed tandem innotuit nos aduocatos aliquando decipi. Etenim quo ad petitã immissionem succubui præter id quod ego, & mecum alij multi credebamus. Postea non valui intelligere quomodo

Philippus non fuit, aut totaliter exclusus, aut admissus ad aliquam ratam hæreditatis pro legitima, vel pro trebellianica, sed fuit illi assignata certa quantitas nepè illi scuti quindecim mille. Et tandem minus percepi quomodo in hoc petitorio indiuiduo inter tres prouisum fuit, vt respectu Philippi procederetur in S.C. & respectu Regij Fisci procederetur in Regia Camera. Alia postmodum in hoc negotio euenerunt quæ non cadunt in hoc volumine cum non contineant iuris disputationes.

SVMMARIVM.

1 *Capitulum primum ad beneficium mulierum pro obligatione bonorum feudaliū fuit expeditum per Regem Catholicum in anno* 1505. *Secundum per eundem Regem eodem tempore nu.*2. *Tertium petitū, & non concessum in anno* 1536. *num.*3. *&* 16. *Quartum concessum in anno* 1540. *nu.*4. *&* 15. *Et in illis annotantur aliqua declarationes. Sunt autem ad beneficium mulierū pro dotium conseruatione num.*5. *Vbi an hæredes, & num.*2. *Et ad quos hæredes num.*6. *An autem ad alias personas, vide num.*7. *cum seqq. & num.*13. *Quomodo autem intelligatur assensum esse præstitum contractui declara vt num.*8. *&* 10. *Et quid de antefato, vid. in num.*12.

9 *Antefatum habet eadem priuilegia dotis, tamen non comprehendebatur in priuilegio Regis Catholici nisi ex noua grat a num.* 12.

11 *Vsufructus à proprietate est omninò diuersus.*

14 *Gratia præsertim in materia assensus strictè intelligitur nec vllo modo extenditur.*

17 *Capitula Regis Catholici ad beneficium mulierum, an extendātur ad bona soceri declara vt num.*18.

20 *Assensus præstari in contractibus exterorum prohibetur Proregibus in anno* 1561. *Vndè dubitatur an virtualiter ipsorum bona exhimantur à priuilegio Regis Catholici.*

21 *Noua causa prohibitionis superueniens impedit effectum dispensationis ad prohibitiones præcedentes, & num.*23.

22 *Prohibitio potest esse respectu rei, & respectu personæ, & an dispensatum in vno trahatur ad aliud.*

24 *Remissum non potest dici illud quod non est cognitum.*

25 *Capitula Regis Catholici non extendebantur ad bona titulata donec fuit specialiter concessum in anno* 1540.

26 *Subreptionis, vel obreptionis vitium quid operetur.*

27 *Contractus alioquin validus ex potestate antecedenti irritatur si in eo reseruatur noua dispensatio quæ non subsequitur, declara vt num.*28. *&* 30.

29 *Capituli Regis Catholici concessio non prodest super hypotheca tacita nisi adsit feudorum obligatio expressa.*

ALLEGATIO LXVII.

Pro creditoribus Marchionis Marigliani.

In Dei Nomine Amen.



Nnis præteritis Andriana de Noa contraxit matrimonium cum Io.Baptista Mõtenigro filio Hieronymi Marchionis Marigliani, & quia dos consistebat in bonis stabilibus, fuit taxatum antefatū in duc.11. mil. prout legitur in capitulis matrimonialibus, & tales promissiones fiunt cum assensu Regio impetrando.

Talis assensus per Andrianam in supplicatione asseritur fuisse impetratus, sed in processu non adest, & quamuis adesset nõ proficeret stante prohibitione respectu exterorum, quæ in specie iudicata est in personam eiusdem Marchionis, vt supra

supra in allegat.53. vnde filij nati ex dicto matrimonio prætendunt iuuari, ex Capitulo Regis Catholici.

Creditores multa dicebant in contrarium, qua de re Sacr.Consil. de pretio Terræ Marigliani iussit conuerti in emptionem duc.11. mil. pro illis liberandis, cui iustum videbitur.

Nunc ergo agitur de illis liberandis,& creditores proponunt duo capita, quorum primum respicit quantitatem prætensam pro tali antefato,& in secundo agetur, si in eo adest,vel non adest assensus.

Primo dicunt,quod in dicto processu compilato inrer Marchionem,& Andrianam sunt deducta nõnulla credita ipsius Marchionis, cum quibus compensatur debitum ex causa antefati, & talis compensatio,quæ tũc opponebatur per Marchionem opponitur nũc per suos creditores ad defensionem huius patrimonij.

Veruntamen tales partitæ essent punctualiter decidendæ,quãdo præsens Marchio obtineret se posse graduari inter creditores habẽtes assensum, sed dum adsunt multi liquidi creditores cum assensu,clarum est, quod si Marchio non habet assensum,illi sunt præferendi in hoc pretio feudali. Quamobrem ordo est, vt ante omnia decidat Sacr.Consil. si in hoc antefato adest, vel non adest assensus,nam si nõ adest lis est finita, iã quod adsunt creditores, cum assensu in valdè maiori sũma; si verò adest assensus,tunc erit decidendum, si ipse Marchio remanet creditor, & pro qua summa.

Quamobrem deuenio ad secundum caput, in quo dicunt creditores cum assensu, quod nullo pacto potest Marchio inter ipsos graduari, nam licet in capitulis reseruetur assensus impetrandus,tamen in processu non adest, nec si adesset proficeret,sicut dictum est Marchio autem in suis comparitionibus prætendit iuuari ex capitulo Regis Catholici,& licèt sit onus ipsius declarare capitulum,quo vti prætendit,tamen ad maiorem huius articuli dilucidationem recensebo illa omnia,vna cum interpretationibus Doctorum,vt appareat, quod ex illis omnibus iuuari non potest.

Primum capitulum in hoc fuit expeditum
1 per D.Regem Catholicũ de anno 1505. quod est num.20. fol. mihi 57. in quo præstatur assensus ad beneficium mulierum,& earum hæredum, circa matrimonia contracta de præterito, & hoc nihil ad nos,sed Doctores illius remporis disputauerunt num illud capitulum fuerit solum in subsidium bonorum allodialium, & alia ad eius interpretationem relata per Camer. in cap. Imperialem fol.52.lit.E.

Secundũ capitulum est subsequens nu.21.
2 expeditum eodem tempore,in quo prouidetur circa matrimonia futura, & disponitur, vt intelligatur præstitus assensus pro conseruatione dotium, siuè mulier Neapolitana nubat extero, siuè mulier extera nubat viro Neapolitano, & hoc capitulum summoperè indiguit interpretationibus Doctorum, nam in eo non fit mentio hæredum mulieris, sicut in præcedenti,vnde magna fuit quæstio, si prodest, vel non prodest, hæredibus mulieris,de qua latissimè per Frecc.de subfeud.lib.2.q.12. & per Camer. in c. imperialem fol.46. in 5.quæst. & emerserunt aliæ dubitationes, si matrimoniũ non est contractum in Ciuitate, & si instrumentum mutui non est confectum eodem die,& vtrum procedat in dote confessata,quæ pulchrè tangit Camer.in d.fol.52.col 4.& fol.57.col.2.Loffred. in cons.22.& Frec.in loco prædicto.

Tertium capitulum fuit petitum à Cæsarea
3 Maiestate in anno 1536. sed non fuit concessum,& est 14.in ordine fol. mihi 143. de quo inferius suo loco verba faciam.

Qnartũ,& vltimũ capitulũ fuit impetratum
4 cum alijs gratijs concessis per eandẽ Cæsaream Maiestatem de anno 1540.quod est septimum in ordine fol.mihi 173. in quo extenditur assensus, etiam ad bona titulata,& etiam respectu antefati.

Hæc sunt capitula, quæ de hac materia lo-
quuntur,& illis recensitis,ac ponderatis
liquet,quod prædicti fratres de Monte-
nigro nullo modo defendere possunt,vt
obligatio pro antefato prædicto sit ro-
borata Regio assensu , ex quatuor con-
clusionibus .

Prima conclusio sit quòd omnia capitula
5 prædicta sunt expedita ad beneficium
mulierum,ne remaneāt defraudatæ suis
iuribus dotalibus, & sunt adeò persona-
lia quod Frec.in d.q.12.& Camer. in d.
fol.46.vix affirmāt talem assensum pro-
desse hæredibus ipsius mulieris,nā mul-
ta arguunt in contrarium,& tandem cō-
cludunt,vt assensus prosit ex vi compre-
hensiua, quoniam acquirens simpliciter
acquirit sibi,& suis hæredibus l. si pactū
ff.de probat.& quia tale ius est iam quę
situm mulieri sequitur, vt quod iuris est
de authore,idē iuris sit de suo hærede ,
ad quem ipsa mulier ius suum transfert
l.postulante ff.ad trebell.Hoc est , quod
ab illis affirmatur ex præfatis rationibus,
& non sine maxima dubitatione , prout
patet ex eorum lectura , & proinde as-
6 sensum vigore capituli prædicti regulari
in omnibus à forma assēsus expressi pro
te,& hæredibus ex corpore vt est cōmu-
nis forma in Regno testatur, & decisum
fuisse inquit Anna in eius allegat. 115.
num.5.Velle autem vlterius protrahere
7 illud capitulum, vt intelligatur præstitus
assensus ad beneficium alterius personę,
quæ non est ipsa mulier contrahens, vel
eius hæres,qui representet sua iura, hoc
quidem esset contra hanc receptam in-
terpretationem,& esset extendere gratiā
ad casum nullo modo concessum, & ta-
lis extensio,neque ad mentem,neque ad
verba illius capituli adaptari potest.

Non ad verba, quia exprimuntur mulieres
tātum,& vis comprehensiua,ex qua Do-
ctores inclinant, vt cum ipsis mulieribus
comprehēdantur eius hæredes, non po-
test vlterius comprehendere alios , nam
solus hæres est, de quo inquit lex, vt sit
vna,& eadem persona,cum defuncto,vt
in §.1.in auth.de iureiur.à mor.præst.&
solus hæres subintelligitur cū defuncto,
vt in d.l.si pactum,& tradit Andr.in c.1.
de duob.fratr. à cap.inuest. Alij ergo in
verbis illius capituli nullo pacto cōpre-
henduntur,& in casu nostro nō agit ipsa
Andriana,neq; eius hæres, quia hoc an-
tefatum per existentiam liberorum non
fuit quæsitum ipsi Andrianę in proprie-
tate,sed solum quo ad vsumfructum vita
eius durāte,proprietas autem illico post
mortem viri fuit quæsita ipsis filijs , tàm
ex dispositione iuris communis, & con-
suetudinis Neapolitanæ, quam ex pacto
particulari apposito in eisdem capitulis
matrimonialibus: in quibus vlterius ca-
uetur , vt ex tunc illa quantitas intelliga-
tur per Marchionem donata ipsis filijs ,
tanquā filijs,& non tanquam hæredibus.
Isti filij sunt,qui nunc prætēdunt hypo-
thecam cum assensu,vigore Capituli Re-
gis Catholici,in cuius verbis,vt dictum
est comprehendi non possunt, neque ad
literā,cum loquatur de mulieribus,neq;
ex vi comprehensiua, cum non sint, nec
esse possint ipsius mulieris hæredes .

Et dum inquit pars,quod assensus intelligi-
8 tur præstitus capitulis matrimonialibus ,
respondetur verum esse quo ad omnia
pacta,conualidantia,gratiam concessam,
& non aliud,ita enim videmus,quod il-
lud capitulum non porrigebatur ad an-
tefatum, etiam acquirendum ipsi mulie-
9 ri,prout infra dicam.Licèt verū sit,quod
antefatum habet eadē priuilegia dotis ,
prout optimè ad hoc aduertit Camer.
in l.Imperialem fol.53.lit.O. vnde solū
dicendū est conualidari,ea quæ spectant
ad ipsas mulieres , ad quarum fauorem
semper dicitur in omnibus capitulis illa
esse expedita; sed ad beneficium aliarum
personarum nequaquam,& esset absur-
dum dicere,quod donatio facta sponso,
vel filijs nascituris,vel aliud, quid simile
habeat similiter assensum , tanquam exi-
stens in eisdē capitulis matrimonialibus,
quod esset si ipsa capitula genericè essēt
assensu vallata, sed porro assensus Regis

vali-

validat capitula matrimonialia, solùm circa concernentia beneficium mulieris circa dotem, & antefatum, non autē in alijs pactis, vel in alijs personis.

Quo ad mentem verò ipsius Capituli mul-
10 to minus comprehēduntur, prout benè aduertit Frec. in d q. 12. num. 19. vers. at si ratio, nam satis clarè, & per verba geminata ibi exprimitur, hoc cōcedi ad beneficium mulierum, ne remaneant indotatæ, quod etiam aduertit Camer. in l. Imperialem fol. 53. lit. Q, & F, qui finis cessat post mortem illarum, & respectu bonorum, quæ illis non sunt acquisita; non enim negamus assensum respectu dotium, neque negaremus assensum ipsa viuente respectu vsufructus antefati, sed circa proprietatem, quę ab vsufructu
11 est omninò diuersa l. qui cum testamento S. si fundum ff. de except. rei iudic. & quæ constante matrimonio non debebatur, & eo soluto fuit statim acquisita filijs, cum spe reconsolidationis vsufructus post mortem matris penès quam extinguitur, cum eius vita; certè in hoc nullū interesse cadit respectu mulieris, cui prouidet capitulum, ex hac ratione ibi assignata, videlicet ne remaneat indotata, & ad hunc finem validantur cautelę, & non aliter. Ad quod est doctrina in terminis, imò in casu fortiori tradita per Camer. in c. Imperialem fol. 53. col. 3. lit. O, vbi
12 docet capitulum Regis Catholici non habere locum in antefato, quamuis regulariter antefatum gaudeat priuilegijs dotis auth. dos data C. de donat. ante nupt. Andr. in c. 1. qui succ. ten. num. 6. in fin. & est ratio secundum eum, quia Catholicus gratiam illam concessit, ne mulier sit indotata, indotata autem non est, dum sibi dos salua remanet: itaque si antefatum gaudet priuilegijs dotis, & tamen ex ratione prædicta, quod non remanet indotata dotis priuilegium, nō extēdebatur ad antefatum, in quo adest formale interesse mulieris, vel in totum, vel in vsufructu iuxta existentiam, vel nō existentiam filiorum, quanto magis nouum priuilegium cōcessum pro antefato eisdem mulieribus, & ad illorum beneficium, neque trahi, neque extendi potest ad id in quo nullum versatur beneficiū mulieris, neque eius hæredis.

Non ommittendo, quod in tātum habebatur pro absoluto dicta capitula solum prouidere ad interesse mulieris, quod nō
13 extendebantur etiam ad restitutionem ipsius dotis, quando restitutio non veniebat facienda ipsi mulieri, vnde opus fuit in anno 1580. prouidere hunc casum, sicut legitur in nouissimis Pragmaticis sub titul. de feud. nu. 23. & quamuis in dote simus in causa onerosa, cum exierit de patrimonio promittentis: tamen illa prouisio fuit admodum restricta, prout ibi legitur. De antefato verò quod est lucrum, non modo non adest prouisio, sed nec etiam petitio, nam fuisset temeritas petere extensionem pro lucro ad alias personas. Proindeq; sicut clarè legitur in omnibus dispēsationibus solum prospectum, & prouisum est ad interesse mulieris, & hæc semper fuit basis capitulorum, prout dixi.

Quinimò aduertatur quæso, quod non solum præsens casus non comprehenditur in capitulis, quod quidem sufficit, quo-
14 niam gratia est strictè intelligēda, & presertim in materia assensus, in quo verba sunt seuerè ponderanda, vt per Andr. in c. 1. qui succ. ten. & per Camer. in l. Imperialem fol. 58. lit. L, & non extēditur, neque ex eadem, neque etiam ex maiori ratione, vt latè per Camer. in c. Imperialē fol. 48. col. 3. lit. M, & P, & fol. 49. col. 1. vnde topice illæ conclusiones, quod nō extenditur de re ad rem, nec de persona ad personā, & sic de singulis, vt per Iser. in d. c. Imperialem in 1. addit. & ibidem latè Camer. fol. 46. in q. 4. & 5. cum reliquis subsequentibus.

Sed imò præsens casus in eisdem capitulis expressè excluditur, nam in capitulo Regis Catholici sub num. 20. & 21. fol. 57. nulla fit mentio de antefato sicut modo diximus. Vnde habebatur iam pro exclu-

ſo,vt in ſpecie dicit Camer. in d.fol.53. lit.O. Quando autem ad Cæſaream Maieſtatem porrigitur ſupplicatio pro antefato,tunc benè aduertitur, quod ſecundum noſtras conſuetudines, & ſecundū ordinarium ſtylum contrahendi ſemper cauetur, vt ſoluto matrimonio ſine filijs lucretur mulier antefatum pleno iure in proprietate,& vſufructu;ſoluto autem matrimonio,cum exiſtentia filiorum lucretur mulier vſumfructum ipſius antefati, & eius proprietas acquiratur filijs;
15 vterque autem caſus proſpicitur in tali capitulo expedito per Cæſaream Maieſtatē in anno 1540.nu.7. fol.mihi 173. In quo ſimiliter petitur ad beneficium mulierum, & expreſsè fit mentio de antefato, & de eius vſufructu iuxta cautelas, quoniā iuxta cautelas aliquando habet intereſſe mulier in pleno iure,ſi non adſunt filij aliquādo habet intereſſe ſolum in vſufructu,ſi adſunt filij ſicut dictū eſt;& ſic apparet clariſſimè talem gratiam reſpicere ſolum ad intereſſe mulierum, & non aliter,& hæc ſola fuit cauſa petitionis, neque aliud fuit petitum, neque conceſſum.

Et licet prædicta meo iudicio ſufficiant ad eorum excluſionem, tamen vlterius aduertitur,(& ſit ſecunda concluſio) quod
16 capitula ſunt expedita ad beneficiū mulierum Neapolitanarum, vel nubentium cum Neapolitanis,& nō aliter:imò cum fuiſſet petitū talem gratiam extendi etiā ad Regnicolas,fuit per Cæſaream Maieſtatem denegatum in anno 1536. prout legitur in c.14. fol.mihi 143. clarum eſt autem,quod Andriana non eſt Neapolitana,& Marchio non eſt Neapolitanus, vnde Marchionis bona non poſſunt eſſe obligata,non modo pro eo,in quo mulier non habet intereſſe,ſicut paulò ante diximus,ſed nec etiam pro illo vſufructu mulieri quæſito vita durāte; nam quamuis pro eo,in quo verſatur intereſſe mu-
17 lieris ſint obligata bona viri Neapolitani,non tamen adeſt capitulum,per quod obligentur bona ſoceri. Bene verum eſt, vt per Camer.in d.l.Imperialem fol.52. lit. Q, quod fuit interpretatū porrigi ad bona ſoceri, quia contrahens, cum filio videtur contrahere cum patre, & porrò fuit magna deciſio, prout refert Frec.in lib.2.de ſubfeud. in 13.quæſt. ſed deciſio nihil ad rem in caſu noſtro, oportet enim præſupponi terminos habiles, vt ſi cut pro obligandis bonis viri oportet eſſe Neapolitanum, aut virum,aut vxorē,
18 ita pro obligandis bonis ſoceri,ſit Neapolitanus, ſiuè ſocer, ſiuè nurus: aliàs enim magis operaretur fictio, quam veritas contra tex.in l.qui ad certū ff.locat. in l.adoptio ff. de adopt. cum latè traditis per Tiraquell.de retract.lignag.§.15. gloſ.2.num.10. & 11. cum exploratum ſit,quod ſi Andriana nupſiſſet eidē Marchioni,non tamē haberet aſſenſum,dum ipſa erat extera,& Marchio erat exterus. Nec repetat pars,quod capitulum roborat omnia contenta in inſtrumento,quia
19 hoc eſt falſiſſimū,& ſolum conualidantur pacta iuxta formam inſtrumentorum circa ea,quæ ſunt conceſſa, & non circa alia,prout dictum eſt.Et exempla allegata per partem habebant terminos habiles,quia mulier erat Neapolitana,ſed in caſu noſtro, & mulier, & Marchio ſunt exteri non modo non comprehenſi,ſed expreſsè excluſi per ſupradictum capitulum Imperatoris,imò ipſe Marchio non modo non erat comprehenſus in dictis capitulis,ſed habebat etiam particularem prohibitionem ſicut mox dicetur.

Tertia concluſio ſit,quod poſt præfatas diſpenſationes ex dignis cauſis Regiā mē-
20 tem mouentibus, ſuperuenit prohibitio aſſentiendi obligationibus exterorum, vt in literis Regijs expeditis de anno 1561. quarum vigore iam fuit deciſum non potuiſſe Marchionē Marigliani obtinere aſſenſus ab Excellentiſſimis Proregibus, & ſic vna erat prohibitio reſpectu rei,quia feuda obligari non poſſunt, ſine aſſenſu,& hæc fuit ſublata per Catholicam,& Cæſaream diſpenſationem. Alia noua cauſa, & qualitas prohibitio-

nis

nis superuenit postea respectu personæ,
& hæc vtique non est sublata, sed reser-
uat Rex sibimet assentire talibus perso-
nis de nouo prohibitis; sicut passim in
21 duobus prohibitionibus, siuè iuribus
distinctis dispensatum, aut dispositum in
vno non extenditur ad aliud, sicut latè
examinat Andr. in cap. 1. qui succ. ten.
num. 5. 6. & 7. vbi latissimè Lipar.
Nec dicatur, quod illa capitula sunt Regũ,
& non Proregum, nam clarissimè respõ-
detur, quod retroreges in anno 1505.
& 1540. non poterant diuinare nouam
causam, quæ postea superuenit in anno
1561. vnde Philippus memoriæ glorio-
sissimæ restrinxit exteros circa obligatio-
nem feudorũ, & hoc ex causa adeò gra-
ui, & rationabili, quod pro Regibus, qui-
bus Regna committit manus in hoc alli-
22 gauit; certum est autem, quod vbi adest
duplex prohibitio dispensatio non tol-
lit vtramque nisi de vtraque est cogita-
tum, vt latè per Andr. in c. 1. qui succ.
teneant num. 5. 6. & 7. vbi Apostilla in
verbo remanet, & in verbo duo etiã be-
ne Camer. in l. Imperi. item fol. 48. lit. M.
Item certum est quod prohibitio esse
potest respectu rei, & respectu personæ,
sicut tradit Isern. in c. 1. §. cum autẽ vers.
si verò col. 2. de contr. inuest. & Camer.
in cap. Imperialem fol. 43. col. 4. lit. T. &
fol. 44. in princ. post Io. Fabr. in §. non
solum institut. deleg. respectu rei ade-
rat, & fuit sublata respectu personæ non
aderat, sed nunc superuenit. Hæc ergo
23 noua causa prohibitionis, quæ per prius
non existebat clarum est, quod neq; ab
illis Regibus remissa fuit, prout optime
fundat Dec. in cons. 335. num. 3. & ita
esse iudicatum inquit Ias. in l. quominus
num. 141. in 22. quæst. ff. de flum. vterq;
affert Anchar. in cons. 83. Alber. in auth.
hoc ius porrectum col. penul. vers. vnam
aliam C. de sacrosanct. Eccles. cum innu-
24 meris alijs vetustioribus: Non enim dici
potest remissum id, quod eo tempore
non obstabat l. si cũ testamento in princ.
ff. de except. rei iud. esset enim iniquum
dispensationes trahi ad incogitata c. sug-
gestum, vbi glos. Abb. & Hostiens. extra
de decim. ad quod generalis, & vulgata
regula desumpta ex l. qui cum tutoribus
in fin. vbi glos. & Doctor. ff. de transact.
neque in hoc videmus contratiam con-
suetudinem, prout pars asserit, quæ esset
potius corruptela non seruanda contra
tot validissimas rationes, & contra iussa
Catholicæ Maiestatis.
Et ita fuit practicatum in simili, nã licet Ca-
25 tholicus in anno 1505. præstitisset assen
sum respectu bonorum feudalium, tamẽ
quia in anno 1531. fuit considerata no-
ua qualitas prohibitionis respectu bo-
norum titulatorum, vnde emanauit con-
similis ordinatio iniungẽs pro Regibus,
vt in illis non assentirent, idcircò in anno
1540. fuit obtenta dispensatio etiã pro
bonis titulatis in prædicto c. 7. fol. 173.
& non sine maxima ratione, nam si ab
ipso Rege nunc fęliciter regnante impe-
traretur assensus super feudis titulatis,
vel super contractu exteri, vel stante ali-
qua consimili qualitate impeditiua, quæ
non exprimeretur esset ex hoc assensus
ipse subreptitius, & nullius momenti,
quia ignoramus, si fortè Rex non con-
26 cessisset, vel si durius concessisset, vt
per Oldrad. in cons. 247. in 2. dub. per
Andr. in c. Imperialem col. 4. & ibi per
Camer. fol. 56. col. 3. & 4. per Frecc. de
subfeud. lib. 2. q. 26. per Lupum in cap.
super literis de rescriptis, vbi etiam Abb.
ante num. 8. & Socc. in cons. 260. nu. 3.
vol. 2. Et tamen Rex viuens potest faci-
lius intelligere, quod ob aliquod impe-
dimentum contrahentes omissis Prore-
gibus cum maiori dispendio, & labore
ad suam conuolant Maiestatem; vnde
multo magis illi Reges Serenissimi, hoc
nouũ impedimentum, nec nosse potue-
runt, nec in eo intelligitur dispensatum.
Quarta deniq; conclusio est, quod ipsimet
27 contrahentes, agnoscentes nihil profice-
re capitula prædicta contraxerunt, cum
assensu impetrando, qui postea, aut ex
incuria nõ fuit petitus, aut ex Regis de-

negatione non fuit concessus. Ignoro enim quid verè in causa fuerit, quod nō fuit expeditus, sed verū est, quod ex tali forma contrahendi (quamuis alioquin capitula possent prodesse) tamen succederet regula, quod potui, nolui, quod volui adimplere nequiui, vt latè per Loffred. in cons. 17. num. 54. 55. & 56. Frec. de subfeud. lib. 2. q. 33. & per Camer. in c. Imperialē fol. 55. col. 4. & fol. 56. lit. B.
28 vbi inquit, quod si præcedit assensus validus, & postea contrahimus saluo assensu sustinetur contractus, quia illa verba saluo assensu possunt referri, tàm ad futurum, quàm etiam ad præteritum, & in dubio iudicare debemus, vt actus valeat, sed quando exprimitur assensus impetrandus, tunc non admittitur interpretatio, cum verba sint clara de futuro, & succedit regula prædicta, quod potui nolui.
29 Et quod licet essemus in personis comprehensis in capitulis, tamen non sufficit potestas, nisi adest specifica voluntas, patet ex lectura eiusdem capituli 21. cum declaratione Camer. in l. Imperialem fol. 55. lit. I. vbi tradit non prodesse ex hypotheca tacita, quæ datur à lege, nisi specificè fiat obligatio, & sic appareat de voluntate obligādi vigore capituli sicut decisum testatur Rouitus in pragm. 3. de feud. sub lit. B. vnde tanto minus possunt capitula prodesse in hoc casu, in quo nō
30 apparet voluntas, neque tacita, neque expressa; imò expressè contrahunt, cum assensu impetrando, qui non subsequitur, & omninò procedunt, tradita per Loffred. Frec. & Camer. quos modo retulimus. Et sic prædicti fratres non possunt graduari inter creditores, cū assensu, ex quatuor conclusionibus prædictis, quarum quælibet videtur sufficere de per se omnia remittendo saniori iudicio Dominorum Iudicantium, quibus tot pauperes creditores, qui non aliter sua credita cōsequi possunt, ex munere mihi per Sac. Cons. hac in re iniuncto eisdem Dominis, quatenus de iure licet repræsento, atq; commendo. Deo Gratias.

Non adhuc decisa.

SVMMARIVM.

1 *Subingressio in locum creditoris dimissi, oritur ex cessione creditoris dimissi præcedente pacto cedendi, vt hic, & num. 2. Et opratur etiam contra fideiussorem debitoris num. 6.*
3 *Fideiussor remanet liberatus ex liberatione debitoris, sicut & contra illum operatur, cessio contra debitorem nu. 4. Est enim vtraque obligatio vnita, & inseparabilis num. 5. & num. 9. & 18.*
7 *Cessio semper fieri potest à creditore dimisso ex pecunia alterius cum pacto quod eius creditum non extinguatur, sed cedatur, & transferatur in eum qui pecuniam soluit. Idemque est in correo, vt num. 8.*
10 *Subingressio legalis operatur eosdem effectus quos operatur conuentionalis, & de requisitis necessarijs ad illam inducendam num. 11. & 12. & 13. Et de de istorum ratione sub num. 14.*
15 *Prouisio legis quando est pinguior non restringitur per prouisionem hominis minus prouidentis.*
16 *Subingressio quo ad omnia quid operetur, & de effectu clausulæ, vt aliqui introitus remaneant specialiter obligati.*
17 *Præfertur omnibus in illa re qui pecuniā dedit ad rem illam emendam.*

ALLEGATIO LXVIII.

Pro Hæredibus Beatricis Maioranæ.

In Dei Nomine Amen.


O. Franciscus de Afflicto Comes Loreti, & Io. Hieronymus de Afflicto Comes Triuenti filius fratris dicti Comitis Loreti semper iunctim contrahere solebant, & ambo se obligabāt insolidum sicut in facto deductum est.

Eodem

Eodẽ modo Iulia de Oria tenebat, emptos à Comite Loreti cum obligatione insolidum Comitis Triuẽti annuos duc. 320. pro capitali ducat. 4000. cum Regio assensu.

Postea in anno 1584. Beatrix Maiorana volens subingredi in locum dictæ Iuliæ obtinuit cessionem cum Regio assensu. Et hoc præuio instrumento in quo ipsa Beatrix, emerat à dicto Comite Loreti annuos duc. 320. pro duc. 4000. vinculatis pro illis soluendis dictæ Iuliæ, quæ cedere debuisset cum amplissimis clausulis inferius ponderandis.

Restituti fuere duc. 1500. adeo quod remansit, capitale duc. 2500. pro quibus vna cum tertijs, & interesse videns ipsa Beatrix decoctionem Comitis Loreti, vt ex commissione graduationis in anno 1599. direxit se contra Comitem Triuenti tunc effecto Duce Castri Sanguinis, & contra illum obtinuit sententiam à Domino Dydaco de Vera confirmatã paulò post per S.C.

Ex quibus apparet causæ Commissarium, & postea totum Sacrum Consilium intellexisse ipsam Beatricem ius fouere quo ad iustitiam, licet postea pro parte Ducis ad dilatandum fuerint aliqua opposita quo ad ordinem ex eo, quia Don Dydacus processit vti Delegatus, & commissio facta fuerat, sibi tanquam ordinario, & ex alijs huiusmodi oppositis. Ex quibus ad relationem Regij Cõsiliarij de Georgio oculatè aduertẽtis quod non modo rectè, sed etiam ritè procedẽdum est prouisum fuit quod partes audiantur infra quatuor dies, & iam processus iterum est compilatus.

Nunc ergo instatur proferri eandem sententiam ad beneficium hæredum dictæ Beatricis contra Ducem Barreæ filium, & refutatarium generalem dicti Comitis Triuenti mediante persona Georgij de Afflicto sui fratris.

Et quo ad iustitiam vltra authoritatẽ Sacri Consilij per quod fuit iam cognita, & iudicata dicimus nullam afferri posse cõsiderabilem dubitationem, si quidem
1 pactum de cessione in actu solutionis facienda per Iuliam in beneficium Beatricis est clarissimum. Vnde facta cessione subingredietur Beatrix in locum ipsius Iuliæ cedẽtis l. si cum pecuniam, vbi Bal. & Salyc. notant C. de priuil. fisc. l. 1. C. de his qui in prior. credit. loc. succed. & ibi gl. Petr. Cyn. Bar. Bal. Salyc. & reliqui. Nõ enim tunc perimitur actio, sed trãsfunditur in cessionarium de cuius pecunia cedens dimittitur sicuti Bal. & Salyc. declarant in l. j. C. de actionib. & obligat. Et hæc quidem subingressio ad beneficium eius de cuius pecunia debitor creditori soluit. est etiam operata ab ipsa lege concurrẽtibus tamen aliquibus requisitis, & tunc appellatur subingressio
2 legalis, vt infra dicetur. Sed subingressio conuentionalis ex cessione præcedente pacto alia requisita non exigit, vt per omnes Doctores prædictos præsertim per Bal. in d. l. 1. de his qui in prior. cred. in vers. nam si soluit, & ibi Salyc. num. 2. & in d. l. si cum pecuniam de priuil. Fisc. vbi similiter etiam Salyc. & clarius in l. Arist. nu. 2. vers. sed attende ff. quæ res pignor. obligar. poss. & ipse idem post Bat. & Bal. in d. l. 1. C. de actio. & oblig. & hoc pars non negat.

Veruntamen ponderat quod in pacto de cedendo, & in ipsa cessione facta per Iuliam non mẽtionatur Comes Triuenti qui ad beneficium Iuliæ erat similiter
3 obligatus, hinc inferendo, vt per solutionem factam Iuliæ per Comitem Loreti, ipse Comes Triuẽti tamquam fideiussor in quem nihil peruenerat remanserit liberatus, vt in l. ex duobus la seconda, vbi Aret. ff. de duob. reis Bar. l. si ex pluribus ff. de accept. glos. Bar. & Ias. in l. 2. §. si tamen ff. de verb. oblig.

Hæc obiectio caret fundamento, nam isti termini procedunt in debitore liberato per sententiam, vel se liberãte de pecunia propria, & in casu nostro procedunt alij termini supradicti cum simus in pecunia data per Beatricem pro obtinen-

da cessione,& licet nō mentionetur Comes Triuenti (nam non idem Notarius qui fecerat Instrumentū Iuliæ fecit etiā Instrumentum Beatricis) tamen virtualiter cessio fuit conuēta,& postea obtenta etiam contra ipsum, non enim ipse Comes liberatur specificè,neque fit cessio cōtra Comitem Loreti tantum, cum huiusmodi dictione taxatiua sicut pars inquit in suis comparitionibus,sed conuenitur fieri cessionē sicut postea fit genericè, & amplissimè contra Comitem Loreti.

Et proinde siuè directè ex vi cessionis se-
4 cundum accursium, siuè vtiliter ex contractu secundum Obert. de Bobio clarū est quod operatur etiam cōtra eius fideiussorē,vt per Bar.in l.si hæres 73.nu j. ff.ad Trebell.& ibidem Castr.Idem Bar. in l.hæres à debitore num.2 ff. de fideiuss. Et indubitatum esse etiam directè in causa onerosa tradit Iacob. de Aren. in l.si vero §.1.ff.solut.matr. & in tract. de cess.actio.vers.facta cessione nu.67. sequitur Bal.in l.1.num,9.C.commun. de legat.& in l.qui filij, ff.de hæred. vel acti.vend.post Azon.in summ.C.de hęred.vel action.vendit.num.13. in fin. & Speculat.in titul.de cession.act.§.1.circa fin.in vers. sed numquid vbi latè Io. Andr.in addit.lit.M. in verbo quicquid benè Salyc.in l.si à creditore num.5.C. de act.& oblig.Grat.in decis.March.13.
5 num.35. Est enim obligatio fideiussoris accessoria ad principalem obligationē. Et proinde ab ea non separabilis,sed ex hoc inter indiuidua connumeratur per Bar.in l.Græcè §.illud num.4.ff.de fideiuss.& per Menoch.de præsumpt.lib.3. præsumpt.143.nu.9. Et sic coniunctim omnia cedentis iura transeunt in cessio-
6 narium tamquam in emptorem,ita post Imol.in l.Modestinus tradit. Grat.in dicta decis.13. num.38. & exercet omnia iura cedentis, vt per supradictos,& etiā per Dec.in cons.536.nu.1. Feder.Scot. in repet.l.1. ff. si cert. petat. num.269. & 270.Surd.in cons.22.num.19.vol.1.

Ex quibus patet magis cōmunem opinionem esse, vt per cessionem contra principalem debitorem sint cessę actiones etiam directę contra fideiussorem. Item patet quod secund ū omnes saltim sunt cessæ vtiles,& hoc etiam sufficit Beatrici ad obtinendum. Et denique si cessio per Iuliam facta non fuisset, fuit postea ad cautelam (meo iudicio nimis abundantem, & superfluam) cessum per eius hæredem qui fuit Io.Baptista Rauascherius, & est cessio amplis. cōtra ipsum Comitem Triuenti cum assensu in memoriali per verbum fiat extenso postmodum in forma probāri. Quando enim fit solutio
7 ex pecunia alterius non ad extinguendū creditum, sed ad illud transferendum, tunc semper fieri potest cessio l.sticchum §.si mandato meo ff.de solut.Et ita post Bar.Alber.& reliquos tradit Menoch.de præsumpt.lib.3.præsumpt.143. num.3.
8 Imò,& correo cui regulariter cessio fieri non potest.Nam soluendo extinxit creditum l.Modestinus quā ita summat Bar. ff.de solut. potest tamen fieri cessio in actu solutionis,vel post solutionē si præcedit pactum de cedendo, & hi duo casus æquiparantur per Iurisconf. in d. l. Modest. in vers. quod si ante,& per Imperat.in l.1. C. de contr. Iud. tutel. vbi glos.in verb.conuenire.

Et in casu nōstro satis clarè exprimitur fieri
9 solutionem pro obtinenda cessione,quę conuentio operatur,vt debeat cedi actio contra principalem, & contra fideiussorem,qui comprehenditur,& subintelligitur,vt supra fundauimus. Et in specie,vt promissa cessio contra aliquem intelligatur promissa etiam cōtra eius fideiussorem declarat Bar. in ead. l. Modestinus, num.12. & incertus author. in tract. de cession.nu.18. est in tractatibus tom.3. par.2.fol.78.vltrà alia verba,quę leguntur in instrumēto hoc idem clarè denotantia,vt inferius dicetur. Et per consequens,aut in illa prima cessione transtulit Iulia omnem suam actionem,etiam respectu fideiussoris (prout fundauimus

sinę

sine dubio trāstulisse) & habemus intentum,& hæc secunda fuit superflua. Aut penès Iuliam remansit aliqua actio non cessa contra fideiussorē. Et benè per hāc secundam cessionem trāsferri potuit, & translata fuit. Et ita hic primus articulus sufficit pro præsenti causa.

Verum secundo loco, ex abundanti commemoro, quod subingressio conuen-
10 tionalis ex cessione fuit inuenta ad abbreuiandum requisita necessaria pro obtinenda subingressione legali, vt supra diximus. Sed quando ipsa requisita obseruantur tunc taliter soluens absq; aliqua cessione, sed ex legis operatione subingreditur, quoad omnia in locū creditoris sua pecunia dimissi, prout clarè dicitur in ipsa l.1.C. de his qui in prior. credit.& ibi.glos.in verbo non accepisse in final.verb. Cyn. circa fin. in vers. Aut soluit Bal. in vers. sed si soluat Bar. in summar.Salyc.num.4.idem inquit glos. in l.Aristo ff. quæ res pign.oblig. poss. in verb.pignus circa fin.& ibi Bar. nu.4. & 7. qui tenet eandem actionem primi creditoris transfundi non modo quo ad effectū secundum glos. sed etiam essentia,& numero, & ibidem in vers. sed ad hoc declarat id fieri legis ministerio, sequitur ibi Salyc. num.2. in fin. & nu.4. & reliqui omnes,& in hoc non adest dubitatio.

Sed videndum restat quæ sint ista requisita, & num in casu nostro fuerint obser-
11 uata. Esse autem tria requisita prædicta inquit glo.in d.l.j.C.de his qui in prior. credit.in verb.nō accepisse,vbi ponit casum quando secundus creditor soluit primo,& hic non est casus noster. Item quando extraneus soluit creditori,& similiter non est casus noster. Deniq; ponit casum quando debitor soluit creditori de pecunia alterius. Et hic est casus noster in quo ad finē,vt ille tertius quo ad omnia subintret in locum creditoris dimissi inquit glos.requiri hæc tria. Primo,vt conuentum sit pecuniam peruenire ad illum creditorem. Secundo vt peruenerit. Tertio vt pactum sit illum tertium subingredi in locum illius creditoris. Alia gl.in d.l.Aristo addit quartū requisitum,vt specificetur acquiri hypothecam illius creditoris dimittēdi sequitur ibi Salyc.num.2.

Sed hoc quartum requisitum reincidit in
12 tertium. Non enim diceretur aliquem subintrare in locū illius creditoris,si non omnia consequeretur quæ in illo creditore aderant, sed diceretur subintrare quò ad aliqua. Vnde cum Imperator in d.l.1.de his qui in prior.credit.simpliciter dixisset illum tertium in locum creditoris succedere statim glos. declarat succedere quo ad omnia. Et proinde Bart. in ead.l.Aristo nu.4. hæc eadē quatuor ad tria deducit. Et vel specificatis,vel virtualiter comprehensis cum his quatuor requisitis fieri subingressionem legalem
13 tradunt Doctores omnes in locis prædictis,& Reg. de Ponte in cons.6. nu.2. & cons.87.nu.3. post Boer. in cons.47. num.7. & ratio est quia ad hoc sufficit pactū cum debitore, & creditor cui soluitur eo ipso quod recipit solutionem
14 censetur idem velle,vt per glos. & Bar. in dict.l.Aristo,& per Præs.de Franch. in decis.47.num.2.& 3.& decis.134.nu.4. cum sequentib. Quæ omnia requisita nimis clarè leguntur in dicto instrumēto vbi cauetur pecuniā solui Iuliæ de Oria. Item illi soluitur. Itē cauetur subingressio in eius locum, & specificatur quo ad hypothecam,& sic inspiciendum non est quid Iulia cesserit, sed quæ actio apud Iuliam residebat,nam ea omnis in Beatricem eius locum subingredientem transfusa est,ex præfata legis operatione, cui si fuit cōformis supradicta prouisio hominis ex cessione idem operante benequidem. Si vero hæc legis prouisio esset
15 pinguior non cessaret per illam hominis prouisionem iuxta tradita per Bal.& reliquos in l.fin.C.de pact.conu. Camer.in l.Imperialē fol.32.lit.E.& fol.55.col.1. Aret.in §.Itē Seruiana nu.4. vers. quod si locatur instit.de action.Dec. in c. in

præsentia col.fin. verſ. non obſtat de probat.

Tertio,ex lectura eiuſdē inſtrumenti oriuntur aliæ breues,ſed clariſsimè concluſiones dicitur enim expreſsè,vt Beatrix ſubingrediatur in locum Iuliæ, ergo in om-

16 nibus, & etiam reſpectu fideiuſſoris. Aliàs enim nō ſubingrederetur,vt ſupra fundauimus.Item dicitur,vt illi introitus reemendi remaneant ſpecialiter obligati,quæ cautela eſt formaliter,& expreſsè tradita per Imperatorem in illa l.1.C.de his qui in prior.credit.loc. ſucced. Non enim extinguuntur illi introitus qui de voluntate omnium contrahentium ſpecialiter deſignantur,& præſeruantur pro conſequutione huius crediti acquirendi per Beatricem,& dum illud nomen debitoris ad hunc effectum ſubſiſtit,& in nihilo alteratur clarum eſt quod ſubſiſtit tale quale eſt, & ſemper fuit cum obli-

17 gatione vtriuſque. Et in eo comparato de pecunia Beatricis, ipſa Beatrix præfertur omnibus l.licet.C. qui pot. in pignor. habeantur, & denique dicitur vt Beatrix pro cōſequutione ſui crediti vtatur omnibus iuribus,prout in inſtrumēto inter Iuliam,& ipſos Comites.In illo autem vterq; eſt obligatus ergo, & Bea-

18 trix ſimiliter contra vtrumque rectè experitur ex regula tex.in l.omnes in princip.vbi Bal. & Angel.notant C.de præſcript.30.vel 40.annor. Oldrad. in conſil.117.Ann.in conſ.56.latè Felyn.in c. accedentes col.2.de præſcript.& in cap. nonnulli de reſcript. & etiam in materia aſſenſus, quæ ſtrictiſsimi iuris eſt tradit Frecc. de ſubfeud.lib.2.quæſt.15.nu.2. Deo Gratias.

Conuentus ſoluit ferè totum debitum dimiſſa ex conuentione quadam modica quantitate.

SVMMARIVM.

1 *Compenſatio regulariter fit parte opponēte limitatur in Fiſco debitore,& creditore ex diuerſis ſtationibus num.2.Declara, vt num.3. & 4. Et quid quo ad intereſſe illarum quantitatum, vide num.8. Item limita, ad impediendum curſum vſurarum num.6.*

5 *Intereſſe cenſetur remiſſum per receptionem ſortis principalis abſque proteſtatione.*

7 *Fiſcus vtitur iure priuati niſi contraria prouiſio reperitur.*

9 *Intereſſe non debetur,niſi ex mora culpabili, & num. 11. & 12.*

10 *Releuium an ſolui debeat à pupillis.*

ALLEGATIO LXIX.

Pro Marchione Campaneæ.

In Dei nomine Amen.



Efuncto Hercule Grimaldo Marchione Campaneę circa annum 1605. non obſtante quod Honoratus eius filius erat valdè minor 14. annis, vt ex eius Natiuitate quæ fuit in fine anni 1597. tamen proceditur ad liquidationem releuij, & expeditur ſignificatoria per ducatis quatuor mille in circa; Verum tamen ſiue quia Regia Curia ob nonnullos eidem Marchioni debitos introitus, & non ſolutos, erat eo tempore ſibi debitrix in maiori ſumma, Idque fuerat pro Marchionis Balium animaduerſum, ſiuè ex alia cauſa verū eſt quod per multos annos ipſa Regia Curia hoc releuium exigere prætermiſit. Poſtea exegit, & nunc ob retā datā ſolutionem prętendit exorbitans intereſſe.

Marchio inquit quod ſi hoc intereſſe deberetur eſſet cum rata cōſimili de ſuo maiori credito compenſandum.

Inquit vlterius tale intereſſe nullo iure poſſe deberi.

Quo ad primum ſi tale intereſſe deberetur ſperat omninò admitti compēſationem ſaltim ex diſpenſatione S.E. erga ipſum Mar-

Marchionem de Hispana Corona optimè meritum, & quod ita Regia Camera consulet; Nam,& fortè hoc idem potest de iure decidere, si quidem regula est quod parte opponente inter duo credita liquida non potest de iure compensa-
1 tio denegari, imò oppositio mei crediti extinguit actionem mei creditoris l. si constat,vbi glos.not.& l.neque scriptura,& l.fin.C.de compensat. tradunt Ias. in l.scimus C.de inoffic.testam. & Dec. in l.cū fundus ff.si cer.pet.latè Tiraq.in l. si vnquā in vers. reuecatur nu.15. post Afflict.decis.121.

Et licet hoc limitetur in fisco creditore, &
2 debitore ex diuersis stationibus,vt in l.j. C.de compensat.latè per Alciat.in consil.10.& 57.vol.6. tamen ratio decisionis exprimitur in ipso tex.& notatur per glos. & Doct. nempè ad confusionem vitandam,quæ quidem ratio militat in stationibus, & negotijs permanentibus, in quibus diuersæ partitæ passim occurrentes facerent confusionem;sed in casu nostro vtraque causa,& debiti,& crediti est iam finita, & compensatio, nō modo
3 non potest inducere confusionem, sed potius induceret maiorem facilitatem,& certitudinem, & per consequens cessante hac vnica ratione expressa in limitatione,cessat ipsa limitatio,& remanet supradicta regula generalis ex latissimè traditis per Tiraquell. in tract. cessante causa num.130. cum multis sequentibus præsertim num.144.

Sed in omnem euentum non ne eadem l.j.
4 iubet, vt vbi ad confusionem vitandam compēsatio non admittitur tamen Fisci debitum illico exoluatur? fiat ergo solutio per contrapositionem istius interesse ad tantundem de prædicto maiori credito,nec audiatur ministros Catholici,& totius orbis maximi Regis velle exigere interesse,aut non debitum,aut certè litigiosum ab eo qui est liquidus creditor in maiori sūma. Sic ergo si hoc interesse deberetur sperat Marchio quod ipsa Regia Camera declarabit locum esse petite compensationi, vel saltim fieri debere consulet Proregi Excellentissimo, atque iustissimo.

Quo ad secundum quod tale interesse nullatenus debeatur patet.

Primo quia integra solutio dicti releuij fuit
5 recepta simpliciter absque protestatione de interesse, quæ receptio operatur, vt interesse vlterius peti nō possit quamuis alioquin deberetur l. fin. in fin. ff. de eo quod certo loco,vbi Ias. num.3. Rota Gen.in decis.68.num.2. Nec dicatur nō recepisse eundem Regem,sed Regiam Cameram quæ gerens vicem procuratoris Cæsaris non potest dimittere debitū quod quidem est donare, & hoc procuratori Cæsaris non licet l.1. ff. de offic. procur. Cæsar. Nam respondetur in eo textu,& venditionem, & transactionem similiter prohiberi, quæ tamen in hoc dignissimo tribunali peraguntur adeò quod eius tribunalis potestas non est ita forsitan limitata;sed quicquid sit clarum est quod ipsum tribunal rectè exigit,ipsique ritè rectèque soluitur si autem solutio,& exactio, absq; protestatione de interesse hoc suapte Natura operatur,vt vlterius interesse peti nō possit sequitur vt non impediatur talis effectus oriēs ex illo actu,qui legitimè factus est, & cōsequenter tutus remāsit soluens,& solum inter gestorem, & principalem remanet quæstio si quid omisit,vel malè gessit,vt in l.Polla,vbi Doctor.præsertim Paul.& Alber.C.de his quib.vt indign. Nisi potius dicamus satis diligenter exegisse Regiam Cameram tale releuium à creditore in maiori summa,pro qua si lex compensationem non operabatur benè potuisset ab homine fieri contra positio,& nimis rigorosa apparuisset tunc protestatio etiam de interesse.

Secundo tale interesse non debetur,quia (vt dictum est) prætenditur pro eodem tēpore, in quo ipse Marchio erat liquidus creditor in maiori summa, ergo etiā parte non opponente ipsum ius operabatur compensationem saltim ad impe-

dicndum

diendum interesse, vel aliam pœnam, aut
6 damnum, aut cursum vsurarum l. etiam C. de compensat. notat glos. in l. si constat in vers. ipso iure circa med. C. eodē titul. & ibi Bal. num. 30. in fin. & num. 9. vbi reliqui, & etiam in l. cum fundum §. seruum tuum imprudens ff. si cert. petat. Bar. in l. gerit num. 28. circa med. ff. de acquiren. hæred. latè Alex. in cons. 24. num. 4. vol. 5.

Non obstat supradicta limitatio compensationis respectu Fisci nam procedit in debito principali, & tāquam limitatio stricti Iuris non extenditur ad subuertendū regulam contrariam etiam quo ad interesse, nec Fiscus vtitur priuilegio, vbi spe-
7 cialiter cautum non reperitur, sed vtitur Iure priuati, vt latè per Peregr. de Iure Fisci lib. 6. tit. 1. nu. 1. cum multis seqq.

8 Nec obstat, quod debitum principale, si non compensatur ergo subsistit, si subsistit parit interesse, nā negatur consequētiæ ex diuersitate rationis, si quidem debitum principale si non compēsatur remanet, & subsistit de sui natura absque alia culpa debitoris, interesse verò non potest oriri, nisi ex debitoris mora culpabili, vt per Afflict. in decis. 20. & dixi
9 latè pro Duce Sancti Cæsarei, Talis autē mora considerari non potest in debitore, eodemque creditore maioris summę qui ex hoc merito opinabatur suum creditorem non posse, aut nolle exigere.

Et sic in casu nostro quando Fiscus voluit exigere principale debitum releuij, vtiq; illud exegit non obstante maiori debito eiusdem Fisci, quia non admissa compēsatione ipsum creditum remansit in suo robore, sed pro tēpore quò Fiscus, qui potuisset mittere exactores, & vti suis diligentijs pro exactione tamen tacebat, & quiescebat, vtique ex hoc excusatur mora debitoris existimantis Fiscum debitorem maioris summæ non posse aut nolle exigere, & meritò procedit regula prædicta saltim ad impediendam pœnam, & interesse, quæ regula etiam in Fisco ex rationibus prædictis limitata non reperitur, & ratio est differēs, nam fauorabilior à legibus statuta est compēsatio ad hunc finem impediēdi interesse, quem operatur etiam parte non opponēte, vt in d. l. si constat, cum concordantibus, dum ad compensandam sortem requiritur oppositio.

Tertio est satis considerabile, quod sumus in pupillo, qui non modo tempore mortis paternæ, & tempore quò fuit significatus debitor pro releuio, sed etiā tem-
10 pore integrè solutionis ipsius releuii erat minor. 14. annis ex quo oritur, quod durante minori ætate non tenetur ad releuium tam de iure communi, vt in cap. si minori, vbi Andr. Card. & Aluar. si de feud. fuerit controuers. c. 1. vbi Bal. quo tempore Mil. & in c. 1. vbi And. num. 15. in vers. si vero de cap. Corrad. Iacob. in sua inuestitura in vers. qui quidem inuestiti num. 25. Loffred. in c. 1. §. sed & res, per quos fiat inuestitura, quā de speciali iure Regni per c. 256. quod incipit apud Fogiam declarat Afflict. in c. Imperialem §. firmiter num. 8. & in eod. c. in §. præterea col. 12. & in 3. limita. Frec. in 3. lib. in tertia auth. num. 8. in fin. & sic iudicandum esse inquit Iacob. de Gell. de Iure Adhog. num. 71.

Quod si Regia Camera vult seruare Iura prædicta solummodò ad effectum, vt minor non teneatur de per se soluere, sed quod nihilominus potest cogi ad solutionem, si hoc recedit, vel non recedit à iuribus, & authoritatibus supradictis remitto me tāti tribunalis summæ prudentiæ, atque doctrinæ, sed si vult exigere cogat, & mittat Commissarios, & in effectu exigat, sed petere interesse ob non solutionem hoc nullo modo procedere potest cum de iure non debeatur ex prędictis auctoritatibus si quidem à mora excusat qualibet credulitas non modo adeo subsistēs ex tot iuribus, & doctrinis,
11 sed etiam colorata c. de quarta, vbi glos. & Doctor. de præscript. Bal. in margar. Innoc. in verb. credulitas, & tanto magis dum in casu nostro aderat alia supradicta

cta credulitas, vt Fiscus debitor in maiori summa, aut nollet, aut non posset exi-
12 gere. Et denique nimis excusabilis est generaliter omnis mora in pupillis, & in omnibus qui reguntur ab alijs ad tradita in l. mora ff. de vsuris Afflict. decis. 20. Minad. decis. 17. notat Angel. in l. fulcinus §. adeo ff. ex quibus caus. in poss. eatur Rip. in l. his cui bonis num. 54. ff. de verb. oblig. Deo Gratias.

Regia Camera preuio memoriali S. E. negotium ad ipsam Regiam Cameram remittentis, & etiam consentiente Marchione admisit compensationem.

SVMMARIVM.

1 *Dispositio Ioannis de Vzeda recensetur, & quaeritur num illa vocet istos conuentos ex propria persona.*

2 *Resoluto iure datoris resoluitur ius acceptoris.*

3 *Testamentaria dispositiones sunt reuocabiles, per contrariam dispositionem, tàm inter viuos, quàm in vltima voluntate.*

4 *Donatio cum clausula ad habendum disponendum, &c. an tribuat facultatem disponendi irreuocabiliter quamuis res donata sit aliquando restituenda, & num. 6.*

5 *Verba nullatenus esse debent ociosa, declara vt num. 16.*

6 *Clausula ad habendum disponendum &c. vtrum potestatem tribuat disponendi de re subiecta restitutioni?*

7 *Clausula ad habendum disponendum, &c. distinguitur si est adiecta alteri contractui, vel si talis facultas conceditur principaliter, & de per se, prout praesupponunt aliqui Doctores hic relati.*

8 *Voluntatis cognitio elicitur, & consideratur etiam ex actu nullo.*

9 *Voluntas primaria est prius, & potius sustinenda, & postea secundaria.*

10 *Voluntas vt sustineatur sunt verba (si opus est) improprianda, & etiam aliquid addendum, vel subintelligendum.*

11 *Primogenitura multa habet priuilegia, & num. 12. & 13.*

12 *Aequalitas inter filios est seruanda, & seruari praesumitur seruari autem dicitur etiam si primogenito portio pinguior relinquatur.*

13 *Primogenito in lege veteri duplex portio debebatur.*

14 *Dispositiones praesumuntur iuri cõformes.*

15 *Disponentes aliquando ad maiorem claritatem exprimunt ea quae etiam sine expressione subintelliguntur idque reperitur apud vulgares homines, & apud sapientes, & Principes, & Iurisconsultos.*

16 *Verba debent aliquid operari, vbi fieri potest absque inconuenienti, & non aliter.*

17 *Alienandi potestas data, (vt absurdum euitetur) debet intelligi in casibus à iure permissis.*

18 *Fructus medio tempore collecti ex re subiecta restitutioni an & quando sint restituendi, & quid si res interim alienatur?*

19 *Prohibitio, vel permissio alienationis rei subiectae restitutioni quid operetur.*

20 *Alienandi potestas inuicem concessa inter fratres de bonis restitutioni subiectis quid operetur.*

21 *Dispositio hominis diuersa à dispositione iuris operatur diuersos effectus.*

22 *Contrariorum eadem est disciplina.*

23 *Pater praesumitur bonum consilium capere pro filijs.*

24 *Filij nati magis diliguntur quam nascituri.*

25 *Alciati responsum vltra consilium Iasonis circa alienationis permissionem declaratur.*

26 *Clausula executiua declarant non autem quicquam alterare possunt principalem dispositionem.*

27 *Clausula ad habendũ disponendum, &c. est clausula executiua.*

28 Clau-

28 *Clausula an, & quando intelligantur apposita de stylo notariorũ,& num. seq.*
29 *Notarium an & quando intelligatur esse rogatum de clausulis in instrumento appositis.*
30 *Clausula accessoria ad contractum euanescunt, vbi ipse contractus vlterius non subsisteret.*

ALLEGATIO LXX.

Pro Hæredibus Dydaci de Vzeda.

In Dei Nomine Amen.



QVæritur vtrum Fuluius Caracciolus creditor quõdam Horatij Vzedæ possit obtinere cõdemnationem Dydaci Vzedæ, & successiuè eius hæredum ad quantitates sibi debitas per dictum Horatium, & obtinerẽ assistentiam super Casali Sancti Aizerij quod præsupponitur Burgensaticum, & fuit possessum per dictum Horatium nunc autem possidetur per Marchionem Polle qui illud emit à præfato Dydaco ad quem peruenerat post mortem Horatij prædicti, Iam quod ipse Fuluius compilauit processum contra Dydacum,& contra Marchionem.

Quod autem Fuluius nihil possit obtinere. probatur ex èo quod hoc Casale peruenit ad Dydacum non tamquam hæredẽ Horatij, sed tamquam ad se spectans ex propria persona. Et sic neque ipse Dydacus nec habentes causam ab eo molestari possunt super ipso Casali ad instantiam creditorum Horatij.

Verum namque est in facto quod Ioannes
1 Vzeda cõmunis pater, tàm in suo testamento confecto de mense Maij 1579. quàm in donatione facta in mense Octobris eiusdem anni disposuit de hoc casali ad beneficium Horatij cũ expressa conditione, quod si Decius primogenitus tunc foriudicatus gratiã obtinendo efficeretur capax dispositio istius Casalis intelligatur facta ad beneficiũ ipsius Decij. Decius fuit gratiam consequutus. Vnde hoc casale peruenit ad Dydacum duplici via, tum quia mortuo Horatio relicta hærede Maria eius sorore statim Dydacus obiecit hoc casale spectare ad ipsum, & habita concordia cum Maria sic conuenerunt, vt spectaret ad ipsum Dydacũ, & in hoc adest etiam ratificatio Decij, Tum etiam quia ipsius Decij gratiam consequuti,& postea defuncti fuit hæres idem Dydacus.

Perquirant ergo creditores Horatij bona propria,& libera ipsius Horatij non autẽ Ius aliquod habere possunt super isto casali possesso per Horatium reuocabiliter vigore donationis quæ ad eius beneficium limitata fuit donec Decius gratiã obtineret, Decius obtinuit gratiam, &
2 consequenter resoluta donatione ad beneficium Horatij resolutè fuerũt insimul obligationes, & hypothecę per ipsum contractæ super hoc casali ex vulgata regula legis lex vectigali ff. de pignor. & l. Græcè S. statu liber eod. tit.

Creditores pro respõsione aduertũt quod Ioannes pater disposuit de hoc casali ad beneficium Decij in prædictis testamento,& donatione. Sed inquiunt de testamento non esse tractãdum respectu hu-
3 ius casalis de quo fuit postea dispositum interuiuos,& in hoc bene dicunt, nam testamentum de sui natura est reuocabile per contrariam dispositionem, siuè inter uiuos, siuè in vltima voluntate l. in ipsius vbi Bart. C. famil. Hercisc. habetur in l. omnium C. de testam. & per Alex. in
4 cons. 95. num. 10. vol. 7. Dicunt etiam quod donatio facta Horatio, quamuis sit resolubilis ad beneficium Decij quando capax efficietur tamen hoc debet intelligi, si & prout casale donatum reperietur in posse Horatij, secus autem si Horatius interim alienaret, vel obligaret; Hoc enim licere asserunt ex permissione donantis, qui donauit ad habendũ, disponendum, alienan-

5 alienandum, &c. quæ verba non debent esse frustatoria l. si quando in princip. ff. deleg. 1. & illorum vigore potuit ad beneficium Fuluij obligare l. sed, & quod ff. de pignor. Et ad vitandam responsionem quod alienatio, vel obligatio intelliguntur permissè donec Decius erit capax, quia tunc resoluto iure datoris, &c.
6 primo ponderare potest Doctores qui videntur affirmare quod imò ex his verbis permittitur alienatio irreuocabilis, prout Bar. in l. qui Romæ §. duo fratres ff. de verb. oblig. quem sequunrur Alex. & alij Socc. in cons. 123. vol. 3. & in consil. 43. vol. 4. Ias. in cons. 173. vol. 2. Alciat. in consil. 112. vol. 9. & alij consimiles. Et multa de effectu huius clausulæ habētur per Franch in decis. 4. num. 18. & Sanct. in Apost. ad cons. si qua moriēs cart. 2. fol. mihi 196.

Quibus vt magis dilucidè respondeamus aduerto quod præsens quæstio potest
7 dupliciter considerari. Primo quando talis potestas conceditur à disponente principaliter in vim propriè, & specificè dispositionis, Et in hac specie loquuti sunt Doctores omnes modo relati. Secundo potest eadem quæstio considerari quando talis potestas non est concessa per dispositionem principalem, & de per se, sed adiungitur ad aliam principalem dispositionem, & hic est casus noster in quo principaliter fit donatio istius casalis, & subiunguntur illa verba cōsequutiua ad donationem nempè ad habendū, disponendum &c. Quod autem præfati Doctores loquātur in casu primæ quæstionis patet, quia Bart. & sequaces loquuntur de potestate alienandi, quam inter se concedunt fratres ad inuicem de bonis ad eos peruentis ex dispositione paterna. Et sic etiam loquitur Socc. in dicto cons 43. Nam in alio consil. 123 loquitur in substitutione de eo quod remanet, & tunc quærit si tenet alienatio in vltima volūtate sicut inter viuos, qui est casus à nostro dissimilis, Ias. & Alciat. In themate facti ab ipsis proposito specificant hanc potestatem concessam de per se in capite ad hoc formato per viā principalis dispositionis; & hinc eliciunt non esse credendam contrarietatem, vel correctionem huius principalis dispositionis cum reliquis rationibus per eos adductis.

Nos autem priusquam descendamus ad secundam quæstionem in qua fortasse nō potest adesse disputatio. Immoremur aliquantulū in hac prima. Nā dato quod in casu nostro adesset talis potestas concessa, & disposita principaliter, tamen multa concurrunt, quæ in themate illorum Doctorum non concurrebant ex quibus nullo modo potestas alienandi in præiudiciū Decij concessa crederetur.

Hoc enim patet in facto quod Ioannes cōmunis pater iuxta ordinem ætatis prædiligebat primogenitum postea secundo genitum denique, tertiogenitum, & iuxta hunc ordinē illis prospexit, primo in testamento allegabili non ad substinendam dispositionem, vt sup a admisimus,
8 sed ad cognoscendam voluntatem, quæ elicitur etiam ex actu nullo l. fin. ff. de rebus eorum l. in testamento ff. de fideicommiss. libertat. Bar. in l. 2. §. testamentum circa med. ff. quemad. testam. aper. & in l. gerit col. 5. vers. circa secundum ff. de acquir. hæred. & consimilia habentur per Gerard. Mazzol. in cōs. 5. nu. 63. post Couar. in lib. 2. variar. resolut. c. 17. Similiter postea in donatione iuxta eundem ordinem prædiligit primogenitū, imò pinguius illi prouidet in hoc contractu in quo vltra prouisionem ad beneficium Decij progreditur ad annullandam expressè illam donationem Horatio factam, vbi contingat Decium in gratiam reuocari, quæ quidem abundans cautela ad beneficium Decij in testamento non legebatur. Et sic pluries repetit se donare Horatio propter incapacitatē Decij qua cessante cesset dispositio ad beneficium ipsius Horatij secundogeniti, & effectum sortiatur ad benefitiū Decij primogeniti, iuxta formam traditā in

l.in tempus ff.de hæred.instituend.
Si ergo primaria voluntas, & dispositio re-
9 spicit primogenitum vtiq; oportet prius, & ante omnia sustinere dispositionem ad beneficium ipsius tãquam primo volitam,& postea eo modo quo fieri potest sustinere dispositionem secundario volitam à disponente ad beneficium secundogeniti.Itaut euitetur contrarietas pręsertim ad destructionẽ dispositionis primo loco prospectæ,prout hoc dictat ratio naturalis,& declarat Bart. in l. fin. §. Item quæsitum num.4.ff. de condit. indebit. & in l.talis scriptura §. & ad ea in versi.ex qua nota ff.de leg.1.glo & Doctor.in l.cum vulgari ff.de dot.prælegat. glos. post Iurisconsultum in l fin. in fin. ff.de fideicom.libert.benè Alex. in consil.191.num.6.vol.2.Dec. in cons.386. num.4.vers. Hoc intelligitur.
Melius enim esset verbis addere, aut verba
10 impropriare quam voluntatem infringere l. si in testamento, vbi Bart. ff. de legat. j. idem Bart. in l. in ambiguo ff. de rebus dubijs, & in l. in conditionibus, & in l. pater Seuerinæ ff. de condit. & demonstrat. per Alex. in l.3. C.de liber.præter.benè per Dec.in consil.476.nu.1 & per Bal. in l.cum virum col.3.C.de fideicom.& aliquando extra verba sustinetur voluntas ne fiat inutile id quod relinquitur ex text. notabili in l.qui cõcubinam § qui hortos eum glos. fin.ff. de leg.3. quem text. ad hoc ponderat & exornat idem Ias. in dicto consil.173.num.13.
Præsertim cum ista sit voluntas nimis rationabilis nẽpè vt vassalli deueniant ad primogenitum sexus enim, & gradus prærogatiua adeo vsu recepta est inter omnes nationes,& adeo cũcti homines sunt
11 propensi in primogenitos, vt illorum prærogatiua dicatur de iure gentium, & quodãmodo etiam de iure naturali potiusquam de iure positiuo,prout hæc, & alia ad hunc finem notatu digna tradũt Minad.in cons.1. & latissimè Tiraq. in tract.primogen.in præfat.num.3. cum
12 multis seqq.Ex quo infert quod æqualitas inter filios ad quã Imperator exhortari videtur patres familias, & quæ in dubio præsumitur in §. illud quoque in Auth.de nupt.vbi Angel.notat,& habetur per Dec.in cons.412.num.11.& per Franch.decis.607.num.7.seruata dicitur
13 etiam si primogenito portio pinguior relinquitur, nàm & in lege veteris testamenti duplex portio primogenito statuebatur in Deuter.c.21. notat,& commendat Ioseph. de antiq. Iudaic. lib.4. cap.8.cuius mirum est non meminisse Tiraq.licèt alia multa,& pulcherrima ad hoc attulerit in d.præfat.num.12.
Et certè in casu nostro dum reliqui filij in omnibus bonis instituuntur hæredes, & hoc solum casale in testamẽto, & postea in donatione relinquitur Decio, si tale relictum posset sibi à fratre tolli, vtique pater non solum hunc filium, & filium primogenitum reliquis non adæquasset, sed illi nihil pęnitus firmiter reliquisset, & esset sibi contrarius, & euerteretur dispositio magis prospecta; Quæ absurda cõtra omnem verisimilitudinem,& contra clarissimam disponentis mentem, & voluntatem non sunt admittenda, & satius esset verba (si necesse hoc foret) impropriare,vt dictum est.
Sed porrò neque in isto casu quem proposuimus verba essent impropriãda, sed verificari possent in casibus qui primæ intentioni, & voluntati disponentis non
14 contradicerent sæpè enim sicut lex præsumit disponentes iuri se conformare,vt per Bar.in l.hæredes mei §.cum ita ff.ad Trebell.Aret.in l.2.ff.de vulg. & pupill. nu.10.vers. sicut ergò latè Ruin. in consil.145.num.9.vol.3. Sic etiam euenit vt
15 disponentes ad quandam maiorem claritatem exprimant illud quod de iure tacitè inerat,vt in l.cum quid, & l. certũ ff.si certum petat. in l.hæc verba ff. de leg.1. Nec modo hoc sæpè faciunt vulgares homines teste Pomponio in l.quęsitum §.fin.ff.de dist.pign. sed etiam sapientes,vt per Aret.in cons.37. num.9.

Et

Et etiam Principes in eorum rescriptis,vt per eundem Aret.in l.Gallus, §. & quid si tantum nu.24.ff.de liber. & posthum. Paschal. Iudex Magnæ Curiæ dignissimus par.1. c.1. num.101. Et etiam in legibus Iurisconsultorum,vt in l.prætor. ff.de noui oper.nunci.vbi glos. notat in principio legis in verbo prætor. Ex qui-
16 bus declaratur regula legis si quando ff.de leg.1. vt procedat quando verba significare possunt aliquid non incõueniens alioquin ne sint absurda dicentur potius superflua, & inutilia, vt Loffred. quem sequitur Minad in const.in aliquibus num.30.puta disponendo siuè illud idem quod ius vult,vt in exemplis prædictis,siuè illud idem quod in aliis contractibus fuerat iam rectè dispositum, vt in eadem l.si quando,& in l.si seruus §. sticchum ff. de leg.1. siuè vbi lex taliter interpretatur,vt in l.stipulatio ista §.eum qui vbi glos. in verbo credendum ff. de verb.oblig. declarat Imperator in §. hæres Instit. de hæred. instit. & sic de similibus.

Quamobrem, & si talis potestas alienandi
17 disposita fuisset principaliter, ac de per se tamen ad euitandum absurda prædicta deberet intelligi in casibus à iure permissis sicut sunt in l. pater filium in princ.ff.de leg.3.& in auth. res quæ C. commun.de legat.& in l.fin.§.sin autem, & §.fin.C.eod.titul. prout specificè in hoc casu, vt talis potestas intelligatur in conformitatem l.in d.§. sin autem nempè,vt duret alienatio donec eueniat dies vel conditio tradit optimè Dec. in consil.386.num.4.vers.secunda vero prohibitio,& nũm.6. in 2. & 3. responsione, idemque firmauerat Castrens. in consil. 263. col. final. vers. Cæterum si cum liberis vol.2.

Mouentur solum quia ad vitandam contrarietatem debent verba intelligi potius,vt iuris dispositioni conformētur quamuis in hoc essent inutilia prout hoc fieri solere multis exemplis iam comprobauimus. Ego vero, & si ratio prædicta satis superq; sufficit præsertim in casu nostro in quo vltra contradictionem adessent etiam alia absurda supra narrata, tamen ex abundanti considero quod nec inutilia sunt omninò verba prædicta,sed possunt aliquid operari,si quidem tex.in §.si vero transire in auth.de nupt. vult in illo casu, vt eueniēte conditione restitua-
18 tur res vna cum fructibus.Vnde glos. in dicta l.fin. in §. sin autem in verbo celebrata firmat idem esse eueniente conditione in restitutione facienda ex dispositione conditionali si interim occurrit alienatio,quæ quidem alienatio ipsa glos. dicit quod de Iure codicis tenet,sed in euentu conditionis fingitur non tenuisse at de iure authēticorum firmat, vt numquam teneat. Idemque firmat alia glos. in l.seruo legato §.1.in verbo alienauerit ff.de leg.1. Ad quod sunt aliæ glos. contrariæ,vt per Guid.Pap.in decis.611. nempè vt etiam de iure authenticorum licita sit alienatio duratura tamen vsque ad euētum conditionis,& proinde possessor faciat interim fructus suos, vt per Alex.in cons.65.vol.5.Molin.de primogenit. lib.1.c.20. Peregr. de fideicom. artic.40.num.10.

Vt ergo talis cõtrouersia inter filios vbi casus occurreret euitetur prudens, est Patris consilium tale dubium diffinire eli-
19 gendo, prout sibi videtur magis expediens,& clarè disponendo aut alienationis,prohibitionem,vt in casu Pauli in dicto cõs.263.col.fin.vers.& talis expressa prohibitio vol.2. Vnde nec pendente conditione fieri potest alienatio l. cũ pater §.libertis ff. de leg.2. Aut cũ expressione ad habendum alienandum, &c. ex quibus verbis secundum Paulum, & Decium in locis prædictis tollitur omnis dubietas circa fructus medij temporis, & circa validitatem dispositionis pēdente conditione,resolubilis tamen vbi conditio aduenerit iuxta terminos dictæ legis fin.in §.sin autem. Et sic (vt iam dicta resumamus) hæc intelligentia conciliat vtramque dispositionem ad beneficium

vtriusque filij. Et nullum parit inconue-
niens; & licet esset expressio inutilis, ta-
men esset frasis à legibus approbata, vl-
tra quod ipsa verba possunt aliquid ope-
rari. E contra vero sequeretur contradi-
ctio ineuitabilis, cum alijs absurdis supra
narratis.

Oritur, & faciliter ni fallor ex hoc discursu
colligitur responsio ad omnes Doctores
quos in contrarium ponderauimus; Ve-
runtamen ad cautelam illos breuiter re-
censebimus.

Primo, ergo non obstat doctrina Bar. & se-
quacium in l. qui Romę in §. duo fratres
20 nam vltra quod Aret. ibi, & alij quam
plurimi aduersantur tamē loquitur Bar.
in dispositione principaliter inhita inter
fratres de alienando vnusquisque suam
portionem à patre habitam, nec intrare
potest contrarietas quia nō sunt ipsimet
qui faciant fideicommissum, & potestatē
tribuant alienandi, sed de bonis per pa-
trem fideicommissis, filij alterutrum sibi
tribuunt facultatē ad libitum disponen-
di. Passim vero bona magis optātur libe-
ra quam subiecta, adeo quod in hoc ca-
su nulla considerari potest inuerisimili-
tudo nulla inæqualitas, nulla contradi-
ctio nullum absurdum, quæ omnia ad
essent in casu nostro.

Secundo non obstat cons. Ias. 173. Nam in
themate facti ab ipso propositi non solū
adest, & specificè consideratur potestas
alienandi concessa distinctè in capite de
per se; & per viam principalis disposi-
tionis, quod etiam considerat sub nu. 14
& 15. sed vlterius aderat expressa de-
claratio per contra positionem dicendo
quod ante annum 33. nullo modo hæ-
redes illi possint alienare, sed elapso tē-
pore annorum 33. possint de illis bonis
facere, & disponere, prout eis placuerit,
& videbitur, vnde non poterat in illo ca-
su adaptari supradicta intelligētia, vt vo-
luerit disponens se conformare cum di-
spositione iuris. Nam de iure nō reperi-
tur talis distinctio potestatis alienādi an-
te, vel post annum 33. Et consequenter

21 dispositio hominis diuersa à dispositio-
ne iuris oportebat etiam operari diuer-
sum effectum l. Papinianus ff. de minor.
imò sicut prohibitio est omnino restricta
ante annum 33. Ita permissio post illud
22 tempus est omnino libera, nam contra-
riorum eadē est disciplina, vt post Arist.
tradit glos. in §. 1. instit. de his qui sunt
sui, vel alien. iur. & in §. 1. instit. de tutel.

Neque ex hoc euertitur fideicommissum,
imò prudenter declaratur, prout consi-
derat idem Ias. ibi sub num. 14. Et conci-
liatur vtraque dispositio si quidem illa
Catherina instituit filios simpliciter, No-
luit autem simpliciter prouidere quo ad
substitutionem, nam aut ipsa substitutio
erat recasura ad beneficium eorundem
filiorum, & dum quilibet suam habuerat
portionem non oportebat expectare
etiam portionem fraternam. Imò vnus-
quisq; obtabat magis habere suam por-
tionem liberam absque vinculo. Aut ve-
rò ipsa substitutio erat recasura ad bene-
ficium descendentium ab ipsis filijs, &
testatrix bene sciebat quod amor descen
23 dit, & quod ipsi filij pro eorum descen-
dentibus bonū consilium caperent l. nec
in ea ff. de adult. latè Dec. in consil. 26.
num. 2. & propterea ipsis filijs curam de
hoc relinquere satis erat, verum quia ob
ætatis immaturitatem potuissent ipsi filij
bona male curare prouidet, vt ante an-
nos 33. nullo modo alienent, neque dis-
ponant, & in hoc casu necessarium sibi
visum fuit, vt locum haberet fideicōmis-
sum. Ita supplens dilapidationem quam
ob filiorum immaturam ætatem oriri
potuisset.

At vbi peruenerint ad hanc ætatem iam
perfectissimam latas illis dimisit habenas.
Nam dempto timore dilapidatio nisi ob
immaturam ætatem de reliquo non vi-
debatur sibi necessaria dispositionis re-
strictio in ipsis filijs nec respectu eorun-
dem filiorum, nec respectu descendentiū
24 ab illis, vt modo diximus. Imò ipsa te-
statrix ex ordine naturæ magis diligebat
suos filios præsentes quam subsequentes
incertos

incertos l.Publius §.Titia ff.de condit.& demonstrat.l.qui filium §. Sabinus ff. ad Trebell.tradunt DD.in l.lucius la 2.ff.de hæred. instit. Et ex his omnibus noluit proprijs filijs etiam in ætate matura vinculum imponere: Et in hoc nullum filiũ grauat imò omnes exonerat. Sed in casu nostro filius primogenitus grauaretur imò illi nihil firmiter relinqueretur.Item in illo casu hæc intelligentia est rationabilis est verisimilis, & nullam affert contrarietatem aut inconueniens. At in casu nostro esset intelligentia irrationabilis inuerisimilis contradictoria,& absurda vt supra fundauimus.

Tertio multominus obstat cõs. Alciat.112.

25 Ibi enim proponitur testatorem suos filios masculos hæredes instituisse eorũq; fidei commisisse vt quisquis eorum sine filijs moreretur superstiti,siuè eius descẽdentibus masculis restitueret. Deinde prohibuit qualemcumque alienationem quia volebat bona permanere in domo, & familia sua. Declarat autem disponendo principaliter,& in capite de per se, vt prohibitio alienationis non intelligatur inter ipsos filios, per hæc verba videlicet. Saluo tamen,& reseruato quod dicti filij mei possint inter se facere quaslibet alienationes ad eorum libitum voluntatis.

Hæc verba firmat Alciat. importare licentiam alienandi inter ipsos filios tàm in contractu, quàm in vltima voluntate, & tàm ad beneficium vnius, ex ipsis filijs, quàm ad beneficium plurimum ipsorum prout disponenti placuerit.Hic est casus, & hæc est conclusio Alciat.Satis quidem rationabilis,nàm & fideicommissum suũ sortitur effectum, & seruatur testatoris voluntas conseruandi bona in familia. Et illa verba permittentia alienationem inter ipsos filios verificantur in qualibet dispositione ad beneficiũ vnius,vel plurium ex ipsis,prout bene se declarat sub num.18.vers.8.in hanc sententiam, & in toto consilio demonstrat nullam ex hac intelligentia oriri contradictionem, aut absurditatem,quæ omnia adessent nimis in casu nostro sicut pluries cõmemorauimus. Atque ita ex hoc discursu credo liquere quod permissio alienationis etiã in vim principalis dispositionis nõ intelligitur de alienatione perpetua vbi oriretur cõtrarietas, & destructio fideicommissi, sed intelligitur in conformitatem iuris de alienatione ad tempus vsque ad euentum conditionis. Et sic procedunt tradita per Dec.& per Castrens.quæ fortius militant in casu nostro in quo concurrunt etiam reliqua absurda superius recensita. Vbi vero cessant omnes contradictiones,& absurda tunc procedunt tradita per Ias. per Alciat.& reliquos huius classis qui sunt nimis à casu nostro diuersi.

Nunc venio ad secundam quæstionem ex qua redditur casus noster magis clarus, & indubitabilis. Ea est quod talis potestas alienãdi non est dispositio principalis,& de per se donatio enim est dispositio principalis,& ipsi donationi est adiecta clausula ad habendum, disponendũ, alienandum,&c. Hæc donatio facta Horatio disponit, vt habeatur pro nõ facta, quãdo Decius erit capax,Decius ex gratia obtenta factus est capax,ergo iam casus euenit in quo donatio habetur pro non facta. Et in hoc non est difficultas, sed pars vult substinere alienationes, & obligationes ex illa facultate disponendi,& alienandi,&c.

Hæc facultas quia induceret cõtrarietatem, & destructionẽ dispositionis magis prospectè cum alijs absurdis superius põderatis iam probauimus quod non est durabilis vltra euentum conditionis. Nunc autem ponderando quod ipsa facultas non fuit principaliter disposita, sed fuit clausula adiecta post donationem corroboro eandem conclusionẽ tribus modis.

Primo quia dum ex principali dispositione fuit huic castri facta donatio. Et certum est quod donare est dominiũ transferre l.vbi autem §.fin.ff.de verb.oblig.sequitùr quod Horatius donatarius,& consequenter

quenter effectus Dominus poterat de re sua facere quicquid voluisset l. in re mādata C.mandat. Et sic illa clausula ad habendum,disponendum,&c. erat clausula exequutiua ipsius donationis. Sed sic
26 est quod clausulæ executiuæ declarant effectum non autem alterant substantiā principalis dispositionis,prout sunt text. celebres de iure Pontificio in clem. 1.de præbend.& de iure ciuili in l. si quando ff.de legat.1.latè Felyn.in c. licèt nu.7. de offic.ordin. Dec. in conf.2. num.10. & in conf. 12.col.fin.in verf. prima clausula,& conf.413.nu.8.Grat.in cōf. 111. num.9.vol.1. Ergo dum annullatur ipsa donatio frustra quærimus de illius clausula ad habendum,&c.Et in specie quod
27 ista clausula ad habendum, &c. dicatur exequutiua, & propterea nihil habeat ampliare dispositionem antecedentem cōprobat punctualiter Dec. in cōf.500. num.8. in fin. cum multis seqq. Franch. decis 6.num.6. & 7.

Secundo licet essemus in clausula non exequutiua tamē hoc est notissimum quod disponentes enunciant substantiam dispositionis, nec se impediunt in clausu-
28 lis quę propterea præsumuntur appositæ nō de ordine principalis,sed de stylo notariorum sicut post Bart. in l.1. in 6. quæst.ff.de iure codicill.tradit Abb.in cap.cum contingat de iur.iur.& propterea non deberent esse considerabiles, vt per Gram. in decis.62. num.22. & latè per Tiraquell. in l.si vnquam in princip. num.22.C.de reuocan.donat. Sed quia
29 ex alia parte nonnulli dicunt quod Notarius censetur rogatus de clausulis consuetis,vt per Bal. in l.fin. C. de fideiuss. per Socc.& Alex. in l.Gallus §. idē credendum ff.de liber.& posthum.Ideo recurrēdum est ad communem,& auream distinctionē,quam refert Couar.in rubr. de testam.par.2.num.14. circ.med. in verf.verum. Nempè vt ponderetur substantia cōtractus,& vis clausularum,quæ si videntur contrahentium intentionem concomitari censentur rogatæ sin autem secus. Quæ distinctio sicut iustissima est insimul, & æquissima sic casum nostrum specificè decidit, si enim Io. pater ideo donat secundogenito,quia tunc primogenitus est incapax, si prouidendo quo ad potest ad beneficiū primogeniti vocat illum ad hoc casale cum primum capere poterit, & eo casu annullat donationem factam secundogenito, quomodo erit credibile rogasse Notarium de clausula, quæ totam eius intentionem, & dispositionem destrueret cum alijs absurdis supra deductis.

Et quod hæc fuerit clara intētio Patris donantis patet quia ad potestatem disponendi addit illa verba (cum conditionibus infrascriptis) & paulo post transfert cum eadem reseruatione vna autem, & præcipua conditio subsequitur per hæc verba videlicet cum pacto expresso, & speciali,vt quando Decius erit capax illa donatio sit nulla,& irrita,& facta intelligatur in ipsius Decij beneficium quę reseruatio omninò declarat dispositionem.

Tertio dum ista est clausula in donatione apposita cuiusuis generis consideretur clarum est quod non est dispositio principalis,vt stare possit tāquam ens, vel subiectum de per se, sed est accessoria ad donationem.Nam fit donatio,& subiungitur clausula ad habendū &c.quæ clausula si est executiua nihil addit, vt supradiximus si est accessoria ad donationem adhuc stare non potest sine subiecto, &
30 cum primum corruit donatio clausulæ insimul euanescunt sicut est glos. punctualis in l.si patronus §. patronum in verbo Fauiana ff.si quid in fraud.patr.c. inter dilectos §.cū ergo de fid.instrum. l.si cum exceptione in §.labeo vbi Bart. ff. de eo quod met. caus. l. ex parte §. duos filios,vbi glos.& Bart.ff.famil.Herc. l. eos in princ. C.de vsur. latè Ann. in alleg.114.num.10.Et quocumque se vertat pars aduersa inficiare non potest hoc casale peruenisse à Ioanne patre ad Decium primogenitum, & successiuè ad habētes causam ab illo,nec quic-

quam

quam prætendere possunt creditores Horatij donatarij tantum, & possessoris donec Decius capax efficeretur, nam resoluto iure datoris, &c. vt in initio dicebamus. Deo Gratias.

Non adhuc decisa.

SUMMARIUM.

1 *Tutor vel Balius esse non debet inimicus patris.*

2 *Inimicitia de præterito præsumitur de præsenti si contrarium post tempus inimicitiæ non apparet.*

3 *Suspectum ad tutelam redunt paupertas, & ad ludum propensitas.*

4 *Affectatio tutelæ inducit suspitionem.*

5 *Tutela Baliatus, & similia onera potius inuitis quam volentibus sunt conferenda.*

6 *Baliatus vel tutela conferuntur in personam vtiliorem pupillo quamuis cognatione remotiorem.*

7 *Tutela dicitur triplex testamentaria legitima, & datiua.*

8 *Baliatus non est triplex sicut tutela, sed vel testamentarius, vel datiuus.*

9 *Baliatus vel tutelæ dacio requirit, vt considerentur nonnulla hic annotata.*

10 *Discordia quæ pupillis damnosa est oritur faciliter inter plures eorum tutelam administrantes.*

11 *Tutor & Balius licet non sint solemniter dati in testamento tamen confirmari debent iuxta patris voluntatem.*

12 *Baliatus ex Regni constitutionibus institutus regulatur secundum disposita per iura communia in tutelis.*

13 *Agnati & cognati sunt requirendi, in Baliatus, vel tutelæ prouisione facienda.*

14 *Absens à Regno citandus est saltim per edictum in tutela eius consanguineo deferenda.*

15 *Citatio per edictum pro quibus personis, & qua de causa fuit introducta.*

16 *Tutor pupillo non recognoscenti, superiorem quomodo, & à quibus detur.*

17 *Administrator tutelæ curæ, vel Baliatus non est remouendus nisi causa cognita.*

18 *Tutor & Balius legitimè constituti in vno Regno administrant bona vbicumque sita.*

ALLEGATIO LXXI.

Pro Principe Valdetari.

In Dei Nomine Amen.



Oratius Grimaldus respectu bonorum in hoc Regno existentium petijt, & nullatenus audito Principe Valdetari obtinuit se declarari Balium D. Honorati Grimaldi pupilli, qui est Dominus Arcis Monaci, & Terrarum ibi adiacentium, necnon Marchio Campaneæ, ex concessione huius Marchionatus suis prædecessoribus facta per Maiestatem Caroli Quinti Cæsaris Inuictissimi, dummodò, & quatenus teneat illum statum in Arce Monaci ad obsequium, & seruitium Regalis Coronæ Hispaniarum, & non aliter, nec alio modo.

Circa quam prætensionem ad instantiam Principis nunc primum auditi agendum est de Iustitia, & de ordine, & quo ad Iustitiam suo tempore deducetur, qualiter non potest creari talis Balius notoriè inimicus patris dicti Marchionis pupilli, §. Item si propter inimicitias, & §.
1 inimicitiæ inst. de excus. tutor. vel curat. & l. 3. §. si tutor. ff. de suspect. tutor. latè per Ant. Piagg. de tutor. & curat. q. fin. num. 17. & per Paul. Montan. de iure tutelarum, & curationum cap. 36. nu. 4. & 5. Cum, & in filios paterna inimicitia transfundatur, l. 1. C. si Rector Prouinc. l. lex Cornelia pia, vbi Bart. ff. de iniur. l. 1. 2. & 3. de liber. caus. notat Angel. in

d. S.

diendum intereſſe, vel aliam pœnam, aut
6 damnum, aut curſum vſurarum l. etiam C. de compenſat. notat gloſ. in l. ſi conſtat in verſ. ipſo iure circa med. C. eodẽ titul. & ibi Bal. num. 30. in fin. & num. 9. vbi reliqui, & etiam in l. cum fundum S. ſeruum tuum imprudens ff. ſi cert. petat. Bar. in l. gerit num. 28. circa med. ff. de acquiren. hæred. latè Alex. in conſ. 24. num. 4. vol. 5.

Non obſtat ſupradicta limitatio compenſationis reſpectu Fiſci nam procedit in debito principali, & tãquam limitatio ſtricti Iuris non extenditur ad ſubuertendũ regulam contrariam etiam quo ad intereſſe, nec Fiſcus vtitur priuilegio, vbi ſpe-
7 cialiter cautum non reperitur, ſed vtitur Iure priuati, vt latè per Peregr. de Iure Fiſci lib. 6. tit. 1. nu. 1. cum multis ſeqq.
8 Nec obſtat, quod debitum principale, ſi non compenſatur ergo ſubſiſtit, ſi ſubſiſtit parit intereſse, nã negatur conſequẽtiæ ex diuerſitate rationis, ſi quidem debitum principale ſi non compẽſatur remanet, & ſubſiſtit de ſui natura abſque alia culpa debitoris, intereſſe verò non poteſt oriri, niſi ex debitoris mora culpabili, vt per Afflict. in deciſ. 10. & dixi
9 latè pro Duce Sancti Cæſarei, Talis autẽ mora conſiderari non poteſt in debitore, eodemque creditore maioris ſummę qui ex hoc merito opinabatur ſuum creditorem non poſſe, aut nolle exigere.

Et ſic in caſu noſtro quando Fiſcus voluit exigere principale debitum releuij, vtiq; illud exegit non obſtante maiori debito eiuſdem Fiſci, quia non admiſſa compẽſatione ipſum creditum remanſit in ſuo robore, ſed pro tẽpore quò Fiſcus, qui potuiſſet mittere exactores, & vti ſuis diligentijs pro exactione tamen tacebat, & quieſcebat, vtique ex hoc excuſatur mora debitoris exiſtimantis Fiſcum debitorem maioris ſummæ non poſſe aut nolle exigere, & meritò procedit regula prædicta ſaltim ad impediendam pœnam, & intereſſe, quæ regula etiam in Fiſco ex rationibus prædictis limitata non reperitur, & ratio eſt differẽs, nam fauorabilior à legibus ſtatuta eſt compẽſatio ad hunc finem impediẽdi intereſſe, quem operatur etiam parte non opponẽte, vt in d. l. ſi conſtat, cum concordantibus, dum ad compenſandam ſortem requiritur oppoſitio.

Tertio eſt ſatis conſiderabile, quod ſumus in pupillo, qui non modo tempore mortis paternæ, & tempore quò fuit ſignificatus debitor pro releuio, ſed etiã tem-
10 pore integrè ſolutionis ipſius releuij erat minor. 14. annis ex quo oritur, quod durante minori ætate non tenetur ad releuium tam de iure communi, vt in cap. ſi minori, vbi Andr. Card. & Aluar. ſi de feud. fuerit controuerſ. c. 1. vbi Bal. quo tempore Mil. & in c. 1. vbi And. num. 15. in verſ. ſi vero de cap. Corrad. Iacob. in ſua inueſtitura in verſ. qui quidem inueſtiti num. 25. Loffred. in c. 1. §. ſed & res, per quos fiat inueſtitura, quã de ſpeciali iure Regni per c. 256. quod incipit a pud Fogiam declarat Afflict. in c. Imperialem §. firmiter num. 8. & in eod. c. in §. præterea col. 12. & in 3. limita. Frec. in 3. lib. in tertia auth. num. 8. in fin. & ſic iudicandum eſſe inquit Iacob. de Gell. de Iure Adhog. num. 71.

Quod ſi Regia Camera vult ſeruare Iura prædicta ſolummodò ad effectum, vt minor non teneatur de per ſe ſoluere, ſed quod nihilominus poteſt cogi ad ſolutionem, ſi hoc recedit, vel non recedit à iuribus, & authoritatibus ſupradictis remitto me tãti tribunalis ſummæ prudentiæ, atque doctrinæ, ſed ſi vult exigere cogat, & mittat Commiſsarios, & in effectu exigat, ſed petere intereſſe ob non ſolutionem hoc nullo modo procedere poteſt cum de iure non debeatur ex prędictis auctoritatibus ſi quidem à mora excuſat quælibet credulitas non modo adeo ſubſiſtẽs ex tot Iuribus, & doctrinis,
11 ſed etiam colorata c. de quarta, vbi gloſ. & Doctor. de præſcript. Bal. in margar. Innoc. in verb. credulitas, & tanto magis dum in caſu noſtro aderat alia ſupradicta

cta credulitas, vt Fiscus debitor in maiori summa, aut nollet, aut non posset exi-
12 gere. Et denique nimis excusabilis est generaliter omnis mora in pupillis, & in omnibus qui reguntur ab alijs ad tradita in l. mora ff. de vsuris Afflict. decis. 20. Minad. decis. 17. notat Angel. in l. fulcinus §. adeo ff. ex quibus caus. in poss. catur Rip. in l. his cui bonis num. 54. ff. de verb. oblig. Deo Gratias.

Regia Camera præuio memoriali S. E. negotium ad ipsam Regiam Cameram remittentis, & etiam consentiente Marchione admisit compensationem.

SVMMARIVM.

1 *Dispositio Ioannis de Vzeda recensetur, & quæritur num illa vocet istos conuentos ex propria persona.*

2 *Resoluto iure datoris resoluitur ius acceptoris.*

3 *Testamentariæ dispositiones sunt reuocabiles, per contrariam dispositionem, tàm inter viuos, quàm in vltima voluntate.*

4 *Donatio cum clausula ad habendum disponendum, &c. an tribuat facultatem disponendi irreuocabiliter quamuis res donata sit aliquando restituenda, & num. 6.*

5 *Verba nullatenus esse debent otiosa, declara vt num. 16.*

6 *Clausula ad habendum disponendum &c. vtrum potestatem tribuat disponendi de re subiecta restitutioni?*

7 *Clausula ad habendum disponendum, &c. distinguitur si est adiecta alteri contractui, vel si talis facultas conceditur principaliter, & de per se, prout præsupponunt aliqui Doctores hic relati.*

8 *Voluntatis cognitio elicitur, & consideratur etiam ex actu nullo.*

9 *Voluntas primaria est prius, & potius sustinenda, & postea secundaria.*

10 *Voluntas vt sustineatur sunt verba (si opus est) impropriauda, & etiam aliquid addendum, vel subintelligendum.*

11 *Primogenitura multa habet priuilegia, & num. 12. & 13.*

12 *Aequalitas inter filios est seruanda, & seruari præsumitur seruari autem dicitur etiam si primogenito portio pinguior relinquatur.*

13 *Primogenito in lege veteri duplex portio debebatur.*

14 *Dispositiones præsumuntur iuri cõformes.*

15 *Disponentes aliquando ad maiorem claritatem exprimunt ea quæ etiam sine expressione subintelliguntur idque reperitur apud vulgares homines, & apud sapientes, & Principes, & Iurisconsultos.*

16 *Verba debent aliquid operari, vbi fieri potest absque inconuenienti, & non aliter.*

17 *Alienandi potestas data, (vt absurdum euitetur) debet intelligi in casibus à iure permissis.*

18 *Fructus medio tempore collecti ex re subiecta restitutioni an & quando sint restituendi, & quid si res interim alienatur?*

19 *Prohibitio, vel permissio alienationis rei subiectæ restitutioni quid operetur.*

20 *Alienandi potestas inuicem concessa inter fratres de bonis restitutioni subiectis quid operetur.*

21 *Dispositio hominis diuersa à dispositione iuris operatur diuersos effectus.*

22 *Contrariorum eadem est disciplina.*

23 *Pater præsumitur bonum consilium capere pro filijs.*

24 *Filij nati magis diliguntur quam nascituri.*

25 *Alciati responsum vltra consilium Iasõnis circa alienationis permissionem declaratur.*

26 *Clausulæ executiuæ declarant non autem quicquam alterare possunt principalem dispositionem.*

27 *Clausula ad habendũ disponendum, &c. est clausula executiua.*

28 Clau-

5 alienandum, &c. quæ verba non debent esse frustatoria l.si quando in princip.ff. deleg.1. & illorum vigore potuit ad beneficium Fuluij obligare l.sed, & quod ff. de pignor. Et ad vitandam responsionem quod alienatio, vel obligatio intelliguntur permissè donec Decius erit capax, quia tunc resoluto iure datoris, &c.
6 primo ponderare potest Doctores qui videntur affirmare quod imò ex his verbis permittitur alienatio irreuocabilis, prout Bar.in l.qui Romæ §. duo fratres ff.de verb.oblig.quem sequunrur Alex. & alij Socc.in consl.123.vol.3.& in consil.43.vol.4.Ias. in cons.173. vol.2. Alciat.in consil.112.vol.9. & alij consimiles. Et multa de effectu huius clausulæ habetur pet Franch.in decis.4. num.18. & Sanct.in Apost.ad cons.si qua moriēs eart.2. fol.mihi 196.

Quibus vt magis dilucidè respondeamus aduerto quod præsens quæstio potest
7 dupliciter considerari. Primo quando talis potestas conceditur à disponente principaliter in vim propriè, & specificè dispositionis, Et in hac specie loquuti sunt Doctores omnes modo relati. Secundo potest eadem quæstio considerari quando talis potestas non est concessa per dispositionem principalem, & de per se, sed adiungitur ad aliam principalem dispositionem, & hic est casus noster in quo principaliter fit donatio istius casalis, & subiunguntur illa verba cōsequutiua ad donationem nempè ad habendū, disponendum &c. Quod autem præfati Doctores loquātur in casu primæ quæstionis patet, quia Bart. & sequaces loquuntur de potestate alienandi, quam inter se concedunt fratres ad inuicem de bonis ad eos peruentis ex dispositione paterna. Et sic etiam loquitur Socc. in dicto cons 43. Nam in alio consil.123 loquitur in substitutione de eo quod remanet, & tunc quærit si tenet alienatio in vltima volūtate sicut inter viuos, qui est casus à nostro dissimilis, Ias.& Alciat. in themate facti ab ipsis proposito specificant hanc potestatem concessam de per se in capite ad hoc formato pet viā principalis dispositionis; & hinc eliciunt non esse credendam contrarietatem, vel correctionem huius principalis dispositionis cum reliquis rationibus per eos adductis.

Nos autem priusquam descendamus ad secundam quæstionem in qua fortasse nō potest adesse disputatio. Immoremur aliquantulū in hac prima. Nā dato quod in casu nostro adesset talis potestas concessa, & disposita principaliter, tamen multa concurrunt, quæ in themate illorum Doctorum non concurrebant ex quibus nullo modo potestas alienandi in præiudiciū Decij concessa crederetur.

Hoc enim patet in facto quod Ioannes cōmunis pater iuxta ordinem ætatis prædiligebat primogenitum postea secundo genitum denique, tertiogenitum, & iuxta hunc ordinē illis prospexit, primo in testamento allegabili non ad substinendam dispositionem, vt sup̄a admisimus,
8 sed ad cognoscendam voluntatem, quæ elicitur etiam ex actu nullo l.fin.ff. de rebus eorum l.in testamento ff. de fideicommiss. libertat.Bar.in l.2.§.testamentum circa med.ff.quemad. testam. aper. & in l.gerit col.5.vers.circa secundum ff.de acquir.hæred.& consimilia habentur per Gerard.Mazzol.in cōs.5.nu.63. post Couar.in lib.2.variar.resolut.c.17. Similiter postea in donatione iuxta eundem ordinem prædiligit primogenitū, imò pinguius illi prouidet in hoc contractu in quo vltra prouisionem ad beneficium Decij progreditur ad annullandam expressè illam donationem Horatio factam, vbi contingat Decium in gratiam reuocari, quæ quidem abundans cautela ad beneficium Decij in testamento non legebatur. Et sic pluries repetit se donare Horatio propter incapacita e Decij qua cessante cesset dispositio ad beneficium ipsius Horatij secundogeniti, & effectum sortiatur ad benefiū Decij primogeniti, iuxta formam tradit in l.in

l.in tempus ff.de hæred.instituend.
Si ergo primaria voluntas, & dispositio re-
9 spicit primogenitum vtriq; oportet prius, & ante omnia sustinere dispositionem ad beneficium ipsius tāquam primo volitam, & postea eo modo quo fieri potest sustinere dispositionem secundario volitam à disponente ad beneficium secundogeniti. Itaut euitetur contrarietas presertim ad destructionē dispositionis primo loco prospectæ, prout hoc dictat ratio naturalis, & declarat Bart. in l. fin. §. Item quæsitum num. 4. ff. de condit. indebit. & in l. talis scriptura §. & ad ea in vers. ex qua nota ff. de leg. 1. glo & Doctor. in l. cum vulgari ff. de dot. prælegat. glos. post Iurisconsultum in l fin. in fin. ff. de fideicom. libert. benè Alex. in consil. 191. num. 6. vol. 2. Dec. in cons. 386. num. 4. vers. Hoc intelligitur.
Melius enim esset verbis addere, aut verba
10 impropriare quam voluntatem infringere l. si in testamento, vbi Bart. ff. de legat. j. idem Bart. in l. in ambiguo ff. de rebus dubijs, & in l. in conditionibus, & in l. pater Seuerinæ ff. de condit. & demonstrat. per Alex. in l. 3. C. de liber. præter. benè per Dec. in consil. 476. nu. 1 & per Bal. in l. cum virum col. 3. C. de fideicom. & aliquando extra verba sustinetur voluntas ne fiat inutile id quod relinquitur ex text. notabili in l. qui cōcubinam § qui hortos cum glos. fin. ff. de leg. 3 quem text. ad hoc ponderat & exornat idem Ias. in dicto consil. 173 num. 13.
Præsertim cum ista sit voluntas nimis rationabilis nēpè vt vassalli deueniant ad primogenitum sexus enim, & gradus prærogatiua adeo vsu recepta est inter omnes nationes, & adeo cūcti homines sunt
11 propensi in primogenitos, vt illorum prærogatiua dicatur de iure gentium, & quodāmodo etiam de iure naturali potiusquam de iure positiuo, prout hæc, & alia ad hunc finem notatu digna tradūt Minad. in cons. 1. & latissimè Tiraq. in tract. primogen. in præfat. num. 3. cum
12 multis seqq. Ex quo infert quod æqualitas inter filios ad quā Imperator exhortari videtur patres familias, & quæ in dubio præsumitur in §. illud quoque in Auth. de nupt. vbi Angel. notat, & habetur per Dec. in cons. 412. num. 11. & per Franch. decis. 607. num. 7. seruata dicitur
13 etiam si primogenito portio pinguior relinquitur, nàm & in lege veteris testamenti duplex portio primogenito statuebatur in Deuter. c. 21. notat, & commendat Ioseph. de antiq. Iudaic. lib. 4. cap. 8. cuius mirum est non meminisse Tiraq. licèt alia multa, & pulcherrima ad hoc attulerit in d. præfat. num. 12.
Et certè in casu nostro dum reliqui filij in omnibus bonis instituuntur hæredes, & hoc solum casale in testamēto, & postea in donatione relinquitur Decio, si tale relictum posset sibi à fratre tolli, vtique pater non solum hunc filium, & filium primogenitum reliquis non adæquasset, sed illi nihil pęnitus firmiter reliquisset, & esset sibi contrarius, & euerteretur dispositio magis prospecta; Quæ absurda cōtra omnem verisimilitudinem, & contra clarissimam disponentis mentem, & voluntatem non sunt admittenda, & satius esset verba (si necesse hoc foret) impropriare, vt dictum est.
Sed porrò neque in isto casu quem proposuimus verba essent improprianda, sed verificari possent in casibus qui primæ intentioni, & voluntati disponentis non
14 contradicerent sæpè enim sicut lex præsumit disponentes iuri se conformare, vt per Bar. in l. hæredes mei §. cum ita ff. ad Trebell. Aret. in l. 2. ff. de vulg. & pupill. nu. 10. vers. sicut ergò latè Ruin. in consil. 145. num. 9. vol. 3. Sic etiam euenit vt
15 disponentes ad quandam maiorem claritatem exprimant illud quod de iure tacitè inerat, vt in l. cum quid, & l. certū ff. si certum petat. in l. hæc verba ff. de leg. 1. Nec modo hoc sæpè faciunt vulgares homines teste Pomponio in l. quæsitum §. fin. ff. de dist. pign. sed etiam sapientes, vt per Aret. in cons. 37. num. 9.

Et

Et etiam Principes in eorum rescriptis, vt per eundem Aret. in l. Gallus, §. & quid si tantum nu. 24. ff. de liber. & posthum. Paschal. Iudex Magnæ Curiæ dignissimus par. 1. c. 1. num. 101. Et etiam in legibus Iurisconsultorum, vt in l. prætor. ff. de noui oper. nunci. vbi glos. notat in principio legis in verbo prætor. Ex qui-
16 bus declaratur regula legis si quando ff. de leg. 1. vt procedat quando verba significare possunt aliquid non incōueniens alioquin ne sint absurda dicentur potius superflua, & inutilia, vt Lotfred. quem sequitur Minad in const. in aliquibus num. 30. puta disponendo siuè illud idem quod ius vult, vt in exemplis prædictis, siuè illud idem quod in alijs contractibus fuerat iam rectè dispositum, vt in eadem l. si quando, & in l. si seruus §. sticchum ff. de leg. 1. siuè vbi lex taliter interpretatur, vt in l. stipulatio ista §. eum qui vbi glos. in verbo credendum ff. de verb. oblig. declarat Imperator in §. hæres Instit. de hæred. instit. & sic de similibus.

Quamobrem, & si talis potestas alienandi
17 disposita fuisset principaliter, ac de per se tamen ad euitandum absurda prædicta deberet intelligi in casibus à iure permissis sicut sunt in l. pater filium in princ. ff. de leg. 3. & in auth. res quæ C. commun. de legat. & in l. fin. §. fin autem, & §. fin. C. eod. titul. prout specificè in hoc casu, vt talis potestas intelligatur in conformitatem l. in d. §. sin autem nempè, vt duret alienatio donec eueniat dies vel conditio tradit optimè Dec. in consil. 386. num. 4. vers. secunda vero prohibitio, & nūm. 6. in 2. & 3. responsione, idemque firmauerat Castrens. in consil. 263. col. final. vers. Cæterum si cum liberis vol. 2.

Mouentur solum quia ad vitandam contrarietatem debent verba intelligi potius, vt iuris dispositioni conformētur quamuis in hoc essent inutilia prout hoc fieri solere multis exemplis iam comprobauimus. Ego vero, & si ratio prædicta satis superq; sufficit præsertim in casu nostro in quo vltra contradictionem adessent etiam alia absurda supra narrata, tamen ex abundanti considero quod nec inutilia sunt omninò verba prædicta, sed possunt aliquid operari, si quidem tex. in §. si vero transire in auth. de nupt. vult in illo casu, vt eueniēte conditione restitua-
18 tur res vna cum fructibus. Vnde glos. in dicta l. fin. in §. sin autem in verbo celebrata firmat idem esse eueniente conditione in restitutione facienda ex dispositione conditionali si interim occurrit alienatio, quæ quidem alienatio ipsa glos. dicit quod de Iure codicis tenet, sed in euentu conditionis fingitur non tenuisse at de iure authēticorum firmat, vt numquam teneat. Idemque fiimat alia glos. in l. seruo legato §. 1. in verbo alienauerit ff. de leg. 1. Ad quod sunt aliæ glos. contrariæ, vt per Guid. Pap. in decis. 611. nempè vt etiam de iure authenticorum licita sit alienatio duratura tamen vsque ad euētum conditionis, & proinde possessor faciat interim fructus suos, vt per Alex. in cons. 65. vol. 5. Molin. de primogenit. lib. 1. c. 20. Peregr. de fideicom. artic. 40. num. 10.

Vt ergo talis cōtrouersia inter filios vbi casus occurreret euitetur prudens, est Patris consilium tale dubium diffinire eli-
19 gendo, prout sibi videtur magis expediens, & clarè disponendo aut alienationis, prohibitionem, vt in casu Pauli in dicto cōs. 263. col. fin. vers. & talis expressa prohibitio vol. 2. Vnde nec pendente conditione fieri potest alienatio l. cū pater §. libertis ff. de leg. 2. Aut cū expressione ad habendum alienandum, &c. ex quibus verbis secundum Paulum, & Decium in locis prædictis tollitur omnis dubietas circa fructus medij temporis, & circa validitatem dispositionis pēdente conditione, resolubilis tamen vbi conditio aduenerit iuxta terminos dictæ legis fin. in §. sin autem. Et sic (vt iam dicta resumamus) hæc intelligentia conciliat vtramque dispositionem ad beneficium

vtriusque filij. Et nullum parit inconueniens; & licet esset expressio inutilis, tamen esset frasis à legibus approbata, vltra quod ipsa verba possunt aliquid operari. E contra vero sequeretur contradictio ineuitabilis, cum alijs absurdis supra narratis.

Oritur, & faciliter ni fallor ex hoc discursu colligitur responsio ad omnes Doctores quos in contrarium ponderauimus; Veruntamen ad cautelam illos breuiter recensebimus.

Primo, ergo non obstat doctrina Bar. & sequacium in l. qui Romę in §. duo fratres
20 nam vltra quod Aret. ibi, & alij quam plurimi aduersantur tamē loquitur Bar. in dispositione principaliter inhita inter fratres de alienando vnusquisque suam portionem à patre habitam, nec intrare potest contrarietas quia nō sunt ipsimet qui faciant fideicommissum, & potestatē tribuant alienandi, sed de bonis per patrem fideicommissis, filij alterutrum sibi tribuunt facultatē ad libitum disponendi. Passim vero bona magis optātur libera quam subiecta, adeo quod in hoc casu nulla considerari potest inuerisimilitudo nulla inæqualitas, nulla contradictio nullum absurdum, quæ omnia ad essent in casu nostro.

Secundo non obstat cons. Ias. 173. Nam in themate facti ab ipso propositi non solū adest, & specificè consideratur potestas alienandi concessa distinctè in capite de per se; & per viam principalis dispositionis, quod etiam considerat sub nu. 14 & 15. sed vlterius aderat expressa declaratio per contra positionem dicendo quod ante annum 33. nullo modo hæredes illi possint alienare, sed elapso tēpore annorum 33. possint de illis bonis facere, & disponere, prout eis placuerit, & videbitur, vnde non poterat in illo casu adaptari supradicta intelligētia, vt voluerit disponens se conformare cum dispositione iuris. Nam de iure nō reperitur talis distinctio potestatis alienādi ante, vel post annum 33. Et consequenter

21 dispositio hominis diuersa à dispositione iuris oportebat etiam operari diuersum effectum l. Papinianus ff. de minor. imò sicut prohibitio est omninò restricta ante annum 33. Ita permissio post illud
22 tempus est omninò libera, nam contrariorum eadē est disciplina, vt post Arist. tradit glos. in §. 1. instit. de his qui sunt sui, vel alien. iur. & in §. 1. instit. de tutel.

Neque ex hoc euertitur fideicommissum, imò prudenter declaratur, prout considerat idem Ias. ibi sub num. 14. Et conciliatur vtraque dispositio si quidem illa Catherina instituit filios simpliciter, Noluit autem simpliciter prouidere quo ad substitutionem, nam aut ipsa substitutio erat recasura ad beneficium eorundem filiorum, & dum quilibet suam habuerat portionem non oportebat expectare etiam portionem fraternam. Imò vnusquisq; obtabat magis habere suam portionem liberam absque vinculo. Aut vero ipsa substitutio erat recasura ad beneficium descendentium ab ipsis filijs, & testatrix bene sciebat quod amor descen
23 dit, & quod ipsi filij pro eorum descendentibus bonū consilium caperent l. nec in ea ff. de adult. latè Dec. in consil. 26. num. 2. & propterea ipsis filijs curam de hoc relinquere satis erat, verum quia ob ætatis immaturitatem potuissent ipsi filij bona male curare prouidet, vt ante annos 33. nullo modo alienent, neque disponant, & in hoc casu necessarium sibi visum fuit, vt locum haberet fideicōmissum. Ita supplens dilapidationem quam ob filiorum immaturam ætatem oriri potuisset.

At vbi peruenerint ad hanc ætatem iam perfectissimam latas illis dimisit habenas. Nam dempto timore dilapidatio nis ob immaturam ætatem de reliquo non videbatur sibi necessaria dispositionis restrictio in ipsis filijs nec respectu eorundem filiorum, nec respectu descendentiū
24 ab illis, vt modo diximus. Imò ipsa testatrix ex ordine naturæ magis diligebat suos filios præsentes quam subsequentes incertos

incertos l.Publius §.Titia ff.de condit.& demonstrat.l.qui filium §. Sabinus ff. ad Trebell.tradunt DD.in l.lutius la 2.ff.de hæred. instit. Et ex his omnibus noluit proprijs filijs etiam in ætate matura vinculum imponere: Et in hoc nullum filiũ grauat imò omnes exonerat. Sed in casu nostro filius primogenitus grauaretur imò illi nihil firmiter relinqueretur. Item in illo casu hæc intelligentia est rationabilis est verisimilis, & nullam affert contrarietatem aut inconueniens. At in casu nostro esset intelligentia irrationabilis inuerisimilis contradictoria,& absurda, vt supra fundauimus.

Tertio multominus obstat cõs. Alciat. 112.
25 Ibi enim proponitur testatorem suos filios masculos hæredes instituisse eorũq; fidei commisisse vt quisquis eorum sine filijs moreretur superstiti,siuè eius descẽdentibus masculis restitueret. Deinde prohibuit qualemcumque alienationem quia volebat bona permanere in domo, & familia sua. Declarat autem disponendo principaliter,& in capite de per se, vt prohibitio alienationis non intelligatur inter ipsos filios, per hæc verba videlicet. Saluo tamen,& reseruato quod dicti filij mei possint inter se facere quaslibet alienationes ad eorum libitum voluntatis.

Hæc verba firmat Alciat. importare licentiam alienandi inter ipsos filios tàm in contractu, quàm in vltima voluntate, & tàm ad beneficium vnius, ex ipsis filijs, quàm ad beneficium plurimum ipsorum prout disponenti placuerit. Hic est casus, & hæc est conclusio Alciat. Satis quidem rationabilis,nàm & fideicommissum suũ sortitur effectum, & seruatur testatoris voluntas conseruandi bona in familia. Et illa verba permittentia alienationem inter ipsos filios verificantur in qualibet dispositione ad beneficiũ vnius,vel plurium ex ipsis,prout bene se declarat sub num.18.vers.8.in hanc sententiam, & in toto consilio demonstrat nullam ex hac intelligentia oriri contradictionem, aut absurditatem,quæ omnia adessent nimis in casu nostro sicut pluries cõmemorauimus. Atque ita ex hoc discursu credo liquere quod permissio alienationis etiã in vim principalis dispositionis nõ intelligitur de alienatione perpetua vbi orietur cõtrarietas, & destructio fideicommissi, sed intelligitur in conformitatem iuris de alienatione ad tempus vsque ad euentum conditionis. Et sic procedunt tradita per Dec.& per Castrens.quæ fortius militant in casu nostro in quo concurrunt etiam reliqua absurda superius recensita. Vbi vero cessant omnes contradictiones,& absurda tunc procedunt tradita per Ias. per Alciat. & reliquos huius clasis qui sunt nimis à casu nostro diuersi.

Nunc venio ad secundam quæstionem ex qua redditur casus noster magis clarus, & indubitabilis. Ea est quod talis potestas alienãdi non est dispositio principalis,& de per se donatio enim est dispositio principalis,& ipsi donationi est adiecta clausula ad habendum, disponendũ, alienandum,&c. Hæc donatio facta Horatio disponit, vt habeatur pro nõ facta, quãdo Decius erit capax,Decius ex gratia obtenta factus est capax,ergo iam casus euenit in quo donatio habetur pro non facta. Et in hoc non est difficultas, sed pars vult substinere alienationes, & obligationes ex illa facultate disponendi,& alienandi,&c.

Hæc facultas quia induceret cõtrarietatem, & destructionẽ dispositionis magis prospectè cum alijs absurdis superius põderatis iam probauimus quod non est durabilis vltra euentum conditionis. Nunc autem ponderando quod ipsa facultas non fuit principaliter disposita, sed fuit clausula adiecta post donationem corroboro eandem conclusionẽ tribus modis.

Primo quia dum ex principali dispositione fuit huic castri facta donatio. Et certum est quod donare est dominiũ transferre l.vbi autem §.fin.ff.de verb.oblig.sequitùr quod Horatius donatarius,& consequenter

quenter effectus Dominus poterat de re sua facere quicquid voluisset l. in re mādata C.mandar.Et sic illa clausula ad habendum,disponendum,&c. erat clausula exequutiua ipsius donationis. Sed sic
26 est quod clausulæ executiuæ declarant effectum non autem alterant substantiā principalis dispositionis,prout sunt text. celebres de iure Pontificio in clem. 1.de præbend.& de iure ciuili in l. si quando ff.de legat.1.latè Felyn.in c. licèt nu.7. de offic.ordin. Dec. in cons.2. num.10. & in cons.12.col.fin.in vers. prima clausula,& cons.413.nu.8.Grat.in cōs. 111. num.9.vol.1. Ergo dum annullatur ipsa donatio frustra quærimus de illius clausula ad habendum,&c.Et in specie quod
27 ista clausula ad habendum, &c. dicatur exequutiua, & propterea nihil habeat ampliare dispositionem antecedentem, cōprobat punctualiter Dec. in cōs.500. num.8. in fin. cum multis seqq. Franch. decis 6.num.6. & 7.

Secundo licet essemus in clausula non exequutiua tamē hoc est notissimum quod disponentes enunciant substantiam dispositionis, nec se impediunt in clausu-
28 lis quę propterea præsumuntur appositæ nō de ordine principalis,sed de stylo notariorum sicut post Bart. in l.1. in 6. quæst.ff.de Iure codicill.tradit Abb.in cap.cum contingat de iur.iur.& propterea non deberent esse considerabiles, vt per Gram. in decis.62. num.22. & latè per Tiraquell. in l.si vnquam in princip. num.22.C.de reuocan.donat. Sed quia
29 ex alia parte nonnulli dicunt quod Notarius censetur rogatus de clausulis consuetis,vt per Bal. in l.fin. C. de fideiuss. per Socc.& Alex. in l.Gallus §. idē credendum ff.de liber.& posthum.Ideo recurrēdum est ad communem,& auream distinctionē,quam refert Couar.in rubr. de testam.par.2.num.14. circ.med. in vers.verum. Nempè vt ponderetur substantia cōtractus,& vis clausularum,quæ si videntur contrahentium intentionem concomitari censentur rogate sin autem secus. Quæ distinctio sicut iustissima est insimul, & æquissima sic casum nostrum specificè decidit, si enim Io. pater ideo donat secundogenito,quia tunc primogenitus est incapax, si prouidendo quo ad potest ad beneficiū primogeniti vocat illum ad hoc casale cum primum capere poterit, & eo casu annullat donationem factam secundogenito, quomodo erit credibile rogasse Notarium de clausula, quæ totam eius intentionem, & dispositionem destrueret cum alijs absurdis supra deductis.

Et quod hæc fuerit clara intētio Patris donantis patet quia ad potestatem disponendi addit illa verba (cum conditionibus infrascriptis) & paulo post transfert cum eadem reseruatione vna autem, & præcipua conditio subsequitur per hæc verba videlicet cum pacto expresso, & speciali,vt quando Decius erit capax illa donatio sit nulla,& irrita,& facta intelligatur in ipsius Decij beneficium quę reseruatio omninò declarat dispositionem.

Tertio dum ista est clausula in donatione apposita cuiusuis generis consideretur clarum est quod non est dispositio principalis,vt stare possit tāquam ens, vel subiectum de per se, sed est accessoria ad donationem.Nam sit donatio,& subiungitur clausula ad habendū &c.quæ clausula si est executiua nihil addit, vt supradiximus si est accessoria ad donationem adhuc stare non potest sine subiecto, &
30 cum primum corruit donatio clausulæ insimul euanescunt sicut est glos. punctualis in l.si patronus §. patronum in verbo Fauiana ff.si quid in fraud.patr.c. inter dilectos §.cū ergo de fid.instrum. l.si cum exceptione in §.labeo vbi Bart. ff. de eo quod mer. caus. l. ex parte §. duos filios,vbi glos.& Bart.ff.famil.Herciscl.l eos in princ. C.de vsur. latè Ann. in alleg.114.num.10.Et quocumque se vertat pars aduersa inficiare non potest hoc casale peruenisse à Ioanne patre ad Decium primogenitum, & successiuè ad habētes causam ab illo,nec quicquam

quam prætendere possunt creditores Horatij donatarij tantum, & possessoris donec Decius capax efficeretur, nam resoluto iure datoris, &c. vt in initio dicebamus. Deo Gratias.

Non adhuc decisa.

SVMMARIVM.

1 *Tutor vel Balius esse non debet inimicus patris.*

2 *Inimicitia de præterito præsumitur de præsenti si contrarium post tempus inimicitiæ non apparet.*

3 *Suspectum ad tutelam redunt paupertas, & ad ludum propensitas.*

4 *Affectatio tutelæ inducit suspitionem.*

5 *Tutela Baliatus, & similia onera potius inuitis quam volentibus sunt conferenda.*

6 *Baliatus vel tutela conferuntur in personam vtiliorem pupillo quamuis cognatione remotiorem.*

7 *Tutela dicitur triplex testamentaria legitima, & datiua.*

8 *Baliatus non est triplex sicut tutela, sed vel testamentarius, vel datiuus.*

9 *Baliatus vel tutelæ dacio requirit, vt considerentur nonnulla hic annotata.*

10 *Discordia quæ pupillis damnosa est oritur faciliter inter plures eorum tutelam administrantes.*

11 *Tutor & Balius licet non sint solemniter dati in testamento tamen confirmari debent iuxta patris voluntatem.*

12 *Baliatus ex Regni constitutionibus institutus regulatur secundum disposita per iura communia in tutelis.*

13 *Agnati & cognati sunt requirendi, in Baliatus, vel tutelæ prouisione facienda.*

14 *Absens à Regno citandus est saltim per edictum in tutela eius consanguineo deferenda.*

15 *Citatio per edictum pro quibus personis, & qua de causa fuit introducta.*

16 *Tutor pupillo non recognoscenti, superiorem quomodo, & à quibus decernatur.*

17 *Administrator tutelæ curæ, vel Baliatus non est remouendus nisi causa cognita.*

18 *Tutor & Balius legitimè constituti in vno Regno administrant bona vbicumque sita.*

ALLEGATIO LXXI.

Pro Principe Valdetari.

In Dei Nomine Amen.



Oratius Grimaldus respectu bonorum in hoc Regno existentium petijt, & nullatenus audito Principe Valdetari obtinuit se declarari Balium D. Honorati Grimaldi pupilli, qui est Dominus Arcis Monaci, & Terrarum ibi adiacentium, necnon Marchio Campaneæ, ex concessione huius Marchionatus suis prædecessoribus facta per Maiestatem Caroli Quinti Cæsaris Inuictissimi, dūmodò, & quatenus teneat illum statum in Arce Monaci ad obsequium, & seruitium Regalis Coronæ Hispaniarum, & non aliter, nec alio modo.

Circa quam prætensionem ad instantiam Principis nunc primum auditi agendum est de Iustitia, & de ordine, & quo ad Iustitiam suo tempore deducetur, qualiter non potest creari talis Balius notoriè inimicus patris dicti Marchionis pupilli, §. Item si propter inimicitias, & §.
1 inimicitiæ inst. de excus. tutor. vel curat. & l. 3. §. si tutor. ff. de suspect. tutor. latè per Ant. Piagg. de tutor. & curat. q. fin. num. 17. & per Paul. Montan. de iure tutelarum, & curationum cap. 36. nu. 4. & 5. Cum, & in filios paterna inimicitia transfundatur, l. 1. C. si Rector Prouinc. l. lex Cornelia pia, vbi Barr. ff. de iniur. l. 1. 2. & 3. de liber. caus. notat Angel. in d. §.

d.§. Item si propter inimicitias num.1. Nec distingueretur quo ad talem iuris effectum etiam si casu absque culpa inimicitia orta esset, l.cum tabulis §.1. vbi Bart. ff. de his quibus, vt indign. Tantò magis, dum grauis inimicitia cum dicto Marchione orta est ex grauibus causis non sine culpa eiusdem Horatij, prout ad præsens ostenditur ex litteris eiusdem Marchionis, quod suo tempore latius cõprobabitur, Nec modò patet inimicitia de præterito, quæ & præsumeretur de

2 præsenti, nisi contrarium appareat de directo, vt per Bald. in l. ex persona col.3. C. de probat. & in l.2. in fin. C. de his qui per met. Iud. nõ appell. & in auth. si testis C. de testi. Sed per alias literas apparet eandem inimicitiã continuasse, & adhuc feruere paucis diebus antequam ipse Marchio moreretur, quæ suspicio sufficeret ad remouendum etiam si datus reperiretur, & rectè administraret, quia prę cauendum esset in futurum, vt per Montan. vbi supra c.35. num.162. post Corneum, & reliquos, vt ibi.

Item deducetur ipsum Horatium non esse admittendum, stante eius paupertate, cùm nihil habeat in bonis præter annuũ redditum sua vita durante ratione vitæ, militiæ super Marchionatu Campaneæ, & reliqua bona consumpsit, & sæpè va-

3 cat ludis alijsque sumptibus, quæ singula, & tãto magis vnita ipsum omninò repellunt, l. suspectum, & l. suspectus, ff. de suspect. tutor. iuncta glos. in l. paupertas ff. de excus. tutor. ac tex. in l.1. C. de pericul. tutor. vel curat. & habetur in §. fin. vbi glos. instit. de suspect. tutor. & addere adiunctum ex remedio tradito in eisdem Iuribus ratione paupertatis, dispendia augeret, & negotia confunderẽtur, vltrà quod nos monet Bart. in l. quidam consulebant in final. verb. ff. de re iud. vt huiusmodi personis in dignitate constitutis tutor detur in eadem, vel maiori existẽs dignitate, & glos. in dicta l. paupertas nos monet, vt pupillo diuiti detur tutor opulentus, & hęc sũmoperè obseruanda da esse, declarat Ant. Piagg. de tutor. & curat. quæst. fin. num.22. post Specul. & reliquos per eum aductos.

Item deducetur, quòd non est audiendus,
4 dum ipsemet Baliatum petijt, & affectat, l. scire oportet in §. fin. ff. de tutor. & curat. dat. ab his, nec obstat glosella, quæ ibi addit, nisi sint idonei, nam hoc esset destruere text. si enim ex alio defectu nõ est idoneus, clarum est, quod ex illo defectu non admittebatur, & text. esset superuacuus, & superfluus, sed ex eius lectura patet, quod Iurisc õs. non aliundè elicit suspicionem quam ex sola affectatione, quòd & Bar. ibi aduertit. Imò, & iura per glos. allegata hoc idem confirmant, nam text. in l. quæ omnia in §.1. de procurat. clarè inquit, quòd Procurator se ingerens suspectus est. Fallit autem si accedit ad suũ conuitium expurgãdum, tunc enim nõ spontè, sed coactè videtur accedere, & limitatio confirmat regulam in contrarium. Similiter in proprijs terminis illius tex. in l. vxori in §.1. ff. ad l. Corn. de falsis luce clarius præsupponitur suspitionem in eo, qui se ingerit, declarat autem quod non videtur se ingerere, qui de ordine testatoris se ipsum descripsit, vnde Iudex ibi, non sequitur voluntatem tutoris, ex qua potius illum sine dubio repelleret, sed exequitur voluntatem testatoris, quæ præcessit, Imò ex eodem tex. patet, quòd tutor se potius excusare nitebatur. Et ex cõsequenti, hæc sola petitio, & affectatio Horatiũ repellit ex dictis iuribus, & tradunt Doctor. post Bart. in d.l. scire oportet in §. fin. & Corn. cons.284. nu 8. vol.3. cum alijs, de quibus latè per Soc. Iunior. consil.59. num.38. vol.5. cum potius talia
5 onera in inuitos sint deferenda, l. nec nõ ignoranti, & inuito, & l. illud, vbi Bar. ff. de tutor. & curat. dat. ab his, latè Alex. cons.26. num.7. vol.3. considerat multa ex prædictis Ant. Gabr. cons.27. nu.14. & Reg. Consil. de Ann. cons.50.

Et denique certum est, quòd in Baliatu, vel tutela deferenda, non ita punctualiter atten-

attenditur gradus consanguinitatis, vt
6 pro beneficio pupilli non sit præferẽdus remotior,& etiam extraneus, & longinquior indefectum consanguineorum, & vicinorum,l.Diuus Marcus ff. de tutor. & curat.dat. ab his, habetur per Afflict. in constit. minoribus, & per Doctor. in auth. matri, & auiæ C. quando mul. Et quasi fundamentũ permittitur per Paul. Montan. per Ant. Piagg. & per Caualc. in eorum tractatis de tutor. & curat. Et
7 tanto magis in Baliatu,qui nõ est triplex sicut tutela testamen ar a legitima,& datiua,sed solũmodò Institutus fuerat per
8 Constit.Regni Balius datiuus.Postea per cap.Regni,quod incipit Feudatarius, additur Balius testamentarius, de legitimo non adest prouisio, prout in d. cap. aduertit Barthol.de Cap.& Anton. de Nigris,& meminit noster Reg.Consil. de Anna consl.50.num.11. Vnde tanto minus in huiusmodi prouisione facienda attenditur gradus sanguinis, nisi quatenus ex eo præsumitur affectio ad beneficium pupilli,quod quidem pupilli beneficium præsertim in Balio datiuo ante omnia Iudex considerabit,prout expressè cauetur in d.cap.quod incipit Feudatarius,& fortius,dum Princeps Valdetari quò ad gradum non est remotior.

Quod autẽ valdè maius beneficium pupillo
9 proueniat ex Baliatu in personam dicti Principis.Patet primo, nam hic Princeps est ditissimus , cui, & ad maiorem cautelam facilè erit præstare quamlibet maximam cautionem,quod quidem erit etiam remedium respectu absentiæ,quatenus hoc consideraretur, licèt tex. in l. illud de tutor.& curat.dat.ab his,prouideat tutorẽ dari,& absenti,& absentem. Secundo maius est beneficium pupilli, ne grauetur duplicatis sumptibus , vltrà quòd certò creditur, ipsum Principem (qui iam est tutor in statu monaci,& bona illa administrat) nihil percepturum fore ex istis administrationibus, qui se gerit erga hunc pupillum tanquam erga filium.

Tertio hinc oritur aliud beneficium valdè considerabile,quòd dùm Princeps vnicã habẽs filiã sine masculis valdè diligit eorum loco hunc pupillum suæ sororis filium,omnis quidem circũspectus Iudex considerabit expediens esse, eius amorẽ insimul,& cõfidentiam augeri,vt illi fortè hãc filiam nuptui tradat præuia Apostolica dispensatione , vel alijs beneficijs illum afficiat non autem , vt exasperetur videns loco sui hunc Horatium Grimaldum qui de recenti, & in rebus grauissimis ipsum Principẽ summoperè irritauit.

Quarto est maxima consideratio, & experientia docet in dies,quomodo pupillorum negotia in collapsum ruunt, dum pluribus eorum cura committitur,cuius contrarium nos docet Arist.in 1. Polyt. & Pontifex in c.in apibus 7. q 1. & hoc ob sententiarum diuersitatẽ in pluribus.

10 Quid autem si vltrà pluralitatem adest etiam inter eos tanta discordia , & mala voluntas,quam modo diximus? Nec dicatur esse diuersa bona,nam in effectu vnicum est Patrimonium , & notum est vnicuique quomodo sæpius expedit, & oportet,vt diligẽs Paterfamilias de personis, vel de bonis , & redditibus vnius loci disponat ad beneficium , vel ad necessitatem alterius. Et tantò magis, hæc sunt necessaria in casu nostro , quia (vt dictum est)hic Marchionatus est omninò annexus ad illum Statum in Arce Monaci, & in illa adimplendæ sunt conditiones appositæ in cõcessione huius Marchionatus,& alias perderetur. Vnde necessarium est,eundem Balium iuxtà necessitates in illo statu occurrentes posse disponere de vassallis , & de redditibus in hoc Regno existentibus , & è contra non debet posse aliqua ibi facere , quæ ad hunc Marchionatum qui sibi curæ nõ esset in præiudicium redundarent , Ita quòd alter ad alterum culpam refunderet,& pupillus interim dãno afficeretur.

Quinto quid adhuc dubitandum est , dum constat de voluntate patris, qui ex prædictis,& alijs rationibus confidit de Prin-

cipe, cuius voluntatis certitudo nota est multis, & liquet ex literis præsentatis, & expectantur in dies aliæ scripturæ, ex quibus voluntas ipsa magis verificatur. Et si quidem erit voluntas in forma testamẽti negotium erit finitum ex cap. Regn. quod incipit feudatarius, si autem non esset testamentum solemne modo
11 voluntas certa sit adhuc sufficiet ad illũ confirmandum, in quem pater erat aliquo modo propẽsus, l. 1. C. de confirm. tutor. l. mater C. de testam. tutel. vbi cũ aliqua Inquisitione confirmatur voluntas materna, quia confidunt iura de iudicio matris, sed multo magis de iudicio patris, vnde quoquomodo liqueat absq; vlla solemnitate confirmatur indifferenter, & nihil vlterius inquiritur, prout inquit tex in l. 1. ff. de confirm. tutor. declarant ibi Bart. & reliqui, & latè Corn. cons. 284. num. 9. vol. 3. Bal. in l. 1. C. si contr. matr. volunt. & in l. omnem C. ad Tertul. latè Hieron. Gabr. cons. 27. nu. 5.
12 & Bero. cons. 66. num. item 5. Quæ omnia in tutela disposita de iure communi obseruari de iure Constitutionum in Baliatu, declarant Andr. de Bar. Andr. de Isern. & Afflict. in const. minorib. Et maius beneficium ex Baliatu in persona Principis colligitur etiã ex literis Regijs iam præsentatis.

Ex quibus, & alijs suo tempore proponendis, apparebit Horatium non esse admittendum, sed cum responsione quæ datur ad tex. in l. neque à Præside C. qui dat. tut. poss. omninò etiam in hoc tribunali præferendum esse præfatũ Principem, quem dictus Horatius de industria intimari non fecit, nec personaliter, neq; generaliter per edictum, imò ab ipso, & ab omnibus Aduocatis, Procuratoribus, & negotiorum gestoribus eiusdem Marchionis summoperè cauit ne quid sciret, & tacitè negotiũ peragebat, quia ab eisdem de omnibus informatis, & præsertim à præfato Principe pęnes quem sunt documenta necessaria, benè c[illegible]noscit quòd multa proponentur ad eius euidẽtissimam exclusionem.

Quod autem ipse Princeps (vt de ordine
13 loquamur) debeat, ac debuerit audiri in prouisione Baliatus expedita in personã Horatij patet quia in huiusmodi prouisionibus requirendi sunt agnati, & cognati, ex reg. tex. in l. hæc autem cum ibi traditis per glos. & Doctor. ff. quibus ex caus. in poss. eatur, & per Præsidem de Franch. in decis. 516. & ità seruatur in praxi, et in specie in prouisione facienda circa Baliatum, de quo agimus, factum fuit decretum, vt citentur agnati, et cognati. Quis autẽ proximior erat intimandus quam dictus Princeps, cuius sororis Marchio est filius, Et propterea primo loco erat intimandus, l. 1. §. denunciatio ff. de ventr. inspic. præsertim, cum de recenti inter ipsum Principem, et Horatiũ de nonnullis negotijs huius pupilli actũ fuerit, sed Horatius magno cum silentio, et celeritate procedens, neq; hunc, neq; alios citari fecit, nisi Auunculum eiusdẽ Horatij, & quendã virum eiusdem auunculi consanguineæ, quæ duæ personæ aliud non appetunt quam ipsi Horatio placere cum è cõtra, Doctores prædicti, non modo consanguineos, sed amicos etiam notabiles vellent certiorari.

Non obstat absentia dicti Principis ab hoc
14 Regno, Nàm omissa disputatione, si debebat citari personaliter, saltim non potest negari, quòd erat, et est intimandus eius Procurator qui Neapol. residet, et Horatio est notissimus, nam ab eo exigit supradictos suos introitus ratione vitæ, militiæ, vel ad summum facienda erat respectu ipsius Principis citatio per ędictum, in qua vltima opinione abiq; dubio residet glos. in d. l. hæc autẽ in verb. cognati, sequitur Bar. et pręsertim in negotijs ad pupillum pertinentibus, et inquit ità seruari de consuet. sequitur Angel. et Raphael Cuman optimè ibidem, Speculat. et Io. Andr. in tit. de citatione §. sequitur vers. sed nunquid consanguinei, et latè Zasius in dicta l. hæc autem §. primo, qui latè in omni casu firmat non posse

posse prætermitti citationem per edictū, sequitur Præses de Franch. in dicta decis. 516. num. 11. 12. & 13. Ex quorum dictis tanto magis firmatur hæc opinio in casu nostro, in quo nemo Horatio cōtradixit, vel pupillum defendit, quod in specie à prędictis Doctorib. ponderatur.

Vlterius aduerto, quòd hæc forma citandi
15 agnatos, & cognatos, vel amicos, introducta est ad hoc, vt indefensi non remaneant, qui ob difficultatem sicut absentes in locis incognitis, vel propter legis repugnantiam sicut contumaces, vel propter ætatis, aut valetudinis defectum, sicut pupilli, vel de mentes se ipsos defendere non possunt. Qui autem se defendere possunt per se ipsos, vel per alium, quis dubitat, quod citandus est ipsemet, vel persona legitima pro eo? In casu autem nostro, Princeps Valdetari iamdiù fuit tutor huius pupilli in eiusdem pu-
16 pilli statu superiorem non recognoscente per legitimum cœtum ac supremum Tribunal legitimè constitutus, iuxtà formam tex. in l. i. C. de tutor. Illust. person. & iuxta solitum antiquissimum eiusdem loci. Quamobrem in negotio cōcernente ipsum pupillum, clarum est, quòd ipse tutor nominatim citandus erat, ex tex. ad literam in d. l. hæc autem quib. ex caus. in poss. eatur, vbi inquit I.C. in omni negotio pupillari euocandum esse. Tutorē, si autem. Tutorem non habet euocandi sunt agnati, & affines, quia hoc est remedium subsidiarium.

Et denique tanto magis erat, & est audien-
17 dus ipse Princeps, cū tractatur de amouenda administratione ipsius qui rectè administrauit, & administrat contrahendo etiam cum Catholica Maiestate mediantibus supremis eius ministris, cum notitia, & approbatione eiusdem Catholicæ Maiestatis. Quæ mutatio fieri non potest, nisi ex causa, & causa cognita, siuè cum inquisitione per officium Iudicis, siuè ex accusatione, quo casu solemniter, & per libelli oblationem est procedendum, vt per glos. in l. 1. S. 1. in ver. 12. tabul. ff. de suspect. tutor. & in l. fin. ff. de priuat. delict. & l. rescripto S. si quis ff. de muner. & honor. latè per Borgnin. de tutor. & curat. num. 18.

Licèt enim pro bonis in hoc Regno sitis, oporteret in hoc Regno Baliatum confirmari, & prouideri, vt pro eisdem bonis administrandis adimpleretur adimplen-
18 da, tamen certum est, quòd interim tutor extra Regnum legitimè constitutus bona etiam in Regno legitimè administrat, Nā principaliter datur personæ, cui subiacent bona etiam extra Prouinciam, quæ rectè administrat, nisi ipsemet tutor se excusat, l. propter litem S. licet datus tutor, ff. de excus. tutor. S. datus autem instit. eod. Albet. in tract. Statutorum in 3. par. q. 2. nu. 2. & 4. clarè Alex. cōs. 128. num. 4. in princ. Ias. in l. 1. in 1. lect. C. de Summ. Trinit. & fid. Cathol. nu. 46. vers. ad idem, & in 2. lect. num. 93. vers. vltrà Doctor. & optimè Salyc. in l. 1. nu. 4. C. vbi petant. tutor. vel curator.

Nō obstat Cōstitutio Minotibus, nā (vt And. aduertit) loquitur de feudatarijs, quibus non esset aliter prouisum, & tamen Afflict. ibi in decima quęstione iuxta terminos supradictos firmat Balium legitimè
19 constitutum in Regno legitimè administrare bona extra Regnum, & nos vidimus pluries Balios in hoc Regno administrare bona, in Ciuitate Romana, & alibi. Idem ergo, pro æqualitate seruanda, dicendū est, quò ad bona in hoc Regno respectu tutorum qui fuere alibi legitimè constituti, præsertim dum pręuenerunt, prout Afflict. considerat in eadem quæst. 10.

Quæ omnia, non ad hoc pondero, vt difficultem si Princeps Valdetarius indiget, vel non indiget confirmatione in hoc Regno; quod quidem doctissimi Domini de Collaterali Consilio, prout iuris videbitur, prouidebunt tāto magis dum prætendimus factam fuisse ab ipso Rege confirmationem, sed si etiam prædo in eo quod innouandum proponitur audiendus est. Princeps vtiq; in huiusmodi

innouatione, quæ prætenditur per Horatium Grimaldum audiri debet, nō solum tanquam consanguineus,& non solum tanquam persona legitima pro pupillo, sed etiam tanquam tutor, qui administrare cæpit hunc Marchionatum, non solum de facto,sed etiam de iure, aut pro se claro, aut saltim valdè dubio, & omnia in iure, & in facto,ipso audito valdè clarius liquebunt. Deo Gratias.

Fuit superseßa executio expeditionis in personam Horatij fuit auditus Princeps. Et tandem ipse remansit Balius. Visis etiam Allegationibus subsequentibus.

SVMMARIVM.

1 *Dissentimus aliquando circa media, sed ad eundem finem.*
2 *Commodo priuati potest renunciari.*
3 *Miles Armatæ militia etiam si voluerit tutor, vel curator esse nequit.*
4 *Miles legatarius alicuius rei si tutor fuerit legatum consequitur, & tutelam non exercet etiam si voluerit.*
5 *Officiales huius Regni non possunt esse tutores sine licentia ViceRegis in scriptis.*
6 *Obedire debemus potius legi quam alijs.*
7 *Militia tēpore Romani Imperij erat obseruantißima, & Sacramentum appellabatur.*
8 *Militia legitima quæ dicebatur.*
9 *Militia tumultuaria quæ dicebatur.*
10 *Milites coniurati vnde dicebantur, & de militum requisitis.*
11 *Aequestris ordo, & ius aureorum anulorum idem sunt.*
12 *Nobiles non possunt ex sola noblitate nuncupari Equites.*
13 *Nobiles propriè dicuntur patritij.*
14 *Dignitus equestris militibus benemeriti confertur.*
15 *Dignitate equestri nōnulli viri Illustres, & etiam Reges insigniri voluerunt.*
16 *Dignitus Aurei Velleris dignioribus à Catholico nostro Rege confertur.*
17 *Equites Crucis Albæ, vnde ortum habuere, qui & Sancti Ioannis Hierosolymitani, Hospitalarij, Rodiani, & Melitenses Equites dicuntur.*
18 *Milites nostri temporis an, & quando subiaceant dispositionibus legum militarium.*
19 *Milites etiam in antiqua solemni militia aliquibus non gaudebant, nisi in actu militantes.*
20 *Proximi ad aliquid aliquādo iudicantur tanquam in eo existentes.*
21 *Miles in militia existens, vel non existens quomodo, & quando à tutela excusatur, & num. 27.*
22 *Milites propriè dicebantur qui militarē ordinem retinebat per aliquos annos.*
23 *Milites militia missi qui dicebantur.*
24 *Milites veterani qui dicebantur.*
25 *Milites nostri temporis extra castra degentes à tutelis non excusantur.*
26 *Militia in actu videtur requiri per constitutiones Regni.*
28 *Miles militia missus à tutela priuata semper excusatur, sed à tutela filij Commilitonis excusatur tantum infra annum dimißionis.*
29 *Militiæ præfectus etiam in militia cogitur esse tutor pupilli alterius eiusdem ordinis.*
30 *Obseruatio dicitur magna legum interpres, & quid obseruetur circa tutelas militum.*

ALLEGATIO LXXII.

Pro eodem in eadem causa.

In Dei nomine Amen.



Idens pars aduersa non posse euadere quin intelligatur vtiliorem pupillo futurū esse Baliatū penès Principem Valdetari conuolat ad illius exclusionem quia miles est, & militaribus oneribus decoratus,qua in re mea me fefellit opinio,

Puta-

1 Putabam enim Principem, & Horatium non ita altercari quasi se inuicem oppugnantes, sed quasi eundem finem, pupilli nempè commodum, & beneficiũ prospicientes dissentire tantum de medijs aptioribus, sic ad causæ victoriam dissentire aliquando aduocatos, ad infirmi salutem medicos, ad nauis directionẽ nautas, & similes docet ex Platone Tullius de offic. lib. 1. Eodemque modo sicut Princeps ad se ipsum includendum excludebat Horatium sic putabam velle Horatium Principi se præferri existimando se ipsum pupilli commodis oportuniorem Nunc vero dum de sua inclusione rationabiliter desperat, proponere Principis exclusionem ex qua ipse non includatur, ita quod exclusis ambobus oporteret ad consanguineum aliquẽ remotiorem, & pupillum forte non admodum diligentem deuenire, hoc non est pupillo prospicere, sed solummodo Principem oppugnare.

At videamus si oppugnatio subsistit. Et subsistere quidem prima fronte videtur
2 quoniam hic nõ agimus de excusatione concessa fauore priuato cui renunciare quis potest l. voluntariæ C. de excus. tut. Sed agimus de exemptione fauore publico ex text. in l. militiæ C. qui dar. tut. vel curat. poss. vbi inquit Imperator quod militiæ armatæ muneribus occupatus nec si legitimus sit, neque si ex testamento datus fuerit, nec alio modo
3 (etiam si voluerit) tutor, vel curator fieri potest. Idq; adeo obseruari inquit alius text. in l. administratione C. de legat. vt relicto legato militi si tutor fuerit, tutelam, nec volens exerceat, & legatum ni-
4 hilominus consequatur, ad idem text. & ibi glos. in §. idem, & in milite instit. de excusat. tut. Azo. in summ. C. in titul. de excus. tutor. in princ. Quod enim addictis cælesti militiæ iubet Apost. relatus in c. 1. ne cleric. vel monac. Idem pro communi bono quod priuato præfertur statutum est quo ad milites armatæ militiæ qui Reip. tranquillitati inuigilant l. militis in fin. C. de locat. proindeq; nec conductionibus, & alijs, vt ibi, & in l. fin. eodem titul. nec tutelis, vt dictum est, nec procurationibus etiam propinquorum eos onerari permittitur l. militẽ, vbi Paul. notat C. de procurat. Ex qua eadem ratione ista met, & similia officialibus interdicuntur in pragm. 2. & 3. de offic.
5 Iudic. Et ex prædicta ratione quæ patet omnibus, & probatur in l. 1. §. huius ff. de iust. & iur. tales prohibitiones commendat Alex. in l. centurio num. 9. ff. de vulg. & pupill. substit. Imò videtur quod ipse Princeps talium prohibitionum nõ ignarus deberet vltro abstinere, & legi
6 potius quam cõsanguinei voluntati laudabiliter obtemperare c. quid ergo, & ibi glos. 11. quæst. 3. c. ad aures de tempor. ordinatio. glo. pen. in canon. duo sunt 19. quæst. 2. ad quod multa Põtan. noster in lib. 1. de obed. ferè per totum.

His tamen non obstantibus contrarium indubitãter asseremo. Ad quod commemo-
7 ro quod milites nostri temporis longè differũt ab antiquis quos ob vastum Romanum Imperium semper ferè actu militiæ vacare oportebat, & nunc Hostes propellere, nunc internas commotiones compescere, semper etiam absque vlla meta nouis Imperij dilatationibus incumbere, ita vt gloriabũdi se ipsos appellarẽt Imperatores semper Augustos, & alibi mundi Dominos non sicut possederant, sed fortè prout optauerãt. Qua de re totaliter militiæ addictos sic milites esse volebant, vt iamdiu nuptijs quoque abstinuerint donec illas indulsit Seuerus Imperat. prout ex Tacit. in lib. annal. 14. annotat Lypsius in vers. neque coniugijs. Et rei militari milites illi ita se dederant, & militiam nunquam deserturos, ita se iuramento obstrinxerãt, vt militia ipsa sacramentum nũcupetur prout legimus apud Veget. in lib. 2. de re milit. Ipsosque milites eodem nomine appellat iuuen. inquiẽs emolumẽta notemus sacramentorum, idest militum iuratorum, Nec modo in ea militia quæ diceba-

cebatur legitima, vbi quisque miles se-
9 dare iurans, ascribebatur, Sed etiam in ea quæ dicebatur tumultuaria, quia ex repentina necessitate milites nimis celeriter colligebantur, nō tamen adeo stricti iurisiurandi religionem prætermittebant. Et quia singulos iurare angustia temporis non patiebatur iurabant omnes, ac dicebantur coniurati, idest simul iurati, iuxta illud Virgilij Aeneid. 8. Simul omne tumultu coniurat trepido la-
10 tium, vbi hæc per Seruium declarantur, & latius per Lęliū Taurell. in eius libello de militijs ex casu, nec soluebantur, nisi ex causis, iuxta declarationem Vlpiani in l. 2. ff. de his qui notant infam. & alia quinque requisita, & sollemnitates militibus necessarias enumerat glos. nostra in l. penul. ff. ex quib. caus. maior. Et in §. fin. in auth. de mādat. princ. Quorum obseruatio in multis iam temporibus nostris est antiquata.

Successere tamen alterius generis honores
11 & onera, nam loco solemnitatū quibus æquestris ordo constituebatur qui ordo etiam ius aureorum anulorum appellabatur creari cœperunt æquites calcarium aureorum, prout declarat Bud. in l. fin. ff. de Senat. vbi eos, & à togatis, & à militibus distinguit, quod & fecit Tiraquel.
12 de nobilit. cap. 8. num. 13. Proindeque abusum esse, vt nobiles appellētur æquites non ob aliud nisi quia nobiles sunt annotauit Portius in eius Historia de commotione Baronum Regn. Neapol. fol. 76. Potius enim nobiles dicētur Patritij, vt per Bud. in dicta l. fin. circ. princ. & Tiraquell. de nobilit. cap. 20. num. 4.
13 Sed creari æquitē est dignitas quæ mi-
14 litibus benemeritis conferebatur, qua quidem viri dignissimi, & Reguli, & ali-
15 qui Reges quos ipse Portius enumerat insigniri voluerunt.

Hæc etiam dignitas ad præsens non admo-
16 dum sæpè conferri solet, sed persæpe alias conferunt Principes, prout Catholicus noster inuictissimus digniori bus aureum vellus, & subsequenter crucem Diui Iacobi, & alius. Et similiter alij Principes alia insignia quæ præcipuè conferuntur ad honorem licèt, & onera quædam contineant sicut in eorum cōstitutionibus annotatur. In hoc vero talium ordinum commemoratione nō includo æquites albæ crucis initiatos paulo post
17 annum millesimū centesimū in vrbe Hierosolyma quā Gotfredus Dux Lotharingiæ expugnauerat. Ipsi enim præter obseruantiam propriarum constitutionū sunt verè religiosi tribus votis obstricti licèt vsus pecuniæ, & vestium elegantia permittatur ob militare exercitium, ad quod instituti fuere primum quidem ad defensionem Christianorum infirmium, qui iuxtà Templum Diuæ Mariæ in Hospitali sub Diui Io. Baptistæ protectione erecto vexabantur à Saracenis. Et illinc expulsi Rodon Migrantes propugnaculum erant aduersus Turcas, Nec minus exinde à Solimano eiecti nūc Melitam colentes hoc idē laudabiliter peragunt ditati ex hoc nonnullis piorū Principum largitionibus.

Et ex prædictis colligitur quale ipsorum sit institutū, & quare æquites Diui Ioannis, & æquites hospitalarij, vel Hierosolymitani, vel Rodiani, aut Melitenses diuersimodè appellentur, Nihil autem ad casum nostrum omnes præfati ordines, siuè antiquæ illius militiæ iam desuetæ, siuè istorum insignium quæ temporibus nostris ad decus præcipuè conferuntur quāuis, & onera quædā in se cōtineant.

Sunt è conuerso præsentis militiæ dignita-
18 tes quæ ad onus præcipuè, & ad seruitium conferuntur continentas nihilominus decus quod affert alijs præesse, & suo Principi egregiè inseruire, vt per Tiraquel. de nobilit. cap. 8 num. 14. cum sequētibus, vbi & colligitur aliqualis nostrorum, & antiquorum militarium munerum collatio. Veruntamen quia milites huius temporis, non ita militiæ totaliter sunt addicti, & iureiurando alligari nec seruantur in illis antiquæ solemnitates consequens fit vt etiam leges, & dispo-

dispoſita in militibus illorum temporum
19 locum ſibi vendicent donec in expeditione ſunt,& militiæ actu deſeruiunt nō autem tempore pacis quantumuis onera militaria,vt magiſtri militum,aut præfecti æquitum,vel peditum,vel ſimilium conſeruēt,ita diſtinguit Io.Fab. in rubr. inſt. de milit.teſtam. & in l.1.C.de iur. & fact.ignor.vbi etiam Cyn.in 6.quæſt. Bal.num.8. Salyc. quæſt.5. Iaſ. num.7. Rom.in conſ.506.num.2.cum alijs relatis per Alex.in l.centurio num.20.& 23 & ibi etiam Galiaul.col.4. ff. de vulgar. & pupill.per Dec.in conſ.578.col.2.per Stephan Aufrer.in Apoſt.Cappel.Tholoſ.in quæſt.131.& 141 & Petrin. Belluc.in ſuo tractat.de re milit. par.7. ſub rubr.de priuil.milit.num.37.

Quæ concluſio confirmatur ex pōderatione iurium loquentium de militibus in quibus ratio diſpōſitionum ſemper eſt ipſe miles,vel actu militans, vel præcinctus ad militandum. Sic in §.idem in milite inſt.de excuſ.tut. excluditur à tutela miles, & gloſ. ſubdit in militia exiſtens, quæ verba ab aliquibus intelliguntur, vt exiſtere debeat in loco, vbi actu milita-
20 tur. Et talis intelligentia articulum noſtrum magis defenderet,ſed pro veritate non hoc ſenſit gloſ.ſunt enim caſus quidam particulares qui etiam in ea ſolemni militia requirebant actualem exiſtentiam in expeditione, vt in l.fin. C.quib. non obijcit.long.tempor.præſcrip. & in l.fin.C.de reſtit.milit.vbi glo.& Bal.notāt,& in tex.hoc requiſitum exprimitur. Vbi vero ſimpliciter ſtatuitur circa milites ſufficit ſolēnis ille ordo militaris antiquæ militiæ,& ſic iſta gloſ.vult eſſe militem adhuc exiſtentem in ordine militiæ, non autem militem veteranū,vt ibi ſub-
21 iungit. Et eſt ratio quia hic laxiore militia tenebatur, vt paulo inferius annotabimus,ille in militia exiſtens, aut actu militat,aut mox dimicabit ſicut abſentē, & eū qui citò abſens erit æquiparat alia gloſ. in §.Item qui Reip.eod.tit. ad quā ſe remittit gloſ.iſta in §.idem in milite. Eademque verba huius gloſ.repetit Accurſ.in l.militem C.de procurat. in quo tex ſimiliter hæc totalis militiæ addictio perpenditur,& latius in l.milites,& in l. fin.C.de locat. Quare dum temporibus noſtris non adeſt illud genus militiæ, & conſequenter ex omnibus prædictis, diſpoſita in militibus nunc ſibi locum vendicant illis exiſtentibus in expeditionibus militaribus,& non aliter, ſequitur non eſſe conſiderabile ad Baliatum impediendum onus militare quo Princeps Valdetari exornatur, dū multis ab hinc annis fuit,& nunc eſt,& Deo dante erit diutius in iſtis Regnis Italicis pax tranquilla.

Libet vnum addere ad hæc confirmanda, & eſt quod militarem ordinem retinentes (quem retinere per annos aliquos oportebat) dicebantur propriè milites.
22 Qui vero expleta militia domū, vel coloniam petebant acceptis pręmijs dicebantur militia miſſi, quæ præmia,vt plurimum conſtituebātur in agris ab hoſtibus ereptis, vt per Iulium Front. in libr.
23 de limit.agror.Eoſque totalem vacationē militiæ cōſequi tradit Liu.Decadis v. lib.2.Et totaliter militari iuramento ſoluebantur,quod alias ſoluere nefas erat, vt inquit Seru.& alij ad Virg.2.Aeneid. in eo verſu.

Fas mihi Graiorum ſacrata reſoluere iura.
At vero inter milites, & militia miſſos
24 erant medij milites veterani qui expletis tot annis militiæ iuxta diuerſa tēpora quæ recenſent Bud.& Lipſ.mox allegādi ſoluebantur in aliquibus iuramento, non tamen vt protinus dimitterentur, ſed ſeorſum in exercitu per quadriennium agerent donec præmia totalis vacationis adipiſcerētur. Et interea immunes erant ab excubijs vigilijs aliiſque laboribus caſtrenſibus excepta pugna aduerſus hoſtes ad quam, & hoc tempore tenebantur.Sic ex authoritate Cornelij Taciti docet Bud.in lib. de aſſe, & Lipſ. in annotationibus ad eundem Tacit. in lib. 1. annal. in verſ. quod tricena, aut quadra-

quadragena fol.mihi 13.& 14. Ex quorũ intelligẽtia sequitur necessario quod dispositra in militibus locum habent, aut in militibus addictis antiquæ illi militiæ quæ recessit, aut in militibus nostri temporis quamdiù morantur in castris,
25 non autem dum morantur in locis pacificis; neq; est considerabile quod exinde ob eorum onera militaria tenentur, iuxta oportunitates accedere ad dimicãdum, quoniam vt modo diximus etiam dimicare vbi opus erat tenebantur milites veterani, sed quia modificato militari iuramento ab ordine illius obseruantissime militiæ ad laxiorem peruenerãt non includebantur in dispositionibus circa milites l.filiusfamil.§.veterani, vbi Bar. ff.de procur.& latius Guliel.de Cun.& in specie quoad tutelarũ prohibitiones, vt dictũ est sub nu.20.&21.Sicut etiã in specie quoad milites nostri tẽporis extra castra degentes, vt possint exercere tutelas, imò vt ab illis non excusentur firmat Io.Fab.in §.minores nũ.1.inst.de excus. tut. & Aret.in §.item maior num.3. inst. eodem.

Similiter const.prosequentes in §.militaribus videtur requirere militiam in actu dum inquit in equis,& armis,& ita illam intelligit Isern.in const. vt dignitatum
26 expressè excludens milites dum commorantur in Ciuitate. Et huc tendunt dicta per Afflic.in dict.const.prosequentes post Rom.in cons.43. qui clarius, vt supra dixi se declarat in cons.506.nu.2. Adeo quod ius Regni redit casum nostrum magis indubitabilem, iuxta intelligentiam Andr. à quo in interpretationibus constitutionum recedere non audemus, præsertim dum supradictis de iure communi firmatis conclusionibus conformatur. Duo præterea pro complemento aduertendo.

Primo quod Princeps, vt cognato etiam post cineres morem gerat, & vt sororis filij vtilitati prospiciat non se excusat, sed ab Horatio militaris obiectio sibi opponitur. Hanc non obstare fundauimus ex supradictis militantibus etiam vbi excusatio peteretur, sic enim loquuntur Faber, Ang.& aliquis alius ex supradictis. Verum est autem quod excusatio tanquam fauorabilis facilius admittitur quã
27 prohibitio, quæ est odiosa, prohibitus enim non est veteranus, vt per glos. supradictas in §.idem in milite inst. de excus.tutor.& in l.militem C.de procurat. sed excusare se potest etiam militia missus l.sed & milites in princ.ff. de excus. tutor.qui militia missus omninò solutus est qualis non est veteranus, vt supra fundauimus ergo omnia supradicta fortius procedunt in casu nostro, in quo non agimus de admittenda excusatione quæ est fauorabilis, sed agimus de prohibenda administratione quæ prohibitio est odiosa.

Secundo aduerto quod simplex miles mi-
28 litia missus excusatur semper à tutelis priuatorum, sed à tutela filij commilitonis excusatur solummodò infra annum dimissionis,& postea nõ excusatur propter honorẽ militiæ coæqualis dict. l. sed
29 & milites in princ. At vero quia magis seruandus est honor inter milites militaribus oneribus insignitos cautum est, vt præfectus etiam in militia cogatur esse tutor filij alterius eiusdem ordinis, vt in l.quod placuit C.de excus.veteran.& in d.l.sed & milites in §. fin. & in l.nõ tantũ in §.fin eod. tit. Ex quibus omnibus iuribus declaratur tex. in l. propter magistratum in §.si in castris eod.titul. vbi Accursius cõsiderat si datio tutoris fuit à Iudice competenti, vel non cõpetenti, quæ doctrina vera est, vt in l.neq; à Preside C.qui dar.tut. poss. sed non applicabilis ad illum text. sed applicabilis est alia consideratio eiusdem glos. nempè vt merens, idest dignitatem habens in castris esse debeat tutor commilitonis eiusdem ordinis. Et sic datio tutoris in eo tex. non est à Iudice, sed ab alio qui in castris merebat de præterito, nempè à defuncto commilitone eiusdem ordinis patre pupilli. Et ex his tollitur diffi-

cultas

cultas in casu nostro quamuis essemus in actu militiæ dum pater huius pupilli, Dominus Monaci, arcem illam indefessè cū armatis militibus custodiebat ad nutum, & seruitium eiusdem Regis Catholici à quo hac de causa quasi stipēdium obtinet Marchionatum Campaneæ cum expressa conditione huius continui seruitij, quod & hic filius Deo dante nunc per tutores, & grandior factus per se ipsum maiorum exemplo omni studio profitebitur.

Denique in hac re inspiciendum est quid
30 nos doceat obseruatio quæ magna est legum Interpres l. minimè, & l. si de interpretatione cum leg. seq. ff. de leg. Et porro vnusquisque videt milites nostri temporis, quia nimis ab antiquis differunt, nunc conducere, & fideiubere, & mandata recipere, & reliqua peragere quæ militibus antiquis, ita prohibebantur sicut tutelæ, vt in iuribus supra circa principium allegatis. Cur ergo de tutelis nunc dubitabimus?

Videmus insuper milites, & Barones quoad vsum armorum æquiparari in supradict. const. prosequentes ferè per totam præsertim in § militaribus in fin. Et similiter Barones dicuntur milites, vt in tit. Quo tempor. mil. & in c. 1. & 2. in tit. const. feud. Dom. Lothar. cum innumeris alijs in titul. subsequentibus. Et hoc merito nam ad Regis iussum militare tenentur, & præsto esse cum æquis, & armis, vt per Andr. in c. 1. quis dicat. Dux, & in §. similiter. de cap. qui cur. vendi. & in cap. Imperialem de prohib. feud. alien. in §. firmiter. Est enim Regis arbitrium eligere, siuè ad hoc solutionem, siuè seruitiū personale, vt post Andr. in d. §. similiter tradit Afflict. in decis. 326. Capyc. in decis. 32. Camer. in cap. Imperialem fol. 92 Nostros autem Barones, Comites, & similes nemo non videt Baliatus, tutelas, & curas passim administrare. Et ad tex. in l. neque à Præside mentionatum in primis Allegationibus num. 12. responderur illum procedere, vbi tutor est ab initio constituēdus, non autem quando fuit alibi legitimè constitutus, & solum agitur de permittenda administratione etiam in bonis in hoc Regno sitis, quod quidem fieri debere ex Afflict. & alijs in eisdem allegationibus demonstrauimus. Deo Gratias.

Euentus est annotatus in Allegatione præcedenti.

SVMMARIVM.

1 *Actor habet electionem si velit, vel nolit sententiæ executionem, limita num.* 18.

2 *Actor interpellatus à reo conuento, vt accipiat rem petitam, nisi accipiat censetur renunciare, & num.* 4. 5. & 7.

3 *Oblatio verbalis rei immobilis sufficit, & liberatur offerens ac si res oblata recepta fuisset num.* 4. *Præcipuè si interpellatio esset geminata, num.* 9.

5 *Taciti, & expressi eadem est virtus.*

6 *Nemo præsumitur iactare suum etiam in non acquirendo. Declara si acquisitio esset absque onere. Sed si cum onere esset acquisitio, non dicitur iactare, non acquirendo num.* 7.

7 *Voluntatem mutare quis potest.*

8 *Electionem habens si semel elegerit non potest pœnitere.*

10 *Renūciatio tacita in iudicio quæ inducitur per taciturnitatem, operatur idem quod expressa per verbalem renunciationem. Quod magis indubitabile est, quando concurrit longum tempus num.* 11.

12 *Oblatio realis pecuniæ liberat offerentem à periculo pecuniæ oblatæ, & impedit cursum tertiarum quamuis creditor recuset acceptare.*

13 *Text. in l. si rem alienam §. fin. ff. de pignor. act. declaratur.*

14 *Oblatio realis operatur vt offerens valeat agere in illis casibus, vbi offerens agere potest, sed in illis casibus, vbi offerens est conuentus ei tribuit excep-*

 tionem

tionem ne de caetero possit molestari.
equalitas est finis legis, vt pro ea ser-
15 *Auanda debeamus leges restringere, vel ampliare, vel detrahere, vel superaddere, & sine ea non est lex.*
16 *Extensio fit de casu ad casum in consuetudinibus quae strictissimè interpretantur, vt seruetur aequalitas, & ita decisum.*
17 *Fraus non est permittenda.*
19 *Interesse extra rem an debeatur, & num. 20.*
Lucrum perueniens ex pecunia tanquam ex pecunia est vsura.
21 *Vsura dicitur lucrum perueniens ex pecunia tanquam ex pecunia, quamuis promittatur nomine poena, vel alio quouis colore. Limita in lucro habendo ex iusta negotiatione puta in cambijs permissis, vel emptionibus nu. 22. & 23. Quae limitatio procedit in dãno passo, & in lucro non adepto num. 24.*
23 *Text. in l. si sterilis §. cum per venditorem ff. de actio. empti. Declaratur.*
25 *Restitutio in integrum nisi sit petita non est considerabilis.*
26 *Restitutio in integrum, vt concedatur; praesupponitur necessariò laesio tempore contractus, vel alterius rei gesta, & conceditur deceptis: non decipere volentibus, num. 27.*
28 *Restitutio non conceditur minori aduersus gesta per procuratorem, sed si procurator malè egit habebit actionem contra procuratorem.*
29 *Pupillo non succurritur circa gesta per procuratorem nisi eo discusso, & reperto non soluendo etiam in illis casibus in quibus daretur restitutio aduersus gesta per tutorem, vel curatorem.*
30 *Scientia, & voluntas probantur per coniecturas.*
31 *Ignorantia crassa quamuis probata non excusat.*
32 *Intimatio debet fieri procuratori effecto domino litis non principali.*
33 *Procurator in actis iudiciarijs praeiudicat suo principali. Licet contra ipsum remaneat actio pro malè gestis.*
34 *Praescriptio requirit tempus decennij inter praesentes, & viginti inter absentes cum iusto titulo, & bona fide.*
35 *Praescriptio triennalis supplet omnes defectus, & redit possessorem tutum.*
36 *Praescriptio 30. annorum est introducta in odium negligentis: non principaliter fauore possidentis, vt aliae praescriptiones.*
37 *Sententia nisi exequatur infra triginta annos remanet inanis, & praescripta.*
38 *Praescriptio 30. annorum cepta cum maiori currit contra minorem, nisi pupillum.*
39 *Restitutio in integrum peti potest infra quatuor annos non vltrà.*
40 *Praescriptio oritur ex nouo facto.*
41 *Assertio Principis in facto proprio plenè probat.*
42 *Assertio in facto antiquo probat.*
43 *Praescriptio non habet locum in pacto de retrouendendo quandocumque nec fit illatio de praescriptione actionum ad praescriptionem iuris luendi.*
44 *Praescriptionis duo sunt fundamenta, scilicet commodum possidentis, & odium negligentis, & num. 36. Declara vt in num. 50.*
45 *Ius luendi residet apud venditorem, non autem possidetur ab emptore.*
46 *Quandocunq; (aduerbium) non restringitur ad aliquod tempus, sed durat in perpetuum vndè habens facultatem aliquid faciendi quandocunque, etiam post mille annos illud agere potest.*
47 *Praescriptio non habet locum in his quae sunt merè facultatis.*
48 *Emens rem cum pacto de retrouendendo quandocunque, cum vellet possidere rem liberam eodem momento esset in mala fide.*
49 *Iuris Canonici dispositio in materia peccati seruatur in vtroque foro.*
51 *Non valenti agere non currit praescriptio.*

52 Re-

53 *Redemptor litis procurator est repellendus à iudicio. Et vlterius à causis dicendis est remouendus num.* 53.
54 *Assertio de seruitijs praestitis non probat seruitia, praecipuè inter personas prohibitas contrahere. Quibus etiam talis assertio est prohibita num.* 55.
56 *Confessio coniugis aliquid debere; est nulla.*
57 *Donatio propter merita, non probat merita praecessisse.*
58 *Redemptor litis recuperat quantum impendit, non aliud.*

ALLEGATIO LXXIII.

Pro Berardino Moccia.

In Dei Nomine Amen.



Licet ex infra dicendis appareat valdè clara iustitia Berardini Mocciç. Tamen aduerto quod hæc omnia scribimus ex abundanti, vt innotescat ipsum de suis Iuribus non posse diffidere, sed debere quocunq; tempore obtinere, quantumuis iustitia discutiatur. Nunc autem Alimena succumbit etiã respectu ordinis, quia non petijt domum ex aliqua actione aduersus quam potuisset Berardinus se defendere, sed tantummodò institit pro executione illius sententiæ latæ de anno 1553. & moniti fecit ad dicendũ causam, quare illa sententia non debet exequi, ad quod sufficit respondere quia sententia iam est præscripta, prout latè dicetur inferius cum tractabimus de præscriptione, & sententiæ, & etiam actionis.

Vlterius si quando Pompeus de Alimena, quo ad ordinem rectius aget, vt ex nunc appareat, quod frustra aget respectu iustitiæ, ac procedendo solum per conclusiones indubitatas cõmemoro, quod in anno 1553. Dux Montis Alti obtinuerat sententiam, quòd Berardinus Moccia senior relaxaret sibi domum prædictam solutis prius per eum meliorationibus, Tunc illicò Dux volens experiri quid sibi esset vtilius, vel domũ relinquere, vel ipsam habere solutis meliorationibus, apptetiari fecit meliorationes ipsas, quç in effectu ascendebant ad ducatos 1820. Ex quo intelligẽs Dux valdè magis fuisse iacturam quam lucrum noluit amplius domum, & è cõtra Berardinus offerendo domum institit pluries pro deposito prædicto, & est notandum, quòd illud appretium non poterat in aliquo controuerti. Nam disputatio de meliorationibus, vel de refectionibus, & de alijs huiusmodi, seruata forma illarum cõcessionum factarum per Ducem fratri Berardino de Alimena sua vita durante, & postea per hunc Monacum Berardino Mocciæ, similiter durãte vita ipsius Monaci poterat incidere, dum ipsç conuentiones habebãt effectum. Nempè vt Dux non molestasset durante vita ipsius fratris Berardini.

Sed dum ipse Dux annullauit suam concessionem factam illi Monaco pro sua regula incapaci, & præsentauit Capitulũ Regulæ, & ex consequenti venit contra Berardinum Moccia qui fuerat concessionarius illius monaci incapacis, vtique corruunt contractus circa hoc initi, & omnia in eis contenta, & sicut Berardinus Moccia non poterat retinere domũ durante vita illius Monaci, ita non debet quicquam perdere de impensis hac de causa promissis, & absq; vllo dubio Dux, qui à bonæ fidei possessore domum repetebat soluere tenebatur omnes sumptus vsque ad minimum quadrantem.

Quod autem illud appretium fuerit à Duce habitum pro Iustissimo patet ex qualitate illius viri eo tempore insignis, vt fama est. Item ex circumspectione quæ legitur in appretio adhibitis alijs expertis, & omnibus optimè consideratis. Item S.C. noluit dare adiunctum, prout Berardinus institerat, & cõsentijt Duci, qui dixerat solũ sufficere ad appretiandum.

dum Regna,& post appretium idē confirmauit,quia nec reclamauit, nec petijt reuisionem, nec in aliqua, vel minima re dixit se grauatum.

Sed verè,& realiter Dux cognita quantitate verè debita noluit illā soluere, & domum recipere, nec tale negotiū sibi expediens iudicabat, quod luce clarius patet. Nam idē appretiator, vltra illas meliorationes apparētes, refert etiam alias, quæ probandæ erant,& Berardinus licèt prius dixerit in omnibus impendisse ducat.4000. in circa,& petierit terminum ad probandum non apparentes, tamen tunc ne cum tanto duce litigaret,& perderet occasionem emendi alia bona,quę probatum est,quod emere volebat,quia tunc inibi vili pretio vendebantur in sitis melioribus,contentabatur,& sic pluries obtulit relaxare domum solutis solummodò illis liquidissimis ducat.1820. Et nihilominus Dux, neque hanc summam adeò claram soluere voluit, & fingebat nō recordari de negotio,& adhuc audet pars mussitare,quòd Dux non fuit in mora?

Quid rogo vlterius facere poterat Berardinus?si potuisset ratione aliqua somniare, quod Dux prætendebat diminutionem ab illis ducatis 1820. sine dubio,vel iudicare hoc fecisset,vel ad abbreuiandum cessisset, sicut pro cito habenda pecunia ob causam prædictam ne immoraretur in probandis reliquis meliorationibus, illas potius prætermisit;De summa verò prædicta credere omninò oportebat, sicut erat in effectu, quòd erat iustissima, & quod in hoc remanserat Dux satisfactissimus. Aliud ergo facere non potuit, nisi offerre.Imò,& voluit Ducem cogere, petendo illos ducatos 1820. Quos Dux non soluit,vnde teneretur ad valdè maius interesse, prout infra dicetur, sed agnouit quòd erat prætensio contra re-
1 gulam tex.in l.si Iudex circumuento, ff. de minor. cum in huiusmodi sententijs actoris sit electio velit,vel nolit sententię executionem, vt ibi, & in decis.Rotæ 421. in antiquis quæ etiam ad hoc ponderat text. in l. seruum filij in princip. ff. de legat. 1. Sed hoc quatenus per oblationes orta non esset altrinsecus liberatio, quā quidem ortam fuisse nunc defendimus.

Quoniam sicut Dux poterat cogere Berardinum ita neque Berardinus perpetuò esse debebat in suspenso, & infinitas est euitāda,vnde vsus est Berardinus eo remedio quod solū in huiusmodi casibus à lege statuitur; obtulit enim,& pluries obtulit,& sicut potuisset Dux, post sententiam cogere Berardinū ad dimittendam domum,receptis meliorationibus.
2 Ita dum Berardinus iudicialiter, & in scriptis offerebat domum,& petebat meliorationes, Dux, qui neque domum recepit,nec depositū fecit; censetur noluisse ex dispositione tex. in l.acceptam, vbi latè glo.& DD.C.de vsur.& ibi Bar. num.2. & Paul.de Castr.nu.10. in vers. debes autem scire, loquuntur in specie de oblatione rei immobilis, quæ nō po-
3 test deponi sicut pecunia,sed sufficit fieri oblationem verbalem,& habetur in l.qui decem,ff.de solut.Idem Paul. in l.si duo §.ait prætor, ff. de constit. pecun. glos. magna in §.illud in auth.vt exact.instant. dotis.Bart.in l.prætor in §. si quis paratus in fin.ff.de oper.nou.nunc. & in l.cū seruus in fin.ff.de condit.& demonstr.& in l.si ita hæres,ff.de condit. instit.Alex. in l.si seruus,ff.de vulgar.& pupill.Dec. cons. 543. col. fin. & Capyc. decis. 19. col.1.& Doctores omnes in l.si mora ff. solut.matrim.videlicet Angel.nu.2.vers. in ead.glos.Imol.in eod.num.2. Claud. de Seill. num.4.

Et in tantum liberatur offerēs vt possit pe-
4 tere apocam de recepto, ac si res oblata recepta fuisset, prout notabiliter dicit Bart.in l.1.C.de suscept.& arcar.lib.10. & est tex.egregius in l.final. circa fin.C. de condit. insert. vbi inquit Imperator teneri illum Titio in illo casu ad quasdā pecunias,nisi Titius oblatas pecunias nō susceperit. Ergo quia Titius oblatas nō susce-

suscepit censetur nolle, & paulo post illud non recipere, appellatur ab Imperatore repudiatio, & offerens amplius non tenetur, idemque in fideiussione oblata dixerat Iurisconf. in l. prætor ait in §. si quis paratus, de oper. nou. nunc.

Et ex his confunditur prætensio partis, quod non adest expressa recusatio, quia iura, & Doctores prædicti non loquuntur de recusatione, sed de sola taciturni-
5 tate, cum taciti, & expressi sit eadem virtus l. Herennius de euiction. l. quæritur in §. si venditor ff. de ædil. edic. & sufficere solam taciturnitatem, post alios communiter tradit Nicol. de pignor. in tertia parte 3. membri 5. partis num. 9. vbi dicit, quod si expressa adesset recusatio, nihil dubij remaneret, sed iura omnia loquuntur, quando ille cui offertur tacet, & non recipit rem oblatam. Quæ tanto magis procedunt in casu nostro, stante etiam maxima iniquitate, quæ oriretur in casu contrario, vt infra dicetur.

Ex quo soluitur illa obiectio partis, videlicet non præsumi Ducē noluisse exequutionem illius sententiæ, quam ipse procurauerat proferri in sui fauorem, quia
6 nemo præsumitur iactare suum l. cum
7 indebito ff. de probat. Immò & si nollet videtur posse mutare voluntatem, & rē illam recipere, iuxta tex. in l. debitor. ff. de vsur. quæ sic intelligitur per glos. ibi, & in l. acceptā, in verb. receperit, C. eod. & tradit ibidem Imperator in fin. ibi. (nisi forte eam receperit) vbi glo. declarat, & hoc est quicquid pars dicit, aut dicere potest.

Verùm pro clarissima responsione aduerto quod toto cœlo differens negotium est, quando sumus in causa lucratiua, quia offero tibi pecuniam, vel rem tuam quā recipere potes absque vllo onere, vel quando vt illam recipias teneris aliquid soluere: Duæ namque adsunt notabiles differentiæ. Prima est, quia in casu merè lucratiuo, sine dubio esset iactare suum, & talis remissio nō sic faciliter præsumeretur, & tunc procedunt supradicta, & hic non est casus noster, sed longè dissimilis casus est, quando sumus in causa onerosa, quia tu habes aliquid soluere, vel dare, vt aliquid recipias. Nam tunc si oblationem non recipis, est quia nō vis, & quia tibi videtur nō expedire, & procedunt reliqua tradita per iura, & per Doctor. prædictos. Qui omnes in hoc casu dicunt censeri renūciatum, & offerentem liberari. Quod quidem fortius applicatur in casu nostro, in quo vltra coniecturam habemus certitudinem, quòd eo tempore inspecto exiguo reddita, & pessima domus conditione fecit Dux negotium vtile, nolens exbursare tantam pecuniam.

Et hoc generale est in omnibus huiusmodi oblationibus, in quibus ille cui fit oblatio tenetur, prius aliquid soluere, sicut est punctualis decisio Angeli in d. l. prætor ait in §. si quis paratus ff. de op. nou. nunciat. qui ad hoc affert tex. aureum in l. fin. in finalib. verb. ff. de rescind. vend. & hæc est practica, vt ita dicam, inter iura passim receptissima, sic enim est tex. in d. l. fin. circa fin. C. de condit. insert. Sic sunt tex. ad literam in c. 1. §. porro. qual. olim poss. feud. alien. & in c. 1. §. Titius, si de feud. defunct. in quibus silentium eius qui ad aliquid habendum tenetur aliquid soluere æquiparatur repudiationi. Sic etiam in oblatione quæ fit per emphyteutā directo Domino, quia Dominus non potest rem oblatam gratis capere, sed oportet prius aliquid soluere, si non acceptat infra duos menses, dicit Imperator, quod præsumitur nolle in l. fin. C. de iure emphyt. vbi pondero illa verba (si verò duorum mensium spatiū fuerit elapsum, & Dominus noluerit.) Quod quidem non potest intelligi de negatione expressa, quia esset indubitabile, prout inquit Nicol. in 3. par. 3. mēbri quintæ partis num. 9. & addo ego quòd nō requireretur spatium duorum mensiū, sed illicò sufficeret sola negatio, & tamen illa taciturnitas per duos menses appellatur ab Imperatore voluntas;

Idem

Idem est quando non acceptatur oblatio ab eo, qui soluto debito potest rehabere pignus l.creditor hypothecas C.de distract. pignor. l. si conuenerit la prima ff.de pignor.act.& vtrobiq; glos.& DD. idem in oblatione ratione adiectionis in diẽ ad tradita in l. necesse, ff.de in diem adiect. Idem denique in oblatione facta ei, qui soluto pretio potest retrahere ratione congrui vel sanguinis, vt per Napod.in nostra consuetudine, si quis emit de iure congrui in ver.scientię. Alex.cõsil.24.vol.4.& late Tiraq. de retract.lignagier §. 36. glos.2. per quos omnes habetur, quod in prædictis, & similibus casibus ex oblatione non acceptata. Intelligitur illũ, cui facta est oblatio nolle
8 soluere, & rem habere, & proinde illius voluntatis non datur pœnitentia iuxta l.in diem ff.de aqu.plu.arc.& l. 1.§.prodest, ff.quorum legatorum, & in dictis §. porro, & §. Titius.

Præsertim quando adest geminata interpel-
9 latio, prout põderat Capyc. in decis.19. nu.4.& summoperè in iudicio, vbi sem-
10 per idem operatur tacita renũciatio per taciturnitatem, quòd expressa per verbalem renunciationem, sicut declarãt Calcan.consil.16.num.11.12.13.& 14.Aymon Crauet. consil.1.in fin. Bar. & reliqui in d.§.si quis paratus, & in l.1. & 2. ff.de iudic.Canonistæ in c.secundum de appell.& in c.cùm olim, il primo de offic.deleg.& in c.super literis de rescript. glos.in l.si fideiussor, in ver.recusarem, ff. qui satisdar.cogan.Bar.in l.vnic. C.de relat.Dec.in c.intimasti num.15. & seq. de appell.Aym.in tract.de antiq. temp. par.1.vers.quęritur in hac materia n.25.
11 & seq. vbi declarat hoc esse magis indubitabile, quando concurrit longum tempus, latè Menoch.de præsump.lib.2.pręsumpt.46.

Secunda differẽtia est; Nam quando offe-
12 ro tibi pecuniam, vel aliam rem tuam recipere potes absque vllo onere, si tu illam non recipis, nullũ mihi ex hoc oritur detrimentum. Nam vsuras, vel fructus tibi vlterius non debeo, & si res illa perit, vel deterioratur, ego ad nihil teneor l.qui decẽ, ff.de solut. & per DD. in d.l.acceptam; Vnde si huiusmodi rem oblatã nõ recipis illicò, sed post aliquod tempus nõ possum ex hoc sentire aliquo modo damnum, sed potius commodum medij temporis, & sic non est tibi negandum illud, quod mihi nocere nõ potest, & res semper est integra, sed in casibus prædictis videlicet. Quando ille cui facta est oblatio tenetur aliquid soluere, tunc nõ modo cessat coniectura respectu sui, quod non præsumitur iactare suum, cũ potius credatur fecisse, quod sibi erat vtile, vt dictum est, Verum etiam respectu offerentis non semper res est integra, nam interest summoperè non semper esse sub dubio, sed esse certus, num res, vel pecunia sua erit perpetuò præsertim, quia fortè talis res potest hodie vendi optimè, & nõ ita cras: Et similiter pecunia posset hodie cõuerti in emptionem valdè vtilem, & non ita post aliquod tẽpus (quod propriè euenit in casu nostro) Vndè si quis per oblationem non redderetur tutus, sed pẽderet perpetuò ex voluntate alterius, sequeretur iniquissime, quòd ipse nunquam suorum bonorum certus Dominus esset, neque rei, neque pecuniæ: Ex quibus meritò non permittunt iura mutationem voluntatis in causa onerosa præsertim re non integra. Vt superius dictum est.

Ex quibus etiam respondetur ad tex quem
13 pars magnificat in l.si rem alienam in §. fin.ff.de pignor.actio.qui dicit, quod debitor offerens creditori id quod debet recuperat ab eo pignus, & DD. intelligunt, vt pignus quidem recuperet, sed ex tali oblatione non acceptata per creditorem, non inducatur etiam remissio quantitatis sibi debitæ, Nam potius hic tex. fortificat conclusionẽ supra firmatam, si quidem huic debitori per solã oblationem cõsulitur in omni eo, quod sua interest. Quid enim intendit debitor offerẽs nisi rem ab eo pignoratã rehabe-

re?

re? & ecce ibi Iurisconſ. prouidet, vt per oblationem recuperet rem pignoratam etiam cũ totali intereſſe, quæ verba ſunt ad hoc notabilia. Vlterius autem velle vt creditor per nõ acceptationem intelligatur remittere quantitatem ſibi debitã, hoc eſſet præſumere iactare ſuum, quod quidem non præſumitur, neque nos talẽ concluſionem firmauimus in donatione, ſed ſolum in actu vltrò, citròq; oneroſo, quia teneris aliquid dare, vel facere, vt aliquid recipias, ſicut in caſu noſtro, & in alijs caſibus ſupra relatis, & tunc iura, & DD. ſatis clarè loquuntur, quòd per oblationem non acceptatam inducitur renunciatio, & in hoc non eſt contradictor.

Et inſuper attendamus rogo qualiter text.
14 in d. §. fin. licet non faciat debitorem lucrari cum aliena iactura, tamen (vt modo diximus) pér ſolam oblationem ſibi prouidetur in omni eo, quod ſibi incumbit. Nam per oblationem agit ad recuperationem pignoris cum totali intereſſe, vt ibi legitur, & declarat latè Nicoſ. in 3. parte 3. membri, quintæ partis principalis in verſic. capio nunc oblationem iudicialem num. 4. & 5. & ſic etiam in l. ſi debitor vbi gloſ. & DD. ff. de ſolut. & in omnibus ſimilibus caſibus in quibus lex prouidet, vt per oblationẽ poſſimus ad aliquid agere, & experiri, ſed quia è conuerſo ſunt aliqui caſus, in quibus nõ licèt nobis cogere aduerſariũ, ſed aduerſarius ad ſui libitum poteſt aliquid petere, vel non petere dicemus fortè tales caſus à lege non eſſe prouiſos, & legem quæ (vt Ariſt. inquit) omnium eſt ęqua mater, dicemus nunc in huiuſmodi caſibus eſſe nouercã, nec prouidere indemnitati eorum, qui nolunt, nec debẽt perpetuo ſtare in ſuſpenſo? Non equidem, ſed quibus ad aliquid cõpetit actio prouidet lex, vt per oblationem etiam non acceptatam rectè agãt, vt in d. §. fin. cum ſimil. Quibus verò non competit actio, ſed ab alijs, ad aliquid requiri poſſunt, prouidet lex nè ſtent in ſuſpenſo, vt facta oblatione competat exceptio, & hoc eſt remedium eorum, quibus cum ſolutione alicuius quantitatis poteſt res aliqua ad alterius libitum auferri, vel à Victore in iudicio, vel à retrahente ratione ſanguinis, vel ratione affinitatis, vel in adiectione in diem cum reliquis cõſimilibus caſibus ſupradictis, in quibus nè ſtemus in ſuſpenſo, introductum eſt remedium oblationis. Et fruſtra dicebat pars, quòd debebat adeſſe decretum, ſiuè cõminatio Iudicis. Nam hoc nulla lege cauetur, nec debemus alias exquirere formulas, quàm à lege introductas. Formula autem ſiuè remedium, illudq; ſolum, & vnicum à lege ad hoc introductum, eſt oblatio eaque fortius dùm fuit iudicialis, & adhuc fortius dum fuit geminata, & triplicata, & hæc omnia tanto firmius, accedente curſu tanti temporis, vt ſuperius dictum eſt.

Credam itaque luce clarius liquere caſum noſtrum, non modo apud leges fuiſſe deciſum, ſed eſſe iam cõcluſionem apud omnes indubitatam, quæ tamen omnia ſi deeſsẽt, orietur nihilominus ex prædictis occaſio recenſendi, atque exagerandi quãtum in iure attendatur æqualitas, ſiquidem illa æquitas, quæ rigori præfertur in l. placuit, C. de iud. ſumitur pro benignitate, & hæc virtus eſt, vt ibi notant Salyc. & Iaſ. ſed magis propriè, atque eminentius ſignificat illam æqualitatẽ, ad quam tendunt omnes leges, &
15 adeò legis finis eſt æqualitas, cuius contrarium eſt iniquitas, vt debeamus legẽ reſtringere, vel ampliare. Inſuper & legi detrahere, vel ſuper addere pro ſeruãda æqualitate, quæ eſt, & eſſe debet vnica legis intentio, & aliter non eſt lex, c. erit autem lex, vbi DD. 1. diſt. & in l. 1. ff. de iuſt. & iur. ita dicebat Doctor Angelicus in 2. 2. q. 120. & 121. Specul. in tit. de empt. & vend. §. 1. verſ. quæ omnia. Bal. in rubr. C. de rer. permutar. num. 1. pulchrè Bar. in l fin. §. in cõputatione nu. 8. C. de iur. deliber. & in l. contra verſ. ſed quid in ſtatuto, ff. de legib. Caſtrenſ. in con-

consil.418.quòd ista matet col.3. Curt. Iun.cum cæteris per eum adductis in conf.150.num.5. Quinimò adeò necessarium est,inæqualitatem nunquam permittere, vt etiam in materia consuetudinum,quas profitemur stricti iuris, & intelligendas, prout verba sonant, & nihil
16 vltra.Tamen casum non dispositum addendum censuit totum Sacrum Consilium, & postea tota Regia Camera pro æqualitate seruanda,teste Affl. in decis.222. & sunt verba aurea Napod. cuius non meminerat Afflic.in consuetud. mulier de dotibus in verbo quibuslibet, vbi docet omninò deueniendũ ad æqualitatem, idque dici legum interpretationem æquitatiuam cuius contrarium esset iniquitas,meminit tamen idemque dixit Præses noster doctissimus in sua decis.424.nu.6. qua in re libuit aliquãtulum immotari quoniã, (etiam circumscriptis omnibus iuribus, & rationibus supradictis)ex hoc tantummodò credam nõ debere audiri partem aduersam,quæ tãtam præsefert inæqualitatem insimul, & iniquitatem.Ipsa enim sententiam obtinuit, Bernardinus omissis remedijs aduersus sententiam, vt citiùs duci morem gereret,domum obtulit bis, & ter iudicialiter,& inscriptis, & petijt solũ illud, quod erat liquidũ ex oculari inspectione, omisis reliquis sumptibus nõ apparentibus, quos probare tunc potuisset, licet nunc probari non possent. Ex quibus oblationibus ipse ligatus perpetuò remansit,nec sententiam impugnare,aut plus petere, aut aliter oblationi cõtradicere potuisset, prout latè tradit Socc. in conf.96.vol.4.Dux autẽ cui offertur id, quod vult,si posset perpetuò tenere Berardinũ in suspenso; esset porrò inæqualitas,& iniquitas manifesta, quam nemo Iudex, & præsertim Sacrum Consilium debet permittere, vt modo diximus.

Et esset insuper permittere fraudem cõtra
17 legem Iurisgentium in §.sed si fraudandi ff. de pact. vt Berardinus si domus perijsset careret domo,& pecunia, Dux autem si domus peribat, remaneret cum pecunia,si augebatur (prout aucta est)vellet domum. Et est qui forrè credat huiusmodi fraudes diuina vel humana iura permittere potuisse?

Huc intrat caput reconuentionis,Nam licèt secundum veritatem ex illis oblationibus cum tot alijs requisitis sit inducta securitas vtrique parti, ita quod nec Berardinus molestari potest super domo, neque Dux super pecunia tamen si contrariũ esset oriretur Berardino maius beneficium. Nam debuisset Dux statim soluere illos ducatos 1820. quos petijt Berardinus iuxta sententiam, & appretium. Si enim per oblationes non fuit nata securitas vtrique parti, clarè sequitur,quod eodem tempore per petitionẽ illius pecuniæ incępit omni mora pro parte Ducis, quæ mora præsupponitur in decreto Sacri Concilij, de quo mox loquemur.

Nec obstat regula allegata per partem de
18 tex.in l.si Iudex circumuento, ff.de minor. quia procedit in sententia lata de iure speciali,non autem in sententia lata de iure communi, prout declarant omnes relati per Tiraq.de retract.lignagier ad fin.titul.num.25.cum seq.& per Pręsidem de Franch.decis.346.Vnde patet, quod Dux fuit in mora non soluendi,& clarum est, quod cum illa pecunia per Ducem debita,& non soluta emisset Berardinus alia bona stabilia in meliori situ, quę illinc circa vilissimè vendebantur, & ad præsens triplo, & quadruplo magis valerent, Ducissa esset condemnanda in iudicio reconuentionis iam proposito ad beneficiũ Berardini.

Non obstat responsio partis, quòd tale in-
19 teresse non debetur tanquam extra rem ex regula tex. in l.si sterilis, §. cum per venditorem,ff.de act.emp.Nam vt ibidẽ glos. aduertit in verbo extimandum in finalibus verbis contrarium est de iure Codicis ex dispositione tex.in l.vnic.C. de sent. quæ pro eo,quòd inter, & licet pro casu nostro sufficiat,quòd hoc iure

vtimur

vtimur tamen non me latet, quòd illa glos. notatur à Bar. in d.l. vnica num. 24. & 25. vbi docet idem esse de iure digestorum.

Nàm quamuis de iure digestorum fuerit, &
20 subsequenter sit ex omni iure prohibitū, illud lucrum extra rem, quod vergit
21 ad vsuram, sicut quando lucrum quærimus ex pecunia tanquam ex pecunia, quamuis tale lucrum promittatur nomine pœnæ, vel sub quouis alio quæsito colore c. consuluit de vsur. declarat Rom. cons. 238. Azo. de vsur. nu. 20. Hostiens. in eod. titul. col. 2. D. Tho. in 2. 2. q 78. art. 1. glos. in l. cum allegas in finalibus verbis, C. de vsuris, & ibid. Dyn. in princ. Cyn. nu. 4. Bal. in 5. oppos. Salyc. nu. 10. & 15. Alber. nu. 1. in fin. Alex. cons. 44. num. 17. & cons. 49. & 50. vol. 4. cum cæteris de quibus latè per Dec. cons. 39. nu. 5. per Præsid. de Franch. decis. 224. num. 11, per Hieronymum Cagnol. in repet. l. curabit, num. 33. de actio empti. & per Io. Plot. in l. si quando num. 247.
22 C. vnde vi. Attamen lucrum habendum ex pecunia, mediante iusta negotiatione facta in cambijs permissis, vel in emptionibus, & venditionibus, & similibus modis licitis, quantumuis extra rem, sine dubio debetur etiam de iure digestorū,
23 prout ibi Bar. docet, & ad tex. in §. cum per venditorem. respondet, quòd illud interesse extra rem non erat probatum, & hæc est veritas. Nam quando probatum est debetur semper, & non potest afferri ratio differentiæ, quid enim differt vno, vel alio modo mea interesse, dum in effectu probatur, quod mea interest, Omnis quidem ratio, (sicut ibi inquit Imper.) hoc suadet, vt quod verè est damnum hoc reddatur, atque ita videmus, quod in conformitatē iuris Cæsarei, etiam in interesse extra rem idē disposuerunt Iurisconsf. in l. Iulianus in princ. ff. de actio. empti. & in l. nummis, ff. de in lit. iu. and.

Similiter ibi statuit Imperator hoc proce-
24 dere tàm in dāno passo, quàm in lucro non adepto, & in vtroque sunt dispositiones clarissimæ in digestis. Nam de damno extra rem loquuntur dicta iura in l. Iulianus, & in l. nummis, & de lucro extra rem loquitur tex. in l. venditor, ff. de euict. & in specie de lucro ob emptionem non factam, sicut in casu nostro loquitur alius text. in l. 3. §. final. ff. de eo quod cert. loc. Non enim in casu nostro sumus in incerto, sicut Bar. intelligit illum tex. in §. cum per venditorem, sed sumus in probatione exquisitissima, quòd tunc Berardinus præuidens illam partem Neapolis esse in augmento, & ideo tunc multa loca ibi vili pretio vendi, nè occasio perderetur festinabat emēdi occasionem non perdere, quare vnde in interesse tā claro, & probato nō remanet difficultas ex dispositione dictorum iurium in d.l. venditor, in d.l. 3. §. fin. & in d.l. vnica, & etiā tex. optimus in c. si Canonici, in verb. occasionem de offic. ordinat. in 6. tradunt communiter omnes in d.l. vnica, videlicet glos. in finalibus verbis, Bar. nu. 24. & 25. Bal. num. 56. & 57. & seq. Dec. in c. cum venerabilis de except. num. 14. Io. Andr. in cap. nauiganti de vsur. Anchar. in cap. peccati veniam q. 6. & ibidem Abb. col. 1. & 3. Aret. cons. 9. nu. 2. vbi aduertit hoc procedere expeditus de iure Canonico ad exonerandam cōscientiam eius, cui causa aliquod damnum tertij, vel aliquod lucrum nō habuit. Item Dec. cons. 522. num. 5. & 6. Alex. cons. 141. nu. 2. vol. 5. & cons. 172. num. 20. & 22. vol. 6. Couar. variar. resolut. lib. 3. cap. 4. in princip. & in finalibus verbis.

Vnde si per non acceptationem illarum oblationum, non esset inducta renunciatio, teneretur Ducissa ad hoc interesse nimium excedente valorem prætensæ domus, sicut clarissimè est probatum. Si verò inducta fuit renunciatio, prout in veritate sentio, omnis lis hinc indè finita remanet.

Pars aduersa videns non posse euadere effectum iudicialis, & solemnissime oblationis

tionis geminatæ,& triplicatæ,conatur eā debilitare. Ex quo Dux eo tempore erat minor,sed hoc non eget responsione, quia actrix in præsenti iudicio non se
25 direxit per viam restitutionis,quę dum non petitur non est considerabilis l.4. §.1.ff.de fideicom libert.Couar. variar. resolut.lib.1.cap.3.num.5.quòd si in futurum hac via se diriget,tunc sibi congruè respondebitur,& ex abundanti aduertitur nunc,quòd tale remedium non esset in tempore, cum sint elapsi anni plusquam quinquaginta, & notum est; quòd restitutionis remedium infra quatrienniū solummodò conceditur, & non vltrà,l.fin. C.de temp. restit.

Item nec infra tempus legitimum, huic re-
26 medio locus esset, quia remedium restitutionis præsupponit necessariò læsionē tempore cōtractus,vel alterius rei gestę, super qua petitur restitutio l.1.§.nō solum in fin.ff.de restit.in integr. Et in casu nostro patet clarissimè,quod inspecto illo tempore fuit valdè vtilius Duci domum inutilem relinquere, potiusquam tantam pecuniam exbursare, vltra alios sumptus qui fuissent domui necessarij, vt in facto probatum est.

Itē fuisset dolus. Nam (vt pluries diximus) si domus tempore, vel aliter fuisset deteriorata, vel etiā diruta, remāsisset Dux cum pecunia, si autem augebatur. tunc illam petere per viam restitutionis cum tanta iactura offerentis, vtiq. ex hoc etiā in tempore habili non fuisset admissa restitutio, quæ sicut omne aliud auxiliū
27 extraordinarium deceptis datur, nō autē decipere volentibus ex tex. aureo in l.2.§.sed si ita,ff.ad Velleian.vbi latè glo. & Doct.in l.2.& 3.C.si minor.se maior. dixer.

Item nō fuisset locus restitutioni, quia si est verum (prout est verissimum) quod effectus oblationis ille est, quem supradiximus,vt inducat præsumptam renunciationem
28 tionem non acceptantis, vtique in huiusmodi preiuditijs orientibus ex dispositione iuris,nihil releuat minor ętas,sed si procurator malè egit,contra ipsum remanet actio.Non tamen impeditur effectus iuris,inter pupillum,& collitigātem ex reg.tex.clarissimi in l. Polla, vbi DD. præsertim Paul.de Castr. nu.5. C. de his quib.vt indign.Nicol. de pignor. in 3.par.3.membri 5.par.num.7.in r. am-
29 pliar.& num.9.& generale est non succurri pupillis circa gesta per procuratorem,nisi eo discusso,& reperto non soluēdo etiam in illis casibus,in quibus daretur restitutio aduersus gesta per tutorem, vel curatorem, sicut est doctrina Azon.in summa de in integr.restit.min. num.5.& est tex in l.cum mandato, vbi glos.in verb.audiri,ff.de minor.glo.etiā in constit.Regni minorum iura in verbo procuratorum,& ibi Affic.col.pen.vers. quærit hoc glos.& in constit.obscuritatē col.7.vers.quinto not.Abb.in c.cùm venissent col.5. in fin. de in integr. restit. Vltra quod eo tempore procurator fecit optimè nolens soluere ducat. 1820. pro domo reddente annuos ducat. 24. & quilibet recti iudicij credet hoc de voluntate principalium processisse, dum
30 verum est in iure,quòd scientia, & voluntas,quę consistunt in animo,& oculo corporali,non videtur satis, ac sufficienter probantur per huiusmodi coniecturas,vt per Bar.in l.is potest col.4.nu.16. ff.de acquir.hæred. quin etiam è contra
31 ignorantia adeo crassa, quamuis probata esset nō excusaret ex reg. l.pure.ff.de dol.except.

Vlterius dicit pars aduersa, quod non est intimatus principalis,sed procurator, & hoc ita est,sed in hoc nō video difficul-
32 tatem. Nam dum processus fabricatus erat cum procuratore,qui obtinuit dictā sententiam,& continuauit suas instantias pro exequutione,nō fuisset tutus Berardinus intimando principalem etiam maiorē,sed oportebat intimari facere eundem procuratorem Dominum litis,sicut declarat Marāta in suo specul. in 4. par. principali,in 16.distinct.nu. 26.post Bar. in l.procuratoribus,C.de procurat.& in l.mu-

l.mutari,ff.eod. & in l.furioso, ff. de re iudic. Abb.& Felyn.in cap.2.de testibus Bal.in l.si quando in 3.quæst. C.de test. & in specie de notificatione oblationis loquitur Nicol. in d. 3. part.3. membri quintę partis nu.7.in 1.ampliat.& nu.9. vers.tamen isto casu,Ang.in d.l. prætor ait in §.si quis paratus, & ibidem Imola
33 num.3. & de gestis cum procuratore, qui in his præiudicat, & maioribus, & minoribus,(licet contra ipsum remaneat actio pro malè gestis) loquuntur tex. in d.l.Polla, & in l.cum mandato cum reliquis iuribus, & doctrinis supradictis, & est etiam text. in l.3. vbi ita summatur per Iacob.Butr. & per Alex. C. de procurat.glos.in c.cum venissent, in ver. restituimus de in integr. restit. & ibi Abb. nu.10.Bar.in l.si procurator col.2. vers. item dicetis vos ff. de damno infect. Innoc.& Io.Andr.& reliqui, quos refert, & sequitur Angel.in l. ab executione in §.fin.ff.de appellat.Qui procurator si de hoc in iudicium traheretur; sine dubio ostenderet rem vtilem tunc fecisse,& de ordine suorum principalium domum noluisse,vltra quod sufficeret vehemens coniectura, de qua paulò ante loquuti sumus.

Et denique nō modo tutus est Berardinus propter præfatas oblationes non acceptatas, sed lapsus tanti temporis reddit etiam ipsum tutum virtute præscriptionis, quæ orta est cū omnibus requisitis,
34 siuè loquamur de præscriptione, quæ requirit decem annos inter præsentes,& viginti inter absentes, vna cum iusto titulo,& bona fide, iuxta l.2. & l. penult. C.de long.temp.præscript.vbi Azo declarat num.4. cum iustus titulus oriatur ex oblatione non acceptata, & bona fides ex lōga taciturnitate, & cursus temporis non modo sufficientis, sed longè exuberantis,ex l.fin. C.eod.titul.Host.in summ.eiusd,tituli,Dyn.& Io.Andr.in regula possessor, de regul iur. imò & si aliquis requisitus deesset, suppleretur
35 per aliam præscriptionem triginta annorum,quæ omnes supplēs defectus, & omnia tollens impedimēta, possessorem omninò à quauis molestia tutum reddit,vt in auth.malæ fidei,C. de præscrip.30.vel 40.annor.& ibidem Bal.sub num.15.& est text. in l.3.& 4.C.eod.tit. & insuper habere mus etiam quadraginta annos, quatenus infra triginta annos adfuisset, (prout non adfuit) aliquod impedimentum, sicut declarat ibid. Azo num.14.Abb.&Felyn.in rubrica,& in cap.1.& fin.de præscript. Tempus enim nō modò numerandū est ab anno 1557. Sed ab anno 1553. à quo tempore in antea nihil factum est per Ducem aduersus præscriptionem,cum clarū sit, quod
36 præscriptio 30.annorum non est introducta principaliter fauore possidentis, sicut reliquæ præscriptiones, sed est introducta in odium negligentis,Abb.in c. placuit,§. de præscript. nu.16. quæst.3. l.3.vbi Bar.not.nu.2.C. de præscrip.30. vel 40.annorum. Vnde sufficit sua taciturnitas,vt ibi,&hic habemus plusquam annos quadraginta.

Hæc autem, quæ dixi de præscriptione quadraginta annorum sunt ex abundanti,quia(vt dictum est) sufficiunt vel decē
37 anni,cū aliis requisitis, vel triginta absq; alijs requisitis, tàm ad præscribendam rem,ex iuribus supradictis, quàm etiam ad præscribendam sententiam,vt est decis.Afflic.245.in fin.Maranta in suo speculo in vltima carta num.38.vers.vltimo posset hic dubitari,qui allegant Bal.in l. creditor.C.de pact.& Io.Andr.in tit.de exequutione sententiæ cum reliquis, vt ibi per eos, licèt enim ius exequutiuum sententiæ dormiens per decem annos, possit suscitari per nouum processum cū citatione ad dicendum causam quare non debet exequi illa sententia, quæ licet dormiat, non adhuc perijt, tamen quando iam perijt propter præscriptionē,cuius vis est annullare, siuè actiones, siuè sententias,siuè alia iura huiuscemodi, tunc sententia quæ iam est nulla, & est perempta habetur,ac si non esset,nec

possumus quicquam ex ea operari.

Nec obstat obiectio partis dicentis, quòd præscripta sententia, non remanet præscripta actio, ex qua nata est sententia. Si alioquin illa actio non est præscriptibilis, sicut prætendit esse actionem Ducis contra Berardinum Moccia, quem prætēdit possidere tanquam Colonum, & quod proinde nunquam præscribit. Nam respondetur multis modis.

Primo, respondetur, quod præsens processus fabricatus circa exequutionem illius sententiæ latæ de anno 1553. non est inchoatus nisi in anno 1597. quæ petitio non est à persona legitima, nec obstat adesse Pompæum, qui in eadem cessione constituitur procurator in rem propriā. Nam hoc est pro eo, quod attinet ad eundem Pompæum, & hoc significant illa verba in rem propriam, non autem est persona legitima pro vel contra respectu eorum, in quibus agitur de interesse ipsius Ducissæ. Et secundum hāc lecturam semper cucurrit, & adhuc currit tempus ad maiorem exuberantiam præscriptionis, quæ adhuc non fuit, neque est interrupta.

Sed dato, & non concesso, quod inspiciatur tempus huius prætensæ litis motæ in anno 1597. adhuc à die sententiæ, sunt anni 44. ab oblationibus sunt anni 40. Et patet quod Dux saltem ante annum 1557. erat maior, & sic nihil potest deduci à supradictis annis quadraginta, vel 44. Nam respectu Ducissæ nihil in facto apparet in processu de sua minori ætate, & quamuis hoc appareret, clarum est in

38 iure, quod præscriptio triginta annorum cœpta cum maiori currit contra minorem, nisi sit pupillus, (quod non est in casu nostro) ita est tex. in d. l. 3. vbi glos. in verb. seruanda C. de præscript. 30. vel 40. ann. verum est, quod eadem glos. & Bar. ibi disputant, num detur restitutio aduersus hanc præscriptionem contra minorem, in quo non insisto, tum quia hoc non est petitum, tum etiam quia nihil constat de minori ætate, tum deniq; quia restitutio ex multis supradictis capitibus non posset concedi, & præsertim quia post annos triginta in quibus perficitur præscriptio, sūt decursi multo plus

39 quam alij quatuor anni infra quos restitutio peti potest, & non vltra l. fin. C. de tempor. restit. Quare dum satis abundāter præscripta est illa sententia circa cuius exequutionem compilauit pars præsentem processum ad dicendum causam quare non debet exequi, sufficit respondere, quod non potest exequi, quia iam est nulla, & præscripta. At si nunc transit ad aliud motiuum, quod non est præscripta actio, sufficit etiam respondere, quod processus non est fabricatus super actione, & quando pars petet hanc domum non ex sententia, sed ex actione sub prętextu quod Berardinus erat conductor, tunc sibi congruè respōdebitur.

Secundo, Vt ex nunc intelligatur, quod etiam actio est omninò præscripta, Aduertitur, quod quamuis aliquo tempore possedisset post sentētiam, quæ condemnat ad relaxandam domum, solutis prius meliorationibus, quam relaxationē Berardinus pluries obtulit modo meliorationes soluerentur, & cum non fuerint solutæ meliorationes, nec fuerit acceptata oblatio, cępit ex tunc in antea Berardinus possidere ex hac noua causa ob præsumptam renunciationem, & perfecit præscriptionem. In cuius veritatis cōformitatem videmus, quod pensio ex tunc in antea, nec vnquam soluta est, nec

40 vnquam petita, vnde ob nouum factum rectè præscribit, sicut est punctualis decis. Bart. in d. l. 2. num. 3. C. de præscript. triginta, vel quadraginta annorum, qui sic intelligit glosam ibi. Et cessat regula tex. in l. si quis conductionis C. locat. dum iura Berardini patent in promptu, præsertim fundata super nouo facto eiusdem Ducis, vt ibi glos. declarat, & Bart. num. 3. Bal. num. 5. Salyc. num. 4. Alber. col. 2.

Tertio, vt vlterius ex nūc intelligatur, quod hæc lis faciliter eliditur facta est compa-

titio

ritio per Bernardinum, in qua gradatim conditionaliter,& successiuè, & non aliter, quatenus in omnibus alijs defensionibus succumberet, ex nunc pro tunc,& è contra obtulit ducatos 700. cum quibus potest reemere eandem domum ab ipso Duce vigore pacti de retrouendendo in actis deducti, circa quod, quia pars oretenus absque vllo fundamento voluit illud inficiare in facto, & in iure, ideò pro eius intelligentia breuiter sciẽdum est, quòd hæc domus erat Marchionis Vasti, Marchio illam vendiderat Iacobo Numicisio pro ducatis 500. cũ pacto de retrouendendo quandocunq; pro eisdem ducatis 500. vnà cum alijs ducatis 200 pro meliorationibus faciẽdis per ipsum Iacobum sua vita durante, ita tamen, vt durante eius vita non possit amoueri.

Hic Iacobus Numicisius vendidit domum Duci Montis alti, pro ducatis 700. Dux illã concessit fratri Berardino de Alimena Frater Berardinus illam concessit Berardino Mocciæ seniori. Hic Berardinus senior in anno 1548. obtinuit donationem per duos contractus à Marchione, & à Marchionissa Vasti, in quibus donãt ipsi Berardino hoc ius luendi præfatam domum pro dictis ducatis 700. Berardinus senior donat idem ius luendi, & omne ius, quod habebat in hac domo suæ vxori Hieronymæ Brutæ, cuius nepos, & hæres est Berardinus iunior per intermediam personam Iulij Cæsaris sui patris.

Vnde tutus est Berardinus iunior exercẽdo illud pactum de retrouendendo cum oblatione ducatorum 700. quos iam obtulit. Dicit pars, quod non poterat Marchio Vasti in anno 1548. donare illud ius luẽdi Berardino Mocciæ, quod per prius dederat Duci Montis alti, ad quod legit quasdam literas eiusdẽ Marchionis, & non habet aliud. Hoc autem est vanitas multis modis.

Et primo, quia ex lectura literarum patet esse literas amicabiles, ex quibus non oritur obligatio, quia similiter dicebat Ducis esse domos summariæ veteris, quas tamen videmus semper remansisse penès eundem Marchionem Vasti.

Item & secundo si illæ literæ essent publicũ instrumentum, quidnam ponunt in esse? Non aliud certè nisi rogare, & quia dominorum rogitus est imperiũ dicemus, & imperare illi Iacobo, vt faciat de domo sicut Duci placuerit. Duci autẽ quid placuit nisi illud quod in publicum cõtractum deduxit? Porrò in contractu inter Ducem, & Iacobum non asserit Dux se posse reemere, neq; in effectu reemit, neque Iacobus retrouendidit. Sed simpliciter ponit Ducem in locum ipsius Iacobi, & cum in principio contractus dicat se tenere illam domum cum pacto de retrouẽdẽdo, statim subiungit, quòd eandem domum assignat Duci taliter, & prout ipse Iacobus illam tenet, & non aliter, nec alio modo.

Item & tertio ipse idem Dux, & Marchionissa Vasti, & Marchio Piscariæ, & frater Berardinus de Alimena, & Berardinus Moccia, inter quos de hoc negotio actũ fuit. Omnes vnanimiter talem contractũ sic intelligebant, prout nos intelligimus.

Nam Dux cum paucis post annis hanc domum concederet fratri Berardino de Alimena eius vita durante, asserit se tenere hanc domum, & ne verbum quidẽ de reemptione, sed enunciat simpliciter tenutam ex assignatione prædicta.

Marchionissa Vasti die 30. Octobris 1548. tanquam generalissima procuratrix Marchionis filij per solemnem contractum cum iuramento asserit præfatam concessionem per Marchionem eius virum dicto Iacobo cum pacto de retrouendendo, & assignationem factã per Iacobum præfato Duci. Adeo quòd ab ipso Duce, vel ab alijs habẽtibus causam ab eo, potest domus ipsa reemi pro illis duc. 700. & ob seruitia suis viro, & filio præstita per Berardinum Moccia sibi donat tale ius luendi. Hæc omnia asserit, & disponit Marchionissa Vasti. Hæc eadem de verbo

verbo ad verbum afferit,& ratificat Marchio filius de mense Decembris eiusdem anni 1548. Et certè dum in iure verum
41 est,quòd Principis sola assertio facit plenam fidem in facto proprio, clem. vnic. in rubro , & nigro de probat. declarant Doctor.ibi,& in cap.cum à nobis de testib & in cap.quæ in Ecclesiarum de constit.Ego quidem,& si illos Dominos tali nomine ex proprietate, ac seueritate sermonis appellare nequeo , vtporè superiorem recognoscentes; attamen citra Principum præiudicium errare non credam,si inspecta Marchionis,& Marchionissæ eximia qualitate toto orbe prædicanda,& inspecto,quòd Marchio eiusq; prædecessores supremorũ Mundi Principũ Caroli Cæsaris,& Philippi Secundi pluries vicẽ gesserunt,& inspecto, quod non vnica est assertio,sed duorum nempè Marchionis,& Marchionissæ,Addito etiam,quod non pro beneficio proprio, sed ad gratificandum virum quendam particularem, ageretur de auferenda re iam elargita tanto Viro,qualis erat Dux Montis alti, qui insuper eiusdem Marchionissæ erat frater,& Marchionis auunculus . His inquam omnibus consideratis errare non crederem,si integram eorum assertionibus fidem Principum instar non denegarem .

Sed quid postea si talium Dominorum as-
42 sertionibus additur cursus temporis ? ex quo priuatorum quoque assertiones fidem assumunt ex doctr.Bal. in l.cum aliquis C.de iure deliber.vbi latè Apostill.in verb.instrumentũ,quæ affert concordãtes,& latè etiam Crauet. de antiq. tempor. in 1. & 2. particul. primæ part. principal.& Præses de Frãch.decis.357 num.3.& Menoch. de præsumpt. lib.2. præsumpt.10.& 11. Quid insuper si illud idem legimus apud Alimenam , & Mocciam ? vt in facto annotatum est.

Magis inanis est obiectio,quod non sumus in tempore exercendi tale ius luendi, stante lapsu triginta annorum,per quod tempus præscribitur omnis actio.Imò vt hinc incipiam hoc nobis prodest : nam de præscriptione iuris luendi nõ est lex quæ loquatur , sed leges loquuntur de præscriptione actionum, quod si aliquis vult hoc extendere ad ius luendi,succedit regula propter quod vnumquodque tale,& illud magis. Nam si tempus sufficit ad præscriptionem exemplarem ad actiones , multò magis præscripta est actio,ex qua Ducissa nos molestat , iàm quòd mutata est causa possessionis , vt supradiximus, & per consequens,si eius actio est præscripta,sequitur vt nos molestare non possit , neque nos opus est ius luendi exercere .

Vlterius,vt aliqua pulchra,& si non admodũ necessaria attingamus, aduerto,quòd
43 illatio de præscriptione actionũ ad præscriptionem iuris luendi non rectè procedit,& qui hoc dicũt sine lege loquuntur,cùm potius tex.in l.2.C. de pact. inter empt.& vendit.mentionem faciat de tali pacto , & temporali , & perpetuo . Quamobrem multi,& numero,& auctoritate insignes negãt eiusmodi præscriptionẽ in pacto de retrouendendo quandocunque,quos latè refert Couar. in lib. 1.variar.resolut.cap.9.num. 2. & latius Tiraquell. de retract. conuent. §.1. glos. 2.num.15.cum sequentibus, iuxta quam opinionem tanquam æquiorem fuit pluries iudicatum,vt in d. num. 15. & sequuti sunt aliqui statuentes, vt ibid. num.24.in fin.& in num.26. refert aliquos excludere etiam centenariam, sed ad exclusionem præscriptionis 30. annorum omnis ratio meo iudicio nos im-
44 pellit . Nam duo sunt, quæ supra diximus fundamenta præscriptionum, & nõ alia,nempè commodum possidentis , & odium negligentis,vtrumque autem ad
45 ius luendi non est applicabile,cũ neque tu possideas ius luendi,quòd nõ residet apud te, sed residet apud me ad mei arbitrium exercendum, cap.fine possessione,de regul.iur.in sexto.Neque ego redargui possum de negligentia,dum vtor iure meo iuxta conuentionem tecũ inhitam

tam

tam de reemendo quandocumque. Si enim esset ridiculũ prætendere præscriptionem per annos triginta, vbi conuenissemus posse reemere infra annos quinquaginta, vel plus, multo fortius erit hoc, vbi cõuenimus posse reemere quandocunque. Nec obstat responsio, quòd sufficit legis intelligentia, quæ interpretatur de annis triginta, nam quicquid sit in actionibus tempore non præfinitis, vel alias indefinitis, de cætero non est
46 lex quæ reducat ad triginta annos hoc verbum quandocunque, & sic debet intelligi iuxta sui proprietatem, & ex tunc in antea reemptio facienda pendebit ex mea declaratione iuxta meum liberum arbitrium, cui nullo tempore præscribitur, nec per annos mille, vt est doctrina Salyc. in l. petens, num. 7. C. de pact. qui sic intelligit glos. ibi, & sunt rex. in d. l. seruus quoque §. fin. ff. de hæred. instit. & in l. fin. C. de cond. instit. sicut generale est,
47 quòd in his quæ sunt meræ facultatis non cadit præscriptio, cap. ex parte, vbi Abb. num. 7. de concess. præbend. l. viam publicam, vbi Bar. & alij ff. de via publica notatur in l. 2. C. quæ sit long. consuet. latè Boer. decis. 133. num. 9. Nec modo non cadit præscriptio ex parte mea, sed
48 tu etiam qui emisti cum pacto de retrouendendo, cum primum velles possidere immunitatem, eodem momento inciperes esse in mala fide, & obstaret regula possessor de regul. iur. in 6. post Concilium generale relatum in cap. fin. de
49 præscript. quæ dispositio tanquam in materia peccati seruatur indistinctè in vtroque foro, vt per Hostiens. in summ. de vsucap. num. 6. latè Alex. consil. 99. num. 5. & 6. vol. 4. Clara enim sunt verba quandocunque, & ea non importare omne tempus non est lex quæ dicat, vt modo commemoraui, imò contrarium dicunt iura clarissima cum Doctoribus relatis per Tiraquell. vbi supra num. 18. Et aduertatur quæso ad æquitatem eorũ qui contra sentiunt, nam consentiunt non admitti præscriptionem, si adsunt quædam verba, quæ secundum illos importãt temporis perpetuationem, prout illos refert Tiraquell. vbi supra num. 39. Quod quidem meo iudicio ipsos conuincit, non enim est verbũ in latino sermone, per quod temporis perpetuitas significetur magis quam per hoc verbum quandocunque.

Insuper quamuis essemus in materia præscriptibili, tamen non potuisset currere tempus sufficiens contra Berardinum, nam viuente Numicisio ex pacto supra relato, neque ipse, neque habens causam ab eo cogi poterat ad retrouendendum, mortuo Numicisio eodẽ tempore, nempè in anno 1576. mortua est Hieronyma vxor, & donataria Berardini senioris, quæ reliquit hæredem Iulium Cæsarem minorem quatuordecim annis, & præscriptio, (vt supra diximus) licet currat contra minorem, non tamen currit contra pupillum, Iulius Cæsar mortuus fuit de anno 1581. relinquens hunc Berardinum annorum quatuor in circa.

Item dum verum est, quod ipsa domus, & ius luendi semper remanserunt apud Berardinum, & apud habẽtes causam ab eo, sequitur, vt Dux, qui non potest iuuari possessione propria, oporteret confugere ad præscriptionẽ ex odio negligentis, sed talis negligentia non potest nobis imputari, qui semper domum pos
50 sedimus. Nam licet lex consideret negligentiam eorum, qui per longissimum tempus non petunt rem ab alio possessam, non tamen est, aut esse potest lex, quæ consideret negligentiam eius, qui aliquid possidet ex vna causa, & omittit eandem rem possidere ex alia causa. Præsertim, dum hæc secunda causa esset minus vtilis, sicut in casu nostro. Nam retinẽtes domũ ex alijs iuribus supradictis non oportet aliquid soluere, si autẽ exercetur ius luendi oportet soluere illos ducatos 700. Et propterea tale remedium propositum est gradatim, conditionaliter, & successiuè, & non aliter nec alio modo; Vnde tanto minus adesset

set præscriptio contra Berardinum pos-
sessorem. Dum simpliciter verum est,
quòd præscriptio huius pacti non potest
opponi aduersus eum qui ex hoc pacto
tueri nititur suam possessionē, prout in
specie limitant ipsimet, qui defendunt
dari præscriptionem, sicut latè referunt,
& sequuntur Couar. in dicto c.9. nu.6.
vers. Tertium, & Tiraq. vbi supra nu.31.
& 32. vbi in finalibus verbis idem firmat
etiam in tali pacto simplici, & indefinito
absque illis verbis quotiescunque, vel
quandocunque.

Item exercitium iuris luendi erat imposi-
bile, Quoniam nos prætendimus retine-
re domum ex illis oblationibus non ac-
ceptatis cum alijs rationibus supradictis,
quæ confirmantur dum illa pensio nun-
quam soluta fuit, neque petita in corro-
borationem dominij quæsiti ex noua
causa. Quare idem Dominus, & posses-
sor à se ipso reemere non poterat, cum
actio, & passio non possint in idem con-
51 currere, & non valenti agere, &c. l. fin. in
fin. vbi Doctor. C. annal. excep. & in cap.
auditis, & in cap. cum non liceat, de præ-
script. Et quando in his succumberet
(quod non creditur) tempus tamen pro
alio remedio contrario interim nullo
modo curit ex reg. tex. in §. contra ma-
iores C. de inoffic. testam.

Ex quibus omnibus patet, quòd à Pompeo
tanquam agente ex iuribus Ducissæ est
absoluendus Berardinus stante ineptitu-
dine huius processus ex duobus capiti-
bus supradictis.

Item stante actionis peremptione ex tacita
renunciatione, saltim addito cursu tem-
poris, & ob formalem præscriptionem.

Item stāte maiori interesse, ad quod Ducis-
sa multipliciter teneretur. Quæ omnia
vbi deficerent locus esset petito exerci-
tio iuris luendi, quo prædecessores vti
noluerunt, quia plus expediebat habere
pecuniam meliorationum, etiam non
omniū (vt dictum est) sed partis ipsarum,
vnde inhumanitas nunc esset aliquid sol-
uere [illegible] Ducissæ cuius culpa
tanto beneficio priuatus extitit.

Hæc autem excludunt Pompeum tanquam
repræsentantem iura Ducissæ, sed quia in
præsenti iudicio non adest Ducissa, &
quamuis adesset non posset audiri, sed
obstaret exceptio, quòd præmaturius
agit, cum non habeat interesse durante
vita Pompęi, dum ad præsens in hoc
processu agitur solummodò ad instantiā
Pompęi, intrant propterea aliæ excep-
tiones, quæ Pompęum ipsum particula-
riter excludunt, quoniam ipse est cau-
sidicus Doctor, & Procurator Ducissæ,
52 qui inuentus est hanc litem redemisse,
& per Sacrum Consilium coactus est,
talem contractum patefacere, tex. est ad
literam in l. litem, C. de procur. vbi Bar.
in specie dicit, quòd talis paciscēs aliquid
de re, in qua est lis, facit eum repelli ab
agēdo, sequuntur omnes relati per Plot.
in repet. l. si quando, C. vnde vi nu. 534.
& seq. & sic fuit pluries decisum, vt per
Caualc. in decis. Fiuiz. 42. num. 43. 44.
& 45. in prima parte. Pactum autem
Pompęi est propriè de re in qua est lis,
siquidē fecit sibi promitti in casu victo-
rię integrum vsufructum sua vita duran-
te omnium istorum bonorum, quorum
redditus sunt annui ducati trecenti in
circa. Similia verba dicit Bal. in d. l. li-
tem, quòd non auditur, & debet repelli,
& ibidem optimè Paul. de Cast. & Alex.
quòd semper actione caret, qui aut totā
rem, aut aliquid ex re in euentu victorię
sibi dari paciscitur, quod iddem dixerat
glos. pulchra in l. si remunerandi in fin.
in verbo (redemptionem) ff. mandat. &
ibi Doctor. præsertim Alberic. de Rosat.
qui hoc dicit procedere siuè in Aduoca-
to, siuè in Procuratore, vel alio quouis
causidico, & res hæc est adeò exosa legi-
bus, vt talis redemptor non solùm in illa
53 causa actione careat; sed vlterius à cau-
sis dicendis esset remouendus, l. si qui
Aduocatorum, C. de postulat.

Nec dicatur, quòd cessio asscritur pro ser-
uitijs, nam quis est Doctor, qui limitet
prędicta iura in cessione rei litigiosę pro
serui-

seruitijs? Nemo certè hoc dicit, nec dicere potest, nam ratio legis est generalis pro bono publico ne quieti possessores vexētur ab huiusmodi Doctoribus, quos lex honorat, vt sint potius adiutores ad quietem Reipubl. prout inquit Imper. in prohem. instit. vnde ipsa lex summoperè stomachabatur contra tales litium redemptores, nec distinguit, ex qua causa litis cessio facta sit, sed generaliter loquitur, ac disponit.

Insuper quis ignorat, quod etiam inter per-
54 sonas non prohibitas non sufficit generalis assertio seruitiorum, vt per Socc. in consil. 295. num. 9. vol. 2. cum cæteris de quibus latè per Vinc. Cattor. in tract. de locat. & conduct. in 1. par. sub rubr. de merced. numerat. quæst. 9. num. 155.

55 Quando autem (prout in casu nostro) personæ sunt prohibitæ aliquid contrahere, tunc prohibentur etiam asserere ea quæ permitterent dispositionem, l. si fortè, & l. Castrensem, ff. de castr. pecu. absit enim, quòd in prohibitis fletur verbo dicentis subesse casum permissum, verba sunt Io. Andreæ in addit. ad Specular. in rubr. de reb. Eccles. non alien. Bar. in l. ambitiosè, ff. de decret. ab ordin. facien. & in auth. si quis in aliquo documento, C. de eden. Bal. in præludijs feudorum in 3. diuis. Alex. cons. 10. num. 3. vol. 3. Gemin. & reliqui in c. 1. de rebus Eccles. non alien in 6. Bar. & Bal. in l. per diuersas C. mand. & in l. 2. C. ne liceat
56 potent. Hinc nulla est confessio coniugum, quod aliquid debent ad inuicem, ita Cyn. in l. 1. C. de sacros. Eccles. Bar. & cæteri in l. si constante ff. solut. matr. & in l. Aurel. in fin. ff. de liber. legat. in d. l. qui testamentum, & l. cum quis decedens § Titio, ff. de leg. 3. Hinc etiam spe-
57 cialiter in casu nostro donatio propter merita, non probat merita præcessisse, iuxta glos. Angel. Castr. & Ias. in l. si donatione, C. de collat. Quia assertio esset in fraudem prohibitionis, & legis prohibitio facillimè eluderetur, prout considerant Docto. prædicti, & etiam Castr. consil 345. sub num. 4. vol. 1. Guid. Pap. decis. 95. Cephal. cons. 366. num. 17. volum. 3. & plenius cons. 94. nu. 18. vol. 1. Decian. cons. 27. num. 28. vol. 3. Crauet. de antiq. tempor. in vers. propositum num. 75. Sed & seruitia verè præstita, & per prius non condignè remunerata audito Berardino in hoc interessato probanda essent, & tunc Berardinus ostendet, quod seruitia Pōpei lōgè supra meritū ante hāc cessionem fuerāt salariata, & remunerata, & sic nō donatio amplius esset remuneratoria, Bar. in l. si quis pro eo. §. 1. ff. de fideiuss. Dec. in. l. petens
58 num. 17. C. de pact. Et denique si adhuc per S. C. declarabitur creditor, tunc Berardinus visa quantitate in qua liquidabitur creditor, fortè ad litem cuadendā offeret illam quantitatem, & erit tutus ex remedio tex. in l. per diuersas, & in l. ab Anastasio, C. mandat. Ita quod multa (ni fallor) & indubitata sunt capita ex quorum quolibet absolutio sequi oportet. Deo Gratias.

Ante expeditionem decessit Almena post cuius mortem prosequutus est Dux, & in expeditione dicebatur pro parte Ducis, quod si admitteretur ius luendi oporteret restitui illos ducatos 700. vna cum interesse pro toto tempore pro quo Berardinus habuit fructus rei suę. Et quia hoc potuisset ascendere ad quantitatem excessiuam institimus solum in præsumpta renunciatione ob non acceptationem oblationis, vel ad interesse ab executionem non procuratam. Et orta est sententia quæ legitur in Allegationibus sequentibus.

SVMMARIVM.

1 *Meliorationes ante omnia solui ex iure deducitur, quę autem solui debent nu. 2. 4. 22. & 24. Et quo tempore inspecto num. 3. Et quid in possessore malę, vel,*

ita soluitur plus si valet plus tempore restitutionis. Nam vtroque casu tempus restitutionis attenditur, ità exprefsè in eadem l.domos declarāt Angel.num.2. subdens hoc pluries euenire in facto, & ita seruari Paul.Castr.num.7.qui exemplificat differētiam temporum ob guerram,vel pacē,& semper attenditur valor tempore restitutionis,quod latius inquit ibidem Alex.num.1.vers.Et de facto vbi genericè loquitur de cōdemnatis ad restitutionem rerum,& ididem Ias.num.4. quod quidem intelligēdum est, quando restitutio non stat per possessorem, sed requiritur aliquid extrinsecum ad hoc, vt fiat casus restitutionis.

Non enim ignoro, quod in liquidatione meliorationum, si possessor est malæ fi-
4 dei attenduntur solum expensæ necessariæ iuxtà distinctionem Bar. in l. in fun-
5 do num.11. ff.de rei vendic. si possessor est bonæ fidei recuperat, & necessarias, & etiam vtiles attendendo quid sit impensum,& quid sit melioratum,vt in d. l.in fundo,vbi glos.& Doct. Sed procedunt isti termini, quando restitutio omninò facienda erat, absque alio actu extrinsecus expectando, & solum excusatur possessor ob iustam huius rei ignorantiam puta,quia fundum alienum imprudens emerat,sicut exemplificat Iurisconsultus in illa l.in fundo Nicol.de pignor. in 4. membr.5.par.num.9.Couar.in lib.1.variar.resolut.cap.1.num.1.circa fin. & latè in cap.alma mater par.1.§.10. Et in istis casibus detentor quamuis bonæ fidei tamen est possessor iniustus, quia in effectu tenetur restituere,& tunc procedunt tradita in d.l.in fundo.

Secus autem est, quando possessor non so-
6 lum est possessor bonæ fidei, sed est possessor iustus,& legitimus, quia in effectu non tenetur restituere,donec aliquid superueniat extrinsecus,sicut in maioratu, vel fideicommisso restituendo in diem, vel sub conditione.Et similiter in re quę nō debetur ante petitionem l.ei qui,vbi glos.ff.de condit.instit.vndè in istis possessoribus non considerant iura quid, & qualiter impenderint, possunt enim pro eorum arbitratu impendere in re quam legitimè possident,& ad illos spectat cōmodum,vel incommodum expensarum donec legitimè possident, Cum autem ob diem,vel conditionem impletam,vel ob petitionem fit casus restitutionis,tunc sicut ab illa die in antea incipit illa res spectare ad alium,sic respectu huius non est considerabile quid, aut quomodo impenderit antecedens possessor, tunc iustus,ac legitimus.

Sed attenditur solum quid valet res de præsenti, & quomodocunque aucta fuerit, vel diminuta,sic ab eo cui restituitur soluitur pretium meliorationum sicut valēt tempore restitutionis,prout est tex.in d. l.domos cum Doctoribus ibi quos iam retulimus, sic etiam Nicol. de pignor. par.5.membro 4. cum in num.14.dixisset terminos tex.in l.in fundo procedere in possessore bonæ fidei,qui vt diximus in effectu nō est legitimus, licet ob ignorantiam rei alienæ dicatur esse in bona fide,postea sub nu. 15. loquitur de possessore legitimo,qui licet non sit Dominus,tamen ex alia causa legitimæ possidet,Et statim num.16.subdit attendi valorem iuxta tempus restitutionis, similiter de possessoribus legitimis, sicut de legatarijs,vel fideicommissarijs qui habēt restituere,& etiā de fructuarijs, colonis, inquilinis, & similibus, qui legitimè tenent,loquitur Gomes.ad leges Taur. in l.46.num.3. per totum,& firmat attendi tempus restitutionis, eodemque modo de possessore legitimo loquitur Couar. variar.resolut.lib.1.c.8. & attendi tempus restitutionis firmat sub num.3. in vers.cæterum, Idē latissimè firmat Boer. in decis.44.num.12. qui cæteros refert, & nonnullos etiam affert Molin.hoc idē affirmans in tract. de Hispan.primogen. lib.1.cap.26. num.13.

Et ipsemet paulo ante sub num.10. & 11. loquitur de meliorationibus ob solam industriam puta ob censum,vel ob serui-

tutem acquisitam solo, vel ob aliam rem
7 similem. æquiparantur enim impensa,& industria l. Postulante in fin.ff.ad trebell. sicut quando in societate, vnus ponit operam,alter pecuniam,vt in l.cum duobus §. 2. ff. pro soc. & proindè debetur valor meliorationis factæ,siuè ex impen-
8 sa, siuè ex industria, & solum excipitur melioratio ex sola natura sicut per alluuionem,vt declarat Aluar.in c. 1.§. è cõtrario num. 1.de inuest.de re alien. fact. & in c. 1.§. si quis demanso num. 5. in verf.Inrerdũ de contr.inuest. tradit Molin. in d.num. 11. & latè Ioan.Garz. in tract.de meliorat.c.22.num.8.& iterum num.17. in fin. & num. 18. in princ. & num. 19.in finalibus verbis, & num.25. & 36.

Ob quas meliorationes, ex opera, & industria tanto magis oportet,vt pro liquidatione illarũ inspiciatur solummodo valor ipsius rei, ex industria melioratę, ex
9 qua metimur valorem ipsius industriæ, sicut in pictoribus internuntijs, & similibus,quorum aliquando exiguus labor, vel industria efficit rem, vel perficit negotium magni valoris,& extimationis,& sic è contra,vt per Doctor.in l.inter Artifices ff.de solut. in §.ne autem C.de caduc.tollen.in l.nemo est ff. de duobus reis,in l.qua ratione in §. literæ ff. de acquir rer.dom.in §.si quis in aliena instit.
10 de rer. diuis. & ideò talis melioratio ex industria debetur iuxta valorem ipsius meliorationis inspecto statu,& tempore restitutionis, vt in præsenti sententia, & latè per Molin.in dicto num. 11.& 13.& per Garz.in dicto num.18.& 19. & in casu nostro non modo in his censibus constituendis adfuit industria, sed interuenit etiam labor, & summa diligentia, & impensa.

Insuper non parum est aduertẽdum, quod notorium est, non ad vsum Ducis hanc domum fore,sed cum augmento ex hac industria,& artificio Berardini illam vendet maiori pretio,quo casu etiam malæ
11 fidei possessori talis melioratio deberetur,vt est tex. ad literam in l. nisi venalẽ ff. de rei vendicat. qui loquitur in malæ fidei possessore,vt per Nicol. de pigno. in 4.membro 5.par.nu.20.vers. &licet, At vero in casu nostro non modo adest bona fides adeò exuberans,sed etiã possessio iusta, & legitima, quæ sufficit pro habendis meliorationibus,tàm ex impẽsa, quàm ex industria iusta præsentem statum,vt latè probauimus.

Nec dubitari potest in casu nostro Berardi-
12 num fuisse possessorem iustum, ac legitimum, Non enim tenebatur restituere ex aliqua causa cuius ignorantia fecisset illum possessorem bonæ fidei, sed equidem sententia dedit ei titulum iustè possidendi, donec soluerentur sibi meliorationes. Et tanto magis post factam ab ipso oblationem obediendi sententiæ, remansit possessor iustus, & legitimus, donec oblatio acceptaretur pro parte Ducis, qui similiter diceret se paratũ esse domum recipere solutis meliorationibus iuxta sententiam,Ita iustus possessor iudicatur in præfato decreto,in quo deciditur oblatio legitimè facta per Berardinum,à Duce autem non acceptata, sic enim post oblationem iustus possessor de iure dicitur,nec ad aliud tenetur,donec acceptetur oblatio l.acceptam, vbi glos. 1.&Doctor.omnes C.de vsur.præsertim Bar.num.2.Paul.num. 10. idem Bar.in l.prætor ait in §.si quis paratus ff. de nou.oper.nunc. & benè ibi Angel.in vers. eodem modo, & ferè omnes in l.si mora ff.sol.matr. præsertim Imol. nu.2. Angel.similiter num.2.in vers. in eadem glos. & Claud. de Scill.num.4.

Immò magis legitima, & æquior ad hoc quod agimus est nostra possessio quam quælibet exẽplificata per Doctores prædictos, qui exemplificant in hærede, vel fideicommissario qui tenentur restituere, & similiter in fructuario Colono, & similibus,qui licèt sint possessores legitimi,tamen sciunt aliquo tẽpore debere

resti-

restituere. Sed in casu nostro oblatio Berardini,& non acceptatio Ducis non modo confirmauerunt præcedentē possessionem legitimam ex præcedentibus concessionibus durante vita illius de Alimena, cuius mors nunquam sibi innotuit, nec fuit sibi notificata, nec ab eo quicquam petitum, quod quidem sufficit ex doctrinis modo relatis,sed etiam
13 induxerunt ipsum Berardinum ad credendum satis rationabiliter quod ex illis oblationibus sibi factis solemniter, & in scriptis,& per ipsum non acceptatis orta fuit declaratio quod Dux nolebat ex sui parte adimplere,& domum recipere, & proindè non dabatur pœnitentia, vt per Angel.Imol. & reliquos in supradicto §. si quis paratus Capyc.in decis. 19.nu.3. & 4. & sunt tex.expressi in l.fin.C. de condit.insert.in l.fin.in fin.ff.de rescind. vendit.in c.1.§.porro qualit.olim,& in c.1.§.Titius si de feud.defunct.& multa consimilia affert Menoch.de præsumpt. lib.2.præsumpt. 46.Immò attenta pecunia tunc exoluenda,quæ importasset annuos ducatos 180.& attenta pessima domo ipsi Duci ad habitandum inutili, & minimi redditus credere oportebat, quod ipse Dux nunquam voluisset illius sententiæ executionem,vt per Boer.in decis.48.nu.23.sicut per tot annos post oblationem illam non procurauerat,nec acceptauerat,prout declarat Couar. var. resolut.lib.1.c.3.num.5.

Et consequenter fortius procedit in casu nostro regula à Doctoribus tradita in casibus prædictis, In quibus melioratio, & augmentum,siuè pro,siuè contra,siuè ad maius,siuè ad minus considerandum est tempore restitutionis, vt dictum est. Et merito,ac magistraliter hæc omnia in sententia præoculis habentur,dum in ea dicitur soluendas esse meliorationes inspecto præsenti statu, sic enim iuri sententia,hæc se conformat,& sic à nobis in-
14 telligenda est, vt iuri cōformetur l.Beblius Marcellus ff.de pact.dotal.latè Abb. & Felyn.in c. quoniā contra de probat.

Nec tamen omittere possum,quod licèt in his omnibus particulares doctrinæ, quas retulimus nō adessent, Tamen hoc idem decidi debuisset ex regulis generalibus, ex quibus insimul cognoscimus hāc decisionem pro Duce fuisse æquissimam, respectu vero Berardini fuisse admodum
15 rigorosam nō modo,quia Dux est actor, & Berardinus est reus cui magis iura fauent l.fauorabiliores ff. de regul. iur. l. Arrianus ff.de act. & oblig. præsertim cum ille sit opulentissimus,vt in cap. 1.§. bonus Iudex in tit.Hi. fin.lex, sed etiam inspecto mero iuris rigore ad æqualitatē seruandam,& ad fraudem omninò vitandam, prout in primis allegationibus dictum est sub num. 15.

Si enim tantoperè ius diuinum,& humanū præcipiunt æqualitatem quoquo modo seruari,oportet vtique intueri quid fecerit Berardinus,& quid fecerit Dux, vt intelligamus in qua bona fide, & in quo procedendi genere, vterque fuerit versatus.

Berardinus in anno 1553. in executionem illius sententiæ qua fuerat condemnatus ad relaxationē domus,solutis prius meliorationibus nullum proposuit remediū contra sententiam ,Imò ipse Berardinus post sententiam statim bis,& ter iudiciliter, & in scriptis domum obtulit solutis prius meliorationibus iuxtà sententiam. Hoc erat quicquid Berardinus facere poterat in re immobili, nam si fuisset res mobilis potuisset illam deponere,sed in re immobili nihil aliud ex par-
16 te sua facere poterat Berardinus nisi taliter offerre, prout sunt doctrinæ punctuales superius allegatæ, quas rogo ad hoc reuideri in l.acceptam, & in l. prætor ait in §.si quis paratus,& in l.si mora in versiculis supra relatis. Imò Berardinus fecit aliquid ex abundanti, nam sciebat, quod ex illā pecunia habuisset maximas vtilitates, quas paulo inferius commemorabimus, & propterea ad abbreuiandum obtulit restituere domum soluto sibi solummodo pretio meliorationum

tionum apparentium ex oculari inspe-ctione omissis reliquis indigentibus pro-
17 batione. Et iuxta eius oblationem cogi poterat, nec ipse poterat pœnitere, vt per Socc. in consil. 96. in fin vol. 4.

Dux è contra omissa pro nunc disputatio-
18 ne si tenebatur stare huic sententiæ ex distinctione si lata fuerat de iure cōmuni, vel de iure speciali, vt per Tiraq. de retract. lignag. ad fin. tit. nu. 25. cum seq. & per Præsid. de Franch. in decis. 346. sed admisso quod erat sibi arbitrarium, certè, aut sententiam renunciasset, iuxta tex. in l. si Iudex circumuento ff. de minoribus, aut prosequutus fuisset illius exequutionem, iuxtà tenorem eiusdem sententiæ, vtrumlibet Berardino fuisset expediens.

Si enim renunciabat continuasset Berardinus quieto animo illius domus possessionem illam pro suo arbitratu augēdo, & meliorando, nec eius hæredes ad præsens tot litibus vexarentur. Si verò domum recepisset soluendo pretium meliorationum, iam probatum est in facto, quod cum illis ducar. 1820. in quibus Dux appretiari fecit solum meliorationes apparentes emisset tunc in meliori situ circa illud cōuicinium alia loca, quæ similiter probatum est (& est res notoria) quod ad præsens valoris essent triplo, aut quatru plo magis, quam præsens domus. Vltra quod ipsamet pecunia iuxta annuos redditus, tunc passim currentes ad rationem decem pro centenario iam ad præsens post annos 63. aucta esset in summam excessiuam, & siuè hoc, siuè illud interesse reseruauit Berardino Sacro Consilio in illo Decreto ob sententiæ exequutionem ab ipso oblatam, & ex aduerso non procuratam.

In quibus verbis clarè deciditur non fuisse
19 arbitrarium Ducis, sed debuisse sicut Berardinus offerebat, ita etiam ipse obedire sententiæ latæ de iure communi, & non de iure speciali, iuxta tradita per Doctor. latè recensitos per Tiraq. & per Franch.
20 in locis paulo ante relatis præsertim quia sententiam acceptauerat, & expediuit mandatum de parendo, & sic mora cum eo contracta ad hæredes trāmissa fuit l. cum patri ff. de vsur. & proinde ad id quod magis interfuit potuisset Sacrū Consiliū ipsum Ducem condemna-
21 re, cum simus in contractu stricti Iuris, prout est punctualis decisio cap. 19. per totam ex l. vnica C. de sentent. quæ pro eo quod interest, vbi glos. in final. verb. Bar. nu. 24. & 25. Bal. col. 2. Rom nu. 56. & 57. Io. Andr. in cap. nauiganti de vsur. Aret. cons. 9. nu. 2. Qui omnes loquūtur siuè interesse sit ex re siue extra rē modo sit probatum, sicut satis clarè deductum, & probatum est in nostra reconuētione, & proindè deberetur illud maius interesse locorum tunc emptorum, qui ad præsens tantoperè excederent valorem huius domus, cum verum sit tale beneficium culpa Ducis Berardinum non fuisse ademptum, vt per Doct. prædictos, & specificè in casu nostro per Alex. in cons. 77. num. 12. vol. 6. & expeditius de iure Canonico, vt per Aret. in d. n. 2. per Alex. in cōs. 141. n. 2. vol. 5. & consil. 172. num. 20. & 22. vol. 6. Dec. in cap. cum venerabilis num. 14. de except. & cons. 522. num. 5. & 6. Couar. variar. resolut. lib. 3. cap. 4 in princip. & in finalibus verbis.

Fuit ergo magna æquitas S.C. omissa con-
22 demnatione ad tam magnum interesse passum per Berardinum culpa Ducis cōdemnare solummodò Ducē ad id quod ob æqualitatem seruandam omnino debebatur, siquidem iuxta terminos tex. in l. in fundo cum similibus, nihil de bonis possessoris fruitur ille, cui restitutio facienda est, sed in casu nostro fuit, & est penès Ducem illa pecunia ex qua valdè maius beneficium Berardinus habuisset quapropter in aliqualem recompensam oportuit saltim condemnare ad meliorationes quomodocunque repertas inspecto præsenti statu, vt sicut penès Ducem remanet illud magnum beneficium, quod habuisset Berardinus de sua pecu-

nia,

nia, ita saltim remaneat penès Berardinū hoc paruum beneficium ex augmento per eum facto in domo Ducis, & aliàs esset inæqualitas legibus odibilis, nam Dux remaneret cum beneficio ex pecunia, & ex domo, & Berardinus careret vtroque.

Non omittendo, quod dum in illo Decreto reseruatur interesse Berardini ob sententiæ executionem per ipsum oblatam, & per Ducem non procuratam, nō modo fuit decisum Ducem fuisse in mora ob interpellationem, vt in l.mora ff. de vsur.quæ mora sufficit,vt teneatur ad id. quod magis interfuit,vt modo probaui-
23 mus,sed fuit etiam decisum ipsum Ducem fuisse in dolo, ita est tex. expressus in l.aut si ante ff. de rei vend. qui tex. procedit etiam si offerens esset malæ fidei possessor,vt per Nicol.de Pignor.in 4.membro 5.par. in vers.2.

Est enim mora,& culpa,& etiam dolus tenere offerentem in suspenso cum, & in taciturnitate dolus consistat l. Iurisgentium §.dolo malo,vbi glos.in verb. callidirate ff.de pact. Nā sic non modo iuxta casualem rerum euentum offerenti absque eius culpa damnosum, sed imò ille cui facta est oblatio posset interim callidè obseruata rerum vicissitudine congruo sibi tempore (quantumuis offerenti damnum eueniat) illud postea eligere,quod magis expedit; Idq; præsertim iniquissime eueniret in casu nostro, siquidem Dux per tot annos retinuit pecuniam illam importantem ann. ducat.180. vltra quod ex illa valdè maius beneficium Berardino peruenisset,vt supra diximus, Berardinus è contra per idem tempus permansit cum pessima domo parui reditus. Et dum venerunt inundationes riparum lapsus, & similia pericula,& incommoda Dux,cum illa pecunia erat in tuto. Modo ergo si diceremus potuisse Ducem retenta illa pecunia silere, & obseruare exitum domus,quæ si fuisset quoquo modo deteriorata,vel etiam Casmatæ perijsset omne damnum spectasset ad Berardinum, qui remaneret sine domo,& sine pecunia,& è contra si augebatur posset Dux non reficere Berardino beneficium illius pecuniæ, & vlterius acquirere hoc augmentum factum in domo ex industria, & expensa Berardini, esset porro permittere fraudem luce meridiana clariorem contra text. in l. Iurisgentium §. sed si fraudandi ff.de pact.vndè non solum de iure debetur in casu nostro omnes meliorationes,siuè ex impensa, siuè ex industria inspecto in omnibus præsenri statu, sed etiam ex regulis, & authoritatibus supradictis,ad æqualitatem seruandam, & ad euitandum, ne Berardinus in totum defraudatus remaneat, aut oportebat illi reficere beneficium, quod habuisset ex illa pecunia, quod esset plus, aut saltim beneficium huius augmenti, quod est minus. Et hoc vltimum forte prospexit seriētia pro maiori beneficio Ducis.

Quò vero ad refectiones, & expensas necessarias tempore inundationum, & riparum,quæ ciciderunt cum ruina fabricatū, quas reficere oportuit, quod omnes tales expensæ refici debeāt est text. cum ibi traditis per Doctor. in l. domos hæreditarias combustas ff.de legat.1.

Deo Gratias.

Euentus dicetur in Allegatione sequenti.

SVMMARIVM.

1 *Bona fides semper præsumitur. Et facit possessorem dici Dominum fructuum, num.2.*

3 *Offerre debet pro sui parte qui vult exigere correspectiuum. Et in specie interesse pecuniæ qui vult fructus rei, num.4. Ratio est, num.7.*

5 *Sententia est quasi partium conuentio in nihilo alterabilis.*

6 *Compensatio fit aliquando fructuum cum interesse.*

8 *Fi-*

8 *Fictio non potest operari plusquã veritas.*

9 *Duo iura si ad idem competunt eligitur alterutrum.*

10 *Fauorabilis dispositio non debet in odium retorqueri, & specificè in sententia aliquid tribuente, vt non præiudicet in alijs fortè debitis num. 11.*

12 *Sententiæ executio dum petitur potest opponi quod illam petens debet prius aliquid adimplere.*

13 *Fructus consumpti cuiuscumque generis non debentur a bonæ fidei possessore ante litem conestatam. Et quid si ex illis est effectus locupletior, & illorum distinctio num. 14 15. 16. 17. 18. 19. & 23. Qualitas autem extantiæ, bonorum auctorum probanda est, vt num. 20. Et quid post triennium vid. num. 21.*

22 *Exceptio iuris tertij exclusiua iuris agendi rectè opponitur.*

ALLEGATIO LXXV.

Pro eodem.

In Dei Nomine Amen.

AGimus de alio capite sententiæ quatenus condemnat ad relaxandum domos, vna cum fructibus liquidandis, in quorum liquidatione habeatur ratio de fructibus peruentis ex meliorationibus factis per præsentem Berardinum eius patrem, & Auum iuxta liquidationem faciendam der Sacr. Consil.

Ex his verbis duo liquent. Primo, quod circa fructus perceptos sunt liquidandi illi fructus, qui veniunt in restitutionem. Secundo quod de fructibus, qui veniunt in restitutionem, sunt deducendi fructus peruenti ex meliorationibus factis per Berardinum eius patrem, & Auum, iuxtà liquidationem faciendam per Sac. Consil.

Quòad primum, in quo agitur de fructibus, qui sunt, vel non sunt liquidandi ad beneficium Ducis, commemoro quod pos-
1 sessor non legitimus, qui tamen ex iusta ignorantia bona fide possidet, dicitur possessor bonæ fidei, quæ bona fides sẽper præsumitur, vt latè per Curt. sen. in consil. 72. num. 22. in 5. conclus. Et per Curt. Iun. in cons. 18. num. 4. Sed in casu nostro Berardinus, & magis eius hæredes post illam oblationem non acceptatam donec Dux adimplebat illud sine quo habere domum non poterat non modo fuerũt possessores bonæ fidei, sed fuerunt possessores legitimi sicut in precedentibus allegationibus fundauimus.

Vndè Doctorum conclusiones circa fructus perceptos per bonæ fidei possessores multò magis militant in casu nostro, cum simus in possessore bonæ fidei legitimo etiã pretio iusto titulo, & proinde si in aliqua ex conclusionibus incidentibus in casu nostro esset controuersia inter Doctores, debet pro ipso Berardino facilius decidi. Verum pro eo in quo nulla cadit disputatio aduerto qđ Doctores, dum tractant de fructibus non restituendis à bonæ fidei possessore nullã præsupponunt recompensam ad beneficium illius cui restitutio facienda est, sed solum excusant possessorem ob bonam
2 fidem, ob quam respectu fructuum appellatur Dominus in l. in bonæ fidei ff. de acquir. rer. domin. Sed in casu nostro per omne tempus, per quod Berardinus percepit fructus remansit penes Ducem pretium meliorationum, cuius interesse à die oblationis vsque ad præsens excedit summoperè fructus ipsius domus.

Sed vel excedat, vel non non excedat hoc erit postea liquidandum, & pro nunc sa-
3 tis est quod fructus qui pro parte Ducis liquidari petuntur sunt in nihilum liquidandi dum ipse Dux non soluit, aut saltim non offert soluere illud ad quod tenetur ad hoc, vt possit fructus istos consequi, iuxta regulam tex. in l. Iulianus §. offerri, vbi Bar. & reliqui ff. de act. empt. ponit latissimè Mascard. de probat. lib. 3. conclus. 1394. num. 7.

Est autem in iure satis clarum, quod nullo modo

modo potest Dux habere fructus istius domus, quam prætendit ad se spectare nisi ipse Dux similiter soluat interesse
4 illius pecuniæ, quam soluere oportebat ad hoc, vt ipsam domum, & consequenter fructus ipsius domus, sibi quærere potuisset, ita tradit optimè Alex. in consil. 77. viso processu num. 12. vol. 6. post glos. & Doct. in l. curabit C. de act. empt. & in l. Iulianus §. ex vendito ff. eod. titul. Aret. in cons. 159. num. 14. vers. sed tamen, qui tradunt deberi interesse quanti plurimi, tàm damni emergentis, quàm lucri cessantis, etiam ex negotiatione, & loquuntur etiam, non facta interpellatione, vt per Alex. in d. num. 12. & in casu nostro affuit iudicialiter triplicata, & in scriptis.

Nec dicatur, quod in præsenti sententia dantur Berardino fructus meliorationũ & sic non potest habere fructus rei, & interesse pretij iuxta regulam eiusdē text. in l. curabit, quia verum est, quod non potest vtrumq; exigi, sed verum est etiã, quod vtrumque debetur, ita tamen, vt alterutrum exigatur, prout hæc omnia sunt in iure expedita.

Quod vtrumq; debeatur patet, nam respectu fructuum meliorationum iam de illis loquitur sententia, similiter, quod nõ possint haberi fructus alicuius rei, pro qua habenda oportebat soluere pecuniam, nisi offeratur interesse illius pecuniæ, tradunt Doctor. supra relati.

Et vt clarius me explicem fingamus quæso, quod post latam illam sententiam in anno 1553. & post oblatam per Berardinum illius sententiæ executionem dixisset Dux volo Berardine, vt per multos annos continues possessionē huius domus, & pro interesse pecuniæ à me debitæ pro meliorationibus retineas apud te fructus ipsarum meliorationum, & refundas mihi fructus domus antiquæ, est ne dicendum, quod Berardinus ad hoc potuisset cogi? certè nullo pacto cogi poterat ad faciendum nouum contractum præter sententiam l. nec emere C. de iure deliber. Sed sic est, quod illa sententia iubet restitui domum solutis prius meliorationibus, ergo in nihilo poterat per Ducem diuidi, nec immuta-
5 ri, Imò sententia est quasi conuentio collitigantium, quæ in nihilo potest alterari l. 3. §. idem scribit ff. de pecul. docēt Bar. & reliqui in l. 2. §. 1. ff. de prætor. stipul. Et reuideantur quæso Doctor. in l. si Iudex circumuento ff. de minor. vbi agitur de condemnatis ad aliquid restituendũ soluta prius aliqua pecunia, & latius Boer. in decis. 48. & Tiraquell. de retrac. lignag. ad fin. tit. num. 24. vsque ad 32. à quibus disseritur quãdo obtinens potest recedere, vel non recedere à sententia, numquam tamen reperiemus, vt possit pro parte recedere, & pro parte non.

Lata igitur fuit in casu nostro illa sententia cuius executionem nunc petijt ipse Dux, & proindè iuxta illam sententiam debet negotium regulari, vt per Cephal. in consil. 63. nu. 16. & 17. Et sic aut vult Dux executionem præsentis sententiæ, prout ex nunc, & non est inquirendum de fructibus domus ad beneficium Ducis, nec de interesse pecuniæ ad benefi-
6 cium Berardini, sed vtrumque tollitur mutua compensatione, vt per Aret. in conf. 159. longa est num. 14. vers. quia venditor, aut vult Dux executionē sentētiæ, prout ex tunc, & fateor, quod hoc casu possessio Berardini reduceretur ad non causam, & fingeretur Ducem posse-
7 disse, & per consequens teneretur Berardinus ad omnes fructus perceptos, vt per Bal. in l. si traditio num. 11. & 12. C. de act. empt. sed fateri etiam oportet,
8 quod fictio non potest operari plusquã veritas l. qui ad certum ff. locat. habetur per Tiraq. de retract. lignag. §. 15. glos. 2. num. 10. & 11.

Et proindè quemadmodum si tunc habuisset domum, tunc etiam soluisset pecuniam, & ex tunc in antea Dux habuisset fructus, domus, & Berardinus habuisset interesse pecuniæ, sic etiam si ad præsens vult domum, & fructus præteritos opor-

tet offerre pecuniam, & interesse decursum, quod patet ratione sensibili, & sunt doctrinæ clarissimè supra relatæ.

Quid ergo disponit lex, vbi ex eodem fon-
9 re competunt duo iura? certè non licèt exigere vtrumque, sed licèt exigere id quod pinguius est, Immò, & qui fortè exegisset ex vno iure, quod minus tribuit, potest, & illud amplius consequi, quod competit ex alio iure, tex. est in l. qui seruum ff. de act. & obligat. declarat Anchar. in cons. 101. num. 2. in vers. concurrunt, post Bal. in l. in rebus num. 2. vers. & hypothecaria C. de iur. dot. & specificè in terminis nostris est text. expressus in l. emptor prædium ff. de rei vend. Et sic dum sententia vnum declarat non prohibetur Berardinus alterum petere, dummodò non exigat vtrumque, vt dictum est.

Præsertim, quia hæc expressio, & declaratio ad beneficium Berardini non potest in
10 eius odium retorqueri illum priuando alijs suis iuribus nō expressis quæ remanent in dispositione iuris communis l. quod fauore C. de leg. tradunt in similibus Angel. & Alex. quos refert, & sequitur Ruin. in cons. 84. nu. 1. & 2. vol. 3. Et specificè vt sententia prouidens, vno
11 modo non præiudicet iuri alio modo competenti fundat benè Dec. in cōs. 12. num. 3. vers. 6. Ad confirmationem post Anchar. Io. Andr. & reliquos ibi relatos. Et facilius hoc fundasset in casu nostro, in quo vltrà dictam regulam generalem speciale est, vt in executione sententiæ
12 possit opponi, quod tu debes eodem tempore aliquid ex tui parte soluere, vel adimplere, vt per Corn. in cons. 79. num. 6. vol. 1. quem refert, & sequitur Crauet. in cons. 151. num. 10. Menoch. in cons. 55. nu. 4. multos affert Mascard. de probat. cōclus. 1394. num. 46. in 10. ampliat. non tamen allegat Roman. qui ferè loquitur in casu nostro in cōs. 244. circ. med. vers. 2. & vers. 3.

Hoc motiuum meo iudicio hanc litem terminat, nō enim talem oblationem faciet Dux qui experimento cognouit hoc interesse nimium excedere valorem fructuum. Et sine tali oblatione lis est finita, vt dictum est. Verum tamen citra veri præiudicium, vt cognoscatur, qua inanis sit vndique præsens lis dato pro nunc, quod ipse Dux fuisset simplex Dominus huius domus, absq; onere soluendi prædictam pecuniam, & dato quod Berardinus non fuisset creditor, sed fuisset simplex possessor bonæ fidei; Videamus breuiter quidnam est, quod posset Dux prætendere ratione illorum fructuum?

Porrò iuris regula est, vt talis possessor bonæ fidei ad nihilum teneatur respectu
13 fructuum non extantium, & consumptorum ante litem contestatam, siuè naturales fuerint, siuè industriales d. l. in bonæ fidei ff. de acquir. rer. domin. Azo in rubr. C. de rei vend. nu. 20. vers. Quid ergo, & vers. industriales, Cyn. in l. certū num. 7. in 3. quæst. C. de rei vend. Bar. in l. ex diuerso nu. 6. ff. eod. tit. de rei vend. Abb. in c. grauis de restit. spol. similiter num. 6. Couar. in lib. 1. variar. resol. c. 3. num. 6. in prima, & secunda conclus.

Non obstat quod ijdem Doctores in
14 locis prædictis dicant restitui fructus, non modo extantes, sed etiam consumptos, ex quibus possessor effectus fuit locupletior, nam tripliciter respondetur.

Primo in casu nostro, non adsunt fructus
15 naturales, isti enim dicuntur, vbi operatur sola natura, sicut poma, pira, cerasia, sed vbi intrat industria dicūtur industriales, sicut segetes lac pilus, lana, oleum, vinum, & similia, quæ nō habentur absq; opera humana, vt per Azo. in loc. prædict. nu. 19. glos. in l. ex diuerso in glos. magna in vers. fructuum ff. de rei vend. & ibi Bar. num. 1. in princ. Cyn. in l. certum num. 1. C. eod. Abb. in c. grauis de restit. spoliat. num. 3. vers. alij naturales, & vers. dubitatur Curt. sen. in cons. 72. Princeps defunctus num. 24.

Sunt autem fructus industrialissimi, seù fru-
16 ctus ciuiles, census siuè obuentiones, & pensio.

pensiones domorum præsertim quando non aderant, sed facti fuerunt à possessore (qualis est casus noster) in quibus est necessaria cura hominis in constitutione censuum,& in illorum exigentia, vel in locatione,& pensionis exactione, & aliquando etiam cum litibus, vt pluries euenit in casu nostro, & propterea appellantur fructus industrialissimi, vel fructus ciuiles tanquam percepti non ex re tantum sicut naturales,neque ex re cum industria hominis sicut industriales, sed tanquam percepti ex industria; non ex re,sed propter rē, vt in l.si nauis vers. nam,etsi,vbi glos.ff.de rei vend.declarat Bar.in d.l.ex diuerso num.1.& 2. Abb. in d.cap.grauis de restit.spoliat. num.3. vers.Primo quæro,bene Alex.in cōs.56. num.9.vol.4.&Aret.in cons.159.nu.3. post Bal. in l.pro oneribus num. 1. circa med. & num.2.C. de iur. dor. & in l. si traditio num.12.C. de act.empt. & in l. fin.C.de vsur.& vsufr.leg. & in cōs.118. Benedictus in final.verb. lib.1.Menoch. in lib.2.de arbitr.Iud.centur.3.cas.256. nu.24. & de recuper.possess.remed.15. num. 577.

Hoc præmisso patet prima responsio, nam in casu nostro omnis exactio Berardini consistit in censibus, & in pensionibus. Imò(quod est fortius) omnes cēsus fue-
17 runt ab ipso constituti, & domus locatæ ab ipso,vel constructæ,vel refectæ,& cōsequenter isti fructus ciuiles absque vlla distinctione acquiruntur per bonæ fidei possessorem ex sola perceptione, vt per Bar.in d.l.ex diuerso num.5.circ. fin. in vers. de accessionibus Abb.in d.c.grauis num.5.similiter in vers.incipienti de accessionibus,Menoch. de recup. possess. remed.15.in 40.quæst. num.622.623. & 624. Et hoc expresse decisum est per S.C.in casu nostro,dum reseruat Berardino fructus, ex meliorationibus.

Immò extra fructus naturales,& extra iudicium vniuersale petitionis hæreditatis, in quibus casibus loquitur Afflic. in decis.240. in princ.magis communis opi-
18 nio est, vt in iudicijs particularibus non cadat restitutio etiam in fructibus industrialibus consumptis, siuè ex illis bonæ fidei possessor factus, vel non factus sit locupletior,vt per glos.in l.quæsitum in verb.consumptos ff.de acquir.rer.dom. & in d.l.ex diuerso in glo.magna in vers. in industrialibus,& vers. de consumptis, & ibi Bar.num.6.in vers.si vero,Bal. ibidem in secunda lectura vers. sed quæro, post multas glos. Petr. & reliquos vetustiores de quibus per Abb.in d.c.grauis num.6.vers. in casibus,& in cap.dilecto col.3.de præbend.clarè Innoc.in c. in literis eod.tit.de restit.spoliat. nu. 1. vers. si autem,& ibi Abb.num.20. Cyn. in l. certum num.4.in princ. C. de rei vend. & in l.non est C. famil. Hercisc. Bald. in l. 3.C.de vsur. & fruct. legat. Angel. & Imol.in l. sequitur §.1.ff. de vsucap. Idē Imol.& Ant.de Butr.in d.c. grauis post princ. de restit.spolia.& esse magis communem testatur Alex. in l. si vi num.8. C.de hisque vi metusue cauf. & latius Ruin. in conf. 91.num.4.vers.& similiter vol.5.Curt.sen. in cons.72. num.23. in secunda cōclus.& Curt.Iun. in cons.28. num.13.in fin.& num.14.per tex.in §.si quis à non Domino, vbi glos. & Angel. qui cæteros cumulat instit. de rer. diuis.

Quæ opinio tanto magis recipienda est in
19 bonæ fidei possessore,quando, & malæ fidei possessorem in huiusmodi fructibus consumptis non teneri constanter aliqui affirmauerunt,prout Bal. in l. cæterum ff. de rei vend. Innoc. à contrario sensu in cap.in literis de restit.spoliat. num.1. vers.si autē iuncto vers.sed & si electio. Et latè Ber. in cap.grauis nu.24.eod.tit.

Secunda responsio est, quod in processu nihil est probatum,immò,nec deductum circa tale factum,& clarum est,quod petenti fructus incumbit talis probatio
20 quod fructus extant, vel quod ex illis possessor factus est locupletior alias hoc non probato possessor absoluitur,prout communiter firmant omnes relati per Curt.sen.in d cons.72.nu.29.in 7.cōclus.

& per Curt.Iun. in conſ.28.circ.fin.in-
verſ. poſtremo,poſt Angel.Alex.& reli-
quos ibi relatos potuit enim,vel ſplendi-
tius viuere, vel aliter inutiliter conſume-
re,& dum regula eſt,vt non reſtituantur
qui proponit exceptionem vtilitatis,quia
eſt effectus locupletior,debet illam pro-
bare,vt ibi per eos,& latius per Menoch.
de recuper.poſſeſs.remed.15.num.586.
& 587. in fin.

Tertia eſt reſponſio, quod circa quoslibet
fructus,vel naturales,vel induſtriales,vel
21 extantes, vel conſumptos ceſſat omnis
diſputatio in bonæ fidei poſſeſſore poſt
triennium, per quod tempus idem illos
præſcripſit nec vlterius moleſtari poteſt
ex doctrina Bar. in l. ſequitur §. fructus
ff.de vſucap.quem omnes ſequuntur,vt
per Curt.in d.conſ.72.nu.28. in 6.con-
cluſ.& per Couar.in d.lib.1.var.reſolut.
cap.5.num.7.in 4 concluſ.poſt Alex. in
l.ſi vi nu.8.verſ.pone ergo C. de his quæ
vi met. cauſ. Et omninò videndus Paul.
de Caſtr.in d.l.ſequitur §. fructus nu.2.
ff.de vſucap qui ex gloſ.ibi,& ex alijs cõ-
cludit limitari omnia iura loquentia de
reſtitutione fructuum, ſiuè extantium,
ſiuè conſumptorum ad vtilitatem, nam
procedunt,niſi à die perceptionis ſtete-
rit per triẽnium,quod non fuit conuen-
tus ad reſtitutionem. Sequitur Crauet.
in conſ.312.num.2.& latiſſimè Tiraq.de
retract.lignag.§.15.gloſ.2. nu.17. Et in
caſu noſtro habemus ſilentium ab anno
1553. vſque ad 1597. & ſic ſatis vltra
annos 30. qui ſufficerent de iure ciuili,
etiam malę fidei poſſeſſori,ſed de iure
canonico,cũ bona fide excluditur quod-
libet genus reſtitutionis,vt per Menoch.
in dicto remed.15. num.608. Idemque
eſſe,vbi dubitatur,de bona, vel mala fi-
de firmat inferius num.628.

Multa ergo ſunt capita, ex quibus nullo
modo poteſt Dux prætendere fructus
durante bona fide. Sed pro parte ipſius
Ducis dicitur,quod licet Berardinus fuit
in bona fide ante illam ſententiam quæ
non condemnauit ad fructus, nec con-
demnare poterat,vt ſupra diximus, & li-
cèt durauerit,Immò aucta fuerit bona fi-
des, poſtquam Berardinus obtulit obe-
dire ſententiæ, & per Ducem ſtetit non
ſoluere meliorationes, tamen ceſſauit
bona fides,quãdo in anno 1597.Berar-
dinus fuit interpellatus, vt pro executio-
ne illius ſententiæ domum relaxaret, &
ex tunc vſque ad præſens aſcenderent
etiam ad ſummam valdè notabilem.

Ad hoc vnico verbo reſpondetur, quod
Dux donauerat hanc domum cum cen-
ſibus,cum omnibus fructibus, & cõmo-
ditatibus exinde percipiendis Doctori
Pompęo de Alimeno eius vita durante,
& proindè quo ad vixit ille Pompęus
qui denunciauit, & litigauit quorum al-
terutrum ſufficit tamquam vnum de
requiſitis in l.3.C.de nouat.opponit Be-
rardinus exceptionem excluſiuam iuris
22 agendi, pro eo tempore pro quo re-
ſpectu Ducis liberas ædes habet l. loci
corpus §.competit ff.ſi ſeruit. vendic. l.
fin.C.de rei vendic. l.1. vbi latè Bart. ff.
de except. rei iudic. Quod ſi cum hære-
dibus Pompęi de Alimena cõtentio no-
bis eſſet, vtique illis oſtenderetur quod
iuſta cauſa litigandi excuſat à mora, vt
latè probat Curt.Iun.in conſ.28.nu.10.
cum ſeq. & iuſtiſſima cauſa videbatur in
caſu noſtro, dum prætendebatur illas
oblationes non acceptatas induxiſſe ta-
citam renunciationem, præſertim in ne-
gotio tunc damnoſo ipſi Duci, cum tot
alijs in primis allegationibus pondera-
tis, ſed hæc reſpectu Alimenæ,nam pro
nunc ſufficit opponere Duci, quod pro
hoc tempore,quo ad ipſum liberas ædes
habemus.

De morte huius Pompęi nihil conſtat in
proceſſu, & quando conſtabit clarum
eſt, quod reſpectu penſionum illæ ſunt
auctæ ex refectionibus ſatis neceſſarijs in
domo veteri, & nouis fabricis factis per
Berardinum. Similiter cenſus fuerunt
conſtituti ab hæredibus Berardini ſenio-
ris,& hoc ſufficit, vt dicatur fructus me-
liorationum, ad quod rogo reuideri

Docto-

Doctores supra relatos, qui omnes di-
23 cunt istos non esse fructus rei, sed esse fructus operis, vel industriæ possessoris, ita punctualiter Bart. in d. l. ex diuerso num. 1. Abb. in d. c. grauis num. 5. Bal. in d. cons. 118. quod incipit Benedictus in final. verb. volum. 1. Aret. in d. cons. 159. num. 3. Menoch. de recuper. possess. remed. 15. num. 622. cum reliquis supradictis, Non enim talis possessor æquũ erat se alterius procuratorem cõstitui, prout concinne Iurisconf. contrarium prætendentes irridet in l. postulante in fin. ff. ad Trebell. vbi subdit sufficere operam, vel impendium, vndè solum contractũ possessoris sufficere, firmat Rip. in l. in fideicommissariam num. 23. ff. eodem, & ibidem Hier. Laur. num. 44. sequitur Menoch. in lib. 2. de arbitr. Iudic. casu 256. num. 24. Et in casu nostro non modo omnes contractus, & omnis opera, & industria fuit possessoris, sed interuenit etiam aliquod impendium. Ex quibus omnibus factæ sunt meliorationes, quorum fructus Berardino in præsenti sententia tribuuntur iuxta iuridicam, ac veram intelligentiam quam defendimus.

Quæ omnia (vt hoc repetam) dicta volo ex abundanti quandoquidem nihil de fructibus quęrere potest Dux, nisi oblato interesse illius pecuniæ, ex cuius solutione fructus habere potuisset, vt supra fundauimus. Deo Gratias.

Sacrum Consilium ad nihil condemnauit Berardinum pro fructibus, Et condemnauit Ducem ad nonnullas quantitates pro meliorationibus quæ per Ducem soluta fuerunt ante relaxationem ipsius domus.

SVMMARIVM.

1 *Literæ cambij confectę ex causa pecuniæ receptæ, si pecunia restituitur antequam literæ effectum habuerint, remanent ipso iure inefficaces.*

2 *Contractus omnis ante adimplementum resoluitur per contrarium actum.*

3 *Contractus cambij cadit verè, & propriè sub dispositione text. in l. ab emptione ff. de pact.*

4 *Cambij contractus est verè contractus emptionis, & venditionis.*

5 *Literæ cambij post acceptationem non dicuntur abolitæ per restitutionem pecuniæ cuius causa fuere confectæ.*

6 *Reductio ad non causam non est considerabilis post effectum consumatum.*

7 *Acceptatio literarum cambij operatur, vt acceptans remaneat creditor scribentis literas, & debitor illius cui est facienda solutio.*

8 *Delegatio qualiter efficiatur, & de eius effectu.*

9 *Debitor non tenetur delegationi consentire.*

10 *Cessio debitoris consensum non requirit.*

11 *Debitor cessus an, & quando possit se concordare cum cedente quamuis in præiudicium cessionarij.*

12 *Soluens iussu Superioris remanet liberatus.*

13 *Superioris iussus quamuis iniustus excusat soluentem præsertim si fuit renitens, & contradixit.*

14 *Literæ cambij quo modo, & contra quos vigore Regiæ Pragmaticæ habent viã executiuam.*

15 *Adiectus solutioni operatur adiectum haberi tanquam procuratorem principalis ad illum actum.*

16 *Adiectus solutioni non potest agere nomine proprio.*

17 *Soluens præsumitur soluere de pecunia propria, non de aliena.*

18 *Pecuniam Sempronij datam Titio, vt illam det Caio oportet fuisse datam sacculo signatam ad hoc vt penes Caium dicatur pecunia Sempronij, Alioquin dicetur consumpta.*

19 *Pecunia Sempronij non sacculo signata dicitur consumpta penes recipientem, vnde penes alium non dicitur pecunia Sempronij qui solummodò habet actio-*

actionē aduersus eum cui illā credidit.
20 *Equitas l. si & me, & Titium ff. si cert. petat. quando locum habet?*

ALLEGATIO LXXVI.

Pro Fabio Macedonio.

In Dei Nomine Amen.



X facto distinctè annotato constat, quod Fabius Macedonius nihil penitus cō traxit cum istis Leuantis, & Bozolis qui sunt Actores in præsenti iudicio, sed contraxit cū Luca, & Bartholomęo Fornarijs à quibus recepit ducat. 3196. & pro ipsorum valore promisit illis consignare literas traiectitias scutorū 2000. soluendorum Placentiæ in proxima Feria Dominice Resurrectionis. In cuius promissionis executionem postea ipse Fabius die 11. Aprilis 1620. consignauit tales literas pro scutis 2000. eisdem Fornarijs soluendis Placentiæ per Capones, & Hostem cuidam Procuratori Leuantis, & Bozoli, & quia post talium literarum consignationem ipse Fabius iudicialiter coactus fuit restituere illos ducat. 3196. quibusdam creditoribus eorundem de Fornarijs. Idcircò ipsimet Fornarij stante restitutione illorum ducat. 3196. quorum causa literæ cambij factæ erant literis ipsis abolitis iusserunt scutos illos 2000. nequaquā exigi, imò restitui quatenus exacti reperirentur, & sic ipse literæ non habuerunt effectum, nec fuit facta solutio.

Hac de causa ipsi Leuanti, & Bozoli prætendentes esse creditores illorum de Fornarijs in scut. 3204. præsentauerunt dictas literas cambij iam non satisfactas, & proindè in eadem Ciuitate Placentiæ per ipsorum procuratorem protestatas, ac petierunt eosdem Fornarios cōdemnari ad satisfaciendum ipsis de alijs pecunijs, Iam quod non potuit habere effectum prædicta solutio destinata Placentiæ, & in hoc si verè sunt creditores bene dicebant quo ad iustitiam quæ iussu S. Excellentiæ discutitur coram Regente Costanzo cuius solius nominis recordatio cuiuslibet magni Encomij, aut Panigirici vices implet: Et sic ipse Regens iussit, vt in biduo soluant dictos ducat. 3204. Sed quia quo ad ordinem non adsunt scripturæ facientes creditum executiuum. Idcircò paulò post idem Regens dedit terminū in quo partes deducant incumbentia.

Sed ipsi Leuanti, & Bozoli siuè quia diffidunt de subsistentia huius crediti, dum in iudicio ordinario discutientur omnes partitæ, & omnia computa inter ipsos, & Fornarios, siuè sperantes abreuiare institerunt procedi via exequutiua contra Fabium Macedonium qui supradictas literas cambij subscripserat, sed porrò contra Fabium nullam habere possunt legitimam actionem sicut patebit examinando tria capita infrascripta. Nam tripliciter, & non alio modo possunt contra Fabium se dirigere. Primo tanquam contra debitorem debitoris sui, qui videtur ipsis delegatus, vel cessus per Fornarios in illis literis cambij confectis per Fabium satisfaciendis ipsis Actoribus in Ciuitate Placentię. Secundo, quia ex istis literis cambij confectis per Fabiū Macedonium si non fuit inducta delegatio, nec cessio, saltim in illis ipsi Leuāti, & Bozoli fuerunt adiecti solutioni. Tertio quia prętēdunt illos ducat. 3196. solutos per Fornarios Fabio Macedonio pro obtinendis literis cambij fuisse pecuniam non ipsorum Fornariorum, sed eorundem Leuanti, & Bozoli, & sic in defectum legitimæ actionis habere saltim æquitatem legis si, & me, & Titium ff. si cert. petat. dum res mea peruenit ad te, & sic videtur quod quicquid Actores prædicti contra Fabium prætendere possunt differendum venit sub aliquo ex capitibus prædictis, quæ singula discutiamus.

Et

Et quò ad primum verum est, quod Fabius
non modo cum istis Actoribus nō con-
traxit, sed neque sciebat quis esset finis
Fornariorum in illis literis ab eo confi-
ciendis, sed simpliciter à Fornarijs rece-
pit ducat.3196. pro conficiendis literis
cambij scutorum 2000. in feria Placen-
tiæ soluendorum,& sic ipse Fabius obli-
gatus erat Fornarijs,& non alijs,& obli-
gatio erat conficiendi literas cambij eo
modo, & forma sicut ipsi Fornarij vo-
luissent in recompensam illorum ducat.
1 3196. ab ipsis habitorum, literæ confe-
ctæ fuerunt per Fabium, sed antequam
producerent ipsarum effecrum restituit
Fabius illos ducar.3196. quorum causa
confecerat literas. Ergo ipsæ literæ ipso
iure in effi. aces effectæ fuerunt l.1.§. si-
2 uè ff.de condit.sine caus. quod genera-
le est in omnibus contractibus l. ab em-
ptione,vbi Doctor.ff.de pact. Dec. in
cons.316.nu.4.Aym.in cons.142.nu.9.
3 & in specie dispositio legis ab emptione
procedit in contractu cambij qui est ve-
4 rus contractus emptionis,& venditionis
vt per Bald.in cons.348.num.6.vol.1.&
iuri se conformantes ipsæ partes literas
aboletas,& nullius roboris esse declara-
uerunt, vt supra diximus.

Verum est quod neque leges hoc statuunt
vbi res non est integra, neq; partes hoc
declarare potuissent in alterius præiudi-
cium, & proindè si literæ directè ad il-
los Capponem,& Hostem in Ciuitate
5 Placentiæ fuissent per illos acceptatæ
ante ipsarum abolitionem, & restirutio-
nē illorum ducat. 3196. acceptatio va-
lida permansisset, vt in d.l.ab emptione,
6 nec fuisset cōsiderabilis reductio ad non
causam post effectum consumatum l.fin.
in princ.ff.vnd.liber.l.patre furioso ff.de
his qui sunt sui,vel alien.iur. Ias. in l.in-
ter stipulantem §. sacram in 4. notab.ff.
de verbor.obligat.Tiraq.in tract.cessant.
7 caus.in 12.limitat.& ex tali acceptatione
ipsi acceptantes remansissent creditores
Fabij, & fuissent effecti debitores illorū
quibus vigore literarum erat facienda
solutio,& consequenter post tale credi-
tum acquisitum non potuissent alij abs-
que ipsorum consensu ipsis præiudicare
ex regula l.id quod nostrum ff.de regul.
iur.tradit Tiraq. in loco prædicto in 11.
limitat.post Io.Andr.& alios ibi recensi-
tos,& in specie nostra tradunt Bald. in
rubr.de cōstit. pecun.Ias. in l.admonen-
di de iureiur.num.124. & Rot.Genuen.
in decis.93.num.7.in fin.

Sed in casu nostro illę literæ cambij nec
prius,nec etiam postea fuerunt vnquam
acceptatæ in feria Placentiæ,vbi innotuit
statim fuisse aboletas, & Fabiū restituisse
pecuniam illam, quam pro literis confi-
ciendis acceperat.Eodemque modo in
Ciuitate Bari,vbi literæ confectæ fuerūt
nihil euenit ex quo ipsę literæ non po-
tuerint aboleri, & (vt vulgo dicitur) di-
stornari.

Nam ad hoc impediendū oportuisset præ-
8 cedere delegationem solemnem nempè
vt Fornarij qui per solutionem illorum
ducat.3196. habebant Fabium obligatū
ad conficiendum literas cambij pro scu-
tis 2000. delegassent hanc obligationē
Leuantis,& Bozolis qui à Fabio consen-
tiente,& stipulante ad benefi.ium ipso-
rum obtinuissēt promissionē satisfacien-
di ipsis Leuantis, & Bozolis, id quod
idem Fabius Fornarijs satisfacere tene-
batur,iuxta formam traditam in l.1. C.
de nouar. qua non seruata non dicitur
facta delegatio,vt ibi notant Bart. & Sa-
lyc. hæc autem in casu nostro nō adsunt,
nec quod Fornarij voluerint delegare,
9 nec quod Fabius consenserit, qui nec
consentire renebatur l. nec creditoris
C. eodem.

Imò ad inquisitionem Iudicis perquirentis
bona Fornariorum reuelauit Fabius il-
los ducat. 3196. tanquam pecuniam
Fornariorum, & tanquam talis fuit For-
nariorum crediroribus liberata.

Similiter Leuanti,& Bozoli nihil prætende-
re possunt tanquam cessionarij,nam licet
10 cessio non requirat consensum debito-
ris,prout notat glos.in d.l.1. in verb.so-

let

let tamen nec apparet facta cessio, nec si
11 appareret proficeret, nam oporteret Fabium debitorem incępisse soluere cessionarijs tanquam cessionarijs, vel ab ipsis fuisse iudicialiter, aut alio modo solemniter denunciatum ne quid cum cedente innouaret, iuxta formam traditam per Speculat. in tit. de procurat. in §. sequitur in vers. forma, & in vers. seq. & per Guid. Pap. in decis. 730. alioquin Fabius rectè pecuniam cedenti restituit, & rectè cum eo contraxit, & apocas distornauit l. 3. C. eod. vbi Doctor. & Alex. in l. 3. §. ex contrario col. pen. ff. de acquir. poss. Ias. in l. si cum emptor, ff. de pact latè Cępoll. in cautel. 190. & ferè in terminis nostris Elbert. Leonin. in consil. 92. nu. 5. in princ. & etiam circa fin. in vers. cum plus iuris, & in cons. 13. nu. 1. & 4. Nam vt diximus re integra fuerunt distornatæ, & illa pecunia tanquam pecunia Fornariorum qui ipsam soluerant fuit per Fabium restituta, & depositata, & Fornariorum creditoribus liberata in Ciuitate Bari videntibus, & nihil contradicentibus eisdem Leuantis, & Bozolis.

Ex quo facto alia insurgit conclusio, nem-
12 pè quod dum soluit iussu superioris licèt malè soluisset, & quicquid sit contra illum qui malè exegit, vel contra iudicem qui per iniustitiam fecisset litem suam, tamen quod attinet ad debitorem ipse debitor semper remanet liberatus l. Paulo Callimaco §. fin. vbi glos. & Bart. notant ff. de legat. 3. l. ait prætor §. 1. vbi similiter glos. & Bart. ff. de minor. Rot. in decis. 13. in nouis, & latè Rot. Genuæ
13 in decis. 33. num. 5. 6. præsertim si soluens contradixit, prout in casu nostro nimis contradixit, & adhuc fuit coactus, vt per Castrens. in l. 1. C. si aduers. solut. post Specul. in tit. de Sindicat. in §. quid si Iudex, vbi Io. Andr. & Bal. in l. quicũq; C. de bon. quæ liber. ad quod est regula cum ibi traditis in l. quod dicitur in §. qui iussu ff. de regul. iur. Afft. in decis. 328. vbi latè Vrsill. afferens multa consimilia ad casum nostrum.

Quæ omnia dum ostẽdunt præfatos Actores debere succumbere in iudicio ordinario multo magis probant eos non esse audiendos via executiua ex literis cã-
14 bij, tum quia Pragmarica prima in titul. de lit. camb. quæ viam executiuam concessit loquitur ad beneficium eius, qui pecuniam dedit, & hoc sub num. 6. bis repetit vnde ad alios non debet extẽdi, tùm etiam quia ipsę literæ, et clarissimè, & incontrouertibiles esse debent, tanquam sententia transacta in rem iudicatam, prout inquit Bald. in consil. 348. num. 4. vol. 1. & in casu nostro ex prædictis non modo nimis rationabiliter controuertuntur, sed ex nunc constare existimo illas de iure aboletas fuisse, & à partibus legitimè distoratas.

Venio ad secundum caput in quo dicunt Actores quod si non fuit in illos facta delegatio neque cessio, saltim in eisdem literis cambij fuerunt adiecti solutioni, dum Fabius in exequutionẽ promissionis factæ Fornarijs fecit literas cambij scutorum 2000. soluendorum cuidam ipsorum Actorum Procuratori, & hoc verum est, sed nulla ex hoc ad ipsorum beneficium oritur consequentia. Nam dum ipsi non contraxerunt non potue-
15 runt acquirere actionem propriam, sed illa adiectio solutioni operatur ipsos esse adiectos tanquam Procuratores Fornariorum, prout bene probat Rot. Genuæ in decis. 10. num. 7. & 8. iuxta text. in l. Iulianus in §. qui fundũ ff. de verb.
16 oblig. cum alijs ibidem adductis, & proindè non possunt agere nomine proprio l. 1. §. ex contrario ff. de exercit. act. & multo minus via exequutiua, prout concluditur in d. decis. & consequẽter non potuissent impedire reuocationem mãdati contenti in illis literis, vt per Bal. in rubr. de constit. pecun. Rot. Genuæ in dicta decis. 10. num. 14. & 15. nec quicquam agere possunt nisi ad nutum illorum qui contraxerunt, vt in d. num. 7. 8. & 9. & per Straccam in tract. de adiect. par. 1. num. 29. 30. & 31. & num. 46. & per

per Socc.in tract.de commerc. & camb. §.2. glos.7.num.74.& per Leonin. in supradicto cons.92. num.5. Vnde dum ipsi Fornarij qui contraxerant postea literas distornauerũt frustra aduersus hoc quicquam opponitur per adiectos solutioni,& tanto magis cum facta sit restitutio iussu superioris,vt dictum est.

Deniq; quò ad tertium caput in quo prętendunt saltim iuuari, ex æquitate legis si,& me,& Titium ff. si cert. petat. præsupponendo quod illi ducat.3196. soluti ipsi Fabio per Fornarios non erant pecunia eorundem Fornariorum, sed quod erat pecunia ipsorum Leuanti, & Bozoli respondetur. Primo quod hoc non apparet ex literis cambij quarum vigore dirigunt se via executiua, imò ex illis apparet pecunia soluta per Fornarios, & in dudio quis præsumitur soluere de propria pecunia l.& magis ff.de solut.Dec.in cons.99. col.2. & adiectus solutioni prę̃sumitur Procurator,vt modo diximus. Quod si Actores contra istas præsumptiones, quæ oriuntur ex ipsis contractibus volunt adducere probationes extrinsecas oportet illas admitti auditis partibus,& sic dato termino in iudicio ordinario,in quo ex nunc appatet malus odor ipsorum Actorum venientium contra ipsum contractum in quo fundantur.

17

Secundo quatenus ipsi dedissent pecuniam Fornarijs pro faciendo cambio cum

18 Fabio oportuisset illam dare facculo signatam,& probare eandem fuisse datam à Fornarijs ipsi Fabio ad hoc vt dici posset pecuniam istorum Leuanti,& Bozoli peruenisse ad Fabium alioquin pecunia ab ipsis data Fornarijs diceretur cõsumpta,& solum ipsi remanerent creditores Fornariorum,& Fornarij creditores Fabij iuxta tradita in l.& si non expedit ff. de bon.authorit.iud.possid.cum latè deductis per Afflict.in decis.190. per Capyc.in decis.78.per Grammat. in prima quęst.post decis.per Franch.in decis.53. Couar.pract.quæst.cap.29.Gaspar.Thesaur.Forens.quæst.lib.2.c.16.Surd. in cons.4.& in cons.528. Tanto magis dũ nec etiam ipsi Actores prætendunt dedisse pecuniam,sed ex quibusdam literis neque adhuc verificatis prætendunt elicere quod Leuanti, & Bozoli petierunt à Fornarijs, vt facerent cambiũ pro scutis 2000. ipsis exoluendis in feria Placentiæ, & quod ipsi Fornarij fecerant soluere Neapoli quasdam quantitates per ipsos Leuanti,& Bozoli, & in Ciuitate Bari ipsi Fornarij fecerunt hoc cambium,& est verissimũ quod nihil ex prædictis dictũ fuit, nec dici opoitebat Fabio Macedonio, sed simpliciter dederũt ipsi Fabio illos ducat.3196. pro pretio scutorum 2000. de ordine ipsius Fabij soluendorum in feria Placentiæ,vbi ipse Fabius nihil querebat neque sua intererat querere cui soluerentur, sed fecit literas sicut illas voluerunt ipsi Fornarij qui statuerunt exactionem fieri per quẽdam Procuratorem Leuanti,& Bozoli, & sic clarissimè duo resultant alterum quod pecunia recepta per Fabiũ à Fornarijs erat sine dubio eorundem Fornariorum quibus absque vllo discrimine potuit Fabius illã restituere etiam spontè, & tanto magis à Iudice ex supra deductis. Alterum quod resultat ex toto hoc facto quando verificabitur est quod nulla orietur actio Leuantis, & Bozolis aduersus Fabium cum quo neque ipsi neque Fornarij ipsorum nomine contra-

19 xerũt, sed acquisita solũmodò illis fuit actio negotiorum gestorũ aduersus Fornarios l.2.& l.si pupilli §. item si Procuratori ff.de nego. gest. latè Rot. Genuæ in d.decis.10.num.9.10.& 16.in fin. in quo iudicio fortè ex alijs partitis, et ex alijs computis inter ipsos euenire poterit,vt ipsi Leuanti, et Bozoli remaneant potius debitores quam creditores eorũdem Fornariorum, inter Fornarios vero,et Macedonium inhitus fuit contractus cambij de quo contractu eiusque distractu iam superius loquuti sumus.

Tertio ex abundanti commemoro quod

quamuis illi ducat. 3196. dati fuissent Fornarijs sacculo signati per Leuãtes, et Bozolos, et eodem modo per Fornarios dati fuissent Fabio Macedonio, non tamen nunc Leuanti, et Bozoli aduersus Fabium iuuari possent ex æquitate legis
10 si, et me, et Titium quæ procedit aduersus eum qui rem alienam iniustè detinet, aut dolo desijt detinere qui duò casus equiparantur in l. qui restituere ff. de rei vendicat. Nam Fabius neque habet illos ducat. 3196. neque illos dolo sèrestituit, imò inuitus, et coactus à superiore cum innumeris suis replicationibus, et contradictionibus ob quam rei carentiam absque dolo cessat illa dispositio, prout ex eod. text. colligitur, et per Doctor. ibidem annotatur. Ex quibus omnibus patet quod hæc via executiua præsensa contra Fabium nullam habet subsistentiam, et patet etiam ex nsic quod similiter Actores isti succumbent in iudicio ordinario, si illud prosequi deliberabunt. Deo Gratias.

Adhuc lis pendet in Consilio Collaterali.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum in litem defertur aliquando post sententiam, Aliquando post probationes num. 3. Aliquando in ipsa litis contestatione num. 4. De circumstantijs illud deferendi num. 5. Quando per Iudicem refrenatur num. 2. Et quo tempore fieri debet refrenatio, num. 6.*

7 *Arbitria non possunt ita fieri vt aduersus illa nullum remedium possit competere. Sed adsunt tria remedia nempè clausula exequutiua, iuramentum, & pœna, & de istorum effectu num. 8. 12. 14. cum seqq. Et quid si dicitur de nullitate, vel de manifesta iniquitate num. 9. & 10.*

11 *Laudi exequutio an requirat partis citationem. Et per quem reuidetur, num. 13.*

15 *Pœna compromissaria an exigatur, & num. 17.*

16 *Canonistę non recedunt à iure ciuili, vbi ius canonicum expresse nõ aduersatur.*

18 *Filij ex secundo matrimonio in quibus bonis succedunt cum filijs ex primo.*

19 *Causa onerosa dicitur ob differentiam nobilitatis, vel ætatis.*

20 *Dos non potest esse sine matrimonio, & dicitur illi accessoria.*

21 *Text. in l. fœminę C. de secund. nupt. nõ habet locum si vir consentit futuris secundis nuptji. Et quid si donatio fuit ex causa onerosa dictum est sub nu. 18. Et quid si facta fuit cum aliquibus clausulis, vt in num. 22.*

23 *Dispositio de eo quod superest quomodo intelligitur.*

24 *Substitutus in eo quod superest prospicitur vno modo de iure ff. sed de iure authenticorum habet omninò quartam nisi in quatuor casibus, vt num. 26. Et vlterius quicquid non alienatur, num. 27. An autem detur meta alienandi vide num. 28. Et an sit considerabilis dolus, vel simulatio in alienatione num. 29. 30. & 31. cum seqq.*

32 *Grauatus restituere id quod superest alienat In vita sine simulatione, vel fraude, sed non in vltima voluntate.*

ALLEGATIO LXXVII.

Pro Ecclesia Sanctissimæ Annunciatæ Ciuitatis Beneuentanæ, & alijs.

In Dei nomine Amen.



Bijt Ioannes Bettoni in ciuitate Beneuentana condito prius testamẽto in quo Bartolomæum, & Io. Antoniũ filios vniuersales hæredes instituit, & inter reliquas dispositiones iussit, vt ambobus prædictis filijs absque legiti-

legitima prole decedentibus soluantur ducati quinq; mille quibusdam suis cōsanguineis, & subdit hæc verba videlicet *(Et del restante di mia facultà, che in quel tempo si trouarà ne vadano due terzi alla santissima Annunciata di Beneuento, e l'altro terzo sia rimesso à Bergamo)* implicandum prout in testamento, de quo non loquimur, quia de ista tertia parte non est à nobis petita consultatio. Sed circa illas dispositiones, & circa istam substitutionem quæruntur aliqua.

Primo respectu legatarij quarundam gemmarum quæ peruenerunt ad hæredes, & nunc illas non exhibent, & in hoc facto compromisso arbitri laudauerunt dari legatario iuramentum in litem quæritur
1 an rectè decreuerint? Et in hoc commemoro quod tripliciter defertur iuramentum in litem. Aliquando post sententiam, aliquando post probationes, aliquando in litis contestatione. Post sententiam defertur quando quis condemnatus aliquid restituere, non potest sen-
2 tentiæ obtemperare, quo casu si dolo fecit quo minus posset iuratur absque vlla refrenatione, si vero dolus abest refrenatur iuramentum ad rei æstimationem arbitrio Iudicis l. qui restituere ff. de rei vendic. l. videamus §. iurare ff. de in lit. iurand. declarat Bar. ibi, & in l. arbitrio §. j. ff. de dol. & hic non est casus noster.

Aliquando iuratur post probationes quia aliquid peto quod non constat fuisse apud te, & prodesse, vel nocere potest circumstantia si affuit, vel non affuit dolus, & hic similiter non est casus noster sed habetur in l. admonendi ff. de iur. iurand. Et fortè post probationes, & ante sententiam delatum fuit illud iuramentum apud Afflict. in decis. 360. sicut videtur colligi ex lectura suæ decisionis.

4 Aliquando denique defertur in ipsa litis contestatione si tunc constat de requisito sufficiente ad iuramenti delationem sicut in casu nostro in quo liquet ex inuentario gemmas peruenisse ad heredes, & nunc impetiti, vt illas exhibeant negant simpliciter illas habere, & neutra pars probare offert illarum valorem, nec etiam circumstantiam si dolo, vel casu exhibitio impeditur. Vnde hoc solum requisitum non exhibendi, vel minus integrè exhibendi rem quam exhibere te-
5 nentur facit, vt dici possit dolo malo nō exhiberi l. 1. §. si res ff. deposit. l. dolus ff. mandat. qui quidem dolus non erit ille explicitus, & probatus cuius vigore iuratur in litem absque refrenatione, vt in d. l. qui restituere, sed quia sine aliquo dolo non datur iuramentum in litem, l. in actionibus, vbi notatur ff. de in lit. iurand. erit non exhibitio in hoc casu dolus sufficiens ad iuramenti delationem, sicut declarat Afflict. in decis. 330. in fin. Præsertim quia arbitri non detulerunt iuramētum genericè in quo posset comprehendi interesse commoditatis, vel affectionis iuxta tradita in l. 1. C. de sentent. quæ pro eo quod interest, & per Bar. in d. l. videamus in §. iurare ff. de in lit. iur. sed solum pro vero valore ipsarū gemmarum pro quo facilius conceditur,
6 vt per Bart. in l. fin. nu. 2. ff. eod. Est bene verum quod arbitri si illis videbitur possunt antequā iuretur refrenare, & quantitatis metam imponere quæ per iurantem non excedatur, vt per Bar. & alios in dicta l. in actionibus, & in l. si quando C. vnde vi, & per Canonist. in c. fin. quod met. caus. Dixi priusquam iuretur, quia postea non liceret ad vitandam periurij redargutionem, vt per Bart. in d. §. iurare, & per Afflict. in decis. 360. circa fin. Et ex his patet Arbitros bene decreuisse.

Secundo quo ad eosdem legatarios prætendētes coram Iudice appellationis ante omnia exigere pœnam cum amplissimis clausulis promissam in casu cuiuslibet prouocationis à laudo arbitrorum quæritur quid iuris? Et in hoc sciendum est non dari cautelam, vt à laudo arbitri,
7 vel arbitratoris non detur aliqua prouocatio, vel saltim reductio ad arbitrium boni viri, quia omne amplum compro-

missum etiam iuratum hanc habet tacitā conditionem si iudicium iustum fuerit l.si libertus ita ff de oper. libert. Ioseph. Ludouic.in decis.27. num.21. latè Regens Valenz. doctrinæ, & integritatis exemplar in consil.11. num.28. in quo consilio multa notatu digna in materia declarat, & aliter esset aliquo casu permittere grauamen, & renunciationem doli futuri contra text.in l.iurisgentium in §.si paciscar ff de pact. sic post Innoc. in c.quintauallis de iureiur. tradūt Cyn. & Butr.in l.1.C. de recept. arbitr. & ita passim seruari de consuetudine testatur Bar.in tract.de arbitr.in final.verb. & in l.fin.in fin.C.de iudic. cum alijs bene positis,et cōprobatis per Dec.in consi.39 num.6. et postea per moderniores enucleatos per Iulium Cęsarem Galupp.Iuuenem erudiţissimum sub c.4. suæ praxis admodum vtilis, et sæpè occurrentibus quæstionibus refertæ, post Consiliarium Rouitum in pragm.1. de Arbitr. nu.4.cū seqq. vbi plenissimè suo more.

8 Sed ad dirimendas lites iniustas tria remedia inuēta sunt vnum vt in compromisso apponantur clausulæ exequutiuæ, nam post exequutionem qui summum ius fouere non opinatur,non ita se litiū sumptibus, et laboribus submittit, sicut faceret,vt exequutionem differret,vnde datur exequutio ob ipsas clausulas quāuis prouocatum fuerit,vt per Ludouic. in dicta decis.47. et ita seruatur ad præsens,vt per Marant.in 6.par. princ. in 2. actu princip.num.203.Immò aliquando fuisse seruatū exequi licet victus diceret de nullitate si et nullitatibus renunciatū

9 fuerat in compromisso testatur Ann. in singular.299.ex eo quod licet non possint partes validare actum nullum tanquam iudiciarium si deficit à legibus requisita solemnitas clem.sæpè cum similibus de verb.signif.& sic procedit theorica Baldi in cap.1. de pace constant. in verb. sententiæ quoque in vers. quid de sententijs potest tamen validari in vim pacti,vt per Angel. in consil.187.in fin. & per Alex. in consil.32. num.5. vol.2. Sed contrarium seruatur post sententiā relatam per Minad. in decis.19.quæ breuis est,sed valdè rationabilis. Nam si diximus non adesse cautelam ad approbādum grauamen futuræ sententiæ, similiter adesse non debet in nullitatibus,quæ operātur sententiam nullatenus adesse. Idemque ad manifestam iniquitatem ex-

10 tendit Maranta in 6.par.in 2. actu principal.num.206.vnde fortius idem dicemus in nullitate à qua fit extēsio ad iniquitatem cui renuntiari nō potest,vt dictum est. Et certè idem Angel.recenset nonnullas nullitates non renuntiabiles. Et dum vnam excipit respectu solemnitatis non adest ratio differentiæ. Nam ratio quam affert, vt substineatur in vim pacti,si pactum præcedit non potest cōprehēdere ista futura si subsequitur potest omnia cum dici non possint incogitata, sicut declarat Afflict.in decis.117. & Barz.in decis.112. Et sic nullitas omni casu impedit, vt per omnes relatos in

11 addit. ad prædict. singul.299. & hinc cōciliatur quæstio si ex his clausulis potest laudum exequutioni demandari nō citata parte de qua latè per Albam in consil.281. vol.2. Nam si prima opinio sustineretur frustratoria esset citatio,sed dum vera est secunda opinio oportet citari partem quam admisimus posse aliquid opponere ad impediendum. Sed circumscripta nullitate,vel manifesta iniquitate datur exequutio,vt per Marant. & alios supra relatos post pract.Papiens. in tit.de form.libell. quo agit.ad pen.in verb.nec reductio,& Alex. in dicto consil.32.num.3.circ.med.

Et ex his vtile est hoc primum remedium ad lites iniustas compescendas quando euenit conuentum condemnari, & exequi, sed non est ita cōsiderabile respectu actoris qui succumberet, & succumbens nihil solueret. Vnde generalius est remedium pœnæ, & est etiam efficacius dum aliud continet damnum vltra rem in iudicio deductam,prout mox dicemus,sed

prius

prius nosse oportet secundum remediū,
12 quod est iuramenti, etenim licet in Regno quo ad lauda exequenda habeamus certam formam traditam in prag. 1. & 2. de arbitr. quam seruari etiam in compromisso volūtario inter extraneos sancitur in dicta pragm. 2. in fin. & aduertit Maran. in loc. vbi supra num. 213. tamē in terris Ecclesiæ recurritur ad ius commune, quod quidem concordat cū Regia Pragmatica quo ad Iudicem reuisio-
13 nis, vt sit ordinarius causæ sicut relatis omnium opinionibus comprobat Thesaur. in decis. 14. nu. 5. Sed quo ad exequutionem distinguitur si procedit, vt Arbiter, vel vt arbitrator, vel vtroque modo, & si laudum est, vel non est emologatum tacitè, vel expressè, & si fuit cōpromissum stipulatione vallatum vel pacto nudo, cum differētia iuris ciuilis, vel canonici, & cum alijs consideratis per Doctores copiosè relatos per pract. Papiens. Marant. & Rouit. in locis præ-
14 dictis. Si autem additur iuramentum illud parit actionem, & obseruantiam, vt latè per Marāt. in loco prędicto nu. 204. post Bar. & reliquos in l. si quis maior C. de transact. & Ant. Corset. in repet. rubricæ de iureiur. in 6. priuilegio. Sed & hoc remedium non est satis vtile ad lites remouendas, nam qui prætendit se grauatum instat cognosci de iustitia, vt ex tali cognitione appareat se non esse periurum dum iuramentum habet tacitā conditionem si iudicium iustum fuerit, vt supra deduximus, & proinde nō opus esse absolutione defendit Florian. in cōsil. 6. num. 3. cum seqq. vel absolutionem proposita læsione faciliter obtinebit, vt per Merant. in loc. prædict. num. 97. & num. 208. vbi firmat peti debere saltim ad cautelam, idque verius censeo ex deductis per Cauens. in dicta pragm. 2. de arbitr. num. 32.

Quare optimum est tertium remedium vi-
15 delicet pœnè promissio in casu contrauentionis adiecta clausulæ sententiæ ratę manentis, tunc enim ex inobseruantia exigetur l. cū pœna, & l. fin. ff. de recept. arbitr. l. 1. C. eod. vbi Cyn. & reliqui pract. Papiens in loc. prædict. col. 2. nu. 5. cum seqq. & habetur insimul exequutio sicut declarat eadem pract. in verb. Parti attendenti num. 2. & 3. per ea quæ habentur in l. qui fidem ff. de transact. & in l. cum proponas C. eod. & per Alex. in dicto cons. 32. num. 6. Verum est quod Afflic. in decis. 135. refert fuisse decisum, & ita seruari in S. C. vt non solum in promissione quātitatis, sed etiam in promissionibus facti non exigatur pœna vltra id quod interest idque nos etiam latè defendimus in allegat. 33. Et hinc Regia tribunalia condemnant (licèt & hoc prę nimia, & forte damnosa vrbanitate raro faciant) vel saltim profitentur posse ad interesse condemnare prouocantem iniustè, sed non ad pœnam, & ex hac consuetudine apud nos difficiliter contrariū obtineretur, sed apud alios Iudices non video quomodo possit cōtrarium iudicari ex prædictis, & alijs modo dicendis.

Siquidem Afflict. in ea decis. 135. firmat de iure ciuili non exigi pœnam in promissione quantitatis, sed exigi in promissionibus facti. De iure autem canonico verius esse, vt nec etiam exigatur in promissionibus facti, & ad hoc allegat Abb. in cap. dilecti de Arbitr. Abbas autē sub nu. 14. iuxta ordinem quem proposuerat loquitur de sexta pœna quæ est conuentionalis, & distinguit, vt ibi. Sed paulo ante loquutus fuerat de quinta pœna, quæ est compromissaria, & indistinctè firmauerat illam exigi, sicut & quasdam alias. Vnde Afflictus etiam est intelligēdus secūdum Doctorem quem allegat, Præsertim quia non alia de causa recedit Afflic. à conclusione recepta de iure ciuili in promissionibus facti, nisi quia apud Canonistas tutior videtur opinio, vt etiam tunc verum interesse non excedatur, & ad hoc allegat Abb. Io. de Anā. Io. de Lignan. & Laurent. de Rodulph. Sed omnes prædicti loquuntur solūmodo

do in pœna conuentionali,& vnus ex illis nominatim excipit pœnam compromissariam. Ergo,& Afflictus ita etiam, & non aliter est intelligendus. Immò & ipse,& omnes prędicti si aliter intelligerentur errarent summoperè, Non enim
16 recedunt Canonistę à iure ciuili,nisi vbi contrarium statuitur de iure Canonico cap.suscepistis in vers.Ecce quod constitutiones cum multis sequentibus 10.distinct.Sed de iure ciuili specificè cautum est exigi pœnam compromissariam l.cũ pœna ff. de recept. arbitr. Ius autem canonicum ita non aduersatur, vt potius hoc idem nominatim approbet in c. dilecti,& in c.per tuas eod.titul.quam ob rem non modo illam exigi indubitanter tradunt ciuilistæ sicut Bar.in tract. de Arbitr.num.14. Speculat. in tit. de Arbitr. & arbitrat. in §.sequitur de quibusdam col. mihi 12. in vers. Quid ergo secundum præmissa Doctor.in dicta l.cum pœna,& in l.1.C.eod.Alex.in dicto cõsil.32. & in cons.50. num.4. vol.4. vbi hanc pœnam excipit à reliquis quæ non exiguntur,quod & facit Bertach. totius ferè iuris diligens collector in verb.pœnæ petitio in vers.22.& 23. Et est text. in §.quia vero in vers. det multam, vbi glos. & Angel. in Auth.de Iudic. & alij multi, & ipsorum aliqui progrediuntur declarando hoc fieri tuta conscientia ex approbatione iuris ciuilis,& canonici sicut inquit grauis Author practicæ Papiens. in dicto titulo de form.libell.quo agit. ad poen. in verbo Parti attendenti num.1. concordant Canonistæ sicut Innoc.in cap.tuam extr.de poen.circ.fin.in verb. pœna,vbi allegat text.in c.dilecti, ibi autem Panorm. hoc firmat indubitãter post Ant.de Butr. & Host. excepto casu quem mox dicemus, & in Regno idem firmat Marant. qui scripsit post Afflict.in loc.prædicto num.203. in fin. & Cauens.& Consiliar. Rouit. in dicta Pragmat.2.num.10.

Ponunt autem rationem differentiæ Alex. in dicto consil.50.num.4. glos. in dicto §.quia vero, Bart.in dicto nu.14. & plenius Abb. in dicto cap. dilecti num.13. & 14. quia in pœnis conuentionalibus (de quibus loquitur Afflic.) pœna apponitur ad refectionem interesse ex cõtrauentione,quod quidem interesse, vt plu-
17 rimum est bursale,& aliquo modo probabile saltim arbitrio Iudicis vnde illud in quo pęna excederet esset illicitum, vt in l.cum allegas C. de vsur. Sed pęna compromissaria vltra interesse bursale respicit inobedientiam contrauenientis, & obedientiam obseruantis, & insimul istius labores sumptus, & inquietem, & fortè etiam reformationem laudi ad sui beneficium quam nõ petijt,vt obediret, quæ omnia emendari cum exactione pęnæ est nimis rationabile, & nimis æquum,præsertim quia non valenti forsitan obtemperare illam remitti tradunt ipsimet Hostiens. Butr. & Abb. in dicto num.13. Et similiter exactam restitui si ex reformatione Iudicis superioris liqueret inobedientem habuisse iustam causam prouocandi tradit Io. Andr. ad Speculat.in tit.de Arbitr.§.fin.in versic. item quid si compromissum Bal.in l.tres fratres ff. de pac.& in l.Qui cũ tutoribus ff.de transact. Alex. in consil.32. vol.2. num.8. & Angel. in d. l. tres fratres, & in l.qui Romæ ff.de verbor.oblig. Adeo quod nõ modo alibi talis pœna est omninò exigenda, sed etiam in hoc Regno doctissimos Iudices exoratos velim, vt prospiciant qualiter Afflic.loqui nõ potuit de pœna compromissaria cuius exactionem permittunt iura ciuilia,& canonica,& vtriusque iuris interpretes etiam Regnicolæ,& concurrit omnis ratio, & omnis æquitas,& etiam bonum publicũ ad substinenda remedia ex quibus lites, & vexationes iniustæ nimium excrescẽtes,compescantur,& quo ad fieri potest remoueantur.

Tertio ab eisdem arbitris decidenda est cõtrouersia inter præfatos Bartholomæũ, & Io.Antonium ex vna, & eius fratres vterinos ex altera, & sicut vtraque pars

in-

in eosdem arbitros compromisit, ita vtraque pars in hoc articulo meam petijt consultationem, quæritur autem nũ in bonis à prædicto Ioanne Donatis suæ coniugi (quæ mortuo Ioanne alij nupsit,& illis relictis filijs ex secundo matrimonio nunc decessit) succedant insimul omnes filij,vel solum filij Ioannis à quo bona ad coniugem peruenerunt, & pro filijs primi matrimonij videtur casus in l.fœminæ C.de secund.nupt.nec de iure canonico sublatæ sunt pœnæ secundo nubentium quæ respiciunt commodum filiorum in recompensam damni, & incommodi illis ob secundas nuptias prouenientium,vt per Innoc.Host. Io.And. & reliquos in c.fin.de secund.nupt.Bar. & reliqui in l.1.C. eo.tit.retigi in alleg.
18 13.num.9.Sed distinctio est quod ea bona quę ad mulierem secundo nubentem peruenerant à primo viro titulo lucratiuo quæruntur illi quo ad vsumfructum,sed proprietatem post eius mortẽ tenetur filijs primi matrimonij conseruare ita eam legem summant Bal. Salyc. & reliqui,& aduertit glos.in verb.sponsalium Ang.in §.1. instit.ad Tertull. Nicol.de Vbald. in tract. de success. ab intest.par.2.in fin.col.3.Matthesil.in eod. tract.col.17.& Io.Garon.in repet.rubr. C.de secund. nupt. in prima pœna cum duab.seqq. Ea vero bona quæ ad illam peruenerant titulo oneroso sibi quęruntur liberè,& consequenter libera in illis, prout in reliquis bonis erit eius dispositio,& in vita,& in morte relicta filijs portione debita de iure naturæ.Et eidem ab intestato decedenti omnes filijs succedunt æqualiter, Ita probat idem text. à contrario sensu,& omnes Doctor. supra relati,& Bal.in auth. in donatione C.de secund.nupt.Rom.in cons.118. ex themate consultationis Palat.Ruu. in rubr. de donat.inter vir.& vxor.§.50.in princ. & nu.32.& 35.& in final.verb. sequuntur (illum appellantes Io.Lupum) Boer. in decis.215.num.8.& Syl.nup.in verb. non est nubendũ in 5.ampliat.Rip. in 3. respõs.sub tit.de donat.inter vir.& vxor. & Menoch.in cõs.155.lib.2.& cõs.308. lib.4.& vtrumque caput probatur etiam in l.si liberis cum glos.final.in fin.C. de donat.ante nupt.

Quæ distinctio dum controuerti nõ potest sequitur vt pro casus nostri decisione sit cognoscenda qualitas illius donationis, quæ quidẽ dũ appellatur donatio præsefert causam lucratiuã, nec videtur obstare quod facta sit in augmentum dotis, & occasione matrimonij, nam quicquid percipitur sponsalium iure, & nuptiarũ solemnitate dicitur in l. fœminæ quod sub ea dispositione ad beneficium filiorum primi matrimonij comprehenditur. Sed è contra vrget quod tales donationes in nuptijs fieri solent,& merito illas nuncupat Imperator munificas liberali-
19 tates. Sed augere dotes fieri non solet, nisi ob differentiam nobilitatis,vel ætatis quæ secunda causa adest in casu nostro, et ambas, vel ex illis alteram efficere, vt dotatio iudicetur ex causa onerosa firmat Ruuius in dicto §.50.ante num.35. in vers.pro complemento,Sylu. nupt.in d.ampliat.5.Pręs.de Frã.ch.in decis.428. num.4 Menoch.in cons.40. et alij ab ipsis relati.

Adsunt etiam in ipsa donatione siuè dotatione duo admodum ponderãda ad beneficium filiorum secundi matrimonij, dicitur enim virũ donare ad hoc vt post suos dies possit vxor commodè viuere, et habere dotem competentem,et sic videtur prospectus vterque status, vel viduitatis dum inquit vt possit commodè viuere, vel secundarum nuptiarum dum cõmemorat dotem cõpetentem. Potest
20 enim esse matrimoniũ sine dote, at non dos sine matrimonio l.3.ff.de iur. dot.l. fin.C. de donat.ant.nup. Immò dos est accessoria ad matrimonium,vt per Bar.in l.si voluntate,C. de dot. promiss.Vnde
21 etiam in causa lucratiua cessat dispositio tex. in l. fœminæ quando vir consentit futuris secundis nuptijs,vt per glos.in §.duo igitur in verb. siuè in Auth. de nupt.

nupt.Bal.in l.fœminæ in prima lectura in verf.item nota Ant.Gabr.in tit. de fecund. nupt. in prima concluf.limitat.7.

Item donatur cum claufula ad habendum,
22 & difponendum,&c. quæ verba videntur remittere neceffariam reuerfionem ad filios donantis ex traditis per Bar. & reliquos in l.qui Romæ in §. duo fratres ff.de verbor.oblig.Sed hoc non eft confiderabile quia non eft fubfequuta alienatio,vt per Bar.ibi num.21.& vltra hoc ifta claufula acceffioria ad donationem non immutat naturam actus principalis ipfius donationis non duraturæ vltra vitam donatariæ fecundo nubẽtis, ita poft Oldrad.concludit Bertran. in conf.306. nu.3.vol.2.Fulg.in conf.63. Ant.Gabr. de fecund.nupt.concluf.1.in 5.ampliar. num. 11. cuius claufulæ effectum latius dixi in allegat. 70. num.26. 27. & 30.

Veruntamen in præfenti cafu actus principalis nempè ipfa donatio non fit fimpliciter mulieri,vt fubintelligeretur fucceffor à lege vocatus, fed donatur fibi, & hæredibus, & fuccefforibus quibufcūq; & vt fit perpetua, & irreuocabilis etiam ex vitio ingratitudinis quę verba operātur donationem magis liberam, & omni vinculo folutam nec effe neceffario reuerfuram ad aliquos quia non effet perpetua,nec effe confiderabilem ingratitudinem fecundarum nuptiarum, quia videtur remiffa,prout hęc omnia comprobātur ex difcurfu Guid.Pap.in dec.147. & Menoch.in conf.155. & 308.

Quarto,& vltimo deuenio ad id quod fuit primo loco petitum, nam ex occafione Ecclefiæ quæ meam petijt confultationem reliqui etiam prædicti collitigantes me ipfum in prædictis confulere voluerunt.Quærit ergo Ecclefia num ex prædicta difpofitione aliquid certū fibi relictum intelligatur. Et num poffint hæredes liberè difponere inter viuos,vel in vltima voluntate. Et tertio num in foro fori aliquod fibi competat remedium ad impediẽdum difpofitiones fuo fideicommiffo præiudiciales. Et quo ad primum vidi annotationẽ ad me tranfmif-
23 fam doctam quidem quantumuis breuẽ. Sed inibi annotata procedunt in contractu inter viuos, in quo difponẽs de bonis quæ fupererint tempore fuæ mortis non prohibetur interim donare,vendere, & facere quicquid vult nulla enim prohibitio elicitur ex iftis verbis, quæ fuum operantur effectum in bonis quæ reperientur tẽpore mortis, & dum prohibitio ex verbis in ftipulationem deductis non elicitur,fimiliter non fubintelligitur quia in contractu ftricti iuris omiffū habetur pro omiffo l.quicquid aftringendæ, & l. fi ita ftipulatus fuero in §. Crifogonus ff.de verbor.oblig.Et quod per ifta verba (quicquid fupererit) non fit adempta, immò potius referuata poteftas quomodolibet difponendi probatur in l.Titius ff.ad Trebellian.vbi ex ratione ibi expreffa quod in fideicommiffis bonam fidem ineffe conftat vult Papinian. vt omnis alienatio in his verbis permittatur,quæ nō interuertendi fideicommiffi caufa facta eft.Ergo citra cafum fideicommiffi nulla prohibitio confideratur. Quod etiam ex eo tex.defumunt ibi. Cuman.& Alex.& Socc.in cōf.123. num.3.in verf.confirmatur vol.3.& in conf.31.num.12.in fin.vol.4.An autem hoc cafu liceat etiā teftari patebit ex infra dicendis,nam quo ad hoc non adeft differentia fi talia verba ponderantur occafione contractus, vel occafione teftamenti. Sed refpectu alienationis inter viuos magna eft differentia, nam primo cafu procedunt fupradicta.

Secundo autem cafu (qui eft cafus nofter)
24 ob bonam fidem feruandam in fideicōmiffis inquit Papinian. permitti alienationes quæ interuertendi fideicommiffi gratia factæ non effent. Idque Diuus Marcus (ficut in tex. fubiungitur) bo-
25 ni viri arbitrio dimittit. Eft autem bonus vir Iudex competens, vt per omnes relatos in decif.thefaur.14. Verum hanc ambiguitatem voluit Iuftinianus certius diffinire, & affumpto fibi munere boni viri

26 viri arbitratus fuit in hac facti specie teneri grauatum quartam partem habitę hęreditatis fideicommissario conseruare reliquo sibi absque onere permanente §.nobis ergo in auth.de restitut. vbi excipiuntur quatuor casus,casui nostro nõ occurrentes,qui & cõpediantur in auth. contra C. ad Trebell. & declarantur ibi per Paul. & per Corn.ibid.num.4. & latius in cons.242.nu.10. vol.4. latissimè autem per Cęphal.in cons.177.vol.2.Et hæc quarta pars indubitanter Ecclesiæ competit si fideicommissi casus eueniet,
27 & vlterius quicquid hæredes non alienarent,vt in dictis iuribus,vbi notatur,& tradit Anchar.in cons.365. nu.9. & Alciat.in cons.66.num.10.vol.9.vel quicquid compararent ex pretio rerum quas alienarent l.Imperator §.fin.vbi Bar. latè declarat ff.de leg.2.

Sed quæstionis est in casu nostro num hæ-
28 redes relicto quadrante alienare possint ad libitum drodantem inter viuos,vel in vltima voluntate. Et quo ad alienationẽ inter viuos licet Cuman.& Paul. in l.Titius ad Trebell.excludant cõtractus non necessarios quasi in fraudem fideicommissi,quæ fraus non videtur exclusa per dispositionem Iustiniani relinquentis fideicommissario omninò quartam. Nam dispositio inducta ad fauorem fideicommissarij non debet retorqueri in odium permittendo in eius præiudicium fraudem, quæ de iure digestorum non permittebatur contra l.quod fauore C. de legibus,& illis(quoniam dolus,vel fraus non præsumuntur l.merito cum simlib. ff.pro soc.) adhæret saltim Io. de Imol. in l. penult. ff. ad Trebellian. quando dolus,& fraus apparerent euidenter. Et Ruin.non solum in cons.109. num.11. & in cons.112. vol.2. requirit fraudem euidentem,sed in cons.121.n.11.& cõsil.163.n.2.&3.vol.3.se magis declarat, vt fraus non modo sit quo ad effectum, sed etiam quo ad intentionem,& quo ad finem fraudãdi fideicommissarium, Idq; non negat Corn. in cons. 140. num.8. vol.2.tamen Bar.in d.l.Imperator §.fin. de leg.2.num.2. in vers. Nam aut constat in distinctione quam ibi facit quo ad intelligentiam illius §.videtur de iure Codicis admittere alienationem etiam factam animo interuertendi fideicõmis-
29 sum. Immò & Bartolum tanquã permittentem alienationem etiam ex principali proposito præiudicandi fideicõmisso sequitur Socc.in cons.31.nu.14. reprehendens Paulum qui cõtrarium defendebat,& tale propositum appellat dolũ, Alex.in cons.16.vol.7.& adhuc non recedit quamuis se modificet, vt infra dicetur. Et de hoc dubitat Corn.licet citra hoc alienationes latè permittat in cons.242.in fin.vol.4. & Alciat. in consil.66. lib.9.

Mihi in hoc articulo aliqua occurrunt, & primo dum Corn. in cons. 140. vol.2. excludit alienationes ex proposito fraudãdi,multos habet huius opinionis quo ad regulam generalem,sed dum postea sub num. 10.cum seqq.vult tale propositũ elicere, ex multis donationibus factis in causas pias non potest hoc sustineri siquidem alienationes interuertunt siuè diminuunt, vel etiã annullant fideicõmissum,aliquando re tantum,aliquando re,& consilio. Re tantũ minuitur quando aliquid alienatur disperditur dilapidatur,quarum distractionum effectus est, vt tandem restitui non possint bona illa iam consumpta, sed principale propositum consumentis non est nocere fideicommissorio,sed est indulgere suæ voluntati,aut voluptati fortè in commessationibus, ludis, & similibus in quibus omnibus nulla adest prohibitio. Immò de dilapidatione loquitur glos.fin. in d. Auth. contra cum rogatus, & ibi Bal. num.7.Iac.Beluis.Bar.&Angel.in l.pen. ff.ad Trebell. prout illos intelligit,& sequitur Alex. in d.cons. 16. nu.2. Et huc spectat ponderatio tex. in §.nobis ergo, sicut illum post vetustiores expẽdit Peregr.de fideicom.art.49. num.44. quatenus drodantem sic liberè Iustinianus

grauato permittit sicut liberè permittuntur perfectis Dominis illorum bona. Vnde ipsa alienatio præsertim locis pijs non potest in dubium reuocari ex hoc capite quod fideicommissum in effectu interuertitur dum hoc idem per dilapidationem fieri non prohibetur.

Cæterum si interuersio fieret re,& consilio
30 quia principale propositum esset fraudare substitutum, tunc aduerto hoc dupliciter fieri posse,vel per simulationem, vel per veram alienationem. Simulatio si constaret essemus in claris non enim tunc diceretur alienationem adesse, vt C.plus valet.quod agit. in rubr. & nigr. Et consequenter etiam in bonis vsquequaque liberis rehaberet hæres quicquid fortè nõ verè alienatum, sed ob aliquem finem sic distractũ simulatè reperiretur. Et ex hac ratione parua quædam Apostilla ad Alex in dicto consil.16. vult vt etiam in casu nostro sit solummodò considerabilis casus fictionis, dum respectu drodantis æquipararur iste grauatus perfectis Dominis, & in perfecto Domino potest occurrere contractus simulatus,vt ad aliquem finem ipse, vel amicus appareat ditior,vel pauperior,vel alicuius rei Dominus,vel non Dominus, & sic de similibus,sed in eodem non videtur applicabiles termini fraudis, vel doli, dum absque alicuius iniuria disponere sibi licet,prout vult. Et certè bene loquitur respectu perfecti Domini qui suo iure vtens non dicitur dolo facere l.nullus videtur,vbi glos.Dec.& Cagnol.de regul. iur.l.iniuriarum §.1.ff. de iniur.Crauet. in consl.332.num.17.Honded.consl.44. num.98.vol.2.sed noster grauatus æquiparatur perfectis Dominis quo ad alienationes alioquin non prohibitas, & satis est æquiparationem verificari in casu æquiparato,nõ tamen inquit Imperator esse perfectum Dominum. Non enim disponit in vltima voluntate, vt mox dicetur, sed in eo quod superest successor est fideicommissarius.

Est autem in iure exploratum, quod respe-
31 ctu habentiũ aliquod ius quamuis conditionaliter,& de futuro, prospicitur ne præiudicium illis fiat per alienationes, vel simulatas,vel etiam veras,sed ex proposito illos fraudandi, sicut in terminis textus cũ ibi traditis per Bar. & reliquos in l.post contractum ff. de donat. Et est casus huic nostro persimilis in consuet. Et si testator,in cuius discursu Napod.in verbo disponere inferit casum nostrum, nam hic de drodante ibi de medietate non fit dispositio in vltima voluntate, sit inter viuos, non tamen ex proposito fraudandi vocatum, vt ibi declarat Napod. & sequutũ fuit S.C. apud Capyc. in decis.85. licet in eo casu non fuerit visa fraus sufficiens. Et genericè talem fraudem reijci probatur in l.1. in princ. ff.si quid in fraud.patr.cum alijs iuribus in eo tit. & in titul. de his quæ in fraud. credit.Ex quibus omnibus recedere non possum à supradictis traditis per Imol. Cum.& Paul. cum sequacibus,nec contradictorem dijudico Bartolum fraudis perpetuo abhorrentem,nam in ea l.Imperator in §. fin. non format hanc quæstionem si fraudãdi animus permittitur, vel non permittitur; Sed quærit num comparata ex bonis huiusmodi fideicõmisso subiectis veniant in restitutionem, & concludit non venire si alienans habuit animum interuertẽdi fideicommissum,venire autem si constat non habuisse hunc animum,vel si sumus in dubio.

Hic animus interuertẽdi intelligitur quo ad effectum, non quo ad propositum fraudandi,quod patet quia ad finem, vt non fiat restitutio,requirit Bar.hunc animum adesse in alienatione. Si autem iste animus intelligeretur de proposito fraudãdi sequeretur secundũ ipsum quod alienatio ex proposito fraudandi esset magis priuilegiata, & firmior, & validior, quam alienatio ex honesta causa, quæ etiam de iure Digestorum non prohibebatur. Absit ergo Bartolum habere hunc sensum, sed sensus est quod grauatus alienans si non habet animũ diminuend

fidei-

fideicommissum restituit quicquid in eo reperitur, & etiam si quid ex bonis, vel ex pretio bonorum ipsius fideicommissi comparatum est. Idemq; est si dubitatur quo animo alienauerit. Si vero cōstat voluisse fideicommissum diminui non fiet restitutio quia iure suo vsus est, & licitè vsq; ad drodantem potuit alienare, quibus verbis vtitur glos.fin. in l. penul.ff.ad Trebell. Sic aduertatur quod Bar.in eo §.fin hāc interuersionem paulo post appellat diminutionem, vt sic interuersio intelligatur quo ad effectum, non quo ad animum fraudandi, & sic etiam Iurisconf.in l.penul.ad Trebell.de iure ff. damnat alienationes immodicas non autem modicas, & de istis modicis loquens ibi Bar. in summario illas admittit, illasque factas esse describit causa interuertendi fideicōmissum, quod quidem oportet intelligi quo ad effectum, nempè quod fideicommissum remanet pro illa parte interuersum, & diminutū, non autē quo ad propositum interuertendi, quia ex hoc proposito omnis alienatio annullaretur sicut Bar.declarat ibidem, & est tex.in d.l.Titius in princ.ff.ad Trebell. Et licet hęc verba remunerandi, vel vt remuneretur, & interuertendi vel vel vt interuertatur, & similia regulariter significent causam finalē eius quod agitur, vt in l.si vero non remunerandi ff. mandat. & per Bal.in l.id quod pauperibus num.27.C.de Episc. & cler. tamen ad euitādam absurditatem intelliguntur quo ad effectum ex inde oriens, vt in exemplis prædictis, & est frasis frequens in sacris literis sicut aduertunt Hieron. & Lyran. apud Matth.cap.1.in vers.Hoc autem totum, & alibi sæpe.

Et iuxta hanc intelligentiam conformantur ponderationes tex. in auth. de restit. vbi permittuntur alienationes trium partiū, sed non legitur permitti fraudem, vnde nec theorica Bar. est glosanda, & quatenus glosat Socc. in dicto num. 14. vt teneat alienatio etiam in fraudem, est intelligendus quo ad effectum vt illa fraus quæ ex immodica alienatione oriebatur fideicommissario, & de iure ff cōpescebatur, nunc cesset de iure authēticorum nec compescatur vsque ad drodantem, sed fraus ex principali proposito nocendi fideicommissario, nec de iure ff. nec de iure auth. permissa legitur, nec Bar. illam mētionat in d.§. fin. vel in l. Titius in prima oppos. Et è contra tot graues authores acriter illam improbant, & idē Alex. qui in dicto consil. 16. in princ. cęperat labi in hanc erroneam Bartoli intelligentiam paulo post se modificat vbi adesset talis dolus ex proposito idemq; optimè confirmat in l.Titius ad Trebell.num.8. & 9. semper enim dolus exceptus intelligitur l.creditor §.Lucius ff. mandat.

Verum est quod tale propositum principaliter fraudandi difficiliter eueniet, nam sicut simulatio tanquam obsequens alicui commoditati, vel voluntati simulantis absque eius damno, fouetur verisimilitudine, & probatur faciliter etiam ex cōiecturis, prout legi potest in alleg.78. num.1.cum seqq. Ita si alienatio est vera quia in effectu eidem alienanti affert dānum, & aufert libertatem vlterius disponendi, durum est credere vt alienans voluerit sibi nocere, & præiudicare, & etiā cum detrimento propriæ conscientiæ, non principaliter suæ voluntati, vel voluptati, aut amicorum, vel cōsanguineorum beneuolentiæ cōplacere, sed solummodò prospexisse, vt alteri cuipiā damnū inferat; Et propterea oportet Iudices satis cautè obseruare, ne ex probationibus sufficientibus ad fraudem ob simulationem alienationis velint similiter iudicare propositum, & cōsilium fraudandi in alienatione vera, hoc enim supposita veritate alienationis est admodum inuerisimile, & consequenter indigens clarioribus, & validioribus probationibus, quas tamen leges non prætermittunt, talem namque fraudem arguunt ex donatione omnium bonorum restituendorum l. omnes §. Lucius ff. de his quæ in fraud. credit. Itē ex odio, vel minis cōtra

eum qui ex alienatione damnificatur, & sic passim fraudem esse probandam, & genera probationũ latè reperiemus apud Azon. in rubr. si quid in frau.patr. & in rubr.de his quæ in frau.cred. Bar.in d.l. post contractum quem sequitur, & ampliat Dec.in cons.235.& cæteros cumulant Tiraq.de retract.lignag §.1.glos.14. num.22.cum seqq. Decian.respons.11. vol.2.latè Mascar.de probat.lib.2. conclus.815.Giurb.in decis.31.& 58.vtrobique num.11. In quibus aduertenda est ęquiuocatio quam tetigi sicut(exempli causa) ponit Dec. in d. cons.235. num.2.Primo loco fraudem ex donatione omniũ bonorum, & hæc præsupponit consilium fraudandi in alienatione vera,vt in d.§ Lucius.Ponit secundo loco fraudem ex alienatione coniunctæ personæ,vt in l.data C.de donat. Et hæc præsupponit fraudem ex præsumpta simulatione, vt patet in illa l. Et sic de similibus,quæ sunt aduertenda,quia licet vtraq; fraus non præsumatur, & sit probanda, tamen fraus ex simulatione est magis verisimilis, & non indigens adeo validis probationibus,sicut consiliũ fraudandi in alienatione vera, Licet in casu nostro neutra fraus timenda sit ob nobilitatem,& bonam conscientiam istorum hæredum præsertim erga Ecclesiam.Sed pro veritate consulenda ista occurrunt quo ad alienationes inter viuos.

Nam respectu alienationum in vltima
32 voluntate quamuis glos. permittat hæredi etiam ab intestato drodantem sicut permittebatur defuncto, vt in glosa fin.illius auth.contra cum rogatus,notatur ibidẽ à Baldo, quem omnes sequuntur communiter, & quamuis velit Bal. ibidem num.9. & 10. sustinere glosam quo ad dispositiones ex testamento quẽ simpliciter sequitur Alex. in cons. 14. nu.5.vol.1.& totis viribus illum defendit Socc.in cons.123. vol.3.Saltem data per testatorem expressa alienandi potestate,tamen contraria opinio fulcitur ratione quod supersunt in morte bona de quibus in vita non est dispositum l.1. ff. de testam.l.si ita hæredẽ ff. de hæred. instit. fundat optimè Bart. in consil.76. Alex.in l. stipulatio hoc modo concepta num.15.ff.de verb obligat.Rom.in consil.476.Cagnol.in l.fin.num.232. C. de pact. Et sic contra Bal. tenent Cuman. Paul. & Alex.in dicta l.Titius Ruin.in consil.76. num.11.vol.2.& alij, vt per Peregr.in dicto art.40.num.43.Et idem Socc. sibi contrarius non definit dubitare in cons.31.num.13. vol.4.Et ego etiã vbi sic disponens permisisset alienationẽ dubitare non sinerem contra Soccin. ex his quæ dixi in allegat.70. num.17. sed talis licentia non est in casu nostro. Et vt dixi omnem bonam fidem spero ab istis hæredibus, à quibus tamen cautio pro quarta parte bonorum nunc existẽtium(nisi à defuncto remissa est) per Ecclesiam si ita vult exigi potest,vt in dict. auth. contra cum rogatus,& in corpore vnde sumitur. Deo Gratias.

Vnus hæredum qui habebat gemmas, & erat absens rediit illisque exhibitis soluit prima, & secunda quæstio,circa tertiam fratres vterini concordauerunt, circa quartam attenditur rerum euentus, & agitur de concordia.

S V M M A R I V M.

1 *Simulatio,vt dijudicetur requiritur causa.*
2 *Fraus coniecturis probatur.*
3 *Coniectura sufficiunt in his quæ difficilem habent probationem.*
4 *Coniectura vnica plenè probata,vel duæ semiplenè sufficiunt ad fraudem iudicandam.*
5 *Fraus inter consanguineos leuioribus probatur coniecturis.*
6 *Retentio dominij, & possessionis rei donatæ post contractum, satis vrgens coniectura, & sola sufficiens reputatur ad fraudis probationem.*
7 *Traditio ficta rei donatæ simulationem non excludit.*

8 *Tra-*

8 *Traditio rei donatæ quæ modico tempore penes donatarium permansit non sufficit ad remouendam simulationem.*
9 *Taciturnitas longi temporis infert simulationem.*
10 *Longum tempus in materia esse debet annorum decem inter præsentes, & viginti inter absentes.*
11 *Coniectura simulationis, Iudicis arbitrio remittuntur.*
12 *Simulatio inter fratres non nocet alijs qui in contractu interuenerunt.*
13 *Hæres non potest venire contra factum defuncti, Etiam si fecerit inuentarium dummodò tantundem habeat ex eius bonis, & num. 14.*
15 *Filius ad quem spectat aliquid ex propria persona nō potest illud petere licet sit hæres cum beneficio inuentarij, quatenus est in bonis.*
16 *Donatio filijs nascituris non præsumitur facta si dicatur fieri sponso ex causa matrimonij contrahendi, & filiorum procreandorum.*
17 *Debitum censetur remissum ex diuturnitate, consanguinitate, & sæpè repetito rationum calculo. Immò tertium hoc requisitum de repetita calculi ratione non est necessarium, & nu. 18.*
19 *Taciturnitas valentis agere indicat illum ius non fouere, & si est triginta annorum sufficit ad præscriptionem debiti.*
20 *Præsumptio sufficit ad iudicandum in ciuilibus.*
21 *Præscriptio cępta cum defuncto continuatur in hæredem.*

ALLEGATIO LXXVIII.

Pro Patrimonio Comitissæ Sarni.

In Dei Nomine Amen.

COmes Sarni Vincentius Tuttauilla, & Pompęus Tuttauilla contemplatione matrimonij contrahendi inter Horatium Tuttauilla, & Constantiam Sanseuerinam præfato Horatio ducat. 4800. die 9. Februarij 1565. donauerunt sic verba concipiendo.

Per contemplatione, e causa di detto matrimonio contrahendo, & anco per li figli nasciturì di esso matrimonio promettono donare, sin come ex nunc pro tunc, *& è contra contratto detto matrimonio &c. donano* donationis titulo irreuocabiliter inter viuos *al dett'Oratio li duc. 4800. sopra tutti suoi beni, &c. e promettono pagarsi frà anni diece, e quelli depositare per implicarsi in compra di tanti beni, ò annue entrate, & pendente detto pagamento pagare a detti coniugi annui duc. 432.* tertiarum.

Ex quo matrimonio procreatus Octauius Tuttauilla petijt condēnari Comitissam Sarni ad soluendum sibi ducat. 2400. vna cum annatis decursis, & pro eis assistentiam sibi præstari. Creditores autem ipsius pro eorum interesse in iudicio auditi Comitissam absoluendam fore prætendunt opponentes præfatam donationem non ex veritate processisse, sed simulatam ad honorem, & ostentationem fuisse confictam.

Tum quia Horatius ipse qui vitam produxit vsque ad annum 1598. triginta trium annorum spatio intercedente nunquam meminit istius donationis nec in contractibus, neque in vltima sua voluntate. Nec etiam in testamēto Constantiæ matris quæ vixit ad annum vsq; 1594. mentio de ea facta reperitur, & nullo vnquā tempore pro tertijs aliquid fuit exactū, immò Octauius ipse nec post mortem Oratij patris, neque dum Comes in humanis agebat petitionem aliquam obtulit nisi in anno 1612. qui erat decimus quartus à morte patris, forsan quia neminem tunc superesse aduertebat ex eis qui scire poterant quonam modo se se res habuerat eoq, temporis reperiebantur bona Comitissæ in sequestro, & procedebatur ad ipsorum venditionem, nec ea creditoribus sufficere apparebat ex graduatione quare non ad Comitissam sibi

sibi coniunctam, sed ad creditores damnum sperare cognoscitur.

Tum etiam quia Prosper Tuttauilla praenominati Pompei haeres pro causa ista nunquam fuit impetitus, immò cum petijssent creditores condemnari Prosperum tanquam haeredem Pompei ad medietatem si Octauius forsan obtineret; timens Octauius ne impetitus Prosper facti veritatem testibus, aut scripturis detegeret, declarauit se dimidia tantum à Comitissa consequenda contentum remanere, & ea propter contra Prosperum desijt amplius procedi.

Accedat etiam quod in capitulis fictè asseruerunt Marchionem Piscariae donaturũ fuisse praefatis coniugibus duc.3200. & pro eis tot annuos introitus pro quibus praenominati fratres donatores, promiserunt euictionem immò, & ipsorum solutionem quousque Marchio eos assignaret. Et tamen cum ad pompam asserta haec donatio emanauerit nec effectum fuerit sortita, ita etiam credẽdum est donationem istam fuisse etiam ad põpam, & simulatè conceptam.

Quòd fuerit promissio omninò simulata, & quòd causa simulationis (quam ad simu-
1 lationem dijudicandam leges requirunt, vt per Bar. in l. post contractum num.3. ff. de donat. & per Cępoll. de simulat. contract. in 24. praesumpt. circa med.) fuerit occasio facilius matrimoniũ illud contrahendi, & propterea promissio illa de partium voluntate facta, fuerit solum ad pompam; patet luce clarius ex omnibus coniecturis, quas ad hoc sufficere Doctores omnes tradiderunt, si quidem ad fraudem probandam, (quoniam fraus
2 occultè fit) sufficere coniecturas inquit Imperat. in l. dolum. C. de dol. & Summus Pontif. in c.2. de tenunc. in 6. glos. in l. apud Celsum in princ. ff. de dol. except. Dec. in cons. 235. nu.1. & cons. 659 in princ. Crauet. cons. 156. nu.7. latè Tiraquell. de retract. lignag. §.1. glos. 14. num. 22. cum seqq. Mascard. de probat. lib.2. conclus. 815. in princ. & Petrus de Vbald. in tract. de Can & Paroch. cap.6.
3 num. 36. Quod generale est in omnibus habentibus difficilem probationem, vt per Bart. in l. si quis ex argentarijs in §. penul. ff. de eden. & in l. si quando C. vnde vi cum caeteris latissimè congestis per Hyppol. de Mars. in l. de minore §. plurium num. 67. ff. de quęst. & sufficere
4 vnicam tantum coniecturam plenè probatam, vel duas probatas etiam semiplenè tradunt cõmuniter. Calc. in cons. 26. num. 18. & 19. Corn in cons. 23. num. 5. latè Aym. Crauet. in cons. 156. num. 7. Paris. in cons. 55. num. 29. cum seq. vol. j. Mascar. de probat. cõclus. 438. nu. 8. 10. & 11. vbi aduertit longè minores coniecturas requiri ad probandum simplicẽ contractus simulationem sine vsuraria qualitate cum qum qua tamen sequuntur etiam nonnulli ex Doctoribus supra citatis, & latè etiam Card. Tusc. pract. cõclus. in verb. Simulatio. conclus. 160. & Farin. de simulat. & falsit. lib. 5. q. 162. in principio, & caeteri citati per Ann. consil. 104. vol. 2. num. 7. & 8.

Adhuc autem longè lęuiores coniecturae sufficiunt ad probandam simulationem
5 inter cõsanguineos, inter quos commodius & confidentius agitur l. data C. de donat. l. pen. vbi Bar. ff. de rit. nupt. ita Calcan. in d. cons. 26. num. 20. alleg. Bar. in l. post contractum, ff. de donat. quem ibi sequuntur Roman. nu. 4. & latè Ioan. Annib. nu. 62. Crauet. in cons. 82. nu. 5. Gozad. in cons. 1. post nu. 34. Aret. consil. 2. num. 5. & cons. 17. num. 7. vers. 2. ratio Dec. in cons. 235. num. 2. & cons. 659. similiter nu. 2. Bertran. in cons. 132. nu. 9. vol. 2. Grat. cons. 53. nu. 68. vol. 1. latè Castrens. in cons. 337 num. 4. vol. 1. Paris. in cons. 143. nu. 22. vol. 4. Barbat. de praestant. Card. par. 1. quaest. 3. nu. 43. & Benedict. de Barz. in tract. de fil non legit. nat. num. 30. ex sanguinis enim cõiunctione coniectura desumitur Decian. respons. 11. num. 116. lib. 1. & Franc. del Castillo decis. 72. num 20.

In casu autẽ nostro, & consanguinitas adest in

in primo gradu, & coniecturæ adſunt pluſes,& vigentes valdè, ſi quidem ipſimet,qui donauerunt nullo modo rem donatam tranſtulerunt, neq; tertias ſoluendo infra annos decem neque capitale depoſitando poſt decem annos; ſed
6 eodem modo permanſerunt, ſicut ante donationem, quæ quidem coniectura ſatis vrgens,& ſola ſufficiens, præſertim inter conſanguineos ad probandam ſimulationem iudicatur à Doctoribus, vt per Crauet.in conſ.100.num.7. & conſil.156.nu.10.Calcan.in conſ.59.nu.3. & conſ 85.num.16.Dec.in conſ.235.in tertia præſumptione Lud. à Pieguera in deciſ.50. num.3. & 4. Crauett. conſil.967. n.17.lib.6.qui tenet vnicam ſuſpictionem ſiuè coniecturam ſufficere ad quod afferunt tex.in l. ſicut §. ſuperuacuũ.ff.quibus modis pign. vel hypot. ſoluit.& in l.j.vbi Bal.notat.C.de donat. ant.nupt.afferunt etiam in pluribus locis Bar.Bal.& alios vetuſtiores,& inter modernos idem bene firmant Io.de Amic. in conſ.1.circ.fin.verſ. in caſu noſtro latè Surd.in deciſ.34.nu.4 Velaſc. in conſil.71. Bertaz. in conſ.447. num.19. & Farin.in d.q.162. poſt princ. quorum aliqui loquuntur in donatione, aut venditione rei ſtabilis, alij in donatione pecuniæ, alij in repudiatione hæreditatis; ſemper enim viget eadem ratio rei non traditæ,ex qua iura,& Doctores ſimulationem eliciunt.

Et ita eliciunt,vt neque hoc caſu opituletur
7 ficta traditio, prout bene probat Aym. in d.conſ.156.nu.10.& Calcan. in conſil.28.nu.7.poſt.Bal.in l.1.C.de donat.
8 ant.nupt.Neque hoc mirum,quando,& vera traditio ſimulationem nõ excludit, ſi modico tẽpore res donata penes donatarium permanſit, vt latè per Cępoll. in tract.de ſimulat. contract. in 25. præſumptione.

Augetur ſimulationis probatio in caſu noſtro ex magna temporis taciturnitate, quia non modo donãs,neq; vnum obolum vnquam tradidit, ſed ab eo donatarius nihil vnquam petijt per annos 34. quibus vixit poſt habitam donationem. Vnde,vel quia ſimulatum, vel quia ſatisfactum,vel ex alia exceptione non debe-
9 ri, quod tàm diù non eſt petitum, vno ore concludunt Doctores omnes in l. ſi filius C.de pet.hæred.& in l. ſi quis in alien.§.j ff.eod.tit.bene Pariſ.conſ.137. num.12.vol.4. vbi auget præſumptionẽ addita morte debitoris ante petitionem, & propterea num.20.concludit talem imperitum eſſe abſoluendum. Et in caſu noſtro defecerunt 1.2.& 3.hæres,nec à centeſimo peteret,ſi illius intereſſet,ſed petitur,quia ad præſens ſolum damnum eſſet creditorum. Idem benè tradit Menoch in præſumpt.91.num.7.cum ſeq. vbi affert aureum locum Ciceronis, & lib.3.præſumpt.135.in 1.& 8.coniectura; Idem Pariſ.in conſ.83.nu.27.vol.j. Afflic.in deciſ.13.in 9.coniectura.Farin. de falſit.& ſimulat.par.5.q.162.n.151. Tempus autem ad hoc ſufficiens,licet ab aliquibus iudicaretur trium annorum, vt per Bar.in d.l. ſi filius C. de pet. hæ-
10 red.in final.verb.tamen ipſe ibi concludit,eſſe debere annor.10. inter præſentes,& 20. inter abſentes. Ideq; affirmat Hyppol.deMarſil.in ſing.360.circ.med. Menoch.de arbitr. caſu 39.

Et in caſu noſtro habemus,& præſentiam, & ſilentium annor.34. quibus vixit donatarius, & poſt eius mortem ſimiliter per annos 14. ſiluit eius filius, & ſileret ſemper ſi ageretur de intereſſe Cõmitiſſæ,vt dictum eſt. Et quia ſimulationum coniecturas,licet aliquæ in legibus exprimantur,omnes tamen impoſſibile eſt annotari l. non poſſunt ff. de leg. Idcircò iuxtà regulam ibidem traditam, monent Doctores in l. dolum,& in cap.2. de renunciat. in 6. vt præter expreſſas, aliæ
11 quoq; coniecturæ in hac ſpecie, Iudicis arbitrio admittãtur, cõſiderãdo qualitates perſonarum antecedentia, & ſubſequentia contractus Honded. conſ. 33. num.35.lib.2. d. Franc. del Caſtillo deciſ.72.nu.19. & cauſam ſimulandi, Bal.

con-

consil. 389. num. 1. vers. & in cōtrarium lib. 4. Bar. cons 65. factum tale num. 4. Rota decis. 1. in nouis titul. de donat. lib. 2. num. 2. Marescot. variar. resolut. cap. 132. nu. 5. Quamobrem doctissimis, & insimul circumspectissimis Iudicibus in hac causa adeo exemplari, pro creditoribus, qui remanerent exclusi, pondero nō modo coniecturas prædictas, quæ specificè à Doctoribus considerantur, sed alias etiam, quæ ex rationis idemptitate non minus mouent. Talis est videre, quod nō modo Actoris pater, idemq; Actor nihil petiere per annos 47. viuentibus ipso Comite promittente, eiusque filijs veritatis conscijs, sed etiam ad præsens nihil petere vult à correo, qui similiter promisit, ne ab illo veritas detegatur, cumque creditores omnibus viribus tentassent in iudicium trahere correum ipsum nomine Prosperum Tuttauilla, Octauius Actor, nihil à Prospero, sed medietatem solummodò declarauit exigere velle ab hoc patrimonio creditoribus obnoxio, quod ipsis quidem creditoribus non sufficere notum est. Quid hoc deprecor, nisi expresè profiteri nolle se, vt in iudicio sint veritatis instructi?

Insuper ijdem fratres, ne in verisimilis visa fuisset maior promissio, ad simulationem colorandam finxerunt hunc sponsum Marchioni Piscariæ esse acceptissimum; ita, vt illum certo credant eidem sponso magnam donationem collaturum, idque adeò enixè credere simulant, vt subiungāt de proprio se refecturos duc. 3200. nisi tantundem infra paucos dies ipsi sponso à Marchione donatum esset. Quæ tamen donatio nec à Marchione facta fuit, nec à promittentibus procurata, nec à donatario vnquam petita, sed hæc quoque, vt præcedens, tanquam similiter simulata, sub eodem quinquagenali silentio sepelitur.

Quod quidem ex alio est satis considerabile; si enim in prætensione, de qua nunc agimus Actor obtineret, certè illicò, ex eodem instrumento hanc etiam secundā promissionē reuiuisceret contra eosdem creditores, qui talia ignorātes bona fide contraxerunt, atque ita ex ignotis, & palearis contractibus, tamdiù inter consanguineos suppressis, nunc absque eorundem consanguineorum interesse, sed in ipsorum creditorum perniciem integrū ferè debitoris patrimonium absorberetur. Quæ omnia, & æquitatem pro creditoribus augēt, & simulationem, quam diximus luce clarius deteguut.

Hanc vero simulationem ex tot præsumptionibus de iure probatam pars aduersa negare non valens confugit ad respō-
12 sionē, quod hæc simulatio inter fratres nō nocet alijs, qui in capitulis matrimonialibus interuenerunt, ne videlicet illi simulationis ignari eludantur, qui alias non contraxissent, vt per Bal. in l. si præses, C. de donat. Guid. Pap. in decis. 145. & clarius Præs. de Franch. in decis. 105. latè Reg. de Pont. in cons. 25. & Tell. Fernand. ad leges Tauri in l. 17. nu. 73.

Ad hoc dupliciter, sed breuissime, & clarissimè respondetur. Primo, quod in capitulis matrimonialibus pro muliere nemo interuenit, nisi ipsamet Costantia Sanseuerina tunc vidua, quæ secundo nubebat; & seipsam dotabat. Ipsa ergo, quæ sola vigore capitulorum matrimonialium posset allegare hoc interesse, iā non posset stante simulatione in qua ipsa etiam fuit particeps, quoniam, cum esset vidua habens honestam dotem ducatorum 14. mille, cupiens nubere illi equiti nobilissimo, & omnium virtutum ornatissimo, ne sibi à consanguineis ditiorem fortè exoptantibus contradiceretur, huic simulationi consensijt, cuius quidē rei fama est apud consanguineos, licet ipsi hoc sileāt in negotio inter eosdem cōsanguineos colluso, & extraneis non cognito, præsertim post lapsum annorum ferè quinquaginta; Verumtamen satis ex Doctorum omnium consensu probationis vicem implēt præfatæ simulationis euidentissimè coniecturæ, quæ

eodem

eodem modo,& in viro militante, & in vxore.

Secundò respondetur, quod quamuis ipsa Costantia agere potuisset (quod omninò negatur) ipsa iamdiù est defuncta; neque ex eius persona potest hoc allegare Octauius eius filius,& hæres, quia similiter est hæres Patris,& est hæres simpliciter absque inuentario, vnde non potest contra factum defuncti velle, vt agi possit ex contractu, quem fieri voluit eius pater solùm

13 modò apparenter,& honorificè vulgata l. cum à matre, C. de rei venditione, & sicut non posset contrauenire ipsemet defunctus l. post mortem ff. de adopt. ita nec eius hæres. l. cum hæres ff. de diuers. & temporal. præscript. & generale est nō posse impugnari factum eius personæ, à qua lucrum capimus, l. ex qua persona, ff. de regul. iur.

Quinimò, & si adesset inuentarium nō posset audiri quatenus ex eius bonis habet

14 tantundem, prout latè tradit Dec. in l. debitori, C. de pact. num. 12. & 20. & in d. lege ex qua persona num. 2. & ibidem Cagnol. circ. fin. multos ad hoc congerit Atius Pinellus in tit. de bonis matern. in l. 1. nu. 81. circa finem, & ex nostratibus Reg. Lanar. in cons. 69. num. 6. & Præs. de Franch. in decis. 83. num. 2. 3. & 4. & notorium est hæreditatē eius paternam plurimum hanc prætensionem excedere.

Ex qua responsione tollitur etiam obiectum partis, quod ipse venit ex propria persona, stante donatione facta filijs nasciturís, nam quamuis adesset talis donatio, tamē non posset illa vti, dum est hæres simpliciter, vel cum inuētario, quatenus est in hæreditate, ita specificè in filio, ad quem spectat aliquid ex propria persona, vt nō

15 possit illud petere, si est hæres simpliciter, vel cum inuentario, quatenus est in bonis latè tradit Lanar. in dict. cons. 69. num. 1. & 2. & num. 6. & tradunt omnes in l. fin. §. in computatione C. de iur. deliber. nempè glos. in verbo confundantur, Bart. num. 6. Bal. nu. 11. Angel. nu. 5. Alber. nu. 20. Salyc. nu. 1. Cum. nu. 5.

Butrig. in d. l. cum à matre col. 1. Iser. in cap. 1. an agnat. col. 2. & latè Afflict. in decis. 240. in 3. dubio, nam & genericè, ex qua persona lucrum capimus, vt modo diximus.

Quæ dicta volo ex abundanti, quoniā mea semper fuit, & est opinio, vt non facile admittamus donationes filijs nasciturís, ex quibus valdè minuitur filiorum reuerentia erga parentes, & propterea inter nobiles, in hoc Regno præsertim per raro fiunt; quod si claris verbis donatur filijs, cessant porrò coniecturæ, vbi nulla in verbis remanet ambiguitas, sed vbi dicitur ex causa matrimonij, & filiorum do-

16 nari sponso, quod hoc faciat donationē filijs fuit somnium. Bertran. in cons. 176. vol. 3. qui ad hoc nihil allegat, & miror quomodo illo vsus sit Regens de Pont. in cons. 25. num. 6. dum in casu illius consilij, alias habebat probationes ad inducendam filiorum contemplationem, nec sibi opus erat vti hac opinione nō vera, teste ipsomet de Pont. in cōs. 2. nu. 177. vbi inquit neminem de hoc dubitare, idemq; repetit in cons. 80. nu. 12. & 13. fuit originalis decisio Oldrad. in cons. 5. sequitur Dec. qui specificè mentionat causam matrimonij & filiorū procreandorum in cons. 216 num 7. vers. nec obstat. Aym. in consil. 114. num. 17. Socc. in consil. 245. num. 9. lib. 2. Surd. in decis. 322. num. 64.

Vlterius succumbere debet Actor non solum quia fuit donatio simulata, & ad pompam, sed quamuis fuisset vera donatio, tamen retrocessa iudicanda esset ex dispositione l. Procul. ff. de probat. adsunt

17 enim satis abundè tria requisita consanguinitatis, rationis alias calculare, & temporis diuturnitatis.

Siquidem consanguinitas adest coniunctissima in primo gradu ratio alias calculata in alijs negotijs, præsertim in actu solutionum, quod quidem est magis cōsiderabile, prout elicitur ex ipso text. in l. Procula. in verbo pecunias, & adducit Cass. ad consuet. Burgund. sub titul. des

 droicts

droicts, & appartienens. §.23. in verbo
Dinieres de Mariage, præsertim cum
nusquam alibi, nec in ipsis testamentis
ipsorum coniugum de tali credito fiat
vlla mentio, & quoad diuturnitatem ha-
bemus longe vltra decennium, quod
sufficeret, vt per Hippol. in dict. singular.
360. circ. med. & ita communiter teneri
inquit Bart. in l. 1. §. quod autem nu. 3.
ff. de superficieb. post glos. in l. 3. in fi. ff.
si ager. vectigal. Bal. in l. quæcunque nu.
1. vers. certe, C. de bon. quæ lib. & Cano
nistæ in c. 1. de reb. Eccles. non alien. latè
Dec. in cons. 204. nu. 1. & 2. & cõs. 292.
num. 1.

Non omittendo, quod sola temporis diu-
18 turnitas, & sanguinis coniunctio absque
tertio requisito rationis sæpius calcula-
tæ inducunt remissionem prout latè cõ-
probat Aim. in cons. 159. num. 4. Vrsill.
ad Afflict. in decis. 13. num. 14. cum se-
quentibus, Menoch. de præsumpt. lib. 3.
præsumpt. 135. in 1. & 8. coniectura, Gã-
ma in decis. Lusit. 144. cum cæteris per
eos adductis. Nec repetat Octauius,
quod non poterat pater in eius præiu-
dicium remittere, nam, & ipse Octauius
non fuit prospectus, & tanquam hæ-
res patris habet os clausum, vt superius
dictum est.

Nec etiam omittendo, quod dum adeò
longa fuit taciturnitas, vt non modo ex-
cesserit annos decem, sed excessit annos
19 triginta sola ipsa taciturnitas tempore,
quo non prohibebatur ius suum petere
inducit vehementem præsumptionem,
quod non petijt, quia sciebat ius non
fouere verba sunt text. in cap. christianis
11. quæst. 1. in c. decernimus 3. quæst. 9.
Abb. in c. nullus de præscr. Rom. in cõs.
169. in vers. Quinimo. Nec nouum est
20 præsumptionem esse vnum de generi-
bus probationum plus, vel minus con-
cludentem sicuti est plus, vel minus vr-
gens l. dolum Cod. de dol. capit. 2.
de renuntiatio. in sexto, l. diuus ff. de
in integr. restitutio. Et quicquid sit in
criminalibus circa pœnam ordinariam,
vel extraordinariam clarum est in ciui-
libus ex præsumptionibus iudicari c. af-
ferte de præsumptio. vbi Innoc. & reli-
qui, Afflict. in decis. 13. colum. antepen.
in vers. Ex istis, Alex. in cons. 52. ant. nu.
4. vol. 1. & cons. 77. num. 6. vbi Apost.
eod. vol. Dec. in cons. 179. col. 1. & in
cap. porrecta de confirmat. vtil. vel inu-
til. pluries Crauett. in cons. 28. 56. &
134. & pluries etiam Menoch. de
præsumpt. lib. 1. quæst. 5. & 94. &
lib. 2. præsumpt. 91. & lib. 3. præsum-
ptio. 135.

Sed vltra adeo vehementem præsumptio-
nem tempus prædictum absque alio re-
quisito præscriptionem induxit, vt per
Bart. in l. quæ dotis, num. 4. vers. aliquã-
do allegatur, ff. solut. matr. clara est enim
Regula, quod actiones aliquæ ex caussis
quibusdam particularibus, quæ ad nos
non attinent præscribuntur spatio anno
rum quadraginta l. omnes C. de præscri.
30. vel 40. annorum, reliquæ siue reales,
siue personales excluduntur per exce-
ptionem præscriptionis annorum trigin-
ta, prout declarat Azo. in summa illius
tituli nu. 13. & est tex. in l. 3. C. eodem,
& l. 2. de const. pecun. & de requisitis in
l. Procula, esse agendum, vbi solum tem-
pus non sufficit, docent Bartol. in loco
prædicto, & Rom. in consil. 417. num. 6.
vers. præterea dum quæritur. Et in casu
nostro habemus non modo silentium
donatarij per annos 34. sed etiam silen-
tium hæredis per alios annos 14. & sic
exceditur præscriptio quadragennalis,
cum & in hæredem continuari præscri-
ptionem ceptam cum defuncto do-
ceant ciuilistæ in l. ceptam, ff. de vsu-
21 cap. & Canonistæ in cap. de quarta,
vbi Abb. numer. 8. de præscript. ad
quod pulcher text. in l. final. Cod. de
reuocand. donation. ibi silentium eius
maneat semper, & non à posteritate
eius suscitari concedatur. Et quocun-
que se vertat Octauius ex multis capi-
tibus, & iustissimis, & æquissimis obti-
nere non posse mihi videtur, me ta-

men

men doctissimorum iudicantium sanioris iudicio submittens.

Deo gratias.

Pluries est relata in duobus aulis neque adhuc expedita.

SVMMARIVM.

1 *Reclamatio operatur non solum posse reformari decretum in beneficium reclamantis: sed etiam ad beneficium non reclamantis, & discutitur totum negotium licet appelletur à parte, num. 2.*

3 *Assertio alicuius crediti nō probat in praeiudicium tertij.*

4 *Prohibito disponere, prohibetur etiam asserere ea, quae tollerent prohibitionem.*

5 *Legitima primogeniti est totum feudum, vel saltim tertia totius feudi.*

6 *Onus non debet imponi feudo siue feudatario, vt absorbeat integros reditus feudi.*

7 *Pupillaris substitutio non habet locum in dote data secundum consuetudinem Capuanae, & Nidi, & nu. 27.*

8 *Consuetudo Capuanae, & Nidi excludit à bonis maternis patrem, & totam eius lineam, & sic econtrà, etiam si illi de linea venirent ex propria persona nu. 11. & est consuetudo fauorabilis in cōseruandis bonis penes eandem lineam à qua procedunt, nu. 12.*

9 *Contrahentes matrimonium si sint nobiles sedilium Capuanae, & Nidi: praesumitur contraxisse secundum consuetudinem Capuanae, & Nidi, & nu. 11.*

10 *Consuetudo Capuanae, & Nidi fuit confirmata à Rege Cattolico.*

13 *Pacta in capitulis matrimonialibus possunt apponi ad libitum partium.*

14 *Pacta non praesumuntur restricta ad vnam personam.*

15 *Origo acquisitionis attenditur in dote materna, non retentionis.*

16 *Dos peruenit ad filium vti haeredem.*

17 *Pactum habitum cum defuncta retinet eandem vim penes haeredem, & ad eū extenditur nu 20. etiam si adesset dictio taxatiua nu 21.*

18 *Prohibitio facta haeredi transit ad haeredem haeredis. Nisi haeres nominetur per nomen proprium.*

19 *Prohibitio non durat vltra quartam generationem, nisi declaretur fieri perpetuam.*

22 *Prohibitio non extinguitur cum persona prohibita, sed transit ad eius haeredem quando in ambobus militat eadem ratio.*

23 *Ratio prohibitionis an duret? consideratur iuxta mentem prohibentis, non autem alterius.*

24 *Amor parētis in filium, cum naturalis sit, non praesumitur ab alio excitari.*

25 *Conditio verificanda per mortem duorum, non purificatur morte vnius.*

26 *Bona iudicantur esse in districtu Neapolis: si actiones pro eis sunt exercende in districtu.*

28 *Napodani commentaria fuerunt male scripta, & aliquando erratum.*

ALLEGATIO LXXVIIII.

Pro Duce Martinae.

In Dei Nomine Amen.



IN praesenti causa pro Duce Martine, & pro haeredibus quond. Camillae Castriotae cū sororibus quōd. Marchionis Sancti Erami latum fuit per S.C. decretum, cuius vigore obtinuerunt sorores praedictae quātitatem ducatorum 10. m. de dotibus quond. Portiae Caracciolae, & quia dotes illae iam solui inceptae fuerant, adeo quod quantitas praedicta tunc reperiebatur penes ipsas sorores, iccirco potuerunt retenta summa praedicta ab eodem decreto reclamare; verum Dux

Martinæ, qui forsitan siluisset, nunc ab ipsa reclamatione irritatus, instat, vt in hac sententia ferenda non modo nihil noui præter primum decretum iudicetur ad sui damnum, sed vt potius, vel in parte, vel etiam in totum decretum prędictum ad sui beneficium reformetur, quod quidem, neque nouum est, vt ad
2 beneficium non reclamantis decreta in melius reformētur ex l. fin. in princ. vbi Salic. notat C. de appellat. nec deterioris conditionis esse debet quies, quam proteruitas, vt ibidem inquit Fulgos.
3 Nam licet appelletur à parte, tamen discutitur de toto. Vndè, & in hac decisione oriri potest reformatio pro eo, qui silebat, prout ibi tradunt Bal. Sal. Paul. & Alex. Et fortius hæc procedunt in casu nostro, in quo venit insimul decidendus atticulus dotis inofficiosæ pro exequutione plurium decretorum S. C.

In quo articulo illud primo aduertendum censeo, quod hæc discussio non est proposita de præsenti, quasi solum ad exclusionem præsentis iuditij moti per actrices sorores Marchionis Sancti Erami, sed in eodem anno 1578. tempore nuptiarum eiusdem D. Portiæ sororis ipsius Ducis, fuit hæc actio dotis inofficiosæ proposita per ipsum Ducem; vnde cum postea ob sequutam mortem D. Portiæ, & D. Isabellæ fuit intentatum præsens iuditium contra Ducem opus fuit hæc omnia acta vniri, & hinc lata sunt plura decreta, quibus prouidetur, vt hæc omnia insimul expediantur.

Defenditur iustitia Ducis in hoc articulo, & in facto, & in iure. In facto quidem quoniam siuè attendamus tempus mortis Ducis Ferdinandi, siuè tempus dotationis per eum factæ ad benefitium D. Portiæ, vtroque tempore bona non aderant, & superexcedebat es alienum, quod quidem intelligens pars aduersa restringit se ad tempus matrimonij contracti inter Ducem Ferdinandum, & D. Camillam Castriotam de anno 1554. dicens quod eo tempore fuit ius quæsitũ D. Portiæ ex illa capitulatione, in qua primæ filiæ ex hoc secundo matrimonio nascituræ promictebantur duc. 25. m. Et eo tempore inquit, quod magnum erat patrimonium stante illa magna quantitate, quam in eisdem capitulis matrimonialibus asserit Ferdinandus sibi deberi per Petriconum.

Verum ad hoc respondetur, quod illud creditum prætensum per Ferdinandum cōtra Petriconum, dum aliter non constat,
3 non sufficit, quod asseratur in præiudicium alterius, vt per glos. Bartol. & reliquos in l. ex hac scriptura ff. de donatio. & in l. verba Cod. de testam. Præsertim quia assertio bonorum esset ad conualidandam promissionem, quæ fuit nulla, dum non aderant bona, & sicut carentia bonorum impediebat potuisse fieri talē
4 promissionem, eodem modo prohibitus disponere prohibetur etiam asserere ea, quæ tollerent prohibitionem l. si fortè, & l. castrense ff. de castrens. pecul. tradit Ioan. Andr. in addit. ad specula in rubr. de rebus eccl. non aliena. Gemin. in cap. 1. eo. tit. in 6. Bart. & Bal in l. Per diuersas C. mand. & in l. 2. C. nè liceat potentiorib. & in l. ambitiosa C. de decre. ab ordi. facien. Bal. in prælud. feudo. in tertia duuisione, Alex. cons. 3. num. 3. vol. 3 Esset enim assertio in fraudem prohibitionis, & legis cuius prohibitio facillimè eliderettur, prout considerant Doctores prædicti, & etiam Guido Papa decis. 95. Castrens. cons. 345. sub num. 4. vol. 1. Cephalus cons. 366. nu. 17. volum. 3. & volum. 1. latè Decianus cons. 27. nu. 28. vol. 3. & Craue. de antiq. tempor. par. 1. sub cap. incip. propositum nostrum nu. 19. Et tanto minus potest colligi quantitas prætensi crediti ex illa datione insolutum, cuius effectus erat exequendus post mortem Petriconi; quo tempore, absque vllo credito, & absque datione in solutum ipse Ferdinandus filius vnigenitus suo patri succedere oportebat, sicut latius in facto dictum est.

Et nunc in iure addimus, quod dum ipsa cor-

5 corpora sunt feudalia dato, quod non integra sint legitima primogeniti iuxta tradita in c. licet extr. de voto, & per Oldrad. in conf. 94. latissimè per Camer. in l. Imperialem fol. 99. cum sequentibus saltim negari non potest quod legitima primogeniti in feudis, est valdè pinguior, tamquam tertia totius, prout declarat idem Camer. fol. 104. lit. I. Et tan-
6 to magis est habenda consideratione ne su peraddatur graue onus, dum reditus bonorum feudalium sunt ad exiguam rationem, & pro oneribus antiquis soluebantur tertiæ ad rationem 10. pro centenario, vndè absortis omnibus introitibus deuenitur ad mendicitatem, vel ad necessariam, & coactam venditionem, quæ omnia abhorrent iura præsertim in feudatarijs dignioribus, vt per Loffr. in conf. 46. nu. 15. & nu. 23. in fin. & 24. & 25. & per Præsid. de Franch. in decis. 1.

Nunc ergo pro ea summa, ad quam dotem ipsam redigere S. C. videbitur differendum est, num licuerit Marchioni Sancti Erami pupillariter substituere, & pro qua rata; In quo articulo in primis ad-
7 uerto, quod si capitulatio est secundum consuetudinem Capuanæ, & Nidi clarū est, quod ad nihil deseruit substitutio pupillaris, prout expressè dicitur in ipsa consuetudine relata per Afflict. in decis. 237. cuius meminit Præses de Franch. in decis. 92. & Camill. Salernus in noua
8 impressione consuetudinum fol. 134. Excluditur enim à bonis maternis, & patris, & tota eius linea siuè ascedens, siuè descendens, siuè collateralis, & omnes habentes causam ab eo, & sic è contra, prout legitur in ipsa consuetudine, & testantur Capit. in consuet. si quis, vel si qua, fol. 127. in nouis in additione, quæ incipit. In hac glosa, & Regens de Pont. conf. 61. num. 75. Maior enim ratio viget ad esclusionem illorum, qui causam habent à patre, quam ad exclusionem eiusdem patris vt in simili aduertit Napod. in dict. consuet. si quis, vel si qua

in verbo linea, & in simili casu etiam de iure communi declarant Bald. in consil. 43. col. 2. vol. 3. Socc. conf. 33. nu. 9. & 10. volum. 3. & idem Socc. in l. gallus §. nunc de lege ff. de liber. & posthum nu. 4. & ibidem Ias. num. 11. Curt. Senior conf. 42. num. 22. Capyc. decis. 159. nu. 5. cum sequentibus, quæ omnia iustificant rationabilitatem dictæ consuetudinis Capuanæ, & Nidi, in qua pupillariter substituti penitus excluduntur.

Quod autem nostra capitulatio sit secundū
9 consuetudinē Capuanæ, & Nidi fundatur, quia vterq; cōtrahēs est de ipsis sedilibus vndè simpliciter cōtrahēdo intelligūtur contrahere sm̄ ipsā consuetudinē l. si seruus pluriū §. fin. vbi notatur ff. de legar. 1. Andr. in cap. Imperialem num. 37. Cassan. in consuet. burg. in in 4. rub. §. 2. 95. segun lageneralenum. 8. & 9. Cagnol. in l. exigere Cod. de Iudic. tanto magis dum est consuetudo inueterata vltra centum annos ad tradita per Doctores in l. de quibus ff. de leg. vbi Bar. sub num. 15. post Din. & Gulielm. de Cuneo in specie loquitur de consuetudine respectu alicuius partis ciuitatis, & Ang. in l. fin. C. de testam. & latè per Ias. in l. omnes populi col. 12. ff. de Iust. & iur. per Loffr. in conf. 14. num. 25. tum
10 etiam quia est confirmata per consensum, & authoritatem regiam non modo tacitam, & præsumptam ex permissione tanti temporis iuxta theoricam Andr. in prælud. feud. in 1. quæst. sed etiam expressam per Regem Catholicum in anno 1505. ad petitionem eorundem nobilium in lib. capitulorum in quinta petitione fol. 54. & fuit decisum in causa D. Mariæ de Aulos, vt per Fabium de Anna in conf. 2. lib. 1. vbi latè scribit, & est casus sicut noster.

Et fuit habitum pro absoluto in causa Marchionis Lauri, & Ascanij Pignatelli, cum illis de Loffredo fratribus vterinis Mutij Pignatelli defuncti, cui prætende-
11 bant succedere ex propria persona dicentes quod eorum mater excludebatur

iuxta

iuxta hanc consuetudinem vigore pacti, dum voluntariè fecit talem capitulationem, quę pacta materna non præiudicabant ipsis, qui nolebant esse hæredes matris, sed veniebāt iure sanguinis ex propria persona in gradu proximiori, sicut in ipsa causa scribit Georg. in alleg. 23. Nos autem fundauimus quod talis consuetudo iam est lex, quæ ligat omnes de plateis Capuanæ, & Nidi, & ita obtinuimus, vt in prima allegat. & per dictum de Anna in cons. 42. vol 2. Benè verum est quod in capitulationibus possunt apponi alia pacta, vel secundum alias consuetudines, vel aliter iuxta voluntatē paciscentium, vt per Cassan. & Cagnol. in locis supra citatis, sicut in hac capitulatione adsunt aliqua iuxta morem procerum, sed alia non prouisa remanent iuxta consuetudinem propriè plateæ, tamquam propriam, & particularem legem inter ipsos vt dictum est.

Præsertim quia in corpore ipsius capitulationis legitur illa clausula (salua però, & riserbata la potestà di disponere, &c.) quæ formula sic ad verbum legitur in consuetudine Capuanæ, & Nidi vt per Afflict. in dict. decis. 237. Et ad maiorem claritatem in principio huius capitulationis legimus exceptuatam personam Camillæ Castriotæ, quæ non est de illis plateis, & alias contraxerat more magnatum. Quod si integram capitulationem facere voluissent iuxta morem magnatum hoc in initio dictum fuisset respectu omnium sicut quotidie legimus in capitulationibus more magnatum.

Sed quia non intendebant deserere propriam consuetudinem Capuanæ, & Ni-
12 di, quæ est fauorabilis in conseruandis bonis penes eandem lineam, à qua procedunt, vt considerat Napodan. in casu suo in consuetud. si qua moriens in verbo saluo nu. 49. Ideo solum exceptuatur vna persona viuens more magnatum, q̄ exceptio magis firmat regulā in cōtrariū, & similiter quædā alia pacta particularia exprimūtur fieri more magnatū, sed inter pacta particularia non adest prouisio, vt possit pater pupillariter substituere, & consequenter remanet prohibitio vigore illius propriæ consuetudinis, qua cauetur; vt pupillaris sustitutio ad bona materna nullatenus porrigatur, : Quod quidem præter verba consuetudinis magna quoque nititur æquitate ad equalitatem seruandam, vt sicut non potest mater paternæ lineæ in bonis paternis, Ita nec possit pater in bonis maternis maternæ lineæ præiudicare; & secundum hanc lecturam illi duc. 10. m. veniunt restituendi.

Vlterius dato, quod esset capitulatio more magnatum, tamen verum est, quod respectu dispositionis dotiū expresse fit prouisio iuxta consuetudinem in scriptis redactam, & expresse designatur quantitas nempè super duc. 20. m. si D. Portia parētibus præmoreretur; qui casus accidit, & consequenter hic articulus clarus est ad dijudicandum, quod substitutæ nihil reformationis in illo decreto prętendere possunt ad beneficium ipsarum, pacta
13 enim apponere potuerunt, prout libuit, vt per Dec. in cons. 101. & per Surdum in decis. 27 num. 20. & pacta non præsu-
14 muntur restricta ad vnam personam, nisi expresse probetur, vt in l. 1. C. de condi. infert. Et in casu nostro omnis coniectura potius est in contrarium, nam maior libertas danda erat ipsimet Portiæ, quæ ipsis dotantibus erat dilectior, & erga illos propensior iudicanda erat, quam hæredes futuri iuxta tradita per Tiraquell. in l. si vnquam in verbo filios non habens nu. 1. & 2.

Quamobrem tanto fortius in casu nostro applicanda est Theorica Napod. in consuet. si quis, vel si qua in verbo materna
15 num. 240. dicentis, quod in dote materna attenditur origo acquisitionis, quia ad primordium recurrendum est, & declaratur per Præs. de Franch. in decis. 25. Non enim ad filium peruenit dos nisi, vt hæredem, sicut post Napod. Minad. & alios declarat idem Præs. de Franch. in de-

decis. 89. nu. 2. & 3. Et pactum habitum
16 cum defuncta retinet eandem vim penes hæredem, l. si pactum ff. de probat.
17 qui textus est vulgatus, sed est optimus ad id, quod agimus nempè, quod non est contrata persona contrahentis; Et licet Bart. in l. Lucius §. Semp. ff. de legatis
18 3. dicat, quod prohibitio facta hæredi transit ad hæredem hæredis, si hæres nō nominatur per nomen proprium; & ibi Alex. in apost. ad Bart. & in cons. 56. nu. 2. circa med. vol. 1. & in l. si quis filium §. fin. ff. de acquir. hæred. & in l. filius familias §. diui num. 26. ff. de legatis 2. vbi declarat non procedi in infinitum, quia
19 non durat prohibitio vltra quartam generationem, nisi declaratur prohibitionem fieri perpetuam; Tamen hæc procedunt in hærede, qui potest appellari hæres, & adiectio nominis proprij debet aliquid operari, quia nullum verbum, &c. l. si quando ff. de legat. 1. latè Dec. in cons. 414. sed in contractu oportet specificari nomen eius, cum quo contrahi-
20 tur; & proindè tales pactiones extendi ad hæredes dicitur in d. l. si pactum, vt in l. veteris C. de contrahend. & commit. stipulat. in l. si tibi, vbi Bal. notat C. mandati & consimiles affert Corn. in cons. 24 col. 2. vers. his tamen non obstantibus
21 vol. 3. vbi loquitur etiam, quod adesset dictio taxatiua, vt per hoc non excludatur hæres, quia hæres, & defunctus vna, & eadem persona censentur §. 1. in auth. de iur. iur. à morient. præstit. & sic venit non ex ampliatione, sed ex comprehensione, ad quod affert Bart. in l. stipulatio ista in princip. ff. de verb. oblig. & Bal. in l. fin. C. de act. empt. Et post mirtas ita resides Tiraquell. de retract. conuent. §. 1. glos. 6. nu. 2. cum declaratione per eum positam num. 10. 11. & 12. in quo nō insisto, quia in casu nostro non adest taxatiua dictio taxatiua, vndè clarius remanet, quod omnia pacta, vel actiuè, vel passiuè conseruantur in hæredibus per iura prędicta, & per Cin. Bart. Bal. & reliquos in l. 1. C. de pact. inter emptor. & vendit. cum cæteris latè cōgestis per Tiraquell. in loco prædicto nu. 1. & num. 4. & nu. 27. cum sequentibus, & per Dominum de Ponte in cons. 81. nu. 52. & cons. 61. num. 31. per Frecc. in lib. 3. de suffeud. in 18. differet. & per Petr. Duen. in regul. 109. & 178. Vndè sicut Portia non potuisset alterare illud pactum, ita etiam illud alterare non poterat eius hæres, vt per D. de Ponte in dict. cons. 61. & latè etiam Dom. de Franchis in decis. 83. num. 4. 5. & 7. post Arium Pinellum in tit. de bon. mater. in l. 1. in 3. par. ant. num. 82.

Præsertim cum in hærede non modo adsit eadem ratio, sed valdè maior, quia erga ipsam Portiam aderat maior dilectio contrahentium, & è contra illa in disponendo non poterat habere affectum ad aliam lineam, sicut eius descendentes; vndè
22 quamuis essemus in vltimis voluntatibus, tamen non extingueretur prohibitio cū persona prohibita, dum apud successorem durat eadem ratio prohibitionis, ita Bal. in l. quoties la 1. num. 10. vers. ex his infertur C. de fideicommiss. vbi docet durare prohibitionem vltra personas expressas, quando durat ratio prohibitionis, quod inquit notari in l. voluntas eod. tit. & vltra scribentes ante Bald. in dict. l. voluntas idem ibi docent sequentes, nempe Castr. & latè Ias. num. 12. circa fin. qui ex Bal. Imola, & reliquis firmat durante causa prohibitionis durare eandem prohibitionem nōn modo penes prohibitum, sed etiā penes alios ad quos illa res peruenit, tradit quoque Dec. in cons. 88. in fin. in vers. 2. ad text. sufficit enim esse eadem bona, in quibus viget eadem ratio, vt latè per Tiraquell. de retract. lignag. §. 32. glos. 1. nu. 7. Qui omnes loquuntur in casu fortiori, quia illi ad quos talia bona perueniunt non præsupponuntur hæredes vniuersales in quibus (quoniam cum defuncto vna, eademque persona censentur) tanto magis locum habent regulæ fundatæ, vt duret prohibitio, quę secundum prædictos

ex identitate rationis durat etiam penes successorem particularem.

Quod autem ratio sit eadem patet, quia in casu nostro non est attendendum, quid vtile sit Marchioni, prout pars considerat, quoniam ipse Marchio dum sciebat, aut scire debebat, quod dispositа in vno transeunt ad hæredes dum sic contraxit, neque aliquid in contrarium statui curauit, ipsam dispositionis vim prout à lege intelligitur approbauit; A lege autem sic intelligitur, vt in contractibus comprehendatur hæres indistinctè, sicut dictum est & hoc sufficit in casu nostro.

Et vlterius etiam in vltimis voluntatibus cō

23 sideratur si durat ratio prohibitionis, & hoc iuxta mentem prohibentis, non autem iuxta mentem alterius, & certè in casu nostro iuxta mentem prohibentis ipsa ratio prohibitionis non fuit alia, nisi prohibere, nè bona exeant de linea dotantium, quę iam durat; Quod enim pars dicit in prohibitione fuisse solummodo prospectum, ne mater potuisset filijs nocere, hoc est incredibile, tum quia non

24 præsumitur quemquam velle naturalē parentum stimulum, ergo filios excitare l. amicissimos ff. de excusat. tut. considerat Bal. in auth. quod sine C. de testam. & Tiraquell. de priuil. piæ caus. in 3. priuileg. num. 3. in fin. tum etiam, quia de minimis (vt ità loquar) non curat prætor cum certum sit vltra decimam non potuisse Portiam suis filijs præiudicare, nō tamen ex hoc nego filios saltim implicitè fuisse prospectos sunt enim de eadem linea, sed insisto, quod illis deficientibus durat prohibitio fauore dotantium, quibus poterat fieri maius præiuditium nēpè, vsque ad medietatem, & sic durauit prohibitio penes Isabellam filiam non modo tanquam hæredem, sed etiam si particulariter successisset, dum viget ipsa eadem ratio prohibitionis, & hinc tollitur aliud partis motium dicentis, quod saltim extenditur potestas disponendi in medietate illorum ducatorum 5000. testictorum per Ducem; Nam respondetur quod similiter relinquitur hæres in illis, & vlterius veritas est, quod illa non fuit noua dispositio, sed executio dispositionis factæ in contractu, cuius vigore erāt soluendi ducati quinque mille post mortem Ducis, de quibus tamen S.C. non habuit considerationem, tanquam dependentibus ex illo contractu, cuius vigore potestas restringitur super ducatis 20. m tantum.

Imo nulla adest differentia respectu Ducis, nam licet Portia, & Isabella potuissent disponere in vita Ducis, tamen solutio debebat maturari per mortem ipsius, sed causa prohibitionis erat fauore lineæ ipsius Ducis, quæ ratio durabat, & in vita, & in morte, nec oportet considerare Ducem præmortuum cum sufficiat casum euinisse, quia mortua est Portia, viuis ambobus, & sua impotentia disponendi iam purificata, & transmissa ad hæredem, quinimo aduc erat casus præuisus, nam potestas disponendi vltra duc. 20. m. est casu, quo Portia premoreretur patri, & matri copulatiuè, Non enim sūt tres casus, nempè si parentes præmoriuntur si Portia præmoritur, & si præmoritur alter ex parentibus, sed solum duo primi nempè, vt disponat super 40. m. si parentes præmoriuntur, & super 20. m. tantum si ipsa præmoritur; vnde præmortua Portia siuè ambobus, siuè alteri verum est, quod non moriebatur post Ducem, & Ducissam, & consequenter non poterat disponere, nisi super 20. m. Et hoc idem euenit in morte Isabellæ, quia viuebat Ducissa, & sic erat casus prouisus, & eadem erat ratio prohibi-

25 tionis, Nam sufficiebat alterum viuere l. si hæredi plures ff. de cond. inst. Surd. Mant. decis. 272. nu. 5.

Ex quibus satis rationabiliter S.C. habuit pro vero, quod dum Isabella filia, & hæres Portiæ non poterat alterare pactum maternum, sequebatur quod eadem Isabella si proprium testamentum condidisset non potuisset abdicare à linea dotantium plusquam illos ducatos 19. m.

Nam

Nam de summa vltra ducat. 20. mil. erat interdicta dispositio, & consequenter cessante dispositione illa summa reuertebatur ad dotantes per consuet. si quis vel si qua; De illis autem duc. 20. mil. in quibus remanet facultas disponendi iuxta consuetudinem, oportet vt ipsa consuetudo obseruetur; per quam statuitur quod cessantibus filijs Portiæ admittebatur dispositio vsque ad medietatem etiam in extraneos, sed reliqua medietas ad dotantes reuertebatur, vt in consuet. Et si testator, & declarat Napod. in consuet. si qua moriens in verbo tantum, Istæ namque dotes subiacent consuetudini tanquam promissæ, & partim solutę in hac Ciuitate, in qua similiter est
26 promissa restitutio, adeo quod omnis actio pro illis, vel actiuè, vel passiuè tanquam in hac Ciuitate exercenda faciunt illas iudicari in districtu, sicut post Ant. de Alex & reliquos in consuet. si quis vel si qua, & in consuet. si quis moriens tradit D. de Franch. in decis 93. num. 10. & sic quotidie practicatur, ex quibus liquere existimo quod dictæ substitutæ nullam reformationem in illo decreto prætēdere possunt ad beneficium ipsarum.

At vero pro reformatione, quam prætēdimus ad beneficium Ducis aduerto, quod hæc omnia procederent de plano si disposuisset eadem Portia, vel Isabella eius filia, & hæres; Sed in casu nostro neutra vere disposuit, sed est ficta dispositio facta per patrem Isabellæ, qui fecit pupillarem substitutionem, Bene verum est quod Napod. in consuet. filiusfamil. in verb. possunt in finalibus verbis videtur
27 sentire, quod idem sit in substitutione pupillari, vt teneat pro medietate, pro qua ipsa filia disponere potuisset; Et cum tali authoritate Napodani pertrāsijt tūc Sac. Consil. & datur intelligi quod nulla in hoc fuit proposita dubietas, vel difficultas pro parte Ducis.

Ego autem vix eo adduci possum, vt talem positionem tribuam Napodano, nam contraria opinio videtur satis verior, & æquior, & postrema illa verba nō videntur esse Napodani; Quod autem opinio contraria sit verior apparet ex discursu eiusdem Napodani, qui considerat qualiter consuetudines solū student in conseruandis bonis penes eandem lineam, à qua proueniunt, sed quia, ex alia parte vrget regula iuris communis, quod in re sua quilibet esse debet moderator, & arbiter, Idcircò noluit consuetudo adimere totaliter facultatem disponendi, sed hoc permisit, vsque ad medietatem, Est autem permissio disponendi iuxta velle ipsius, cui talis potestas tributa est, vndè non debet extendi ad velle alterius, tum quia verba consuetudinum sunt strictè, & propriè intelligēda, & clarū est, quod voluntas paterna nō verè, & propriè; sed largè impropriè, & fictiuè dicitur voluntas filij, tum etiā quia ratio est valdè differens, quoniam si disponit eadem dotata, illa vtique est de linea dotantis, ad quam verisimiliter habet affectum, si disponit filius ille similiter non est alienus à linea dotantis, & vtroque casu faciliter dispositio esse potest ad beneficiū eiusdem lineæ, à qua dos exiuit, Vndè non mirum si talibus personis relinquit consuetudo potestatem disponendi; Quando autem volumus talem potestatem extendere ad patrem pupilli, tunc cessat illa ratio motiua tribuendi potestatem disponendi ad hoc, vt in re sua sit moderator, & arbiter, quia talia bona non sunt patris; Cessat similiter confidentia affectionis ad lineam dotantem, quia pater ab illa est alienus; Et sine dubio adimet bona ab illa linea, quæ dotauit, vt ea bona introducat ad lineam propriam; sicut specificè euenit in casu nostro; Quod si in consuetudinibus non datur extensio, neque ex identitate, neque etiam ex maioritate rationis, quanto minus dabitur extensio, vbi ratio est admodum diuersa, atque contraria?

Istas quidem, atque alias rationes, remotis quoque contrarijs, latè examinat Napodanus, & ad eas nullo modo respondet,

neq; certè video, quid ad eas reſpondi poſſit, quia in effectu ſunt inſimul æquiſſimæ, & validiſſimæ, vnde iuſtius videtur, vt S.C. amplectatur Napodani rationes doctiſſimas atq; firmiſſimas, potiuſquam eius nudam opinionem nullo iure, & nulla penitus ratione fulcitam; Quamobrē, neq; aſſentire poſſum, vt illa vltima verba ſint Napodani; videtur enim impoſſibile vt vir adeo inſignis tractans quæſtionem adeo grauem; voluerit pro vna parte clara iura, & ſolidiſſimas rationes afferre, & cōtraria ſerioſe diluere, & poſtea vno verbo ferè ex lubrico linguæ ſine lege, aut ratione prolato integrum, & nimis rationabilem præcedentem diſcurſum penitus euertere, quod quidem impoſſibile in caſu valdè ſimili videbatur Imperatori in l.ſi quando in princ.C.de inoffic.teſtam.Inſuper videmus quod Napodanus proponit quæſtionem, & illam fundat, & reſoluit contraria, & ſic terminat eius diſcurſum, ita quod ex lectura patet illa pauca verba fuiſſe ab aliquo parum ſcientiato ſuperaddita in apoſtilla, quæ poſtea ex in curia impreſſoris credendum eſt, quod fuerit addita in corpore ſicut in eodem commento Napodani ad eandem conſuetudinem adſunt

38 alia notabiliter errata; Nam in commento in verbo ſaluo in finalibus verbis deſunt quatuor integri verſus qui ex in curia reperiuntur impreſſi in commento ſequenti in verbo Iura communia; Et in commēto in hoc verbo iura communia adſunt illi verſiculi incipiētes, mater ſuccedit, qui continent doctrinam falſam, nempè quod conſuetudo locum haberet matre exiſtente in medio contra doctrinam eiuſdem Napodani in conſuet. ſi quis vel ſi qua in verbo præterquam num.183. verſ. ſed quid de matre, Et error eſt quia illi quatuo verſus ſunt imprimendi in commento præcedenti, vbi ſequitur declaratio, & correctio in verſ. ſed certè. Et deniq; in eodem commento in verbo iura communia quædam Apoſtilla aduertit tales errores ex in curia impreſſoris, ſequēs autem impreſſor non modo errores non corrigit, ſed ſuperaddit alium errorem imprimendo hanc apoſtillam in corpore Napodani, vt ibi legitur in verſ. & ſic aduerte de quibus erroribus ibidem mentionem facit Io. Angel. Piſanell. & theoricam Napodani explanat ibi in Add. fin. & Praeſ. de Franchis in deciſ. 91. num. 6.

Quare nō mirum ſi in cōmento adeo mendoſo quædam ſunt de locis proprijs immutata, & ſicut impreſſa eſt in corpore Napodani apoſtilla prædicta in verbo iura communia, & alia apoſtilla in verbo poſſunt in princ. Ità etiam in eodem cōmento fuerint impreſſa in corpore illa verba, quæ incipiunt, ſed præmiſſis, de quibus vereor, nè fuerint apoſtilla alicuius parū docti, ad quod moueor ex omnibus rationibus ſupradictis, quas rogo ponderari, & illis addam improprietatē (nec dicere vereor) & ineptiam loquendi; Nam tota baſis conſuetudinum eſt æquitas conſeruandi bona in familia, ibi autē dicitur, quod æquius eſt, vt vadant extra familiam: Porro ſi diceretur quod hoc ſibi videtur iuſtius ſaltim diſputatio eſſet prolixior, legum namque amplitudo diuerſis ingenijs, diuerſa quoque & contraria ſentiendi anſam præbet, ſed admittere quod eſt iuſtius, vt bona illo modo remaneant in familia dotātis non obſtante ſubſtitutione, & poſtea dicere, quod eſt æquius, vt vnus de alia familia per hanc viam auferat bona de familia dotantis, & illa introducat in familiam propriā, hoc neſcio quomodo fingi poſſit, vel alicui ſuaderi, Immò maior eſt iniquitas propter inæqualitatem, nam vir poſſet nocere lineæ vxoris, vxor autem non poſſet nocere lineæ viri, quoniam patri non autem matri permiſſum eſt filijs pupillariter ſubſtituere.

Cōcludimus ergo, quod vltra ducatos decem mille nihil vlterius per ſubſtitutas prætendi poteſt, reformatio autem ſperatur ſiuè in minus propter dotem inofficioſam, ſiuè in totum pro omnibus ducatis

catis decem mille ex præfatis duabus cõclusionibus, nempè quod in casu Napodani opinio pro nobis est verior,& quod etiam in casu nostro nõ cadit pupillaris substitutio ex prohibitione consuetudinis Capuanæ,& Nidi,omnia submittendo religioni, ac seniori iuditio Dominorum Iudicantium. Dei Gratias.

Decisum fuit bene fuisse iudicatum,& malè reclamatum.

Collega fuit Io. Baptista Melior,tunc Aduocatus eximius nunc Regius Consiliarius Meritissimus.

SVMMARIVM.

1 *Filia condigno viro à patre nuptui tradita conqueri de dote quamuis exigua non potest.*

Quo vero ad feudalem successionem illa non immutatur quamuis dos esset augenda num.2. Excluditur à sorore in capillo quamuis habuisset solam partem, vel solam dotis promissionem, nu.3. An autem similiter excludatur si dotationem ignorat nu.4.& 10. Et an sufficiat sola scientia sine consensu n.11. 15.17.& 19. An autem vt successionem retineat posit nuptias recusare vide num.14.

5 *Factum proprium ignorare nemo præsumitur probatur autem scientia ex coniecturis num.6. Et in specie de scientia dotis ex matrimonio num.7. Et ex his quæ vt plurimum accidunt num. 8. Non enim excusat ignorantia supina num.9.*

12 *Distinguere non debemus vbi lex non distinguit imò generaliter, &c.*

13 *Taciturnitas non præiudicat in his quæ impedire nõ possumus declara,vt n.15. 16.& 18.*

20 *Filia nubens an possit pacisci,vt sibi feudalis successio reseruetur, & num.25. 28. 29.& 41. cum seqq.*

21 *Regula quod potui nolui, &c. non nulla operatur quorũ aliqua hic recensentur.*

22 *Protestatio qualis esse debet,& quid operatur,& num 23.& 24. & 26.*

27 *Consensus vel promissio non prodest vbi non prodesset testamentum.*

29 *Capituli huius Regni quod incipit emergentium ampla declaratio. Et an procedat solum respectu Fisci, Et an solummodo respectu sororũ, vide nu.30. cum seqq.& num. 34. cum seqq.*

31 *Rescripta quando faciunt ius singulare, vel generale.*

32 *Priuilegiati omnes quo ad non prouisa vtuntur iure priuati.*

33 *Constitutio quatenus excludit ad beneficium Fisci est odiosa, sed quatenus dotatam excludit ad beneficium sororis in capillo est fauorabilis.*

36 *Successio denominatur ab vltimo moriente, & non aliter.*

38 *Paternum esse officium dotare filiam quomodo intelligitur.*

39 *Contractus sustinetur in promissis licet corruat in prohibitis, nisi sint correspectiua, vt ibi,& num 37. & 40.*

42 *Feudales contractus ex causa dotis, an sint reuocabiles ante assensum.*

43 *Dotem esse quomodo cognoscitur. Et quod priuilegia dotis non extenduntur ad alia bona mulieris.*

44 *Promissio facti quando obligat præcisè, & quando ad interesse, & multa corollaria,num.45.& 46.*

47 *Assensus nullo modo extenditur, & eius ratio num.48. Et multo minus ad contractum alterius speciei, vt num.49.*

Estimatio an debeatur ex contractu feudali sine assensu? Et quid in vltima voluntate num.51.

52 *Correspectiuorum natura, & eius effectus.*

53 *Inutiliter esse, & non esse idem sunt.*

ALLEGATIO LXXX.

Pro Virginia Vitella.

In Dei Nomine Amen.



Escio quid ponderatum fuerit in prima instantia. In qua Beatrix Virginiæ soror obtinuit, & proinde in præsenti reclamatione ponderabo quicquid pro vtraque parte ponderabile mihi videtur.

Hæc Virginia Vitella filia secundogenita in capillo existens tempore mortis Iacobi patris petijt inuestituram paterni feudi Amarricis comparuit similiter Beatrix primogenita eiusque Vir Virginius Visinus præsupponentes Beatricem ipsam primogenitam debere præferri, sed intētio Virginię fundatur siquidem verum est quod Iacobus pater prædictam Beatricem nuptui tradens in anno 1579. illi constituit atque promisit dotem scutorum 16. mil. & iocalium, & vestium ad summam aliorū scutor. 2500. vltra alias vestes in capitulis non recensitos neque vt mos est in hac quantitate portionem maternam includi voluit ad eo quod de solis bonis paternis dos est ducatorum huius Regni 22. mil. & plus quæ dos satis est congrua.

In anno 81. Viuo adhuc Patre Beatrici ex causa dotis prædictæ tradita fuere iocalia, & vestes, & insuper habuit scutos mille, & postea 4000. vt suo loco dicetur reliquum, vel paulo minus vsque ad integram satisfactionem habuit illico post mortem patris. Et denique integram satisfactionem etiam de fructibus medio tempore decursis.

Hoc in loco minimè insistendum duco circa illum iuris articulum quo Docto-
1 res firmant communiter filiam viuo condigno nuptui traditam quantumuis exiguam receperit dotem nusquam tamen de patre conqueri posse quin dicatur de paragio dotata de quo per Dec. in consil. 26. per Socc. in cons. 288. vol. 2. per Paul. de Castr. in consil. 102. & etiam in consil. 108. alibi 175. vol. 1. cum cæter. de quibus latè per Gram. decis. 57. & nouissimè in Sac. Cons. Decisum fuit solemniter in causa Ducissæ Nuceriarum cum Principe Hostiliani, si quidem in
2 successione feudali etiam vbi dos augenda esset augeretur quidem non tamen successio immutaretur, vt per Cannet. in cap. si aliquem in vers. Et quia supra disserui fol. mihi 313. sed articulus iste nō cadit in casu nostro, in quo dos Beatricis fuit (vt dictum est) satis decens, & vltra paragium. Ex quo sequitur locum fieri clarissimè dispositioni Constitutionis, vt de successionibus videlicet, vt Virginia filia in capillo post mortem patris in domo manens maiorem sororem coniugatam, & dotatam de bonis patris
3 excludat. Quæ Constitutio sibi locum vendicat non solum quando filia in vita patris dotem integram habuit, vel partē eius, & si vnum recepisset nummum, vt verbis Bal. vtar in c. si proponente nu. 3. extra de rescript. sed etiam quando simpliciter pater dotem promisit, vel alias dotē inter viuos, aut etiam in testamento cōstituit sic nos docēt Andr. in d. consti. in verbo coniugatæ circa fin. ibi intelligendum est ergo quando dos data fuit vel promissa, & paulo post quia dotata est licet nō sit soluta Bar. clarius in l. qui pupillā ff. ad leg. Iul. de adult. & in l. Titio centum, S. Titio genero num. 5. ff. de condit. & demonstr. & in l. cum plures S. cum tutor ff. de administ. tutor. Bal. in l. non sine nu. 4. C. de bon. quæ liber. Gulielm. de Bened. in c. Raynuncius in verbo duas habens filias num. 155. Loffred. qui Bart. refert, & sequitur in c. 1. de nat. succes. feud. col. 10. ver. & dixit Bar. & Paul de Castr. in d. S. Titius genero col. penul. vers. circa tertium, & in cons. 163. & in l. mulier S. cum proponeretur ff. ad Trebell. Raphael. Fulgos. in cons. 40. col. fin. Ias. in rubr. ff. solut. matrim. num. 15. Angel. in cons. 76. incip. statutum Alciat.

dat.in rubr. ff.solut.matrim.nu.24. cum cæteris de quibus latissimè per Cannet. in d.cap.si aliquem sub cap. incip. sed si dos sol. mihi 312. & per Tiraquell. de retract.conuent.ad fin.tit. nu.39. & 40.

Beatrix conatur, vel conari potest constitutionis decisionem effugere.

Primo quia ignorauit dotationem, & consequenter sibi non præiudicauit.

Secundo quia, & si sciuisset, tamen simpliciter tacens non sibi præiudicasset.

Tertio quia, & pater, & ipsa habuerunt intentionem, ne ipsa Beatrix à successione excluderetur.

Quarto quia, immò videtur hunc statum fuisse promissum in dotem postquam in capitulis matrimonialibus Beatricis, Iacobus pater promisit Virginio eius viro, cautelas conficere, vt si masculos non procreasset in statu Amatricis succederet ipsa Beatrix.

Quinto quia si non ex causa dotis, saltim omni meliori modo, debet talis promissio assensu roborata operari, vt Beatrix ipsa succedat.

Sexto quia si dicimus Virginiam in feudalibus, & in burgensaticis esse vniuersalem hæredem Iacobi patris, tunc vti hęres tenetur cautelas prædictas conficere, quod si renuit, tenetur ad interesse, & consequenter ad æstimationem, prout iam in casu succumbentiæ, æstimationem petijt in vltima comparitione.

Nec video quid vlterius Beatrix quomodolibet prætendere possit, quod sub his capitibus non comprehendatur, quibus tamen singulis, vt confusio euitetur dilucidè, & faciliter, Deo dante conabimur respondere.

Quo ad primum inquit Beatrix, capitula matrimonialia, vbi adest dotatio inhita fuisse inter Iacobum patrem, & Virginiū virum, nec apparere eius scientiam, aut
4 interuentum, qua propter sibi ignoranti hæc dotatio pręiudicare non potuit quo ad successionem ex doctr. Isern. in c.1. num.24. versic. si vero marito de natur. success. feud.

Hæc prætensio neque in iure, neq; in facto subsistit, in iure quidem, prout mox declarabitur in vers. Præterea.

In facto autem fateor, quod hoc in prima Instantia non fuit plenè deductum, modo autē in termino dato in causa reclamationis clarissimè probatum est per testes fide dignissimos, qualiter dum de Beatricis nuptijs agebatur, sæpius (vt inter Magnates accidit) Iacobus pater de his omnibus illam, & familiares alloquebatur narrans, quò pacto, & quibus conditionibus Beatricem filiam nuptui tradebat Virginio Vrsino dotem constituēs scutorum 16. mil. necnon iocalium, & vestium ad alios scutos 2500. quæ omnia, Beatrix, tum à patre, tum à suis familiaribus audiens summoperè lætabatur, quinimmo, & hęc eadem ipsa carioribus domesticis mulieribus postmodum enarrabat, & cum illis congratulabatur. Item post capitulorum matrimonialium subscriptionem futuro viro assentiente priusquam matrimonium per verba vis, & volo perficeretur habuit ab eius patre scutos mille ad sui ornatū pro eius libito simulq; suæ dotis causa promissas gemmas, & iocalia, & vestes sciuit, & virum recipere dotales scutos 4000. aliaq; ad huius dotationis confirmationem, & ratificationem fecit nonnulla, quæ (ne articulos confundamus) suo loco dicemus, hic enim quærimus solummodò de simplici Beatricis scientia, & ex his, quæ hucusque diximus apparet clarissimè Beatricem, & matrimonium, & dotationem summo cum gaudio sciuisse.

Est autem probatio vti verissima ex testibus omni exceptione maioribus, ita & vero
5 simillima si quidem factum proprium ignorasse Beatricem nullo pacto credibile est, immò, nec factum coniūcti l.octaui in fin.ff.vnde cognat. l.si filium C.de liber.caus.l.error C.de iur.& fact.ignor. l.cum fatemur ff.de confessis.

Et dum scientia, vel ignorantia probantur
6 ex coniecturis l.cum quidā S.quod dicitur ff.de acquir. hæred. habetur latè per bar.

Bar.in l.is poteſt col.4. verſ.nunc videamus,qualiter hæc ſcientia ff.eod.tit.certè maior coniectura,quam ipſius mattimo-
7 nij contractio reperiri non poteſt in muliere circa ſcientiam ſuæ dotationis, & an cum dote nupſerit an ſine dote, vt per Iacob.de Aren.in Auth.res quæ C. commun. de legat.& ibi Bal. col.2. & etiam in conſ.102.vol.4. Anchar. in cõſil.144. latè Iacob. in l. mulier bona ff. de iur.dot.& Campeg.in tract.de ſtatut. eſclud.fœmin.par.vltima quæſt.57.Pręſertim in filiabus nobilium, & magnatũ, quæ vt plurimum cum de illis maritãdis
8 agitur omnia ſciunt vnde, & hoc quod vt plurimum accidit præſumendum eſt, vt pulchrè tradebat Bal.in l.mater in fine col.3.C de rei vendic.Ac tandem huiuſ-
9 modi Beatricis ignorantia, tàm craſſa eſſet,tàm inſueta, vt eam nullo pacto excuſaret l.pure ff.de dol. except. ex qui-
10 bus talem ignorantiam non eſſe allegabilem ad euadendam cõſtitutionem per quã nupræ ex. luduntur concludit Cannet.in c.ſi aliquem ſub cap.incip.quęrit enim Andr.num.14 fol.mihi 321. Quæ omnia ſuper abundant,dũ ſcientia adeſt in caſu noſtro plenè probata.

Quatenus autem inquit Beatrix verum eſſe
11 quod ſimpliciter ſciens,& tacẽs nec cõſentire, nec diſſentire videtur c.is, qui tacet extr.de.regul.iur. vnde, nec etiam ſimplex ſcientia,quo ad hanc ſucceſſionem præiudicat ex doctr.eiuſdem And. in d.c.1.de nat.ſucc.feud.num.24. verſ. quid ergo ſi ſciuit,& non contradixit ad hoc (ommiſſis ſuperfluis) reſpondetur tripliciter.

Primo reſpondetur quod hæc concluſio Andr.vt mulier dotata ſimpliciter tacẽs, non ſibi præiudicet quo ad ſucceſſionẽ, eſt admodum dubia. Si quidem lex Re-
12 gni, nulla habita diſtinctione ſcientiæ, vel conſenſus genericè filiam maritatam, & dotatam excludit,quare,& nos diſtinguere non debemus l.de prætio ff. de public. imò legem ipſam generaliter intelligere debemus l.1. §. generaliter ff. de legat. præſtand.

Nec obſtãt tres rationes, quas pro ſua opinione Andr. ponderat, nam ſingulis reſpondemus,Prima Andr.ratio eſt, quod mulier non poteſt ſuam impedire dotationem, prohibẽdo virum,ne dotis promiſſionem,vel ſolutionem recipiat l.ſæpè §.ſed ſcientibus ff.de reiudic.ſed in
13 his quæ impediri non poſſunt taciturnitas non nocet, vt habetur per Bar. in l. Gaius ff.de pignor.& in l. Lucius Titius ff.quibus modis pign. vel hypot. ſoluit: ergo &c.

Huic rationi reſpondetur negando maiorem,quia immò poteſt mulier impedire
14 dotationem cligendo potius ſtatum in capillo, quam nuptias ad hoc vt ius ſuccedendi non perdat ſic iddẽm And.docebat in d.c.1. num.23.verſ multo fortius,& num.28 verſ. quia melius fuiſſet, & ibidem Afflic.num.89.verſ.3.quærit, latè Cum.in c.ſi aliquem in verb.maritata quæſt.4.num.75.vnde cum impedire potuerit, & matrimoniũ, & dotationem ceſſat contrarium.

Secunda Andr. ratio eſt,quod mulier ſimpliciter tacens, nec conſentire, nec diſſentire videtur c.is, qui tacet extr. de
15 reg.iur. Huic rationi reſpondetur quod conſtitutio (vt ſupradictum eſt) ad mulieris ex. luſionem,non requirit conſenſum, ſed ſolum matrimonium, & dotationem,& addimus quod non adeſt ſimplex taciturnitas,quia ſi nõ verbis ſaltim re huiuſmodi dotata approbat,& conſumat effectum dotationis per ſubſequens matrimonium cui poterat non aſſentire,nec quicquam refert verbis, an re cõſenſus oſtẽdatur l.de quibus ff.de leg.

Tertia Andr. ratio eſt quod ſcientia cum taciturnitate non nocet quo ad aliquem
16 obligandum l.filius §.inuitus ff.de procurat.habetur per Innoc.in c. in Geneſi num.5.extr.de elect.& latè per Felyn.in c.non ne extr.de præſumpt.Huic rationi etiam reſpondetur quod factum noſtrum requiritur in eo præiudicio quod nobis oritur ex pacto, non autem, in eo quod nobis oritur ex lege, quæ cum ſit

com-

communis reipubl. ſponſio, abſque alio
facto noſtro ligat nos omnes in eo ſtatu
in quo reperimur §. Quoniam autem in
Auth. de nupt. Et ſic quemadmodũ lex
Regni abſque vllo facto, vel conſenſu
filiorum, vocat prius, primogenitam,
poſtea ſecundogenitam, & ſic deinceps
eodem modo abſq; vllo facto, vel con-
ſenſu filiorũm, vocat prius filiã in capil-
lo, poſtea maritatam, & dotatam.

Imò tacens non videtur conſentire in præ-
iudicio præſenti, & ſic procedunt ſupe-
rius allegata, ſecus eſt in præiudicio de
futuro, nam quo ad illud videtur con-
ſentire text. eſt in l. cum plures §. locator
horrei ff. locat. in l. fin. §. ſi prædixerit ff.
naut. cap. ſtab. & eſt pulcra doctr. Bar.
in l. quæ dotis num. 14. verſic. reaſſumo
vnam diſtinctionem ff. ſolut. matrim. vbi
diſtinguit an id de quo agitur ſit meum
re, vel ſpe. Et quia in huiuſmodi do-
tata præiudicium ſolummodò eſt ſpei
futuræ ſucceſsionis, clarũ remanet quò
ad hoc omninò ſibi præiudicaſſe. Tanto
magis in caſu noſtro in quo Iacobus pa-
ter adhuc maſculos ſperabat filios ex ſe-
cundis nuptijs, quas contrahere feſtina-
bat, & iam contraxiſſet ni repentina fuiſ-
ſet, & inopinata præuentus morte, & ſic
ſpes futura erat valdè dubia, commodũ
vero præſens erat magnum, tum ob ma-
gnam dotem eo tempore certam, tum
etiam ob Himenei gaudia cum viro præ-
ſertim digniſsimo, & meritiſsimo. Ac
17 denique ſumma equitas ſuggerit, ne ſic
in poteſtate primogenitæ remaneat ta-
cere ſemper, & exitum expectare, ita vt
ſi paterna bona diminuuntur velit inte-
gram dotem ſi augentur velit ſucceſsio-
nem; ex quibus, & alijs contra Andr. te-
nent Blaſc. Lancell. & alij quos refert,
& ſequitur doctus ſiculus Ioſeph Cumia
in dict. c. ſi aliquem in verbo maritata in
ſeptima quæſt. num. 198. cum ſeq. & ibi-
dem Cannet. in ſupradicto cap. quærit
enim. Cõcludẽtes quod huiuſmodi ma-
ritata, & dotata quantumuis tacuerit, &
non approbauerit tamen excluditur, &
hæc ſit prima reſponſio.

Secundo huic prætenſioni reſpondetur, &
fortius, quod ſi fortè (quod negauimus)
opinio Andr. defendibilis erat tempori-
bus ſuis, nullo tamẽ pacto ſubſtineri po-
teſt, hoc tẽpore quo viget noua lex, poſt
Andr. lata de qua loquemur ſub tertia
prætenſione in tertia reſponſione. Hac
inquã lege cauetur quod ſi mulier do-
tata, vel quæ alias quomodolibet aliquid
habuit ex quo à ſucceſsione repellitur
quantumuis talem ſucceſsionem ſibi re-
ſeruet, non tamen hoc prodeſt quin ex-
cludatur, quod cum ita ſit fruſtra quæ-
rimus, num illa taciturnitas importet ta-
citam approbationem, vel tacitam repu-
18 gnantiã quãdo, nec expreſſa repugnan-
tia aliquid prodeſt ex vulg. regul. quod
tacitum plus operari non poteſt quam
expreſſum, l. cum quid vbi Doctor. ff. ſi
cert. petat. & vbi repugnantia nihil pro-
deſt, tunc, nec conſenſus, nec diſſenſus,
nec etiam ſcientia, vel ignorantia ſunt in
conſideratione, ex his, quæ habentur per
Bar. & alio in l. quæ dotis ff. ſolut. matr.

Tertio denique reſpondetur, quod prædi-
ctis omnibus reſpõſionibus circumſcrip-
tis præſens diſputatio non cadit in caſu
19 noſtro, ſi quidem idem Andr. in eodem
c. 1. de nat. ſucc. feu. limitat eius conclu-
ſionẽ, vt mulier excludatur quãdo adeſt
aliquid aliud puta ſi fuit ignorans, & po-
ſtea cum ſciuit approbauit, & hoc ſub
num. 24. in verbo ſi non ratificat quod
vir fecit eius, vel ſi aliquid fecit extrin-
ſecus puta ſe ſubſcribendo, vel quid ſi-
mile, & hoc ſub eod. num. 24. circa fin.
in verſ. niſi aliquem actum extrinſecus,
& bene etiam Afflict. in eod. cap. 1. ſub
num. 92. In caſu autem noſtro adſunt
ad hoc multa.

Et primo præter ſupradictam ſcientiam, &
lætitiam præſentis matrimonij, & dota-
tionis adeſt etiam receptio gemmarum,
& iocalium promiſſorum in cauſam do-
tis ipſius Beatricis, manu ſubſcripta, & ſi-
gillo munita, quæ ſubſcriptio, & ſigillum
per nonnullos teſtes recognoſcuntur,
qui, & deponunt ſuperius recenſitam

recep-

receptionem pecuniæ scutorum mille in causam dotis.

Ecce ergo actus extrinsecus quem requirit Andr. nepè receptio partis dotis, immò, & in receptione subscriptio, quam And. in specie exemplificat.

Similiter dotationem approbando tanquã dotata egit in Rota Romana pro supplemento scutorum 16. mil. & pro interesse exinde decurso.

Subsequenter post mortem patris recepit bona mobilia, quamplura, præsertim vasa aurea, & argentea ad libras 113. in computũ suæ dotis, vt ex fide, & ex eius literis, & sic illa sibi excomputauit Rota Romana.

Et virtute huius dotationis egit in Regia Camera.

Ex quibus omnibus apparet verius esse in iure, quòd ad excludendum maritatam, & dotatam, nec dotatæ consensus, nec etiam dotationis scientia requiritur. Apparet autem in facto Beatricis scientia, & lætitia, & subscriptio, & multiplex approbatio, quorum quodlibet de per se (etiam contraria retẽta opinione) ad obtinendum sufficeret, & proinde prima, & secunda hæc Beatricis prætẽsio remanent radicitus sublatæ.

Quo ad tertiam prætensionem inquit Beatrix verum esse, quod Iacobus pater promisit se cautelas facturum, vt Beatrix ipsa, in hoc Amatricis statu succederet, ex

20 quo apparet Iacobi, & Beatricis intẽtio, & pactum ne ipsa Beatrix excluderetur, idque sibi proficere debet ex doctrina Andr. in dicto cap. 1. de nat. succ. feud. sub num. 30. vers. sed filia, vel soror, &c. vbi (secundum partis lecturam) videtur velle quod filię protestatio cum consensu patris proficit, ad hoc ne tanquã maritata, & dotata excludatur. Huic prætensioni multipliciter respondetur.

Primo quod dum aliquid mihi vno modo à iure permittitur non possum illud idem meo arbitratu agere alio modo, qui à iure similiter permissus non reperitur quinimmò succedit tunc regula, quod potui nolui &c. l. multum interest C. si quis alteri, vel sibi, Puta potuisset Iacobus per viam simplicis refutationis hunc statum transferre in Beatricem iusta terminos c. 1. §. & si libellus de alien. feud.

21 paterni non tamen dici posset, ergo idem operari debet præsens promissionis contractus, aut alius eiusmodi qui non sit refutatio, vt per Andr. Bal. Aluarot. Card. & cæteros in d. §. & si libellus per Loffred. latè in cons. 3. per Camer. in c. Imperialem fol. 33. cuius quidẽ speciei innumera apud iura nostra reperimus exempla, vt per Dec. in cons. 159. col. 2. Castrens. in cons. 365. latè per glosam, & Doctor. in d. l. multum interest, & in l. siuè emancipatis C. de dol: & in lege si genero, C. de iure Dot. & per glos. & Canonist. in cap. ex parte extra de restitutione spoliatorum.

Sic ergo in casu nostro nullo pacto applicabilis est supradicta Andr. quæstio de filia protestante cum consensu patris, siquidẽ Andr. requirit specificam protestationẽ filiæ dicentis se protestari quod non intendit sibi pręiudicare, quo ad successionem. In casu nostro nulla reperitur pro-

22 testatio Beatricis, nec protestatio præsumitur, aut sufficit qualis qualis, sed requirit certã formam, vt per Bar. in l. non solum §. morte nu. 51. ff. de oper. noui nunc. Andr. requirit consensum patris filiæ præstitũ in casu nostro nullus adest consensus Iacobi præstitus Beatrici, sed principalis promissio Iacobi facta Virginio. Andr. requirit, quod in ipsa dotatione adsit hæc protestatio filiæ cum cõsensu patris ad impediendum, ne filia ius succedendi perdat per dotationẽ in casu nostro attẽditur solummodò, vt Ius succedendi pro dotationem, perditum instauretur in futurum per cautelas quas ad hoc Iacobus conficere promittebat. Et sic quæstio illa distat summoperè à casu nostro, ad quem nullo pacto applicari potest, id quod decernitur de protestatione filiæ, cum consensu patris, sed inuestigandum est quid operetur noster

hic.

hic alterius generis contractus nempè talis promissio conficiendi cautelas à Iacobo facta Virginio,de quo suo loco inferius loquemur.

Secundo respondeo,quod Andr. loquitur ibi suo more aliquantulum obseruare, sed tamen eius verba rectè intuenti, apparet clarissimè Andream non id, quod pars prætendit, sed de directo contrariũ sentire,& quidem merito,quandoquidẽ ostendemus, quod Andr. quæstionem hanc pro nobis decidit, & quod de iure sic rationabiliter decidere debebat, Rogo autem,vt hoc in loco Andreæ verba, quasi textum,nostraq; hæc scripta,quasi glosam eodem tempore ponderetis.

Quærit Andr. an ad hoc vt filia maritata, & dotata nõ excludatur sufficiat si protestatur quod paternæ successioni non
23 renunciat;Breuiter respondet quod nõ, quia per contrarium actum obuiat suæ protestationi, vt in l.quod quis sciens ff. de condit.indeb. in c.sub orta de re iud. in cap.cum M. de constit. vbi per Doct. traditur, atq; innumeris exemplis comprobatur inanem penitus esse protestationem,cuius contrarium oritur ex illa actione quam perficio. Addimus autem nos ad huius dicti confirmationẽ quod filia nupta,& dotata non excluditur per actum prouenientem ex sua voluntate, veluti cum quis donat renunciat cedit, vel quid simile agit, quò casu protestatio iuuat, ne ille actus operetur præter voluntatem,sed excluditur per legẽ Regni,vt in cõstit.vt de successionibus, in ijs autem, quæ pẽdent ex legis determinatione protestatio non proficit glos.est in l.alimenta.vbi etiam Bar.C.de negoc. gest. habetur per eundem Bar. & Doct. in l.Nesennius in princ. ff. de neg. gest. per Dec.in consil 516.nu.19 per Aym. in cons.30.num.6. per Caro.Ruyn. in cons.40.num.30. vol.1. Ex quo alia insurgit ratio,nẽpè quod dum huiusmodi filia dotata vigore constitutionis ammittit ius succedendi in nihilum prodesse
24 potest protestatio quæ ius quod reperit conseruat non autem superaddit,vel super acquirit l.si debitor S.in venditione, vbi Doct. ff.quibus modis pign. vel hypot.sol.notat glos. in c.potuit extra de locat.Isern.pulchrè in cap.1. S. si facta nu.30.vers.sed quid si de feud.defunct. milit.Canonistæ in c.solitudinem de appellat.Dec.in d.cons.516. nu. 19. Rectè igitur Andr. decidit talem protestationẽ
25 non prodesse,sed quærit subsequenter, quid si parer cõsentit ? quo in loco aduertatur, quia in versic. nisi,videtur decidere,verè autem non decidit,sed dubitat; Decidit,autem in vers.Hoc non bene,sed prius (vt dixi) in vers.nisi dubitat talem consensum prodesse filiæ argumẽto tex. in c.cũ inter extra de elect. videt postea,quod ille tex. nõ obstat, ibi enim agitur de præiudicio quod oritur eisdẽ clericis,qui consenserunt, prout ibi glo. notat in verbo protestatione,& agitur de re in qua dispositio sit ad libitũ, & proinde in huiusmodi casibus potest cõsensus præiudicare, & ipsi consentienti; & suis hæredibus, sed in quæstione nostra agitur de præiudicio quod oritur alijs qui in feudo succedere debent exclusa tali dotata,& quo ad bona feudalia non potest successio alterari sine assẽsu.Ideo statim Andr. se corrigendo inquit hoc non benedici,sed dicendum est potius, quod nec etiam cum consensu patris talis protestatio prodest, nam aut quæris de tali muliere, quæ per dotationem nõ excluditur qualis esset filia(addimus nos non concurrens cum altera filia in capillo quæ illam excluderet ex cõstitutione, vt de successionibus in vers.filiæ)& pro inde intelligitur Andr.quod non excluditur ab agnatis vlterioribus, vel à Fisco sicut etiam declarat ibi Bartol.de Capua num.5.& Cum. in c. si aliquem in verb. Præcedat fol.mihi 352.

Hoc casu inquit Andr. dum ista filia in isto
26 casu non excluditur per dotationẽ frustra quærimus de protestatione, Aut vero talis mulier per dotationem excluditur, & tunc succedendi ius aperitur se-

quentibus vocatis per conſt.Regni, quæ in eorum beneficium dotatam excludit, & ſine Regis aſſenſu nō potuit prohibere pater quin illa conſtitutio locum habeat l nemo poteſt ff. de legat. 1. neque jus publicum tolli poteſt pacto contrahentium l.cerdonem ff. de oper. liber.l. quod de bonis §.1 ff.ad l.falci.l quidam ff.de adminiſtrat.tur.l.ius publicum ff.de pact. Immò & aſſenſum alterantem modum ſuccedendi à lege ſtatutum non ſolere concedi inquit Rex in ſuis literis impreſſis in diuerſorio Regētis de Curt. fol.53.Nec ſecundogenita vti hęres patris tenetur conſenſum præſtare, quia l. cum à matre C.de rei vendic.locum non ſibi vendicat in caſu noſtro ſicut dicetur, inferius ſub ſexta prætenſione.

Hæc ex Andr. theorica cui addatur ratio
27 Angeli in l.fin.num.1.C.de pact.nempè verum eſſe in iure quod qui prodeſſe non poteſt alicui teſtādo,minus prodeſſe poteſt conſentiendo,vel promittendo ſucceſſionem, ſed pater lege Regni obſtante in beneficium dotatę teſtari de feudo non poteſt ergo nec prodeſſe potuit conſentiendo tali proteſtationi, vel talem ſucceſſionem promittēdo argum. l.3.ff. de teſtam.

Ex quibus, & alijs rationibus præter Andr. noſtrum, nonnulli etiam Doctorū Prin-
28 cipes firmant in hoc caſu, tale pactum proteſtationis filię,etiam cum conſenſu, vel promiſſione patris non prodeſſe, ita omnes in l.fin.C.de pactis v3. Bar. nu.2. 3.& 4.Bal.num.11.12.13.Fulgoſ.nu.9. in fin.& num.10.Angel.in dicto num.2. verſ.ſed ſi excluditur Caſtrenſ.num.12. 13.Iaſon.num.19. & 20.& 22. in verſ. ſubdit Ludouic.Gozad. num. 17. Salyc.in l.pactum quod dotali nu.3. verſ. Item ex prędictis C.de pact.ibiq; alij ſcribentes,& Albert.Brun.alios latè referēs in tractatu de ſtatuto excludente fœminas artic.6.num 252.& optimè Ioſeph. Cumi.in dict. c.ſi aliquem in verbo maritata queſt.8. & propriè nu.240.Quod ſi Beatrix inquit potuiſſe, Iacobū, ſaltim diſponere cum aſſenſu, atque ita ſaluo aſſenſu diſpoſuiſſe,& aſſenſum fuiſſe poſtea impetratum, dico quod hic articulus inueſtigādi,quid operetur talis promiſſio cū aſſenſu eſt ſalis differens à præſenti,& de hoc,vt promiſſum ordinem ſeruemus, loquemur infra ſub 5. prætenſione.

Hic enim quærimus ſolum, quid operetur proteſtatio filiæ cum conſenſu, & promiſſione patris circumſcriptio aſſenſu,& ex his quæ diximus patet.

Primo quod hæc quæſtio non eſt applicabilis ad caſum noſtrum. Patet ſecundo quod talis reſeruatio,vel tale pactum, nihil dotatæ filiæ opitulatur, prout probauimus ita de iure dicendum eſſe, & quod ita tenent Andr.& cæteri ſcribentes, ſupra relati.

Tertio adhuc reſpondetur quod talē pro-
29 teſtationem, vel reſeruationem filiæ cū conſenſu,vel promiſſione patris,vel tale ſuccedendi pactum (quomodouis illud appelles) dotatæ filiæ non prodeſſe,non amplius dici poteſt quęſtio,ſed caſus deciſus per cap. Regni emergentium, vbi conuocatis per Carolum Tertium nonnullis eximijs Iureconſultis, & per eos tali negotio diſcuſſo, ponderatiſque (vt credere oportet)prædictis And.Bar.Bal. & aliorum authoritatibus, necnon prædictis rationibus, alijſque (vt de eximijs illis viris credibile eſt)fortioribus decernitur,& per ipſum Carolum in vim legis ſtatuitur,vt ad excluſionem maritatæ vigore Conſtitutionis Regni ſufficiat non modo dotatio, ſed etiam receptio iocalium,vel aliarum rerum quarumcunque puta pro honorabili vita ducenda,vel alio quouis nomine,etiam abſq; vllo nomine dotis,ita vt,& ſi forte, id quod recipit ad paragium, non aſcenderet,paragij tantum poſſet petere ſupplementū, non autem aſpirare ad ſucceſſionem quantumuis(hæc ſunt verba tex.)Adſint conuentiones promiſſiones, & pacta de ſucceſſione futura habenda, & de hoc appareant inſtrumenta cum ſtipulationibus

bus promissionibus pœnis, refutationibus iuramentis, etiam quibusuis clausulis roborata, sed tales mulieres à feudali successione omni modo repellantur,&c. Ex quo cap. apparet clarissimè præsentẽ capitulationẽ (circumscripto assensu de quo inferius loquemur) Beatrici non opitulari.

Sed quia nihil penitus est in Iure nostro tàm clarum, quod saltim per cauillationem controuerti non possit, hinc fit vt respondere cogar duplici subterfugio partis aduersæ, quę leuissimis argumentis conatur apertissimam literã euadere. Primo inquit capitulum loqui respectu fisci ponderã, quod in eodem capitulo de fisco sępius fit mẽtio. Secundo inquit illud loqui non de filiabus, sed de sororibus tantum ponderans illud verbum de sororibus,&c. sed ad vtrumque innumeris modis responderi potest.

Ad primum in eo quod dicitur capitulum

30 loqui respectu fisci. Respondetur quod ferè nunquã in iure nostro reperitur articulus aliquis decisus inter omnes personas,& omnes res l.non possunt ff.de leg. sed particulares quædã personæ ob-

31 proprium interesse, vel quia illis casus accidit articulum decidendũ proponunt, qui si per Iudicem deciditur ius facit inter ipsas partes tot.tit.ff.& C. de re iud. si autem deciditur per Principem ius facit, quo ad omnes l.fin. C. de leg.cap. multi 2.quæst.1. c.licet 6.quæst.3. pulcra glos.in dicta l.fin. in verb.similibus, & in l.1. in verb. derogare ff. de fer. & vtrobique Doctores, & latè etiam præsertim Fel.in rubr.estr.de rescript.atque ita procedunt ferè omnia Decretalis, & Codicis rescripta, sic ergo in casu nostro damnum Fisci, causa fuit vt talis articulus discurreretur discussus fuit,& decisus huiusmodi pacta mulieribus non prodesse quin à successionibus repellantur fuitq; talis decisio in vim legis promulgata. Ex quo sequitur, vt tali muliere exclusa succedat sequens agnatus, si agnatus nõ supereſt succedat Fiscus, atque ita fisci damno prouisum est, non quidem per saltum, vt Fiscus cõtra iura feudalia succedat esclusis agnatis in gradu successibili, sed gradatim vt vbi tales agnati non superſunt succedat fiscus, sicut in simili bene declarat Curt. in tract. feud. in 2. par. tertiæ partis in 10. quæst. num. 33. in vers. circa prædictam quæstionem, ad quod vltra adducta per ipsum sunt verba Andr.in c.1. de vassall.milit.qui arm. bell. depos. in vers. Queritur de feudo i satis est autem fisco, & agnatis decisum fuisse punctum in genere videlicet talia pacta de futura successione, mulieribus non prodesse, quæ decisio ius facit, quo ad omnes vt modo diximus: Quod autem talis decisio sit generalis non autem specialis ob priuilegium forsan, vel prærogatiuam fisci probo tripliciter.

Primo quia, & Fiscus, & Ecclesia, & quisquis alius priuilegiatus in ijs tantum ca-

32 sibus priuilegio iuuatur in quibus specialiter priuilegiatus reperitur in cæteris autem habetur tãquam priuatus l. quod placuit ff.de iure Fisci, l.item veniunt §. in priuatorum, vbi glos.ff.de pet.hæred. Dec.in l.in ambiguis pro dote ff.de reg. iur. num.3. Tiraquell.de retract. lignag. §.1.glos.14.num.100. & pulchrè Iason in l.stipulatio ista, §.alteri in princ. ff. de verbor.obligat. sed in toto iure non reperitur Fiscus priuilegiatus in præsenti casu, de quo agebatur in dicto c. emergentium, ergo Doctores illi, quibus Carolus Tertius hunc articulum per repetitas vices (vt vbi dicitur) discutiendum commisserat, Fiscum in hoc iudicarunt tanquam priuatum, & nihilominus decreuerunt tale pactum de futura successione mulieribus non prodesse.

Et hoc quidem non ob aliquod Fisci priuilegium de quo in toto textu, mentio nõ fit, sed (prout ibi exprimitur) ob fraudẽ constitutionis, quæ fraus clarũ est, quod militat non minus respectu agnati quam respectu Fisci, Nec credibile est voluisse illos Iurisconsultos aliam rationem exprimere,& nõ illam qua mouebãtur, Immo,

& si alia affuisset ratio particularis respectu Fisci (quæ verè non affuit) magis eam tacendo, & exprimendo hãc generalem quod non potest cõstitutioni aptari fraus nec Ius publicum pactis priuatorũ lædẽdum est patet voluisse casus omnes decidere, qui sub ea generali ratione comprehenduntur.

Probo secũdo, quia oportet illos Iurisconsultos Caroli Tertij, ponderasse nostras superius adductas rationes, & authoritates, præsertim Andr. Bar. & Bal. qui ante Caroli Tertij tempora scripserunt; sed ex eisdem rationibus, & authoritatibus constat tale pactum de futura successione, mulieribus non prodesse, nulla habita distinctione, an cum Fisco concurrant, an cum priuatis, ergo eodem pacto credendum est prædictos Iuriscõsultos Caroli Tertij id idem generaliter absq; vlla distinctione determinasse.

Probo tertio ex verbis eiusdẽ c. ex quibus apparet clarissimè quod ibi non dubitatur, num Fiscus, ob aliquod priuilegium, vel specialem prærogatiuam preferri debeat mulieri nuptæ, & dotatæ, cum tali pacto de futura successione, de qua specialitate, ne vel minimum verbum in toto textu reperiemus, sed dubitatur solũ, modò, num tale pactum proficiat mulieri nuptæ, ita vt tanquam maritata, & dotata per Regni cõnstitutionem non excludatur, & deciditur quod tales cõuentiones promissiones, & pacta de futura successione habenda, non fiant, & facta nullum mulieribus ipsis afferant iuuamen, sed (ecce articulus decisus) pro maritatis, & dotatis habeantur, & tanquam maritatæ, & dotatæ à successione bonorum feudalium, penitus, & infallibiliter repellantur. Itaque si tales mulieres excluduntur, sequitur consequenter, vt illis exclusis succedat sequens proximè successurus siuè, is Fiscus sit siuè agnatus. Imò fortius in concursu agnati, & tanto magis si est soror. Nam constit.

33 odiosa dicitur ab Andrea quatenus sororem dotatam sic excludit, vt cæteris in gradu successibili deficientibus Fiscum potius quam sic dotatam ad eiusdem fratris feudalem successionem admittat, sed respectu sororis in capillo excludentis sororem nuptam dicitur potius fauorabilis, ad quod multa ponderant Doct. in l. veniam num. 5. C. de in ius vocan. Tiraquell. de retract. lignag. in præfat. num. 56. & de leg. Conn. l. 1. glos. 1. par. item prima, & de nobilit. c. 18. Ann. in c. 1. de vass. de crep. ætat. num. 392. & Cãnet. in c. si aliquẽ in c. incip. quod ista fol. mihi 305. atq; ita prædictum obiectum sublatum remanet.

Ad secundum quatenus obijcitur illud ca-
34 pitulum loqui solum de sororibus, respondeo, quod imò loquitur generaliter etiam de filiabus, vt modo dicam, & hoc proficit etiam ad intelligendum qualiter (vt iam diximus) loqui non potest solũmodò ad beneficium Fisci, qui respectu filiarum in quæstionem esse non potest, filia enim nupta, & dotata licet excludatur à secundogenita in capillo, tamen vbi alia soror non superesset succederet, ipsa exclusis reliquis agnatis, vel Fisco, vt in dicta constit. vt de successionibus tradunt glos. & reliqui, & in hoc differt à sorore dotata, quæ excluditur perpetuo. Et sic dum capitulum excludit filiam dotatam cum prædicto pacto, & promissione, oportet quod intelligatur fauore alterius sororis in capillo, cum alioquin si alia soror in capillo nõ super est, ipsa primogenita quantumuis nupta, & dotata succederet nec respectu Fisci aliorumue agnatorum à successione excluderetur. Quod autem capitulum ipsum loquatur etiam respectu filiarum.

Patet primo, quia quod ibi quæritur est an
35 valeat tale pactum de futura successione, & dicitur non valere, sed inter sorores, & filias nulla in hoc potest assignari differentia, cum articulus non consistat in qualitate, vel gradu personarum, sed in forma pacti, præsertim in fraudẽ constitutionis, quæ militat respectu omniũ, ergo decisio respicit omnes. Secundo idem

idem patet ex ratione superius allegata, nempè quod si in iure probauimus, & ita Andr. Bar. & Bal. & cæteri firmant generaliter tale pactum non valere, neque in filia, neq; in sorore ergo idem decreuerunt periti Caroli Regis.

Deniq; id idem apparet millies in eod. text. vbi dicitur de sororibus non simpliciter, sed de sororibus, & alijs, quæ per Regni Constitutionem excluduntur, sed constitutio sicut excludit sorores nuptas, & dotatas, ita etiam excludit filias nuptas, & dotatas illis præferens sororem in capillo, ergo, & de filiabus capitulum loquitur alioquin superuacuum esset illud verbum, & alijs. Item ibi dicitur de sororibus, & alijs, quæ à successione fraterna, & alijs successionibus repelluntur, vbi vides successionem fraternam referri sororibus. Alias autem successiones referri alijs mulieribus, nempè filiabus, & similibus, & quod ibi generaliter dicitur, & alijs successionibus paulo ante punctualiter declaratū fuerat, vbi dicitur ex successione auita, paterna, materna, fraterna, & aliter quocunque modo, & sic auita referetur nepti paterna, & materna filiæ, fraterna sorori, & aliter alijs congruēter,

36 Nec opinemur posse dici successionem paternam, maternam, vel auitam quando succeditur fratri, quantumcunque bona illa, à parentibus, vel ab auo peruenissent alioquin adhuc auita, triauita, & vsq; in infinitum reperiretur successio, sed hæreditas semper, & successio denominatur ab vltimo moriente, nec inspicitur cuius nam per prius bona fuerint, ita vt si frater moritur dicatur fraterna, si pater paterna, si mater materna, & sic deinceps l. j. §. veteres vbi glos. & Doctor. præsertim Alex. num. 9. ff. de acquir. possess. & in l. hæredes per seruum ff. eo. & in l. sed si plures §. filios ff. de vulg. & pupill. subst. & in l. eius ff. si cer. pet. tex. est ad literam in l. si auia vestra C. de donat. tradit Bauerius in suis singularibus, in verbo renunciatio num. 23. Aret. in cons. 161. in fine Afflict. in c. 1. de natur. succ. feu. & in constit. in aliquibus col. 7. Maranta in eius disput. 10. num. 16. Dec. cons. 31. num. 5. vers. non obstat Rom. cons. 168. Angel. cons. 126. Afflict. decis. 178. vers. tertio dubitatur ex qua apertissima lectura cauillari nō potest quin capitulum loquatur generaliter decidendo punctū non ex aliquo fisci priuilegio, quod in hoc nullum reperitur, sed in genere respectu omnium, & loquatur non minus de filia in successione patris, quam de sorore in successione fratris, & ex his omnibus concludimus talem reseruationem, vel tale pactum Beatrici non opitulari.

Et ne hinc discedamus, aduerto qualiter ex his quæ hucusque diximus diluitur faciliter illud partis fundamentum, cui nimis innititur: Inquit enim quod dotatio, &

37 successionis promissio sunt duo contractus correspectiui, vnde si vnus corruit necessario corruit alter l. cum te C. de pact. int. empt. & vend. latè Crauett. in cons. 246. & consequēter si corruit promissio successionis corruit etiam dotatio, & sic eadem Beatrix tāquam primogenita non dotata succederet, Etenim respondetur quod ij sunt cōtractus correlatiui in quibus duo pluresue contrahunt, & alter alteri ad aliquid obligatur, Porrò in ijs omnis ratio suadet, vt altero deficiente alter etiā non teneatur, At vero in casu nostro quidnam est quod Beatrix promisit quodue Iacobus à Beatrice stipulatus est? certè quātumuis iure quo-

38 dam naturali sit paternum officium dotare filiam l. fin. C. de dotis promiss. l. qui liberis ff. de ritu nupt. Non tamen iure ciuili cogitur pater ad certam dotis quantitatem, quinimmò dum filiam viro condigno nuptui tradat nil vlterius de dote querendum est quantumuis exigua sit, vt supra in princ. alleg. dictum est: Itaque Iacobus pater, & virum, & dotem, vltra quam teneretur constituit filiæ satis condignam, tū vlterius in beneficium eiusdē superaddidit illius modi promissionem. Dicemus fortè, quod dum corruit hæc secunda

cunda promissio, corruit etiam illa altera promissio,& constitutio dotis? Ab-
39 sit, Nam clarum est,quod dum plura promittuntur, quorum aliquod promitti prohibetur,corruit prohibitum, & remanet permissum text.sunt ad literam in l.pen.§.si.quid autem C.de donat. in l.siuè generalis §.j.ff.de iur.dot.in l.placuit,& l.pecuniæ ff.de vsur.si quidem in his, quæ sunt separabilia vtile per inutile non vitiatur c.vtile, vbi latè glos.de reg. iur.in 6.Bar.& cæter. in l.Græcè §. illud ff.de fideiuss.& in l.si stipulatus fuero §. Crisogonus ff.de verb.oblig.vbi latè Ias. num.54.& idem Ias.in l.certi condictio §.quoniam ff.si cer.pet.& in l.Titiæ textores §.nihil differt ff.de leg.1.Aret.consil.54 num.2.Abb. & Canonist. in c. illa de elect.& in c. cum tempore de Arbitr. In hoc autem casu dotatio, & promissio successionis sunt res adeo separabiles, vt etiam seruata forma capitulorum matrimonialium in aliquo casu remaneret dos absque alia successione.

Præterea non nè credendum est Bar. Bal. Salyc.Castr.Fulgos.Ias.aliosque eximios viros in hac quæstione omnes hinc inde rationes ponderasse? & tamen quæstionem, hanc maturius decidentes firmant
40 stare dotationem tanquam rem à lege approbatam,Reijci autem promissionem successionis cum quibusuis clausulis cõceptam à lege improbatam,quam eãdem opinionem Carolus quoque Rex (vt modo diximus) in vim legis promulgauit.

Ex his etiam diluitur aliud fundamentum, dum præsupponit pars aduersa quod po-
41 terat Iacobus pater pro parte dotare, & reseruare successionem, iuxta glos. in constit.vt de successionibus, & Andr. in c.1.de natur.success.feu.num.16.& 31. Nam respondetur quod est impossibile alicuius rei esse vnam partẽ, nisi præsupponitur altera pars, & proinde illa quæstio procedit quando dos pro vna parte assignatur in pecunia, vel aliter, & pro alia parte constituitur successio. Tunc enim successio est intra dotem,& sic non aduersamur constitutioni repellenti dotatam à successione. Item non remanet vlterius successio libera penes dotãtem, & sic cessat fraus sicut indispositionibus prohibitis in vltima voluntate, & nõ inter viuos,vt per Napod. & reliquos in consuet.si aliquis moriens,& in consuet. & si testator alias esset in potestate patris fraudare constitutionem appellando dorem partem dotis, & magis in patre quem sufficit dotare in vno nummo ad exclusionem,vt inquit Bal.in c.si proponente nu.3. extr. de rescript.cum cęter. de quibus meminimus in principio præsentium Allegationum,vnde tãto minus esse potest in voluntate eiusdem patris nihil promittentis respectu successionis, sed quantitatem promissam appellando dotem, vel partem dotis eludere cõstitutionem quæ dotatam repellit, præsertim dum in c. emergentium cauetur,vt quicquid quantumuis minimum quouis nomine per mulierem receptum sufficiat ad eam excludẽdum à feudali successione, solumque ipsa mulier petere possit paragij supplementum.

Quo ad quartam prętensionem Inquit Beatrix quod talis successio in hoc statu promissa fuit in capitulis matrimonialibus, & consequenter est sua dos, ex quo
42 sequitur in iure, quod talis promissio fauore dotis valet etiam sine assensu per constit.fratribus,aut saltim assensus posset etiam expediri post mortem, ex his, quæ habentur per Afflic.in decis.111.& decis.385. Prætendit etiam habere assensum validum super tali promissione, sed de viribus talis promissionis, & assensus circumscripta causa dotis locus erit disserendi paulo post sub quinta prętensione. Hic autem solum quæ ad dotem attinent attingam, & ad prædictam Beatricis prætẽsionem,quatenus in ea dos pręsupponitur respondemus.

Primo quod prædicta constit.est correcta per capit.Sancti Martini quod alias incipit, Item statuimus quod licitum sit Baronibus

ronibus,&c. vbi cauetur feuda, nec in dotē posse dari sine assensu quod, & firmāt glos.& Andr. in c.1.§.donare qual.olim poter.feud alienari,& clarius in c.Imperialem in prima addit.nu.6. vers. in Regno,& num.7.vers.verius, vbi firmat, nec etiā posse obligari,& ibid.Camer.fol.84. col 2.cum seq.& capit.fol.13. col.2. & in inuest.feudal.in verbo feuda, & Frec. ad const.constit. Diuæ mem. in 5.limit. pro dote f.135. nec dicas quod in Beatricem proximè successuram poterat disponere sine assensu, quia hoc faciēdum erat per contractum à iure permissum, videlicet per simplicem refutationem, & non per alium contractum, alias succedit regula, quod potui nolui, prout latius dixi supra sub tertia prætensione in prima respons. Et hoc quo ad ostendendum quod assensus omninò requiritur. Quo vero ad id quod subsequenter pro Beatrice proponitur, vt assensus possit nunc etiam expediri. Respondeo, quod de iure communi quandocunque superueniat assensus validatur contractus, nec obstat, si interim illius rei dominiū transit in hæredem quoniam hoc propriè est quod benignius suppletur fauore dotis per tex.in leg.si ego §.si res ff.de iur.dot. sed dubitabile hoc est in Regno, vbi per constit.constitutionem Diuæ memoriæ, potest reuocare idem cōtrahens, vel eius hæres, ob quam reuocationem pristinus contractus in totum annullatur,& superueniens assensus nihil reperit quod confirmet, ita eleganter docebat Camer.in c. Imperialem fol.91.lit.C. cum seq. & in casu nostro nō modo Virginia hæres reuocauit, petendo inuestituram, aliaq; faciendo nonnulla ad Beatricis exclusionē, sed reuocauit idem Iacobus pater, qui promissas cautelas facere noluit,& profitebatur semper velle, vt Virginia succederet exclusa Beatrice, prout multi testes affirmant.

Secundo respondetur in casu nostro nulla
43 ratione posse præsupponi dotem, quod apparet amplissimè quia Andr.Bar. Bal. & cæteri, & deniq; capitulum emergentium dum indiuidualiter hanc nostram facti speciem examinant præsupponunt pactum de succedendo factum mulieri nubenti, sed tamen absque vllo termino dotis articulum discutiunt,& tādem decidunt pactum non valere, Quod si tales viri in hac facti specie, nullatenus dotem præsupponebant, quid est quod nos in eodem indiuiduali facto dotem præsupponamus? cū potius in casu nostro multa adsint ad hoc negandum fortiora, vt modo dicam.

Tertio respondetur in facto nostro, multa adesse fortiora, ex quibus probatur qđ hæc prætensa successio nullo pacto est dos, quod primo apparet clarissimè ex capitulis matrimonialibus, vbi dicitur qđ Iacobus præter dotem promittit cautelas, vt Beatrix succedat.

Secundo apparet quia nō promittitur consignatio viro, prout semper fit in dotibus, siquidem Iacobus promisisset Virginio hunc statū in dotem, licet post mortem ipsius, qua sequuta Virginius acquisiuisset dominium talis rei promissę iusta legem dote ancillam, vbi Doct. C. de rei vend. Et è contra ex hac alia forma promissionis quod Beatrix succedere habeat nemo non videt clarissimè quod bona in quibus succederet essent bona eius propria extra dotem l.fin.vbi glos.C. de pact.conuent. Quinimmò,& dum aliquid ad ipsum virum peruenturum promittitur præter dotem adhuc res illa nec dos existimatur, sed est res ipsius mulieris parafrennalis l.si ego §.dotis ff.de iur. dot. Dos enim est id quod viro datur ex causa dotis. Res parafrenalis est quæ viro datur administranda, sed propria mulieris est quæ viro non traditur, sed remanet apud eandem mulierem, prout post. Doctor. in dict. l.doce ancillam,& in dicta l.fin.& in dicto §.dotis tradit latè Iacob. Menoch. de præsumpt. lib.3. præsumpt.8. & sic talis promissio nullo pacto est dos. Tertio idem patet ex eo quod in illis scutis 18000. in dotem datis

datis promittitur antefatum, in hac autẽ successione de antefato verbum nullum, & merito, quia (vt dixi) talis promissio in eisdem capitulis asseritur fieri præter dotem, & sic remanent priuilegia dotis, quo ad dictos scutos 18000. sed quo ad hanc successionem cessant priuilegia dicti §. si res videlicet ne mulier indotata fit, prout genericè non modo bonis propriis ipsius mulieris, sed bonis parafrenalibus, vel extra dotem nullum competere dotis priuilegium tradit Bal. Nouell. in tract. dotis par. 6. priuileg. 14. & latius Iacob. Menoch. in prædicto tract. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 8. num. 9. & consil. 56. num. 6. vol. 1. Quare de præsenti successione extra terminos dotis simpliciter differẽdum est, quid operetur promissio illa Iacobi cum assensu, circa hanc successionem de quo sub sequenti capite loquemur.

Quo ad quintam præ ẽsionem inquit Beatrix, verum esse quod Iacobus promisit facere debitas cautelas, vt ipsa succederet, & assẽsus fuit postea expeditus, quare talis promissio si non ex causa dotis, saltim omni meliori modo debet hoc operari, vt ipsa succedat. Ad hoc dilucidè distinguo, qđ si Beatrix iuuari vult ex prædicta voluntate, & promissione paterna circumscripto assensu, hoc sibi in nihilum potest opitulari ex his, quæ latè differuimus sub tertia, & quarta prętensione, si vero tali promissione iuuari vult tanquam assensu roborata tunc multipliciter respondetur.

Primo dato (sine veritatis præiudicio) quod
44 super promissione Iacobi adesset assensus, dico quod Iacobus nõ promisit successionem, sed promisit facere cautelas de successione quæ promissiones inter se non mediocriter distant, nam quando quis promittit rem, tenetur præcisè rem tradere. Ita glos. magna in l. 1. ff. de act. empt. & hoc quia in tali casu specialiter lex statuit promittentem teneri præcisè ad ipsam rem, vt in l. vbi autem non apparet §. fin. vbi Bar. notat. ff. de verb. oblig. & pulchrè Alex. in l. stipulationes non diuiduntur nu. 15. ff. de verbor. obligat. vbi firmat hoc esse speciale in obligationibus dandi, & in his casibus specialiter expressis adimplendũ est pręcisè, vt etiam docebat Dec. in l. cum fundus §. seruum tuum num. 5. ff. si cer. pet. & Gram. decis. 103. num. 144.

Quãdo autem casus aliquis nõ reperitur in iure specialiter expressus, tunc succedit
45 regula generalis, vt promittens liberetur præstando interesse, iuxta l. stipulationes nam diuiduntur in vers. celsus ff. de verb. oblig. & l. si quis ab alio ff. de re iud. Bar. in l. 1. nu. 12. ff. de act. empt. & alibi pluries; sed verum est dicere quod promittens, facere cautelam, vel contractum de aliqua re, factũ promittit l. cõsilio in fine ff. de curat. furios. in quo facto non reperitur in iure expressum, vt teneatur præcisè ad illam rem, vel ad illum contractũ, ergo Iacobus, vel eius hæres condemnari non posset nisi ad interesse.

Idq; est quod Andr. noster, per veros iuris terminos procedendo in c. 1. in princ. de contr. inuest. & in prælud. feud. quæst. 6. firmabat aliud esse inuestire, aliud promittere de inuestiẽdo, vt primo casu teneatur quis præcisè tradere. Secundo casu liberetur præstando interesse, idemq; firmat Andr. in c. 1. §. si facta si de feud. defunct. vbi eum sequitur Aluar. & Iacobus in sua inuestitura in verbo inuestiui nu. 8. & Ias. in cons. 148. col. pen. vol. 2. quod & scite docuit Dec. in l. cũ fundus §. seruum tuũ ff. si cer. pet. vbi reprehendit Io. Andr. qui dixerat quod promittẽs se obligaturum ad decem potest ex hoc conueniri absque noua obligatione ad inutilem circuitum euitandum. Nam potius (inquit Dec.) vtilis est circuitus tum ob dilationem, tum etiam ob interesse voluntatis, ne excedãtur limites promissionis. Et tamen minus errabat Io. And. in casu suo, loquitur enim in promissione quantitatis, quo casu, vnum, & idem, erit interesse cum obligatione principali. At quãdo agitur de re (sicut in casu nostro)

sto) tunc interesse soluitur in quantitate,& remanet res,vnde quadrat interesse affectionis. Et sic multo fortius in casu nostro procedet decisio Andr.& Dec.& aliorum quos modo retulimus videlicet vt obligatio non astringat præcisè ad rē, quod etiam firmat Alex. in consil. 212. num.14. vol.6. Dec. conf.503.num.2. Angel. in conf.238. in fine Ias.conf.24. nu.7.vol.3. quos etiam sequitur Alciat. in rubr.nu.15.ff.de verb. oblig. Galiaul. in eadem rubr. de verb. oblig. num.62. & 63. Butticell.in §.Cato nu.42. Gram. in decis. 103. num.188. cum seq. & Iacobin.in d.l.cum fundus §.seruum tuum in principio.

Huc deniq; spectant vulgatæ regulæ quarū mille apud iura nostra reperiemus vide-
46 licet aliud esse redhibere,aliud conuenire de redhibendo tex.est ad literam in l. quod si nolit §. illud planè ff. de ædilit. edict. Item aliud esse dare pignus, aliud promittere,illud dare l.Titius in fin. vbi glos.ff.de pignorat.act.Item aliud esse cessio,aliud promissio de cedēdo,vt per Roman.in conf.86.num.7.Item aliud esse venditio, aliud promissio de vendendo Bal.in l.1.num.2.& 3.C.de pact. pignor.Aret.conf.28.num.1.& Ias.Lat. in l.si ante nu.4.ff. solut. matrim. & pulcrè Dec.conf.183. in fin. Item (vt ad casum nostrum proprius accedamus aliud est donatio,aliud promissio de donādo,Bar. in l.fin. num.8.ff. de condit. caus.dat. & in l.Iurisgētium in princ. vbi etiam Alex. num 9.ff.de pact.Salyc.in l.si quis argentum,§.sed si quidem circ.med. C.de donat.Ioan.Faber.in §.aliæ num.2. inst. de donat.Imol.in l.in ædibus col 2.ff. de donat.Dec.in l.si pacto quo pœnam col. fin.C. de pact. Ex quibus omnibus concludamus oportet, qđ Iacobus, vel eius hæres renuens Beatricem habere statum Amatricis ex prædicta Iacobi promissione ad aliud condemnari non potest, nisi ad interesse de quo tamen interesse loquemur in sequenti sexta pretensione, & hęc presupposita validitate promissionis, & assensus.

Secundo respondetur quod Beatrix tali promissione, talique assensu iuuari non
47 potest,nam (vt pluries diximus) promissio est de faciendo cautelas pro tali successione assensus expeditur super cautelis faciendis. Et sic promisio Iacobi non habet assensum, & consequenter est nulla,assensus non habet cautelas, & consequenter est inutilis, cui quidem motiuo responderi (ni fallor) numquam poterit. Nemo enim ignorat assensus materiam adeo strictam esse, vt de tempore ad tempus,vel de persona ad personam, vel de contractu ad contractum etiam minoris præiudicij extendi non possit prout latè declarat Andr. in c.Imperialem num. 4. & 5. & ibid. Aluar.num.8.Afflic.nu.12. & 13.Camer.fol.48.& 49.Cur.in 4.par. vers.quarto,quero si Dominus,Paris.de de re integr. in c. incip. vassallus tenens feudum fol.140.Afflic.in constit.constitutionem Diuæ memoriæ num.30. vers.7.quæro,& ibidem Capyc.col.86. & melius decis.100.in fine Loffred.conf.7. num.35.& conf.9 num.20. & 23. Et in specie quando per vnum contractū promittitur fieri alius contractus,tunc assensus præstitus super faciendo non validat factum sicut è contra præstitus, super facto non validat faciendum. Ita Afflict. in constit. constitutionem Diuæ memoriæ col.12.in q.9.Capyc.in inuest feu. in verbo feudales assensus vers.necessitas in fine fol.mihi 82.col.1.Gram.decis.103. num.188.& 198.& 203.Affl.decis.355 in princ.& in fin. Frec.in sui operis lib.2. quæst.11.vbi circa finem sic inquit,fuisse iudicatum Minad.conf.18.num.6. & 7. & optimè Camer.in c. Imperialē fol.54. col.2. Quæ sententia trita est apud Feudistas,& meritò,quoniam nusquam dabitur in materia assensus,vt comprehendi, aut validari possit aliquid in assensu non
48 expressum, quantumuis illud ad idem tenderet cum eo quod exprimitur, vel etiam ad aliud minoris præiuditij,vt modo diximus si quidē vbi omne aliud cessaret interesse,saltim remanet interesse

Kkkk volun-

voluntatis Domini, vt Domino exprimatur id quod verè est nō autem æquipollens, vel plus, vel minus, prout declarat Camer. in c. Imperialem fol. 4. Capyc. decis. 100. in fin. vbi ponderat And. multoque magis in Regno, vbi per constitutionē requiritur licentia expressa, & specialis, nō autem comprehensiua, vel præsumpta sicut considerat Frec. in prædicta quæst. 11. num. 8. Gram. in d. decis. 103. num. 198. & 199. Capyc. decis. 100. in final. verb. & alij supradicti ad cuius rei confirmationem in assensu ponitur clausula, quo ad expressa tantum, vt certius sit assensum ad nihil aliud extēdi præter expressum, vt per Frec. in d. lib. 2. q. 15. circa fin. Et ex his cognoscitur promissionis, & assensus difformitas, ex quo sequitur Beatricem, neque assensu, neque promissione iuuari posse, postquam illæ cautelæ faciendæ circa successionē numquam postea factæ fuerunt.

Tertio respondetur assensum esse etiam subreptitium, quoniam ad facilitandum expeditionem assensus exprimitur talem promissionem factā fuisse ex causa dotis ex qua Princeps facilius consentit, prout Rex ipse dixerat in c. in planitie S. Martini quod alias incipit statuimus. Nos autē sub quarta prætensione in tertia responsione luce clarius demonstrauimus dotis nomen, tali promissioni nullatenus conuenite. Ex quo clara sequitur cōclusio, quod vbi narratur aliqua causa, vel qualitas aliter quam est tunc assensus desuper expeditus corruit in totum, vt habetur latè per Camer. in c. Imperialem fol. 56. col. 4. per tot. quod prius docuerat, Isern. ibi relatus, & benè etiam Frec. in lib. 2. quæst. 26. cum cæteris per eos adductis.

Quarto respōdetur fortissimè, & oritur præsens responsio ex eadem falsa assertione, qua dicitur præsentem promissionem fuisse ex causa dotis præsupposito prius quod alius est contractus dotis, alius est contractus purè, vel conditionalis dona-
49 tionis extra dotem, vel alterius generis promissionis, præsupposito etiam quod præsens promissio nullatenus ex causa dotis dici potest, prout vtrumque superius sub tertia prætensione probatum est: sed certè in iure est apud omnes indubitatum quod assensus super vno cōtractu nō validat alium quantūuis æqualis, vel etiam minoris præiudicij, vnde assensus præstitus donationi non validat donationem causa mortis, nec è contra, & sic de similibus, vt post Andr. Bar. & cęter. docebat Loffred. cons. 9. num. 21. Camer. fol. 47. lit. V. & fol. 48. lit. B. & M. & fol. 49. lit. Q. vbi declarat nec validari cōtractus omninò similes, & eod. fol. 49. lit. V. vbi loquitur etiam de cōtractu minoris præiudicij. Quæ omnia ibi Camer. ordinate tradit cum prius illa eadē sparsim docuissent Andr. in c. Imperialem num. 4. & 5. ibique Aluarot. num. 8. & Afflict. nu. 12. & 13. Curt. in tract. feud. in 4. par. vers. 4. quæro si Dominus Paris. de reintegr. in c. incip. vassallus tenens feudum fol. mihi 140. Afflict. in constit. constitutionem Diuæ memoriæ nu. 30. vers. 7. quæro, & ibidem Capyc. col. 86. & decis. 100. cum cæteris, vt per eos. Et est ratio euidens quia lex feudalis prohibet omnes contractus sine assensu, si autem super aliquo contractu superuenit assensus certè illum solum eximit à prohibitione, cæteri autem remanent in prohibitione comprehensi. Neq; enim in materia stricti iuris (qualis est assensus) dari potest extensio ad simile, nec ad minus, vt est tex. pulcher in l. si pupillorum §. si prætor ff. de rebus eorum. Et sic remanet indubitatum quod quantumuis præsens assensus validare potuisset contractum dotis non tamen validare potest præsentem contractum, qui vt diximus non est contractus dotis.

Quinto respondetur hunc prætensum assēsum esse nullum ex dispositione nouellæ pragmaticæ, quæ est octaua sub tit. de feudis, qua cauetur assensus reddi ipso iure nullos, si à die expeditionis per tres menses contractus super quo interponi-

tur

tur per Notarium Regium non celebratur. Patet autem quod hic assensus expeditus fuit super cautelis faciendis, talesque cautelæ, nec infra tres menses, nec vnquã postea factæ fuerunt, immò plus dico, quod etiã quod assensus fuisset expeditus super illa promissione Iacobi de faciendo cautelas mentionatas, adhuc esset nullus, requirit enim pragmatica, de necessitate, quod contractus fiat per Notarium Regium ille autem, qui prædictam promissionem stipulatus est fuit Notarius Apostolicus. Ex quibus omnibus patet Beatricem, nec tali promissione, nec vlla alia ratione defendi posse, quin, vti dotata ac nupta excludẽda sit à feudali successione ex quo sequitur consequenter præsentem inuestituram in personam Virginiæ expediendam esse.

Quo ad sextam, & vltimam prætensionem, inquit Beatrix, quod si ipsa à præsenti successione excluditur tunc Virginia vti generalis hæres Iacobi tenetur prædictas cautelas pro hac successione conficere, & si renuit tenetur ad interesse, prout petijt in vltima comparitione. Ad quod aduerto prius qđ in hac prætẽsione processus non est instructus, sed porrecta tantum comparitio prædicta. Immò neque in hoc potest tale iudicium inchoari donec successio perueniat ad Virginiã, siuè enim pro extimatione prætendat actionem personalem tantum, siuè etiam hypothecariã semper dominium præsupponendum est in persona Virginiæ conuentæ, quæ solum conueniri potest vti hæres, & vti hæres nunc debet habere successionem.

Quando autem super hac noua petitione erit processus instructus, tunc multa dicentur ad annullandum, vel saltim ad diminuendum talem prętensionem. Dicetur enim quod quomodocunq; Beatrix se dirigat, pro hac extimatione sub duo-
50 bus capitibus, se dirigat necesse est, vel vt sibi debeatur extimatio ratione dotis promissæ, quæ non habuit effectum, iuxta id quod habetur per Andr. in c. 1. §. donare in principio additionis sub titulo qualiter olim poter. feud. alien. & ad hoc respondetur talẽ promissionem non esse dotem, vt pluries diximus, vel secundo petet extimationem ob inobseruantiã facti promissi per regulam quod in obligationibus facti succedit obligatio ad interesse, & tunc defendemus hanc regulã non procedere in feudalibus in quibus omnis pactio, est nulla, & consequenter, nec potest obligare ad interesse, vt per Andr. in c. Imperialem num. 16. in addit. per Camer. ibidem fol. 90. lit. N. per Capyc. decis. 115. per Aym. cons. 200. & alios quamplures ex cuiusmet difficulta-
51 tis radice oritur alta illa quæstio an legato feudo saltim debeatur extimatio de qua nonnulli scribentes, nostrumque ipsum Sacrum Consilium diuersis temporibus diuersimodè sentijt, & nouissimè non deberi iudicauit. Vt latè post cæteros per Regenr. de Curt. in suo diuers. sub cap. incipien. Multoties concedens num. 87. cum sequentibus præsertim num. 103. fol. mihi 53. in quo folio inserit literas Regias in quibus Maiestas Catholica ad hanc opinionẽ summoperè vergit. Præterea hæc erat dispositio generalis in qua semper Sacrum Consilium pro constanti habuit estimationem non deberi, & ita fuit decisum in causis illorũ de Surianis, & illarum de Venatis, quod, & aduertitur in additione ad Io. Vincentium de Anna in allegat. 127. in fin. vlterius nos sumus in contractu inter viuos, in quo dum nullus est nulla debetur euictio, vel æstimatio, & quamuis in vltima voluntate, quæ est fauorabilior adsit aliqua controuersia, nulla tamen adest in contractu inter viuos. Ita docent Iacob. de Are. Irner. cæteriq; vetustiores, quos referunt, & sequuntur Bar. in l. multum interest in finalib. verb. ff. de verb. oblig. ibique Castrens. num. 2. Alex. num. 2. & Iason num. 3. vbi assignat optimas differentię rationes. Idque est quod sibi volebat Andr. in c. Imperialem in secunda ad-

additione in princ. dum inquit quod talis contrahens ad aliquid non tenetur, idque ipsum Sacrum Consilium pluries iudicauit, & in dictis literis Regijs habetur pro indubitabili. Et ex his, & alijs nō controuersis in contractū inter viuos infert etiam ad vltimas voluntates Anna in alleg. 126. & 127. Immò fortius dicetur casum nostrum specialiter eximi ab omni disputatione si quidē hæc pactio circa successionem in filiā nuptā per Doctores omnes (vt supra diximus) ac deniq; per capitulum Regni exprobratur, & annullatur in totum, & cauetur in nihilum prodesse, quod quidem nō esset si prodesset quo ad extimationem, immò frustra Doctores ipsi ipsumque capitulum Agnatorum, & Fisci damno prouidissent. Item dicetur vlterius hanc promissionem Iacobi fuisse correspectiuam, vt in tantum Beatrix succederet in statu Amatricis, in quantum Virginius succederet in statu Mentanæ. Sic præsumit lex, quando vtraque promissio adest in eodem contractu, vt habetur per Gram. decis. 103. num. 153. sic apparet ex lectura promissionis, vbi dicitur versa vice, &c. aliaque verba hoc importantia, sic tandem pars aduersa hoc fatetur in eius artic. 7. & 8. & deponunt testes nostri super articulo 13.

Ex quo sequitur quod quamuis (quod expressè negauimus) talis promissio ab initio fuisset valida euanuit tamē postea, dum Virginius non habuit, vel inutiliter habuit statum Mētanæ, hæc enim est natura promissionis correspectiuè, vt vna parte deficiente altera non teneatur l. cū proponas cum cōcordant C. de transact.

52 Est enim Mentanæ status maximi redditus valoris annuorum ducatorum 17. m. vt pars aduersa inquit in articulo 14. Postea verò innotuit Paulum Iordanum Vrsinum statum hunc vendicare vltra quod tot debita, aliaque onera reperta sunt, vt statum absorbeant quamuis Paulus non vendicaret, vt in facto diximus,

53 & in iure vnum, & idem est aliquid non habere, vel in vniuersaliter habere l. 1. S. hæc quidem verba, vbi Doctor. ff. quod quisque iur. & ex his rationabiliter Iacobus tales cautelas conficere nunquam voluit, quin potius asseuerabat se ad ad hoc non teneri, sed velle, vt Virginia succederet, Quæ omnia hic breuiter tacta latius discutiēda erunt instructo processu quo ad hanc nouam extimationis petitionem nihil autem impedit, quin (vt hucusque probauimus) successio ipsa ad Virginiam spectet talisque inuestitura in eius personam expedienda sit, quod si iure fieri oportere dijudicabitis prudētissimi, & integerrimi Iudices gaudebitis insimul sic de iure potuisse decidere, vt in capillo remansam filiam legibus prædilectam adiuuetis. Nunc præsertim quod ex hac succedendi spe, tanto cum sui, totiusq; suę familię splendore talem sibi virum adiunxit Fabritium Corregiorum Principem.

Deo Gratias.

Dum pro expeditione instabamus Serenissimus Dux Mantuæ vtriusque sororis consanguineus voluit ab aduocatis ambarum partium de illarum iuribus certiorari misimus notam facti concordati, & singuli sua iura, & post aliquos menses mihi scripsit fuisse præsentes allegationes simulque contrarias pro Beatrice perlectas atque suo iussu discussas ab eximijs Iurisconsultis de quorum voto sorores concordauit optimis conditionibus pro Virginia, Addiditque quod & vberior pro ipsa Virginia fuisset concordia nisi iam pro Beatrice præcedens Sacri Consilij sententia reperiretur. Obtinuerat ex Allegationibus eximij Aduocati postea Regentis de Ponte impressis nunc in suis Consilijs nu. 10. quibus in hac reclamatione noui Aduocati vtebantur. Et in hac reclamatione fuit meus Collega Cōsiliarius de Anna qui aliqua cespitanter annotauit, vt in eius Allegatione octaua.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Adhoa an diminuat liquidationem Paragij fuit articulus discussus in duabus aulis in quibus fuerunt in pari voto, & postea datis adiunctis decisum fuit non minuere, vt in fine Allegationum annotatur. Multo magis nō diminuit vitam militiam nu. 2. An autem sit onus feudi vide num. 7. & 12. & 14. cum seqq.*

2 *Paragium est loco legitimæ. Ideoque debetur deductis oneribus nu. 3. & liquidatur vt num. 5.*

4 *Vitam militiam esse loco legitimæ ex pluribus comprobatur liquidatur autem vt num. 5.*

6 *Onera diminuunt siuè ratam hæreditatis, siuè legitimā, siuè alimenta. At quæ onera, & quare, & quas portiones, vide num. 18. vsque ad num. 23.*

8 *Feudum datum ad annuam pensionem nō debet aliud semper tamen fidelitatem. An autem talis pensio diminuat vitam militiam, vel paragium vid. num. 9. & 15. Et an pro ea sit feudum obligatum cum declaratione illius rationis quod res sua nemini seruit num. 10. cum seqq. An autem sit obligatum pro comprehensis in fidelitate vid. nu. 16. cum seqq. Et an pro seruitijs, vide num 23. cum seqq.*

11 *Res aliena vendi potest at non pignorari.*

13 *Dominij vtilis, & directi distinctio ad nonnullos effectus.*

16 *Fidelitas & in ea comprehensa nō diminuunt vitam militiam, vel paragium, & huius ratio in num. seqq. Idemque in seruitijs, vt num. 34.*

17 *Malorum euitatio non potest esse considerabilis quasi damnosa.*

23 *Seruitia quæ & qualiter debeātur si non exprimuntur, vel si exprimuntur generaliter, vel particulariter, & nu. 24. & 25. & qualiter pro illis fit executio num. 32.*

27 *Assensus non requiritur in contractu cum Rege quia dum contrahit sibi ipsi authoratur.*

28 *Vita militia exigitur directè contra tertium possessorem.*

29 *Paragium quomodo exigitur contra tertium possessorem, & quid de interesse num. 30.*

31 *Actio personalis in rem scripta operatur contra tertium pro tempore quo possidet, & non aliter. Secus autem in actione reali, vt num. 32.*

32 *Feudum ad quid est obnoxium ob seruitium non præstitum, & quando ex hoc perditur num. 33.*

35 *Seruitia pro feudo quæ & quando debentur, & quid de Adhoa in num. seq.*

36 *Adhoa successit loco seruitij militaris. Et cur ita appellatur, & de eius quantitate vid. num. 38. An diminuat Paragium, & quando debetur vid. nu. 39. & 40. Exigitur pro velle Regis in pecunia, vel eius loco seruitium num. 41. Non exigitur in Regno durante exactione donatiui eiusdem Regni legitimè facti, vt num. 43. & 44.*

37 *Subrogatum sapit naturam, &c.*

42 *Mortis tempus inspicitur in liquidatione legitimæ, vitæ militiæ, & paragij.*

44 *Maior pars habetur sicut si omnes interuenirent.*

ALLEGATIO LXXXI.

Pro hæredibus Isabellæ Vitellæ.

In Dei Nomine Amen.



AGitur de exequutione sententiæ latæ ad beneficium Isabellæ Vitellæ, & successiuè ipsorum hæredum circa liquidationem paragij debiti per Beatricem sororem primogenitam super bonis feudalibus ab ea possessis. In quorum æstimatione quæritur num ad hunc finem sit considerabilis solutio Adohæ sicut reliqua

1 onera, quæ ipsorum feudorum valorem extenuant, & porro miratus sum talem arti-

articulũ non reperiri decisum sicut credendum est talem casum pluries euenisse; Et quamuis Collega doctissimus claram esse huius causæ iustitiam, & proindè pauca pro eius defensione satis esse dijudicauerit, tamen vt videmus Dominos duarum aularum fuisse in pari voto, ad hoc vt ipsa iustitia clarius innotescat aliqua fusius addere,& contraria pro viribus refellere non pigebit.

Non autem credam opus esse, vt immoremur in discussione articuli respectu vitæ militię,oportet enim,vt aliquando quiescamus in his,quæ in huius Regni supremis Tribunalibus nõ semel recepta sunt.

2 Et porrò adhoam à primogenito debitã non minuere vitam militiam firmat latè Doctissimus Regens Loffred. in sua paraphras. ad l. Imperialem in §. firmiter, Item Regij Consiliarij Ant. de Alexan. & Afflict. vt in sua decis.252.& Capyc. in sua Inuestit.in verb.feuda adhoanr,& sic per Sacr.Consil. fuisse decisum legimus apud Præs. de Franch.in decis.20. Et fuerat etiam decisum in Regia Camera Summariæ teste Capyc.in loc.prædicto colum. final. in vers. & fratres, & alios Regnicolos afferunt Vrsill. in dicta decis.252.& Camill. Salern. in addit.ad consuet.Quod si aliquis sub tit. de alim. præstand. & extra RegnumTiraquell.de iur.primogeñ.quæst.74. nu.2. cum seq. Arius Pinellus in l.1.C.de bon. matern. in 2.par.num.72.in 7.ampliat.Molin.de Hispan. primogen. lib.1.c. 27. num. 9. Ad quod miror non ponderari locum Andr. meo iuditio punctualem si quidẽ text.in c.Alienationis actus in fin.statuit seruitium Regi pro feudo debitum non diminui ex pręstatione vitæ militię,And. autem in constit.comitibus quem refert, & sequitur Camer.in c.Imperialẽ fol.13 lit.D.inquit secundogenitum de sua vita militia non contribuere in adhoa; Ergo integra adhoa remanet ad onus primogeniti, Idque licet aliquantulum confusè dicere fortè voluit Afflict. in illa decis.252. in vers. & ideo.

Pars aduersa non audens istã conclusionem impugnare nititur defendere, vt à vita
3 militia ad paragium non arguatur, quia paragium inquit esse loco legitimæ,& legitima debetur deductis oneribus, sed vita militia inquit quod non est loco legitimæ; Primum assumptum quod paragium est loco legitimæ est omninò verum, vt per Andr.in constit.in aliquibus, vbi latè Afflict.num.43.& 44.Post Gregor. in tract. de dot.& parag. quæst.20. & 28.Præs.de Franch.in decis.61. nu.5. Consil.de Anna in cons.6.num.10. post eius patrem in alleg 70.Similiter verissimum est quod in liquidatione legitimæ deducuntur onera l. quoniam Nouella, vbi gl.& Doct.in l.scimus §. repletionẽ, & l.quoniam in prioribus C. de inoffic. test.l.Papinianus §.quoniam ff.eod. tradit Alex.in l.1.num.3. ff. de acquir. hæred.latè Surd.in cons.216.vol.2.& Luc. in tract.de legitima sub rubr.dictante legitima est quota bonorum.

Sed tertium assumptum quod vita militia
4 non sit eodem modo in locum legitimæ est omninò falsum, prout comprobat Consiliarius de Anna in dicto consil.6. quod ipse scripsit post meas allegationes ibi relatas,in quibus latè fundaui, quod ius Francorum improbans feudorum diuisiones à iure Lõgobardo receptas nititur ad maius decus, & ad seruitia commodius præstanda feuda integra apud primogenitos cõseruare,& hoc ius viget in Regno,ex forma ferè omnium inuestiturarũ, Fundaui vlterius quod potuit nouum ius tollere illas æquales successiones ab alio iure ciuili institutas, non autem potuisset legitimam tollere, quæ est portio debita de iure naturæ;Fundaui tertio quod ius ciuile quamuis non possit legitimam tollere,vtpotè debitam de iure naturæ, tamen quia liquidatio ipsius legitimæ spectat ad ius ciuile, potuit Regni constitutio augendo,vel diminuendo in ea disponere, & sic fœminæ exclusæ à virili successione tribuit pro legitima illam portionem,quam appellat paragium,

paragium, illudque tribuit in proprietate, quia alias nõ sine dedecore indecenter nuberet, sicut Andr. considerat in repet. constit. comitibus. Proindèq; appel-
1 latur paragium quasi datum vt pari nubat, masculis verò, qui nõ ita sexus imbecillitate impediuntur possuntque decentius aliundè opes quærere satis visum fuit pro legitima statuere vitalitium redditum, quem vitam militiã appellat, quasi vt ex eo viuat (vnde merito ab aliquibus dicitur dari pro alimentis) & vt viuens militet, vbi opus est iuxta formam traditam in Regni cõstit. comitibus, vbi Andr. & Afflict. ibi, & in decis. 252. in vers. & ideo. Vtraq; autem portio, & paragii, & vitæ militiæ pro legitima, & in locum legitimæ institutam fuisse ex prædictis, & alijs rationibus cum innumeris authoritatibus comprobaui in prædictis allegationibus, quarum copiam (pro eo quod tangit hunc articulum) nè illud idem per eadem verba hic etiam repetamus, malui sic vnitam vna cũ præsenti scripto transmittere ad Dominos Iudicantes, quas legi deprecor. Nunc autem leguntur supra in allegat. 20.

Quare si contenti essemus præsentem articulum summis labijs degustare, dũ pars aduersa non ex alio nititur adhoam considerari in liquidatione paragij, nisi quia paragium debetur loco legitimæ, hoc idẽ solummodò sufficeret ad Victoriam dũ, & vita militia eodem modo pro legitima debita est; Et insuper quamuis in illa causa oportuerit fundare quod vita militia est loco legitimæ ad hoc vt iudicaretur sicut ex hoc iudicatum fuit illam nõ deberi in linea collaterali, tamen in præsenti causa licet admitteremus vitam militiam deberi loco portionis virilis, vel loco alimentorum non ex hoc oriretur diuersa ratio respectu articuli, qui ad præsens discutitur, certũ est enim, quod
5 vita militia, & paragium liquidantur ad instar legitimæ, & eo modo, & forma: sicut legitima liquidaretur. Adest autem differentia in assignatione ipsius portionis liquidatæ, nam legitima daretur in corpore, & consequenter ipsemet secundogenitus ex illa portione sibi fructus carperet, sed vita militia, ita datur vt remanente proprietate illius portionis penes primogenitum eiusdẽ portionis fructus semel liquidati, postea annis singulis per primogenitum secundogenito tribuantur prędicta omnia, sic declarant Io. de Plat. in l. 2. in 3. notab. de præd. nauic. lib. 11. glos. Andr. & Afflict. in constit. comitibus specificãtes quod prius deducuntur onera. Neque in hoc poterat esse difficultas siuè sit vita militia loco legitimæ, siuè loco portionis virilis, siuè loco
6 alimentorum; deducuntur enim onera in liquidatione legitimæ sicut superius dictũ est. Et similiter onera agnoscuntur pro ea virili, vel alia hęreditatis portione, in qua quis succedit l. pro hæreditarijs C. de hæredit. act. Item de oneribus habetur ratio in æstimatione patrimonij pro taxandis alimentis l. ius alimẽtorum ff. vbi pupill. educar. Bar. in l. Imperator in fin. ff. ad Trebell. & hoc generale est in quibuslibet ratis ratione rei assignandis, vel exoluendis l. 2. vbi hoc notat Io. de Plat. sub nu. 2. Ç. de pręd. nauicul. lib. 11. Bal. in l. sed si hoc §. cuidam in fin. ff. de condit. & demonstr. & in l. 2. C. de alim. pupill. præstand. Dec. in cons. 156. Rip. in l. 1. §. si hæres num. 27. ff. ad Trebell. gig. de pens. in pluribus quæstionibus Rom. in l. fructus ff. solut. matrim. Paul. & Alex. in l. non amplius in princ. ff. de legat. 1. Felyn. in c. ad nostram col. 2. de iure iuran.

Vnde si adhoa est onus feudi, videtur qđ de illa habenda esset ratio in liquidatione paragij, & vitæ militiæ ex quacumque causa siuè portionis, siuè legitimæ, siuè alimentorum sancitum fuerit, vt debeantur, dum clarum est liquidationem fieri habito respectu ad vires patrimonij, & tanto clarius dum sunt loco legitimæ, vt dictum est; Et tamen in liquidatione vitæ militiæ toties decisum, & receptum est vt de adhoa ratio nõ habeatur. Ergo

aliquid

aliquid aliud inquirendum est, ex quo talis conclusio iustificetur, sed primo videamus si adhoa est vel non est onus, nam si non est onus feudi faciliter præfatæ decisione defenduntur. Sed pars aduersa vellet elicere diuersitatem inter vitam militiam, & paragium, nempè vt vita militia quæ est onus feudi, vt infra dicetur nō minuatur propter seruitium, quod non est onus sed debetur (vt ipsa inquit) ratione feudi, minuatur autem paragium quod similiter non est onus, sed debetur ratione feudi. Nos autem & pro veritate, & pro causæ defensione defendemus adhoā esse onus feudi, sed ex alijs rationibus ostendemus illam nec vitam militiam diminuere nec paragium.

Quod autem adhoa non sit onus videtur
7 probari ex Andrea dicente quod inest feudo fidelitas, quæ est de substantia feudi, non autem inest seruitium, prout pluries inquit ipse in c.1. in §. sed nec est alia iustior num.38. circa finem quæ sit prima causa benefic. amitt. & in alijs locis relatis per Lipar.ibi,& in c.1.§. sed & res nu.11.per quos fiat inuest.E contra in c.Imperialem in §.firmiter nu.33. agens de feudario infirmo tempore belli inquit ipsum excusari à caducitate, sed non à seruitio præstando quidem per substitutū vel aliter, & assignat rationē; quia seruitium erat annexum rei vnde ipsum feudum conuenitur, quæ verba aduersantur theoricæ supra relatæ, nempè quod seruitium feudo non inest; Et quod plus est verba prædicta, quæ scribit And.in §.firmiter (licet ipse nihil alleget) leguntur ad literam in constit.consuetudinem prauam hactenus, in §. prædicta, prout aduertit Camer. in c. Imperialem fol.93.col.4.in fin.& glos.in illa constit. in verbo de quibus declarat hoc onus incumbere Vniuersitati ipsius feudi.

Ad prædictorum concordiam sciendum est
8 quod feudum dari potest constituendo seruitiū in annuis fructibus, vel in annua pensione, quo casu feudatarius ad aliud non tenetur prout inquit glos. in c.1.§. fin.in princ.de cap.qui cur.vend.Io.Rainald.in c.Imperialem in §. firmiter de prohib.feud.alien. per Feder. quod non intelligitur, vt non teneatur ad aliud simpliciter, sed vt non teneatur ad aliud seruitium sicut specificant Cardinal. & Aluarot. in d. §. fin.in princ. Petr. Rebuff. in suo arbor.feudal.in 13. diuis. iuxta tradita per Bart.in cons.59. Anchar. in cons.138.Dec.in cons.360.num.7.& 8. Nam fidelitas, quæ est de substantia feudi semper inest c.1.§.fin.per quos fiat inuestit.cum concordantibus. Aliud autem seruitium, vel adhoa non debetur, & ita seruari in Regia Camera testatur Iacob. de Aiell.in tract.de adhoa in vers. quando feudum num.17.& Minad. in lib.2. in 5.auth.num.14.

Talis pensio, vbi feudum esset taliter constitutum, an esset omninò considerabilis in
9 liquidatione vitæ militiæ, vel paragij pro nunc subsisto. Si quidem & hunc casum comprehenderent aliquæ ex rationibus inferius ponderandis pro decisione articuli nunc imminentis, sed aliquæ aliæ rationes ibidem legendæ non militarēt in huiusmodi pensione certa, & continua. Et fortè hoc genus seruitij intelligebat Petr.de Gregor.quasi æs alienū in tract. de dot.& parag.in quæst.2.de qua infra verba faciam, nam talis pensio videretur sicut reliqua onera, quæ directo afficiunt feudum, & diminuunt eius valorem. Nec dici potest quod pro tali pensione non esset feudum obligatum ex ratione, quā considerat Frec.de subfeu.lib.2.in quinta auth. fol. 199. num. 13. illamque approbat Regens de Curt.in suo diuersorio in cap.incip.cū igitur fol. mihi 38.
10 nu.68. nempè quod res sua nemini seruit; Nam distinctum est dominium vtile translatum in feudatarium à directo existente penes concedentem. Et hoc quidem non potest per feudatarium ad beneficium directi Domini obligari, tum respectu ipsius directi Domini ex ratione prædicta quod res sua, &c.vt in l.neq. pignus de regul.iur. tum etiam respectu eiusdem

eiusdem feudatarij, qui directum Dominium quod alienum est obligare non potest l. rem alienam ff. de pignorat. act.
11 & strictior est talis prohibitio respectu obligationis, quam respectu venditionis, prout benè declarat glos. in l. rem alienā ff. de contrahen. empt. Et porrò hoc argumentum proposuerat Andr. in §. sed nec est alia iustior num. 36. in vers. licet contra, sed proposuit pro ratione dubitandi, Nam se remittit ad ea, quæ scripsit in §. præterea quib. mod. feu. amitt. vbi circ. fin. in vers. Nisi obligaretur admittit obligationem dominij vtilis illud distinguens à directo, & in dicto num. 36. clarè inquit quod si seruitium non esset onus reale non transiret in emptorem, sed transit, quia est onus reale, & pro eo feudum est obligatum. Idemq; prosequi-
12 tur sub num. 37. Imò idem Frec. admittit ibi seruitium esse onus feudi quomodo ergo feudum non est obligatum: & paulò post inquit pro seruitio esse obligata omnia alia bona vassalli. Ergo multo magis idem feudum quo ad dominiū vtile. Nam dominium vtile, quod ita distinguitur à directo, vt pro eo detur rei vendicatio l. 1. §. qui in perpetuum ff. si ager vectig.
13 vel emf. petat. passim obligatur ab emphyteota, vt per Alex. in cōs. 173. col. 2. vol. 2. & dominium vtile quod est penes feudatarium passim obligatur, vel ad beneficium cuiuspiam priuati accedente Regio Assensu sine quo nulla dispositio in feudo subsistit, vt in c. Imperialem, & in constit. constitutionē Diu. mem. vel ad beneficium ipsius Regis, cum quo feudatarius contraheret, & tunc nō requiritur alius assensus, nam contrahendo sibi ipsi authoratur, vt per Camer. in c. Imperialem fol. 12. col. 3. in fin. Et hoc casu tāquam priuatus concurrit cum alijs creditoribus iuxta anterioritates, prout in dies seruatur in Regia Camera, quoties occurrit vendi bona feudalia alicuius debitoris Fisci, & priuatorum, & sic talis pensio etiam pro tempore præterito siuè in re emphyteotica, siuè in re feudali tanquam ad eam obligatis exigitur etiam à tertio possessore, vt infra dicetur. Ad
14 quod pro nunc ponderandus est Andreas in dicto §. sed nec est alia iustior num. 38. in fine, vbi cum dixisset quod feudo inest fidelitas at non seruitium subiungit nisi imponatur ergo si imponitur similiter inest, nec esse potest impositio magis clara, & certa, quam vbi pro seruitio statuitur annua pensio, vt in
15 casu prædicto. Idemq; dicerem vbi non pecunia, sed aliud certum seruitij genus exprimitur, vt in feudo cu: foris guardiæ aduocatiæ, & similium, vt per Isern. in c. 1 in §. huius autem generis in quibus caus. feu. amitt. per Camer. in c. Imperialem fol. 75. lit. O. Dicerem in quam pro tali onere adesse eandem dubietatem paulo ante propositam circa pensionem, quam dubitationem nunc non decido, sed dico similiter quod aliquæ rationes vrgerent ad fauorem vitæ militiæ, & paragij, cessaret autem illa ratio incertitudinis, Nam & hoc onus tāquam certum, & cōtinuum videtur extimabile arbitrio Iudicis circumspecti in diminutionem valoris feudi.
Similiter, & multo magis obligatum est feu-
16 dum pro fidelitate, quæ nō modo inest, sed est de substantia feudi; Nemo tamen formauit quæstionem, num onus fidelitatis considerabile sit ad minuendam liquidationem vitæ militiæ, vel paragij. Et ratio est (ni fallor) quoniam fidelitas iuxta tex. in c. de forma 22. quæst. 5. receptus ad literam in c. 1. de form. fidel. & glosatus (vt ità dicam) in c. 1. de noua form. fidel. quem pluries ad hoc allegat Andr. in dicto nu. 38. & alibi sæpè continet præcepta negatiua non faciendi mala quædam ibi expressa, & quamuis alia adderemus, vt per Doctor. ibi, & per Camer. in c. Imperialem fol. 35. hæc quidem à quolibet viro probo seruanda sunt erga quemlibet l. Iurisgentium §. si paciscar ff. de pact. strictius autem erga directum Dominum ob nexum fidelita-
17 tis; Sed quomodocunque malum non

perpetremus non damnificamur, immò vera bona tuemur, prout etiam, ex Platonicis, & Stoicis colligit August. de ciuit. Dei lib. 8. cap. 4. Præcepta verò affirmatiua relata in dicto cap. 1. de noua form. fidelit. & Latius in c. 1. quæ sit prima causa benefic. amitt. aliqua similiter non cōtinent interesse bursale sicut petere inuestituram, prȩstare iuramentum, & similia iuxta declarationem Camer. in cap. Imperialem fol. 75. col. 4. ex text. in cap. 1. in principio in titulo hic finita lex.

Aliqua possunt continere tale interesse, sicut adiuuare Dominum periclitantem & alia huius generis expressa in dictis
18 iuribus, sed ista non diminuunt vitam militiam, & paragium quæ taxantur quasi quota fructuum, aut valoris bonorum vt per Abb. in cap. tua nobis num. 3. de decim. cum alijs allegatis per Affict. in decis. 252. circa finem in vers. Præterea. Nec videtur credibile, vt Rex concedens
19 feudum ad quod integrum vocat primogenitum, cum portione adeo modica præstanda fratribus, & sororibus, voluerit & hoc modicum, aliquo onere grauari contra text. ad hoc egregium in l. penult. §. fin. ff. de legat. 3. Præsertim quia seruitium non est de feudo, sed
20 pro feudo, & sic non tangit acquirentem rem particularem, sed remanet apud Dominum vniuersalem l. qui concubinam in §. qui hortos, vbi glos. in secundo intellectu in quo resider ff. eod. titul. de legat. 3. quem intellectum sequuntur
21 Dyn. Bart. & Roman. in cons. 229. Præsupponitur primo num. 2. Et insuper talia seruitia, quæ sunt incerta, & occasionaliter possunt euenire, vel non euenire non sunt considerabilia ad diminutionem quantitatis debitæ, iuxta valorem rei perpetuo permanentis apud debitorem, vt in impensis pro custodia, & similibus tradit Roman. in dicto consil. 229. Præsupponitur primo in vers. Et est etiā, in cuius conformitatem Afflic. in loco prædicto in versic. pro hoc affert Ioan. Andr. & Innoc. Immò feudatarius in recompensam istorum onerum incertorū vltra introytus feudales habet certum, & permanens decus, & vtilitatem, ex pos-
22 sessione proprietaris feudi cum paradogio, & cum iurisdictione, quæ parit prouentus si adsunt vassalli, & si fortè occurret impensa in aliquo seruitio, fortè etiam ex tali seruitio orietur magna remunerario, prout videmus in dies præsertim sub munificētissima Hispaniarum corona, quæ omnia non augent, nec augerent quantitatem paragij, aut vitæ militiæ, quæ ex nudo proprietatis, vel fructuum valore liquidantur, prout bene ponderat Afflic. in illa decis. 252. in vers. sufficere debet. Vnde merito Petr. de Gregor. non distinguens inter vitam militiam, & paragium. Immo de paragio expresè loquens in tractat. de dote, & parag. cum in quæst. 2. dixisset de duci ȩ alienum tanquam verè diminuens patrimoniū, quod quidē dicitur deducto ære alieno, tamen in quæst. 28. subiungit nō tamen deduci onus militare, quia illud debetur tanquam tributum. Tributum vero (addimus nos) quamuis pro eius prȩstatione feudum sit obligatum, tamen ipsa prȩstatio tributi debetur propter subiectionem, & fidelitatem, quibus correspondent, decus, commoda, & alia nunc annotata.

Hæc eadem dico in seruitio, quod venit de
23 natura fȩudi, vt in c. imperialem in §. firmiter, & de Allod. c. 1. §. vt autem, vel in seruitio, quod iuxta occasiones declaratur à Domino in executionem, & adimplementum seruitij in genere debiti per vassallum ex sua promissione, vel ex receptione fȩudi, vt in casu declarato per Afflict. in c. 1. num. 255. ex quib. caus. fȩud. admict. vel cum seruitio expresso in genere quod subintelligitur, secūdum morē regionis prout declarat Andr. in dict. §. huius autem generis, & ibi addentes & cam. in dict. fol. 75. col. 3. & fol. 35. col. 2. & 3. Regens de Curt. qui alios refert in dict. cap. incip. cum igitur nu. 10. & 13.

In

In vtroque hoc seruitio firmo easdem binas positiones, nempè quod feudum est obligatum, vndè seruitium præteritū exigitur à quolibet possessore, vt in supradict. const. consuetudinem cum alijs mox annotandis, neq; in hoc interest seruitium exprimi à lege, vel ab homine!, & similiter non interest exprimi ab homine specificè, vel generice iuxta declarationem faciendam, subsequens enim declaratio inest obligationi antecedenti l. qui balneum in princ. & l. potior in vers. cum enim ff. qui pot. in pign. habeant; Et ideo const. Andr. & Cam. in locis prædictis dicunt seruitium esse annexum rei, Quod autem inquit in §. sed nec est alia iustior num. 38. nempè quod fidelitas feudo inest, & non seruitium glosatur, vt supra dixi ab ipsomet dum sub iungit nisi imponatur, quæ verba, aut repetit, aut subintelliguntur in alijs locis supra commemoratis, in quibus agit de tali seruitio.

Hæc impositio seruitij si est clara in pecunia, vel in alia re, aut in aliquo facto præstando nos etiam sumus in claris, vt supra diximus, si vero seruitium nullo mo-
24 do mentionatur debentur nihilominus seruitia contenta infidelitate tanquam de natura feudi, vt per Cam. in dict. f. 75. col. 3. & per Regentem de Curt. in dict.
25 cap. cum igitur num. 11. An autem vlterius feudatarius teneatur ad seruitia, quæ in occasionibus emergentibus imponi solent iuxta morem Regionum, non est quæstio ad nos actinens, sed videndus est Andr. pro partenegatiua, quem impugnat Cannet. defendit autem Regens de Curt. in loco prædict. nu. 14. cum sequentibus, quibus addendus est gell. in tract. de adhoa num. 51. Debetur autem, absq; controuersia iuxta mortem regionis, vbi recipitur feudum cum seruitio in genere.

26 Oportet itaq; feudum pro seruitio esse obligatum, & quatenus Camer. in c. Imperialem fol. 13. col. 1. vult non esse obligationem formatam constituentem ius in re, sed solummodo actioné personalé in rem scriptam vereor ipsum loqui extra conclusiones communiter receptas, sicut eadem dubitatio, quamuis dubitandi rationem non exprimat, fuit apud Cōsiliarium de Anna in cons. 3. num. 20. in fin. etenim si talis obligatio constituitur ad beneficium cuiuslibet priuati contrahentis cum assensu, & ex tali obligatione agitur actione reali etiam contra tertium possessorem, & deuenitur ad interpositionem, primi, & secundi decreti, prout ipsemet post Andream ibi relatum declarat fol. 51. lit. H. quomodo hoc idé denegabimus ad beneficium Regis, qui concedit feudum cum expresso onere seruitij, & contrahendo sibi ipsi authorauit sicut post Ardiz. Bal. & alios tradit idem Cam. fol. 12. lit. P. Curt. in 4. part. in 6. quæst. capit. in decis. 156. nu. 10. Iacobin. in sua inuestitur. in verb. & cumpacto de non alienando col. 2.

27 Itē in dict. fol. 13. sub lit. C. æquiparat obligationē seruitiorū vitæ militiæ, & rectè æquiparat sicut eādem æquiparationē fecerat Frecc. in lib. 2. in 5. limit. sed pro
28 greditur asserens vitam militiam non esse onus reale, sed dari actionem personalem in rem scriptam, idq; clarius repetit fol. 50. lit. E. Verum in hoc adest text. nimis repugnans in c. alienationis actus, cuius author fuit vir doctissimus Bartol. de Capua vbi dicitur vitam militiam dari super feudo, quæ dictio super denotat actionem realem cum hypoteca l. codicillis §. instituto vbi Bartol. notat ff. de legat. 2. & dum in dict. lit. C. subiungit, quod ita interpetramur text. in c. alienationis actus, potuisset in singulari dicere, quod ipse ita interpretatur, nam alios ità interpretari nusquam legimus, Imò Andr. in repet. const. comitibus in princ. expresse inquit vitam militiam esse onus fæudi, non autem inquit
29 esse onus fæudatarij propter fæudum sicut inquit de paragio in cōst. in aliquibus col. 5. & 6. vndè pro paragio non agit mulier directè contra tertium possessorem, sed iuxta formam ibi traditam

per Andr. At pro vita militia frater secũdogenitus agit directo contra tertium possessorem vt in c. alienationis actus, quam differentiam,& proinde vitam militiam, & non paragium esse onus feudi specificè considerat Afflict. in dec. 162. in princ. in vers. si ergo,& post med. in vers. si enim, vt in dec. 138. post princ. in vers. item quia vbi affert etiam Napod. ex quibus respondetur ad posita, per Cam. fol. 50. lit. D & E Nam Andr. in repet. const. comitibus in princ. æquiparat paragium,& vitam militiam in eo, qđ vtrumque debetur loco exclusionis, sed non æquiparat, quoad modum obligationis, sed adest differẽtia prędicta, prout colligitur ex discursu Andreæ in dictis const.& Afflict. in dictis decis. Et sic prædicta æquiparatio magis fundat seruitiũ esse onus reale.

Præterea ex actione personali in rem scripta
30 nõ potest possessor teneri pro eo, quod debebat prædecessor ex culpa sua, & licet pro Hipolita Carafa obtinuerim paragium contra tertium etiam cum interesse decurso alio possidente, hoc fuit, quia interesse non constituebat speciem debiti distinctam à paragio, sed idem paragiũ
31 augebatur, vbi vero possessor defecisset ab aliqua sua obligatione personali in rem scripta causante debitum distinctum ad beneficium Titij, tunc Titius nequaquam posset ex hac actione experiri cõtra tertium possessorem pro debito præterito, sed ageret contra possessorem antecedẽtem, & solum contra nouum possessorem ageret pro futuro post adeptã possessionem l. post venditionem in vers. si antequam noceat à contrario sensu ff. de aqua plu. arcend. Declarat Bart. in l. si tertius eod. tit. in §. si quis prius in princ. & num. 2. & 3. in vers. si verò. Talis namq; est natura huius actionis, quæ non inducit onus reale, vt per Ias.& reliquos in §. actionum inst. de act.

Sed certè seruitium non præstitum etiam pro pręterito exigitur à nouo possessore,
32 sic in canone rei emfiteoticè tradit Afflict. in decis. 95. in princ. & circ. fin. per Bal. in auth. si quas ruinas col. 11. C. de sacrosanct. Eccles. Sal. in l fi. C. sine cens. vel reliq. iuxta declarationem Paul. in l. Imperatores ff. de publ.& vectig.& de seruitio rei feudalis idem Afflict. post Andr.& Luc. ibi relatos in dict. decis. 95. circ. med. in vers. Idem dicimus per Frec. in dist. 5. authorit. num. 12.& 13. & per alios mox annotandos, & afferunt text. in l. Imperatores ff. de publ.& vect.& in l. 1. 2.& 3. C. fin. cens. vel reliquis; Quæ iura omnia loquuntur, vbi adest obligatio realis, & genericè, ac simpliciter seruitiũ esse onus reale, & proindè exigi etiam pro præterito dum ab aliis feudum possidebatur vltra prædictos firmant relati per Frecc. in 25. limit. per Cannet. in c. si aliquem fol. 254. num. 1. per Regent. de Curt. in dict. num. 68. per Cum. in dict. cap. si aliquem in verb. onere num. 2. per Consil. de Anna in dict. cons. 3. num. 20. Vndè sic etiam simpliciter, & genericè intelliguntur, vt feudum sit obligatum pro omnibus seruitijs supradictis, quæ si exigi possunt ab ipso feudo sicut fructus bene quidem, si consistunt in pecunia fiet executio in ipso feudo, & similiter pro interesse, quod succederet loco alicuius seruitij consistentis in facto non præstito ex regula text. in l. stipulationes non diuiduntur in vers. Celsus ff. de verbor. obligat. Non enim negamus personam feudatarij principaliter esse obligatam, sed dicimus esse etiam obligatum feudum pro adimplemẽto seruitij super quo in casu deficiẽtiæ exequatur pro eo, quod interest.

Verum est, quod licet Dominus posset pro prædictis vti ista obligatione etiam potiore omnibus tamquam in re quæsita cum
33 illo onere, vt in l. licet C. qui pot. tamen difficiliter hoc eueniet, nam ex eadẽ causa seruitij non pręstiti auferet integrum feudum, vt in dict. §. sed non est alia iustior. vbi Andr. nu. 34. in vers. Item quod dicit declarat repeti per condictionem, sicut sub num. 36. post glos. aduertit, quod

quod etiam de iure communi idem est aduersus donatarium, vel conductorem, vt in l. 2. ff. de condit. ob cauf. in l. si doceas C. de donar. quæ sub mod. & in l. quæro §. inter ff. locat. & vbi sunt duæ actiones, & exercetur vberior absorpta remanet alia vt in l. qui seruum vbi glos. in verb. exercere ff. de act. & obligat. in l. metum in §. licet ff. quod met. cauf. & in l. si is cui ff. de furt. & sic admittimus pro omni seruitio, quod debetur feudū esse obligatum.

34 Verum, & hæc est secunda positio, pau lo ante promissa, non etiam de illis seruitijs potest haberi ratio in liquidatione paragij aut vitæ militiæ, ex rationibus ge neralibus superius adductis respectu ser uitij contenti in fidelitate, quæ omnes militant etiam in seruitio debito ex natura feudi, vel ex inuestitura, & quo ad aliam rationem particularem respectu in certitudinis similiter incerta sunt illud as sociare dominum; & alia de natura feudi annotata in supradict. §. similiter. & in §. vt autem, nec minus incertum est seruitium debitum ex inuestitura generica cum seruitio, quod intelligitur iuxta cōsuetudinem Regni, Nam ex capitulis ho-

35 norij & ex pluribus locis Andreæ, quem referunt, & sequuntur Frecc. in dist. 5. author. num. 14. Iacob. de gell. in tract. de adhoa nu. 15. & 16. de Curt. in dict. cap. num. 40. & alijs per eos relatis cōstat tale seruitium deberi quando in Regno esset guerra (vt ipsi dicunt) nō procurata non simulata, non momentanea, aut paruo tempore duratura, & sic ex discursu Oldr. in conf. 234. Andreæ in §. sed non est alia iustior, & in c. imperialē in §. firmiter. & in cap. 1. §. similiter de capit. Corrad. & in §. similiter de capit. qui cur. vend. Aluar. in c. 1. quib. mod. feud. amitt. Curt. in tract. feud. part. 4. quæst. 3. Iacob. in sua inuestit. in verb. dictiq; vassalli promiserunt debita seruitia Barbat. in conf. 11. vol. 1. Ias. in l. si testamentum C. de testam. & in l. ex hoc iure, & in l. vt vim ff. de iust. & iur. & in l. fin. C. si contr. ius. Aret. in conf. 14. col. 4. Ioan. de terr. rub. in tract. de rebell. fol. 93. Abb. in c. sicut il 3. de iure iurād. Brun. in conf. 19. Sousb. in tract. feud. part. 3. Bell. de re milit. tit. 3. & aliorum loquentium de tali seruitio, quos refert de Curt. in cap. supradict. num. 37. & Cōsiliar. de Anna in conf. 3. patet tale seruitium esse casuale, & incertum.

36 Dubium videtur adesse in adhoa quæ nunc soluitur in Regno quæ successit loco seruitij militaris prout ex traditis per vetustiores, se declarando etiam quantitatem adhoæ iuxta qualitatē feudorū & quare appelletur adhoa bene & ordinate explicant Frecc. in dist. 5. author. num. 8. & 9. Gell. de Adhoa num. 52. Regens de Curt. in dict. cap. cum igitur nu. 38. cum multis sequent. Consiliarius de

37 Anna in conf. 3. fere per totum præsertim num. 6. cum sequentibus. Quare ex regula subrogati, vt in l. eū qui in §. qui iniuriarum ff. si quis Caut. erit feudum obligatum pro adhoa sicut firmauimus esse obligatum pro seruitio, & cum ipsa adhoa sit certa iuxta taxam, quæ habet

38 certam regulam declaratam per Andr. in cap. 1. in fin. quis dicat: Dux & in cap. Imperialem §. firmiter num. 30. in vers. item videmus Afflict. in const. Regni si vassallus num. 19. Cam. in cap. Imperialē fol. 92. col. 1. Frecc. in prædict. 5. auth. num. 8. Gell. in suo tract. de adhoa nu. 52. Regens de Curt. in dict. cap. cum igitur num 47. cū sequentib. videtur quod de illa debeat haberi ratio sicut dubitauimus in annua præstatione.

39. Verumtamen ex prædictis etiam liquet de adhoa non esse habendam rationem, nam si adhoga est loco seruitij militaris, & tanquam subrogata in eius locum habet eandem naturam, vtique habet eandem in certitudinem ex qua firmauimus seruitium non esse considerabile, Nam eodem modo adhoa exigitur tempore belli non affectari, non modico tempore permansuri, vt per Andr. & reliquos relatos, per Frecc. in dist. 5. autho-

thorit. num. 14. cum sequent. cum supradictis alijs recentioribus, ita vt Camer. in cap. Imperialem fol. 92. col. 2. exprimat quod vbi quis non tenetur seruire similiter nec tenetur præstare adhoam, prout & alij dicunt relati per Consiliar. de Anna in dict. cons. 3. nu. 13. & 14. Fit enim
40 talis solutio pro impensis belli, vt per Andr. & alios in c. 1. §. huius autem generis ex quib. caus. feud. amit. Belli autem susceptio, vel indictio spectat ad solum Principem l. Hostes ff. de capt. & postl. reuers. l. 3. ff. ad l. Iul. maiest. Ipse enim sibi hoc reseruauit, vt in Auth. de Consul. in princ. Andr. in cap. 1. num. 3 quib. mod. feud. amit. Quæ omnia sunt valdè incerta, vt per Andr. in c. 1. nu. 5. Hic finit. lex & per Iacob. in sua Inuestit. in verb. Et promiserunt eidem Domino suo nu. 10.
41 Et augetur incertitudo, quia Regis est arbitrium in Regno eligere seruitiū personale, vel in pecunia, vt post Andr. in c. 1. §. fin. num. 14. in vers. cogit frequenter curia de Cap. qui Cur. vendid. & in alijs locis tradit Afflict. in decis. 320. in vers. Non obstat Capyc. in decis. 32. ant. num. 2. Et eligendo seruitium personale debet præmonere ante tempus, vt per Camer. in c. Imperialem fol. 92.

Hæc autem incertitudo habito respectu ad alia certa quibus fruitur solus primogenitus, sufficit ne de adhoa habeatur ratio. Et sufficeret quamuis fuisset imposita tempore mortis paternæ, Nam tanquam aliquo tempore duratura, & postmodum finienda cum incertitudine quando iterum imponeretur, non fuisset considerabilis in præiudicium fratrum, vel sororum quo ad certam portionem ipsis debitam à primogenito certo, & perpetuo Domino, & possessore totius feudi sicut deducitur ex regulis suprafirmatis. Quid autem dicemus dum talis adhoa numquam reperitur imposita donec vixit communis pater, & consequenter non aderat tēpore mortis quod
42 quidem tempus inspicitur in liquidatione legitimæ vitæ militiæ, & paragij l. cū quærit. & l. parentibus C. de inoffic. testam. tradunt Andr. & Afflic. in cōstit. comitibus, & in constit. in aliquibus. Bal. Nouell. de Dot. par. 6. in 16. priuileg. col. 8. Ann. in allegat. 70. num. 4.

Quid autem dicemus vlterius si adhoa, nec
43 imposita fuit nec imponi potuisset? si quidem durante exactione donatiui cōuentum est, vt nō possit exigi adhoa dato quod illa ex casibus à iure permissis esset exigenda, prout declarat Regens de Curt. in dicto cap. cum igitur in vers. in Regno non exigitur num. 53. & 54. Et fortè hoc etiā dicere vult Iacob. de Gell. quem supra ad aliud retuli in tract. de adhoa num. 17. sed præfatus Regens hoc explicat nimis clarè. Nec dicatur quod in donatiuis nō omnes conueniunt, nam aliqui conueniunt personaliter, aliqui constituunt Procuratores, & aliqui neu-
44 trum agentes adhuc dicuntur legitimè consentire in eo quod maior pars statuit dum omnes legitimè fuerant pro bono publico conuocati ad tradita in l. quod maior ff. ad municip. Socc. in regul. 16. latè Felyn. in c. cum omnes de const. glo. in c. 1. in verb. tractatus de reb. Eccles. nō alien. in 6. & in clem. pastoralis in princ. de rescrip. Capyc. in hac specie huius donatiui in decis. 148. in secundo dubio, & decis. 152. in princ. Guid. Pap. in decis. 424. & 631. col. 4. & 5. Reg. de Pont. de potestate Proreg. in tit. de Regal. impos. in princ. Et Bouad. Polit. lib. 5. c. 5. Quæ donatiua fiunt à Baronibus, & eorū occasione sæpè beneficia consequuntur. Non ergo debet hoc nocere fratribus, & sororibus in ipsis donatiuis nullatenus interuenientibus l. non debet alteri ff. de regul. iur. Deo Gratias.

Decisum fuit Adhoā non minuere Paragium. Doctissimè scripserat pro primogenita Doctor Anellus Amatus nuper impressus, prout legimus in eius Consilijs 11. & 12. Nunc ob eius doctrinam, & vitæ integritatem merito assumptus in Fisci Patronum, & postea in Præsidē Regiæ Cameræ.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Viarum aliquæ sunt publicæ, aliquæ vicinales, aliquæ priuatæ & ipsarum conditiones, & differentiæ. Et quis de illis disponit num. 2. Et quod publicæ viæ sunt tribus modis num. 3. & non aliter licet constet omnibus deseruire num. 4. Ipsarum vsus est priuatorum, Dominium Principis num. 5. & 8. Et de ipsarum diuersis nominibus in numer. seqq.*

6 *Basilica quid significet, & cur viæ publicæ dicuntur Basilicæ, Consulares, Prætoriæ, & militares, & num. 7.*

9 *Viæ an, & quando claudi possint. Et quomodo & qualiter sunt a vicino concedendæ num. 10. & 11. Et quando præsumitur illam, aperientem sibi Dominium retinuisse num. 12.*

13 *Meniani declaratio, & insimul exedræ, subgrundij, & immissi, & num. 15. & 16. cum seqq. In differentijs autem circa prædicta plurimum valet consuetudo num. 14. & possunt construi, vel non construi super solum proprium, vel alienum, vt num. 17. Nisi ad emulationem num. 18. Et cum debitis spatijs num. 19. Quid autem supra solum publicum vid. num. 20.*

ALLEGATIO LXXXII.

Pro Monasterio quodam obseruantissimo.

In Dei Nomine Amen.



IN præsenti negotio inspiciendum est quid iuri congruit, & quid insimul æquitati. Quoniam talis est patrum intentio, vt præter id quod ius vult cupiant etiam publicæ commoditati consulere. Qua de re & si potuissent propria authoritate viam hanc claudere tãquam in solo proprio existentem præsertim cum sit necessaria ob nouam Ecclesiam construendam cupiunt tamen placitum Suæ Excellentiæ, & proinde, & hoc, & Męniana per conuicinos in eorum ædibus construenda, vel non construenda petierunt decidi per Collaterale Consilium auditis omnibus interesse prætendentibus.

Et primo quò ad viam commemoro quod
1 viarum triplex est conditio aliquæ enim publicæ sunt, aliquæ vicinales, aliquæ propriæ, vel priuatæ l. prætor ait §. viarũ ff. ne quid in loc. public. vbi declarat Iurisconf. publicas esse, quas Græci Basilicas Latini Prætorias, vel Consulares appellant, vicinales, quæ duorum, vel plurium collatis agris, aut expensis communibus, pro eorũ seruitio constructæ sunt. Priuatas quæ sunt in solo alicuius, licet forte alteri seruiant. Et quamuis istæ duæ posteriores, nempè vicinales, & priuatæ in aliquibus differant, tamen circa id quod nunc agimus respectu disponē-
2 di de illis idem potest priuatus in via sua libera, vel seruitutem debente cum consensu eius cui debetur, quod vicini insimul in via vicinali, quę in effectu est plurium priuatorum, vt in d. l. prætor ait in §. vicinales declarat Bar. in l. 1. in princ. ff. de loc. & itiner. public. & Guid. Pap. in decis. 444. & Bartolom. Veron. in tract. de seruit. tuit. præd. in tit. de seruit. viæ.

Est ergo inquirendum cuius generis ista via sit de qua nunc agimus. Et certè via
3 publica dici non potest; Est enim via publica altero ex tribus modis. Primo si solum est publicum, vt in d. l. prætor ait in §. viam publicam. Secundo si ex authoritate publica aperta, & instituta est quamuis in prædijs priuatorum, Istis enim erit prætium exoluendum, sed via efficitur publica, & solum publicum, vt in ead. l. in §. viæ autẽ, & declarat Aluar. in c. 1. num. 1. quæ sint regal. Tertio est publica via vicinalis cum duobus requisitis, nempè vt saltim ex vna parte terminet in locum publicum, & vt non adsit memoria de illius initio l. fin. ff. de loc. & itiner. publ. & Veron. in loco prædicto num. 17.

num.17. Si enim vtrinque intermoritur in locis priuatis, vel si terminat in publicum, sed adest memoria quod ab vno, vel à pluribus proprio sumptu, vel collatis agris constituta est dicetur propria, vel vicinalis, vt per Veron. in loco prædicto, & probatur à contrario sensu in prædi-
4 cta l. fin. & ibi glos. Neque alio modo quam aliquo ex prædictis dici potest via publica quamuis probaretur quod publicè illinc quisquis voluit commeauerit per longum tempus, ita probatur in l. 1. §. summa ff. de his qui deiecer. vel effun. per quem text. ita firmat Matthes. in notabili 93. quod incipit nota vnum dictũ singulare, & colligitur etiam per Bart. in dicto §. summa.

Huiusmodi viæ publicæ vsus ita spectat ad
5 quemlibet, vt non modo liceat cuilibet illac transire, & deferre quicquid voluerit, & ex prætoris interdicto se defendere à prohibentibus, sed & liceat illam reficere modo nullatenus, nec in deterius, nec etiam in melius immutetur, sed ad pristinum restituatur l. 1. ff. de loc. & itiner. public. l. 1. ff. de via publ. & intin. public. refic. Sed ipsius viæ dominium publicum est l. loci corpus ff. si seruit. ven-
6 dic. Ideoque eas Græci appellant Basilicas quo nomine vtuntur etiã ad rei magnitudinem designãdam sicut Homerus de Achille, & etiam apud Latinos Plaut. in Curculion. Iacto (inquit) Herculem Basilicum. In quo sensu Vitru. lib. 5. vult in vrbe Basilicam, idest forum Magnum ad negociationes, & hic sensus non incõgruit vijs publicis, quæ vt plurimum sunt ampliores, Sed ad illas accõmodatior est alius huius verbi sensus quo significat Regias, sicut Basilicas, idest Regias dici Ecclesias quia omnium Regi dicatæ sunt tradit Hieron. in symbol. Pitagor. Et vestimenti quodam genus, Basilicum pro Regio appellat Idem Plaut. in Epidic. In quam conformitatem in Italia, in Gallia, & ferè in omnibus Europę Prouinijs viæ publicæ appellãtur Regię, & præsertim in Hispania passim dicitur *el camino Real*. Romæ vero quia post Tarquinium odibile fuit nomen Regium p o Basilicis Prætorias, vel Consulares dici inquit Vlpian. in dicto §. viarum, & etiam militares dici addit Paul. in dicta l. fin. Recta enim vt plurimũ ducunt viæ publicæ sicut apud Veget. oportet militum commeatus incedere, nec priuatim diuertere, & vagari l. 1. vbi glos. ff. de re milit. Et sic etiam decebat iter facere Consules, & Prætores, quos infimul vti Magistratus eminentiores l. 2. §. capta de orig. iur. videbatur pro Rep. vicem implere, vt per Alciat. ad §. viarum de quo agit in lib. 2. prærerm. col. 7. & hinc ad designandum eas iam loco Regum esse Populi Romani quas Græci Basilicas dicunt Latini Cõsulares appellant, vel Prę-
7 torias. Dum enim via publica est spectat ad Principem, in quem vt commodius regantur, omnia puqlica vbiq; terrarum translata esse declarat pulcrè Diu. Thom. de Regim. Princ. circ. princ. post Arist. in lib. 3. Polit. c. 11. & Iurisconsl. in l. 2. §. deinde quia difficile ff. de orig. iur. in l. 1. ff. de constit. Princ. in §. cum lege instit. de iur. natur. genr. & ciuil. Vnde
8 merito via publica est de Regalibus, & solus Princeps de illa disponit c. 1. quæ sint regal. & ibi Andr. nu. 3. Bal. in vers. Item viæ Aluar. num. 1. glos. in l. continuus §. cum quis ff de verb. oblig. & in l. apud Iulianum §. fin. vbi Doctor. ff. de legat. 1. Declarat cum aliquali distinctione Veronens. in loco prædicto num. 22.

Et sic libenter admittimus quod si publica
9 esset via de qua agimus nihil in ea liceret Patribus innouare, sed ex supradictis constat nec publicam esse nec vicinalem. Non est publica quia nec solum publicũ est, nec aperta est ex publica authoritate, nec eius initij memoria est antiquata, Sed paucis retro annis prædecessor patrum, ad alliciendos aliquos qui vellent in suo viridario in emphyteosim suscipiendo domos construere eiusdem viridarij muro quindecim pedum spatio diruto, totidem pedum iter transeuntibus permisit.

permisit. Ex quo etiam constat non esse vicinalem dum solius domini;non etiam aliorum impensa vel agrorum collatio intercessit remanet ergo, vt sit propria, & per consequens liceat ad libitum i llã claudere vel aperire l. 1. vbi glo. à cõtrario sensu ff. de loc.& itiner.publ.l. 1. in princ.ff.de via publ.Veron.in loc.præd. num. 18.vers.Puto etiam & num. 28. in fin. Et quia dixi viam fuisse apertam ad alliciendum futuros emphiteotas aduerto & concedo,quod si hoc euenisset nõ posset quicquam innouari in preiudiciũ illorum qui sub hoc statu rerum contraxerunt l. 1. §.hoc interdictũ ff. vti possid. sed quia superuenerunt prohibitiones fabricandi,nemo penitus de nouo contraxit,Et qui prius ædificauerant non debẽt conqueri si eorum conditio melior effecta ob hanc viam,nunc reducitur ad pristinum dum eius viæ domiuus illam claudendo,& ad pristinum reducendo vtitur iure suo l.fluminum §.fin. & l. proculus ff.de damn.infect. cum reliquis per glo. ibi & in l. 1. ff. de aqua pluu. arcend. Et
10 quamuis hæc via esset illis necessaria nõ tamen obtineri posset inuito domino solil.per agrum,& l.fin.in princ. vbi Bald. notat C.de seruit.& aqua. Tanto magis dum adest alia via antiquior.Et ad huc tã to magis dum ipsi patres ex vrbanitate quam in principio commemorauimus proprium contentantur solum tribuere in alio latere minus dãnoso,in quo alia via huius vice aperiatur,& ibi non minus aptam esse vicinorum commoditati, aliqui eorundem vicinorum confitentur,
11 Quod quidem vt eligi debeat locus minus damnosus etiam vbi viam præstare, quis tenetur,& etiam vbi exoluitur pretium habetur in l.si quis sepulcrum in §. preses ff.de relig.& sumpt.funer. in l.binas ff.de seruit.vrban.præd.Bart.in l. 1. ff.de seruit.legat. & Paul.in l. si locus §. fin.ff.quemadmod.seruit.amict.
Non obstat, quod aliquando fuerit cõtrouersum,an qui viam aperuerat potuisset illam claudere. Et hanc controuersiam
12 pars aduersa docet fuisse per concordiã sedatam. Nam ibi forte aderat incertitudo initij iuxta recensitam distinctionem sub num. 3. vel dubitari poterat num ad pompam,vel ex grato animo erga patriã illam dominus aperuerit,vt publicæ deseruiat commoditati quo casu pænitentia non daretur l. 1. in vers. item si fine, &l.3.ff.de pollicit.Quę cessãt in casu nostro in quo notũ est initiũ nõ longinguũ Et dum contrarium non constat præsumitur dominum non vt solum perderet, sed ob sui commoditatem hoc fecisse ex regula l. cum de indebito ff. de probat. & prospexit futuros emphiteotas, qui non affuere nec adsunt,ex quibus coniecturis animum declarari, tradit late Menoch. de præsumpt. lib. 1. quæst. 19. & lib.6. quæst.35. Immò ea signa relicta sicut in platea Principis Auellinatum, & in platea Marchionis Pollæ,& in alijs nõ memoriam donantis quemadmodum in culcitris funeralibus & similibus, sed passim intelliguntur signare dominij retentionem,& à communi interpretatione non est reecedendum l.si de interpretatione ff.de leg. & quoad dominium iam retentum non est domino per alios præiudicandum l.id quod nostrum ff.de regul.iur.
13 Vlterius quo ad meniana per vicinos constrnenda vel impedienda miror primum de illis in nostris consuetudinibus nihil dispositum reperiri, cum tamen de alijs ædificijs,& de aperturis prouisio nõ omissa in titulis de seruitut.& de faciẽd. centim.Et de aperturis non faciendis.Et
14 in huiusmodi differentijs potissimum attendi cõsuetudinem probatur in l. an in totum,vbi glo.notat, & concordantes enucleat C.de edif.priuat. Sed videãmus prius quid in hoc cautum sit de iure commnni,& quoniam aliqui infrascriptos terminos confundunt distinguere oportet Exedram, Subgrundiũ, Menia-
15 num & Immissum Exedrã esse fenestrã censuit glo. in l.si veto in §.sed si quis ff. de his qui deiecer. vel effud. Hanc præ-

Mmmm termit-

termittit Alex.ab Alexandr.in lib. 5.dier. genial.cap. 11.sed eius æmulum Laurentium Vallam(tacito nomine)quasi huius erroris authorem acriter mordet. Vere autem in exedra fenestræ adsint.Sed pro fenestris exedras neque legimus apud latinos, neque apud sequentes authores etiam post linguam deprauatam sicut apud nostras consuetudines dicuntur aliquando aperturæ, & dossitiæ non tamē exedre.Sed neque significat sedem sicut aliqui decipiuntur ex authoritate Ciceronis dicentis in libr. 1. de natura Deorum se in exedra sedentem differere, Non enim ex hoc exedra sella est, qui sensus accomodari non posset ad tex. in dict. §. sed si quis, sed docebat sedens in eo loco, sicut sedibus insidentes, quæ in aula sunt vel in viridario fecere nos dicimus in viridario vel in aula.Concludit ergo Alex.exedram esse cubiculum sub dio vel sub tecto vel pergula columnis aut aliter pluribus relictis spatijs parietis loco circumseptum,& picturis alijsue ornamentis condecoratum, quem vulgo logiam appellamus. Et hic sensus congruit verbis Vlpiani in dict.§. sed si quis.Modo non ignoremus,quod logia & exedra non sunt sinonyma. Vere enim exedra dicitur locus quilibet, & vbicunque situs sit in quo circumsedentes viri docti conueniunt ad scientias fouendas vel edocendas,sicut Vittru.lib.5. constituantur (inquit) in porticibus exedrę spatiosæ habentes sedes in quibus philosophi rethoresque, & qui studijs delectantur sedentes differere possint,& quia vt plurimum aptior ad hoc ædium locus solet esse logia ob apertum cęlum hilaris,& ad amicos excipiendos ornatior,iccirco ex frequenti huiusmodi vsu exedra etiam appellabatur. Et huc etiam alludit proprij sui nominis etymologia à greco verbo logos, quod est sermo,vnde elogium,celebre aliquod dictum appellat Cicer. in Caton.cum præ cęteris ædium,sit locus ille confabulationibus accomodatior. Et hæc de exedra, circa quam præter reliquas edium partes non potest propria oriri quæstio, Nā & ipsa vt cumque construatur extremum domus parietem non excedit.

16 Cæterum dum Alex.ibidem æquiparat menianum,& subgrundium rectè loquitur ex eo,quod vtrumq;extra murum protenditur, Non tamen per omnia idē sunt,nam subgrundiū est tecti pars, quæ ad pluuiam auertendam extra murum porrigitur,de quo inquit Varro in lib.3. de re rustic. Apes subter subgrundia villatico vti tecto,E Victru.lib.4. cap. 2. ad extremam tecti subgrundationem.Meniana vero sunt, quæ marmoreis alijsue ductis lapidibus vel lignis extra murum porrectis construuntur, & nullatenus ab imo fulciuntur l.malū §. 1. ff. de verbor. signif.mentionantur in l.2.§.cum quidā ff. ne quid in loc. public.& in l.meniana C.de edific. priuat.quamobrem assentiri non possum Alexandro affirmanti Męniana dici à Caio Męnio qui cum domū venderet ius vnius columnæ sibi excepit supra quam tectum proijceret & tigna immitteret,Hoc enim quod à meo protenditur, & extrema tigni pars alieno parieti super imponitur non est Męnianum sed immissum,vt in dict.l.malum in §. 1. proindeq; potius adhæreo glo. in dict.l. 2.§.cū quidam ff.ne quid in loc. public. dicenti Męnianum esse deriuatiuum a Męnijs .Siquidem (vt inquit text. in dict. §. 1.) non aliunde fulcitur, sed à solis Męnijs prosilit, & sustinetur.

Et ista Męniana quæritur in casu nostro an
17 permittenda sint. Et porrò clarum est negotium vbi solum supra quod protēduntur est eiusdē Domini illius domus; vel est alterius. Primo enim casu permittuntur, secundo non permittuntur l. fin.in princ.ff.de seruit.l.1.§. pen. & ibi glos. & l.si vitem circ.fin.ff.quod vi, aut
18 clam.Permissionem tamen intelligendo nisi esset ad simplicem emulationem, vt in l.opus cum glos. de oper. publ. Et cū
19 debitis distantijs,vt in l. Męniana C. de edi-

edific.priuat.& in l.fin.ff.fin.regund. habetur per Veron. in tit. de seruir. rustic. prædior.c.60.& 61.Sed si solum est pu-
20 blicum sicut in casu nostro tunc Fisco contradicente nihil innouaretur quemadmodum de omnibus locis publicis superius dictum est. At quoniam apud nos fisci benignitas in his nō se impedit, & eius taciturnitas non potest aliter intelligi, quam intelligeretur expressa concessio citra præiudicium tertij, vt in dicta l.2.in §. merito, & §. si quis à Principe, Idcircò vsu receptum est, vt eatenus permittatur quatenus vicinis damnum non inferant, & non aliter, vt in dict.l.2.§. cū quidam ff. ne quid in loc. publ. & latè per Veron. qui cæteros affert de seruit. rust.prædior. quæst.32 num 5. & q.60. num.2.3. & 4.& quæst.61.num.5. vers. aut vult extendere, & probatur in d.§. si quis à Principe, vbi glos. & in c. quamuis in fin.vbi glos.& Archid.de rescript. in 6.& c.de his de priuil. Quanta autem damna, & inconuenientia ex Męnianis in illis locis orirentur, iam ex visura loci cognita sunt, & in notula facti breuiter commemorantur. Deo Gratias.

Dum hæc discutiebantur proposuere vicini Ecclesiam aliter construi, & viam fieri alio modo quo esset illis commodior, & clausura Monasterij non turbaretur. Et patres licet cum aliquali eorum damno illis complacuerunt, qui & agnoscentes inconuenientia quo ad Męniana à pratensione illa construendi destiterunt.

S V M M A R I V M.

1 *Separatio bonorum vtrum habeat locum in feudis, discutitur latè, & concluditur negatiua num 16. & latè num.22. cū seqq. & 38. quis autem sit eius effectus vid. num.10. & 11.*

2 *Aequitas in proprio significatu denotat æqualitatem, & sic est necessaria in omnibus legibus. Largo modo significat benignitatem, & admittitur cum intrascripta distinctione, vt num.3. Quando autem in feudis præfertur, vel non præfertur rigori declara, vt num.4. & 5. & 7. 21. & 30.*

6 *Assensus nullo modo extenditur.*

8 *Inuestitura ante omnia est attendenda. Et illa quomodo vocat ad successionem, num.9.*

12 *Feuda conceduntur, vt habeatur fidelitas, & seruitium, & num.24 Et an vendantur, vel quomodo exequantur pro creditoribus in actione personali num.13.& 17.cum seqq. Apud Romanos incognita num.19. Semper succeditur ex pacto num.37.*

14 *Assentiens quid est quod præstat, & n.29. 35. & 36.*

15 *Interesse voluntatis de iure feudorum, & etiam de iure commun.*

18 *Veritas semper elucescit.*

20 *Feudo ad Fiscum reuerso non soluuntur debita sine assensu. Non renuntiatur inuito directo Domino num.25. Quid de fructibus facto inuentario num.26. Et de illis relinquitur aliquid feudatario inopi num. 27.*

28 *Hypotheca in feudis an & quando reuiuiscat. Habetur præcipuè à directo Domino num.29. & 34.*

31 *Separatio an tollat aditionem, vel hypothecam num.32. & 33. Infra quod tēpus conceditur num.39. Et cum quibus requisitis num.41. Et an si bona sunt vendita num.42.43.& 44.*

40 *Restitutio non datur in ambiguis euentibus.*

ALLEGATIO LXXXIII.
Pro Marchionissa Casearboris, & alijs.

In Dei nomine Amen.



Creditores quondam Marcelli Caraccioli Marchionis Casearboris etiam in actione personali, ad excludendum Marchionissā relictam Vincentij filij, & alios eiusdem Vincentij creditores hy-

pothecarios cum assensu,petiere separationem bonorum ex Prætoris æquitate concessam in l.1.per totam, & specificè adueisus creditores hypothecarios hæredis in §. sciendum ff. de separat. & in l.1.& 2.C. de bon. author. Iud. possid. Hăc pro nostris clientibus negamus locum habere in feudalibus. Verumtamen vt in collegio discuteremus quibus medijs hęc opinio sit defendenda,annotaui infrascripta capita,ex quibus ea quę probarentur potuissem ordinatè in Allegationes redigere. Sed postea hoc onere exonerauit me vnus ex collegis LANDVLPHVS de Aquino generis nobilitate,&moribus,& multiplici doctrina exornatissimus scripsit enim Allegationes sub sequentes,quibus visis, visum mihi fuit alijs allegationibus opus non esse,prout Lectori innotescet post transcursa prædicta capita, quæ (vt dixi) non oportuit expolire. Sed,& aliqui Iudicum ex curiositate vt opinor) magis quam ex necessitate sic rudia,& informia, ea quoq; legere voluerunt, & sunt sequentia v3.

1 QVęritur nũ separatio bonorũ habeat locum in feudis,partẽ affirmatiuam tenuit Io. Vincent.de Ann.in allegat.30. Negatiuam defendit Consil. de Georg. in allegat.18. Postea Regens de Pont. adhæret affirmatiuæ in eius tract.de Potest.Prorcg.in titul. de refutat. feudor. §.8. Ponderandæ sunt rationes vtriusq; partis. Et primo dum Io.Vincent.de Anna num.1. cum seqq.innitur æquitati. Regens vero adhæret illius opinioni, sed negligit hanc rationem eo quod in feudis seruatur rigor,vt per Andr. in c. Imperialem ante num.6.non est hęc positio sic seuerè,& ad literam intelligẽda,
2 ad quod sciendum est quod licet Ann. confundat æquitatem in sensu æqualitatis,vel in sensu benignitatis, hæc duo nimis differunt,nã verus,& proprius ęquitatis sensus est æqualitas quam Græci dicunt Epicheia, & illa quidem circa specialiter prouisa non se intromittit, esset enim legem non interpretari, sed corrigere quod non licet quamuis dura sit vt in l. prospexit ff. qui & à quib. Sed vbi cessante prouisione specifica potest adesse interpretatio alicuius legis generalis, tunc eius proprium est rationem legis intueri,& ex illa legis verba excedentia, vel deficientia ad æqualitatem perducere sicut generalitatem depositi restituendi, restringit vbi furiosus ensem repeteret, & prohibitionem extrahendi frumẽtum vrbi necessarium extendit ad farinam, & in hoc sensu æquitas necessario, & indistinctè inest cuilibet legi immò est anima ipsius legis sicut post Arist. optimè docet Diu.Tho.& ibi latè Caiet.in 2.2.q.120. & ex nostratibus post vetustiores Bud. & Zas.in l.1.ff.de iustit.& iur. Alciat. in lib.1.Parerg.c.11.Francisc.Connan.in expos.iur.ciuil.similiter in lib.1.c.11.& Turamin deleg.lib.3.c.3.cũ multis seqq. Iuxta quam æqualitatẽ aliquando se declarat,& prouidet eadem lex,vt in l.scire oportet in §. illud in vers. sed & si ff.de excus.tut.& in l.fin.C.de fruct. & lit.expẽs.& in feudis in c.1.§. vt autẽ æquitas de allod.Aliquando ea quæ specificè nõ declarat remittit arbitrio Iudicis,vt benè per Menoch.de arbitr.Iudic in proęm.& in q.1.cũ seqq.& in feudis est tex.in c.1. Hic finit.lex.in §.bonus autẽ IudexAnd. in c.j.§.sed & qui delator circ.fin.in vers. sed quia quæ sit prim.caus.benef. amitt. Et in hoc sensu non potest æquitas, nec à feudalibus, nec ab alijs quibuscunque legibus excludi. Et specificè in feudis æquitatem, idest æqualitatem glosat, & interpretatur Andr.in c.1.in princ.Qualit.Dom.feud.priuet.

3 Vlterius quia æquitas temperando rigorẽ literæ vergit, vt plurimum ad sensum humaniorem, hinc fit vt ab effectu æquitas pro benignitate, & æqua prouisio pro miti,ac placida prouisione à Doctoribus,vt plurimũ vsurpetur. Vnde Salyc. & Ias.in l.placuit C.de Iud.dicunt æquitatẽ esse iustitiã dulcedine misericordiæ temperatã, in quo sensu æquitatis benignitas dicitur per Iurisconsul.in l.nulla ff. de

de leg. Et benignā prouisionē ex bono, & æquo fieri dicitur in l. quod si minor in §. 1. ff. de minor. & alibi sæpè. Et sic intellecta suā habet distinctionē vulgatā, vt æquitas scripta præferatur rigori scripto, & æquitas nō scripta præferatur, rigori non scripto, non autē præferatur rigori qui scriptus esset, vt per Doctores in in l. 1. C. de leg. & in l. placuit cum simil. C. de iudic. Et in hoc sensu cum hac distinctione similiter nō potest à legibus
4 feudalibus excludi. Esset enim error terminorum negare prælationem æquitatis scriptæ rigori scripto, vel prælationem æquitatis non scriptæ rigori nō scripto, Immò sicut in dubijs benignius agitur cū reis quā cum actoribus l. fauorabiliores de reg. iur. Sic promptiores in absoluendo esse Iudices monentur in c. 1. Hic finit. lex in vers. & prōptiores. Et legi feudali cordi esse æquitatem, & quod complectitur remedia prætoria cum æqua sint ex Andr. Bal. & alijs probat Ann. vbi supr. num. 3. cum seqq. neque hoc negat Consil. de Georg. immò hoc idē ex alijs comprobat in d. alleg. 18. similiter nu. 9. & 12. cum seqq. & præter adducta per illos expresśè hoc inquit Camer. in cap. Imperialem fol. 49. lit. B.

Vnde illud axioma inter feudistas vsitatum
5 quod in feudis attenditur rigor intelligēdum est de rigore scripto in lege feudali contra æquitatem non scriptam, vel scriptam non in lege feudali, sed in iure ciuili Romanorum. Recurrimus enim ad hoc ius commune. vbi deficit lex feudalis, & non aliter c. 1. vbi glos. & And. notant, & declarant in tit. de feud. cognit. declarando etiam quod prouisionem iuris feudalis dicimus adesse non modo ex prouisione specifica, sed etiam ex deriuatione rationabili, qđ & repetit And. in c. 1. quæ sit prim. caus. benef. amit. in §. sed & qui ant. num. 47. & in §. sed & res in tit. per quos fiat inuest. num. 11. & alibi sæpè, & dixi in alleg. 21. nu. 15. Sic And. in c. Imperialem ant. num. 5. quærit num permissio venditionis extendatur ad pignorationem quæ est minus, & arguit quod sic ob æquitatem desumptam ex aliquibus iuribus ciuilibus permittentibus illud quod est minus si concessum fuit illud quod est plus. Verum quia in lege feudali reperitur prohibitus omnis contractus feudalis absque assensu, & in eadem lege feudali non reperitur prouisa extensio assensus de vno contractu ad alium etiam similem, vel minorē, ideo non oportet recurrere ad æquitatem non prouisam de iure feudorum, sed obseruatur tenor prohibitionis om-
6 nium contractuum. Et assensus intelligitur in casu permisso, & non in alio, quod quidem secundum Andr. ita etiam procedit de iure ciuili, vbi non adest legis prouisio, & interpretatio extensiua. Statur enim verbis contractus, & quicquid nō exprimitur habetur pro omisso l. quicquid adstringēdæ, & l. si minor ff. de verbor. oblig. Et in specie addit Camer. ibi fol. 49. col. 1. in fin. in duobus prohibitis permissionem vnius non extēdi ad aliud etiam minus, statui similiter de iure ciuili in l. si pupillorum in §. si prætor ff. de reb. eorū. Dixerat enim paulo superius quod iura feudalia æquitatē sequuntur, sed non possumus æquitatem sequi in illo casu in quo reperitur in contrarium rigor scriptus, idemque ex iuribus ibi allegatis probat esse de iure communi. Et ex eadem ratione Andr. in c. 1. in §. donare in vers. Sed si posset qualiter olim pot. feud. alien. probat quod venditionis permissio in vno casu non extenditur ad alium etiam magis vrgentem: permissio enim, siuè dispensatio, vel assensus tanquam stricti iuris non extenditur, vt in d. §. si prætor, sed subiacet regulę dictæ l. quicquid astringendæ.

Et ex his patet quod separatio tanquā æqua
7 admitteretur in feudis si aliud nō obstat sic enim admittitur prouisio l. fin. C. de edict. Diu. Adrian. toll. sic remedium edicti Carboniani, sic prouisio l. curabit C. de act. empt. & similes prouisionēs iuris ciuilis æquitatem præferentes quas annotant

notant prædicti Ann.& de Georg. sed in istis omnibus nihil in contrarium reperitur in iure feudorũ proindeq; recurritur ad ius commune ex præfata regula c.1. de feud.cognit. Quamobrẽ tota vis istius cognitionis num separatio locum habeat in feudis, pendet ex cognitione,& intelligẽtia num aliquid in feudalibus per ius feudorum sancitum sit, quod per huiusmodi separationem læderetur. Si enim hoc cessat nihil impedit in omissis recurrere ad ius cõmune, sed si aliquid in cõtrarium habemus in iure feudorũ quamuis esset prouisio rigorosa, nõ liceret recurrere ad æquitatem separationis in eadem lege feudorum non prouisæ.

Sunt autẽ nonnulla quæ à lege feudali sancita sunt, quibus separatio præiudicaret.

8 Primo iubet lex feudalis ante omnia seruari legem inuestituræ c.1. de feud.non habent propr.feud.natur.cũ reliquis, vt in alleg.50.n.27. Sed porro lex inuestituræ vocat certos successores,& illis deficientibus vocat fiscum certos autẽ successores vocat tàm in feudo hæreditario quàm in feudo ex pacto, non enim inter vtrũq; adest differẽtia quo ad successorẽ,

9 sed solũ quo ad modũ succedendi, nã in feudo ex pacto successor capit ex propria persona, nec quicquam ad illũ de gestis per vltimo loco defunctum. In hæreditario oportet esse hæredem in feudo, vltimo loco defuncti eiusq; factũ habere ratum, vt latè dixi in alleg.22. num.7. 8.9. & 10. Et sic moriente feudi successore oportet succedere istos vocatos, & illis ordine successiuo deficientibus, vel succedere nolentibus, aut non valentibus, reuertitur feudum ad fiscum. Porro autẽ separatio abdicaret feudum à successore, & illud non tribueret fisco,& sic de directo contra inuestituram,& contra legem feudalem.

Ad hoc respõdere conatur Regẽs sub nu.3.

10 dicẽs quod tex.in l.1.in §.1.de separat. inquit quod ille qui adijt hæreditatẽ debitoris mei non faciet meã deteriorẽ cõditionẽ. Et hinc elicit extare adhitionẽ,& sic non alterari ius feudale quo ad successorem, sed permanente ipsa adhitione præferri creditores defuncti. Hoc implicat contradictionem, si enim feudum ex adhitione acquisitũ, nec ablatum per separationẽ permanet apud hæredẽ oportet illud vendi tãquam hæredis,& nõ tãquã defuncti, nec possunt in eo creditores chyrografarij præferri hypothecarijs cum assensu. Si per separationem abdicatur,& aufertur ab hærede ita vt vẽdi possit tãquam res defuncti remanet difficultas, vt contra iura feudalia feudum, nec apud successorem permaneat, nec apud fiscum. Et hoc secundum membrũ nempè quod res abdicatur est verius, prout denotat ipsa proprietas verbi (separatio) & aduertatur quod dũ Iurisconf. in verbis modo relatis inquit per adhitionem nõ deteriorari conditionẽ creditoris defuncti, statim subijcit rationem quia licet separationem impetrare. Est ergo remedium contra adhitionem separatio, per quã abdicatis bonis hæreditarijs ab hærede, permaneant quasi in hæreditate iaceuti,& sic vti bona defuncti, ab hæredis

11 patrimonio extranea, & consequenter creditoribus hæredis non obnoxia, vẽdi possunt. Sed quæso dato quod hæres etiam facta separatione remaneat Dominus, tunc quid inde? sequitur inquit Regens sub nu.4. & 5. quod nõ præiudicatur iuri feudali quo ad successionem, sed non inconuenit, vt à lege sit huic hæredi limitata potestas non obligãdi in præiudicium creditorum defuncti sicut in alijs cõtractibus feudalibus qui impediuntur vbi lex prohibuerat dispositionem, vt in in c.1.§.sed & res per quos fiat inuestit. Verum clara est responsio quod ex lege feudali feudi Dominus liberè disponit cũ Regio assẽsu. Ista autẽ limitatio ad beneficiũ creditorum defuncti non habetur à lege feudali, sed à lege iuris cõmunis, quę nõ recipitur in præiudicium legis feudalis ex regulis supradictis. Et exempla recensita procedũt, vel in allodijs subiectis prohibitioni iuris cõmunis quæ sicut ali-

ter non alienantur, ita nec in feudū dari permittitur in dicto §. sed & res qui fortè est verus intellectus illius literæ, vel procedunt in feudis ex prohibitione eiusdē legis feudalis sicut ibi per Andr. & per reliquos declaratur. Non enim in feudis posset haberi ratio de prohibitionibus aliorū iuriū ex quibus ius feudorū alterationem reciperet, vt dictum est.

Secundo loco vult lex feudalis directū Do-
12 minum esse certū de fidelitate, & de seruitio ad hoc enim feuda conceduntur, vt dixi in allegat. 58. num. 6. & fructus feudi correspondet oneribus fidelitatis, & seruitij. Si autem daretur separatio non posset Rex habere seruitium à feudatario debitore qui iam decessit, nō ab illius creditoribus non habētibus feudi dominium, vltra inconueniētia multitudinis fortè, vel incertitudinis. Sequitur ergo vt vel Dominus careat suo iure cōtra legem feudalem, vel vt seruiat hæres nihil percipiens, & hæc esset iniquitas nimis excedēs illā æquitatem pro creditoribus defuncti, quæ tamen æquitas apud me circa feuda vincitur ab alia æquitate creditorū hæredis, quibus nocere nō debet negligētia creditorū defuncti qui assensum impetrare neglexerunt argum. l. qui autē in §. sciendū ff. quæ in fr. au. credit. Vnde isti creditores hæredis deciperentur qui bona fide contraxerunt se tutos opinantes super feudo dū videbant hunc feudi Dominū, & in quinternionibus Regiorū assensuum non videbāt feudū illud alijs obligatū. Dices potest illico vendi feudū, & nouus emptor tenebitur Domino. Hoc nō soluit, nā neq; per momētum potest fieri præiudiciū Domino, & legi feudali. Sed neq; hoc medetur Iudex enim non potest feudum vēdere ob debita in actione personali, & solū satis-
13 facit ex fructibus, vt per Cam. in c. Imperialē fol. 18. col. 4. cum seqq. & adsunt literę Regię impressę apud Reg. de Curt. in suo diuers. fol 53. Practica vero S. C. desumpta ex Andr. & Affl. in c. 1. §. quid ergo de inuest. de re alien. fact. & in constit. si quis post litē, vexandi creditorem carcere, vel Cōmissarijs exequētib. in fructibus vnde ipse vendet, nō potest applicari in hoc casu respectu debitoris qui iā decessit, nec respectu hæredis quē si admittimus vendere oportet in eo feudo tanquam in re sua dum ab ipso venditur præferri suos creditores hypothecarios.

Tertio ex lege feudali creditor hypothecarius cum assensu habet ius in re sibi delatum ab vtili Domino qui se debitorem constituit. Et in hoc assentiendo Rex nō modo aufert impedimentum, sed etiam
14 donat illa corollaria, & consequentias quæ ab assensus præstatione oriuntur sicut post Andr. optimè declarat Camer. in cap. Imperialem fol. 42. col. 3. & 4. Huic ergo quem Rex permisit habere ius in re feudali, & à se ipso alias cōsequentias prædictas, potest præferri alius anterior cum assensu, quia iste per prius eodem modo fuerat à Rege pręcognitus, & approbatus, sed vt eidem creditori cum assensu per indirectum præferatur alius creditor in actione personali, qui à Rege non fuit cognitus. Et eidē inutile reddat quicquid à Rege obtinuerat, in hoc dici
15 non potest non adesse Regis interesse saltim voluntatis quod sufficit, vt per Isern. in cap. Imperialem col. 1. & ibi Camer. fol. 4. col. 4. Capyc. decis. 100. Et considerari etiam de iure ciuili probatur in l. fin. ff. de vsu & habit. & late Dec. in l. cum fundum §. seruum tuum imprudens ff. si cer. petat. Huic interesse per ius feudorum considerato, & prouiso, non præiudicat idem ius feudorum per admissionem separationis bonorum, posse autem præiudicari quia separatio in alijs iuribus sancitur, hoc non licet ex
16 regulis supradictis. Et ex his resoluuntur omnia in contrarium considerata pro generalis articuli decisione. Cætera enim respicientia hanc causam particularem per Dominum Collegam exactissimè supplentur. Deo Gratias.

Sequuntur Allegationes in principio huius discursus recensita, videlicet.

Vlpiani

17 VLpiani respõsum in l. 1. ff. de separ. bon. in feudis locum sibi vendicare non posse decretis S.C.& Reg. Cameræ Summariæ adeo huc vsq; extitit exploratum, vt nemo ausus sit contrarium asserere. donec oppositam sententiam rursus in arenam adducere conatus est, D. Io. Franciscus de Põt. de potest. Proreg. tit. de refut. feud. §. 8. à quo ansam arripuerunt creditores,& cessionarij legatariorum q. Marcelli Caraccioli articulum prædictum iterum in S.C. proponere, ea est enim seu temporum deploranda conditio, seu ingeniorum inexplebilis cõtradicendi libido, vt nihil stabile, nihil firmum esse sinãt, non Doctorum, non rationum, non rerum iudicatarum mouet thoritas, ne omnia rursus semper reuocẽtur in dubium, vt non ab re prorsus dici queat nostris hisce temporibus nouam Arcesilai renatam accademiam; sed non ideo extingui, aut opprimi veritas potest
18 proptium .n. peculiareq; domum est ei à summo illo rerum opifice tributum, vt contra fallacem captiosamq; facundiam sua propria, vi & claritate valescat, vt Lactant. docet de opif. dei cap. vlt. Hanc igitur ab aliqua tenebrarum nubecula, quæ illi forsan ex neotericorum scriptis irrepsit rursus Deo duce in apertissimam lucem conabor afferre.

Quod vt facilius assequar primum pro viribus demonstrabo Vlp. in d. l. 1. non modo feuda non considerasse, sed nec in ratione, aut verbis legis illius comprehendi posse, aut valide ad ea extendi. demum contrariæ sententiæ argumenta conabor diluere.

Et primo Vlpianum feuda non considerasse ex inde manifestè deducitur quia nul-
19 lus apud Romanos fuit feudorũ vsus nõ modo florentis Reipublicę, sed nec Principum temporibus, vt docet Andreas in prælud. q. 4. Luc. de Pen. l. 1. C. de pet. bon. subl. lib. 10. Iacob. de Beluiso in c. fin. qui feud. dare poss. Afflict. in prælud. feud. num. 27. & ne quotas transcribam hanc communem esse opinionem docet Crauet. cons. 241. num. 3. Intrigliolus late cent. 1. q. 3. Scrad. de feud. 2. part. art. 1. & post ipsos Camill. de Curt. in suo diuersorio in princ. num. 21. nullam enim nec verbi nec iuris huius ante barbariorum nationum alluuiones mentionem legimus, vt aduertit impius quidem, sed alioquin eruditissimus vir Franciscus Otomanus de feudis cap. 2. mens autem ad nõ cognita non trahi certissimum est.

Secundò nec in ratione comprehendi patet, quia equitas à pretore considerata nequis adeundo hæreditatem debitoris mei meam conditionem faciat deteriorẽ in feudis cessat, nam si successor à lege vocatus non adit hæreditatem, feudum deficientibus alijs agnatis aperitur Fisco,
20 qui debita sine assensu soluere non tenetur Iser. in cap. 1. §. quid ergo de inuestit. de re alien. facta, late Lottred. consil. 33. num. 3. Et ratio est quia Dominus feudum habet iure proprio, ex lege & iure feudi non vt hæres, at secus est in allodio in quo fiscus est loco hæredis ideoq; ad debitorum solutionem tenetur etiam si ex delicto bona publicentur l. tutor. C. ad l. Iuliam de vi publica. l. si vt proponis C. de bonis proscript. l. si marito ff. solut. matrim. Bald. in l. tam mandatori, C. de non numerata pec. nu. 7. Gulliel. de benedict. in c. Rainutius in verb. & vxorem nomine Adelasiam in 5. decis. num. 301. 302. & 303. ergo licet ex aditione hæredis in allodio creditor possit sentire incõmodum, ideoq; iure æquitate suadente fuerit introducta à pretore separatio nõ tamen iddem dicendum est in feudis, nã ex aditione potius commodum quam incommodum habet creditor, quia habet hæredem obligatum, aditione verò non facta fiscus ad quem feuda peruenirent non esset obligatus, vt supra probatum est.

Quibus addo nam equitas in qua se fundat pretoris edictum: in feudis considerari non potest quando agitur de diminutione seruitij, nam tunc attenditur rigor, ideoque non fit extentio, nec de perso-

na

na ad personam, nec de re ad rem, nec de tempore ad tempus, nec de contractu ad contractum, vt authoritate Andreæ,& Camerarij firmat D. Regens de Ponte decis.28.num.22. At data separatione sequeretur diminutio seruitij Domini, vt inferius demonstrabitur, ergo nullo modo æquitas est attendenda, sed rigor. Quo factum est vt rationes quas in nostra quæstione ex equitate sumpsit Ann.alleg.30.Idem D.de Ponte de Potest. Proregis loco citato respuerit tanquam illi parum accomodatas.

Cæterum non solum cessat mens, & ratio, sed, & finis legis quæ ideo separationē induxit, vt distinctis rebus hæreditarijs ab ipsiusmet hæredis bonis, quasi duorum fiat bonorum venditio, vt habetur in d.l.1.sed feuda vendi non possunt ad instantiam creditorum sine assensu stante ordine sue Maiestatis cuius meminit idem inuictissimus Rex Philippus II in litetis impressis in 1.par.diuers.iuris feud. Camilli de Curte fol. 53.colu. 1. & sic quoque de iure nec secundum decretū in feudis interponi posse exploratum est, vt habetur in const. tutione si quis post litem, vbi Affl. ct.num. 10. Cum igitur cesset, mens ratio, & finis legis ipsius dispositionem cessare etiam necesse est, l. quod dictum.ff.de pac.l.adigere.§.quāuis de iur.patr. cum concordant. adductis per Euerard. in topicis loco à cessatione rationis.

Tertio, cessant etiam verba legis, quæ cōditionaliter requirit, vt bona sint hære-
23 ditaria ibi (Si hæreditaria fuerint) feuda vero in regno omnia sunt ex pacto, & prouidentia licet aliqua habeant qualitatem hæreditariam, vt auth. Andr. firmat Camer.in c.1.an agnat.in .2quæst. num.9.& in cap.imperial.§.præterea ducatus cart. 95. lit.C.quæ qualitas hæreditaria nō est eiusdem naturæ, ac ea quæ est in alijs rebus hæreditarijs longe enim diuerso modo hæc qualitas a iure ciuili ac à iure feudorum consideratur, vt docet idem Camer.in dicto c. Imper. cart. 96.lit.F.ideoq; negat posse sumi argumētū à iure ciuili in materia feudi hæreditarij minime à legibus ciuilibus arguamus, (quā qualitatem hęreditariam considerant tanquam quid accidens separatum à substantia rei.) Cum igitur feuda,& aliæ res hæreditariæ inter se differant. nulla à diuersis, vel dissimilibus potest fieri valida extensio seu illatio; vt firmat Euerard.in loc.à simil.num. 12. est enim extensio secundum Castrensem, & reliquos relatos per Cepoll.de inter pret.extens.tit. 1. num. 115. progressio de termino ad terminum per adequatio nem seu paritatem.

Quæ omnia confirmantur nam si dicamus separationem fieri posse multa sequerentur absurda, quæ vt vitentur non solum verba sunt stricte intelligenda, sed etiam generalis legis dispositio restringitur, l. 2.C.de noxal.act.& l.gradatim.§.1.ff.de numer.& honor.Euerard. loco ab absurdo num 4.

Quæ vt magis elucescant fingamus factam separationem. Ideoq; feudum esse in dominio defuncti,& non hæredis, cuius aditio respectu creditorū defuncti pro nulla habetur glos.in l.debitor verb. nō adita.ff.de separat.bonorum quis domino faciet fidelitatem, quæ requirit industriam personæ? Afflict. decis. 320. quis præstabit seruitium si Rex personalem elegerit? prout posse in Regno eligere quidquid sit de iure communi est exploratissimum. Andr.in c.1 §.fin. colun. 2. vers.cogit frequenter Curia Regis num. 14.de cap.qui cur.vendid. & in cap. 1. in fin.quis dicatur dux. & in c. Imperialem §.firmiter num.12.de prohib.feud. alien. per Frider.vbi addentes Afft.in c. 1.§.fin.de capit.qui cur.vendid.num.4. circa medium,& in constit.si quis post litem num.14.circ.med.Capic.decis. 32. nu.2.Fab.de Ann.cons.3.num.15.Bambac. in cap. si clericus si de feud. fuerit controuersia quæst.6.num. 106. hæres forsan tunc seruiet, & creditores habebunt fructus, quia de re hæreditaria

Nnnn per

peruenjunt?hoc est iniustum vt vnus ser uiat, & alter habeat commoditatem, si seruitium est respectu fructuũ D. de Ponte decis. 23. num. 6. vnde vt hoc vitetur inconueniens negant scribentes textum in l. statius florius §. Cornelio felici in feudis locum sibi vendicare vt post Camerarium, & alios tradit idẽ Dominus de Ponte loc. cit. quod si seruitium contumax detrectauerit priuabitur & hęres feudo cap. 1. §. sed nec iustior, quæ sit prima causa benefic. ammictendi cum cõcord. vbi Andr. Afflict. & reliqui. Hoc fieri nequit data separatione quia per eam aditio annullatur in præiudicium creditorum defuncti vt docet glos. in d. l. debitor; At si hæres feudum per aditionem non acquisiuisset vtiq; illud amictere non posset. fatendum igitur necessario est vel feudum ipsum dominique seruitium stare in suspenso, quod fieri non potest Dominus de Ponte d. decis. 23. num. 6 vel statim ratione seruitij feudum in successorem transire, & amplius ab eo separari non posse sine Domini consensu cum nec volens feudatarius
25 possit in vita Domini feudum renuntiare quia gratia vtriusque, vt docet Andr. in c. 1. §. notandum de his qui feuda dare possunt, & Latius in cap. 1. §. similiter post nu. 24. de capit. qui cur. vendi. & domini interest vassallum non ammictere saltim ratione voluntatis per tex. in l. fi. ff. de vsu & habitatione de quo late Camer. in Imperialem fol. 4. litera R. & V. quod feudum patre mortuo dicitur filij & non amplius patris, vt docet Afflict. decis. 385. num. 4. Loffred. cons. 46. nu. 17. Camer. in cap. 1. an Agnat. q. 1. num. 96. vers sed tunc contra, quod adeo verum est, vt feudum filij sit quid diuersũ à feudo patris Cam. in c. Imper. cart. 46. lit. P. ideoq; ex doctrina Andr. concludit super nouo consensu hæredis contractui paterno nouo esse opus assensu, quia non fit extensio in assensibus de re ad rem, immò super contractu paterno non prodest assensus impetratus post mortem, sed requiritur nouus consensus hæredis, & super nouo consensu nouus assensus, vt Andr. docet in eod. c. imperialem post num. 16. in additione vers. in cõtrariũ videtur, & verius. Quomodo igitur si feudum filij non est feudum patris, sed quid diuersum poterit separari tanquam res paterna? Hinc fit vt
26 licet facto inuentario, vel separatione inducta fructus omnes peruẽti ex rebus hæreditarijs ad creditores defuncti perpetuo pertinent l. si creditores in 2. respons. ff. de separat. bonor. D. de Frãch. decis. 179. num. 6. & 613. num. 17. censentur enim tunc non ab hærede, sed ab ipso defuncto percipi, ideoq; hæreditatẽ augent l. 2. C. de petit. hereditat. secus tamen sit in feud. ẽt facto inuentario, nã fructus non debentur perpetuo creditoribus defuncti. quia cũ ex supradictis pateat feudum, esse filij, & non patris, fructus, ẽt omnes ad ipsum spectabunt Loffred. d. cons. 49. nu. 7. Gramat. decis. 103. nu. 148. ideoq; multi apud Minad. dec. 20. tenuerunt nullo modo teneri hæredem de fructibus feudi soluere creditoribus defuncti cum sint proprij ipsius hæredis, & licet Loffredus secndũ Minadoum voluerit facto inuẽtario posse exequi super fructibus feudi vsq; ad valorem feudi tantum, quã doctrinam docuit in sua parafrasi c. 1. an agnat. §. vbi vero vers. sed qm̃ ꝙ ẽt voluit Cam. in c. imper. fol. 20. lit. E. & F. hoc ideo fit quia cũ hæres feudum habere nõ possit absq; qualitate hæreditaria tenetur habere ratũ factum defuncti etiam in re propria vsq; ad valorem feudi, quod à defuncto ad ipsum peruenit, & sic tenetur soluere de fructibus qui ad ipsum hæredem dominum feudi ratione seruitij, & legis inuestituræ spectant, quatenus est valor feudi prout præcitati DD. docent, ex quibus etiam patet respõsio ad ea, quæ dicit D. de Ponte de potest. Proreg. §. 8. num. 20. cum dicit inuentarium separationem operari etiã in feud. nam si hoc esset omnes fructus, vna cũ

ipso

ipso feudo creditoribus defuncti debe-rentur quia per fictionem iuris censerẽtur recollecti ab ipso defuncto, & non ab hærede, quod falsum esse supra probatum est.

Et adeo est verum fructus omnes nõ posse deberi creditoribus defuncti, vt Camer.

27 dixerit (ex doctrina Salicceti) in c. imper. car. 21. lit. O. Nec creditoribus ipsiusmet feudatarij omnes fructus deberi, quia est relinquendum ipsi feudatario, vt viuat, & militet, nã in feudatario nõ tantũ cõsideratur vtile, & damnũ, vel si egeat, nec ne, sed consideratur honor imperij, & sic domini, vt habeat militẽ quem elegit c. 1. de nat. success. feud. c. naturalis, & c. adoptiui si de feudo fuerit contr. Camerar. in c. 1. an agnat. quæst. 1. nu. 7. & c. imper. § præterea ducat. de prohibit. alien. per Frider. Quomodo igitur si dominus ex primordio inuestituræ hæredẽ ex corpore in quo sperat prædecessorũ fidelitatem sibi elegit militem, & vassallum illum per separationem amictet? cũ militare non possit si fructus facta separatione ad creditores defuncti spectabunt.

28 Vlterius reuiuiscentia obligationis nõ habet locum in his in quibus nõ sufficit solus consensus contrahentium, sed requiritur consensus alterius, seu certa aliqua forma est seruanda per ea, quæ notat Bald. in l. si quis accepto ff. de cond. causa data, causa non sequuta, at si daretur separatio in feudis ius hipotecæ creditorum hæredis iam extinctum per separationem reuiuisceret satisfactis prius creditoribus defuncti l. 1. §. item sciendum, ff. de separat. sed hoc fieri nequit sine assensu Domini ergo nec antecedens.

29 Cæterum creditores hæredis quando acquisiuerunt obligationem bonorum feudalium cum assensu Regio dicuntur propter assensum habere illam hipotecam in feudum à Rege per tex. in l. leg. obuenire, ff. de verb. & rerum significat. quẽ Isernia in cap. Imperialem, & in cap. primo, qui success. teneant, & alibi sępissime ad hoc propositum allegat late D. Consil. Giorgius d. sua alleg. 18. nu. 29. cũ seq. si igitur habuerunt hipotecam à Rege ex voluntate Vassalli qui potuit nõ obstante ꝙ defunctus erat debitor in actione personali, & non obstantibus legatis feudum obligare cum & si defunctus expresse hoc prohibuisset hæc prohibitio non valeret absq; assensu, cap. primo, de success. feud. quomodo igitur potest hæc hypoteca resolui sine facto regis, cuius beneficio, & voluntate est inducta præcipue cum supra probatum sit dominium feudatarij resolui nõ posse in præiuditium directi domini cuius saltem interest interesse voluntatis vassallum, quem semel acquisiuit quemq; ex primordio inuestituræ sibi elegit nõ mutare, & adeo verum est vassallum posse præiudicare creditoribus sine assensu, vt Afflict. in const. si quis post litem, num. 98. det cautelam, vt feudatarius transferat feudi in possessionem, in tertium cum assensu nam tunc nec in fructibus creditor sine assensu exequi poterit.

Tandem nulla lex ciuilis potest mutare, vel in aliquo diminuere prouisiones factas per ius feudorum, sed tantum argumenta iuris Romani attenduntur in casibus omissis à lege feudali, prout in c. 1. de feudi cognitione notatur. At in casu nostro duplex reperitur specialis prouisio altera in successione, altera in modo cõstituẽdi ius in feudo neutrã igitur harũ poterit Prætoris edictũ distruere, sed destruerentur si separatio daretur illa enĩ destruendo aditionem reducit bona ad primam naturam. Ita vt bona hæreditaria sint in bonis defuncti, & sic resoluto dominio hæredis hipotecę per ipsum constitutæ resoluantur etiam necesse est. Ergo nullo modo dari potest, vt firmat idẽ Dominus Giorgius loc. cit. à nu. 17. per plures sequentes.

Aduersus has duas vltimas rationes Domini Consiliarij Giorgij, insurgit Dominus

Regens de Ponte loco cit. negans separatione aditionem, vel hypotecam destrui ipsamq; hipotecam à Rege recognosci.

Negat igitur primum separatione aditionẽ destrui. Imò necessario illam supponere ait, quia text. in d. l. 1. ibi (Et qui adijt hæreditatem debitoris mei non facit meam conditionem deteriorem) necessario illam supponit existere, illaque supposita negat ex ea creditoris, conditionem fieri deteriorem, quia potest separationem impetrare hoc argumentũ est contra glosam expressam in d.l.debitor, ff. de separ. bonor. verbo non adita vbi desertis verbis ait aditionem separa tione facta pro nulla haberi in præiuditium creditorum defuncti. Secundo, in dubium non potest reuocari fieri non posse separationem,nisi prius supponamus mixtionem factam per aditionem, priuatio enim necessario præsupponit habitum quid igitur separabitur si aditio ne prius mixtum non supponatur? sed idcirco non facit conditionem creditoris deteriorem, quia separando bona non solum ipsam mixtionem, quæ faciẽdo vnum patrimonium hæredis, & defuncti præiuditium ipsis creditoribus generauit, sed etiam causam ipsius mixtionis aditionem extinxit.

32 Negat secundo hipotecam extingui, quia tex.in d.l. 1. §.sciendum ibi, sciendum est autem etiam si res obligata esse proponatur ab hærede pignoris iure,vel hypotece. Attamen si hæreditaria fuerit iure separationis hypotece creditore po tiorem esse eum qui separationem impe trauit, ergo ait ipse hypotecam contractam minime tollit,sed tantum dat prælationem creditoribus defuncti etiam in actione personali.

Sed facilis est responsio, nam text. non inducit concursum inter creditores in actione personali ipsius defuncti, & hypotecarios hęredis creditoresq;in actione personali præponit contra regulam, text.in l.eos qui potiores in pignor. habeatur.Sed distinguit patrimonia defuncti, & hæredis separatione, quæ antea per aditionem erant vnita, qua separatione facta creditores defuncti potiores remanent in rebus hæreditarijs, quia desierunt esse amplius post separationem in bonis hæredis.Ideoq, nullum ius nulla hypoteca creditorum hæredis in bonis ipsis hæreditarijs consistere potest cum notissimum sit resoluto dominio debitoris ex causa necessaria ministerio legis omnes hypotecas resolui,ac euanescere,vt post Guid. Pap. Boer. Cacheran.& alios quos ipse citat firmat dominus de Franchis dec.226.nu.3.

Neque prædictis obstat illud entimema in quo tota ipsius argumenti uis consistit, text. præfert creditores defuncti hypotecarijs hæredis, ergo necesse existit hipoteca, in qua prælatio fundatur nam alioquin non entis nullæ sunt partes, nam hoc tantum probat extitisse quidem semel hypotecam, non etiam in præsentiarum existere nam Petrum Vg. non entis potiorem esse dici non potest potiorem vero magno illo Macedone Alexandro qui iam sunt tot secula, quod mortuus est dicere non est incongruum, & sic dicit text. licet creditores hæredis hypotecam acquisierint, tamen quia illa non durauit nisi quousq; bona hęreditaria fuerunt in dominio hęredis; idcirco illo per separationem extincto præferuntur creditores defuncti creditoribus hypotecarijs hæredis.

Neque Zasij doctrina aliqnid obstat nam
33 cum dicit hypotecam non esse quidem extinctam,sed effectus illius manifeste innuit illam quidem actu amplius non esse, sed tantum in potentia ob speciẽ reuiuiscentiæ satis factis prius creditoribus defuncti dicta l. 1. §.item sciendum, quod autem actu non existit,sed tantum in potentia,realiter quidẽ non est; actus enim dat esse rei, vt docet Aristot. 2.phisic.c.6.& 7.non potest igitur indubium reuocari aditionem separatione extingui

illaq;

illaq; sublata dominium hæredis creditorumq, hipotecam amplius consistere non posse.

Neq; lex ciuilis limitat potestatem alienandi ipsi hæredi, vt ipse ait nu. 5. Immò libere potest alienare ante factam separationem adeo vt si alienatio facta reperiatur ante petitam separationem illa amplius fieri nequeat l. ab hærede ff. de separ. bonor. glos. in l. 2. C. de bonis author. Iud. possid. & rationem assignat Alber. in d. l. ab hærede, cur post contractā hipotecam separatio fieri possit non vero post alienationem, quia hipoteca non adimit rē de bonis, alienatio vero adimit Ideoq; cū iā non sit in bonis hæredis nō potest amplius fieri separatio, non igitur Prætor interdixit hęredi facultatem alienandi, sed quia annullata aditione per separationem hæres desijt esse Dominus. Ideoque non solum amplius non potest alienare, sed hipotechæ per ipsum cōtractę resoluto eius dominio ministerio legis resoluantur, etiam necesse est.

Negat Tertio Regem assentiendo hipotecā ipsi creditori concedere, quia Rex assentiendo nihil dat, sed tantum remouet obstaculum iuris prohibitiui, aliud enim est dare, aliud vero danti consentire, quod firmat ex doctrina Camerarij in cap. Imperialem car. 43. Hinc ait non procedere in feudo hæreditario id quod dicitur per assensum in alienatione censeri translatum dominium feudatarij in Regem, seu dominum directum, & ab eo demum translatum in successorem, ita quod dicatur habere causam à Rege, & non à feudatario disponente, id enim procedere tantum in feudo ex pacto, & prouidentia.

36 Sed facillimè credo responderi potest ex eodem Camerar. fol. 43. litera R. dū dicit Dominum nō dare totum id, quod alienatur da e tamen totum id, quod ipse potest nunc, vel posse sperat in futurum, hinc fieri quod resoluto iure Datoris non resoluitur ius acceptoris, quod secus esset si solus vassallus daret, & Rex simpliciter remoueret obstaculum prohibitum prout videmus in emphiteuta qui libere potest rem emphiteuticam hipotecare, & tamen hipoteca non durat, nisi durante vtili dominio emphiteutes illo enim resoluto per deuolutionē, & hipotecæ medio tempore contractæ resoluuntur vt fortissime firmat D. de Franch. d. decisio. 226. Idem esset in feudo si assensus esset simplex remotio iuris prohibitiui, nam tunc intelligeretur tantum constituta hypoteca durante vtili dominio vassalli, & non illo resoluto in præiuditium Domini, qui nihil de suo donauit, sed quia vltra remotionem obstaculi Rex donat id quod habere sperat in futurum, ideo hypoteca perpetua est, quia nou solum à vassallo quousque vtile habeat dominiū, sed etiam dominio resoluto habet ab ipso Rege.

Et hanc distinctionem facit etiam Andr. in cap. primo, qui success. teneant. nu. 6. cum plurib. sequentib. in illa quæstio. si Rex dominus feudi consensit alienationi quam feudatarius suus non habens liberos fecit in Titium de feudo; deinde moritur venditor sine hærede legitimo an reuocabit dominus feudū ab emptore Titio sicut reuocaret à venditore, nam ait totum pende e à verbis assensus, nam si Rex consentiendo declarauit tantum velle dispensare super legge prohibente alienationem feudorum tunc posset Rex reuocare, quia si absque prohibitione legis potuisset alienare venditor non potuisset plus transferre quam ipse haberet, ad vitam debebat tenere, ex quo hæredem non habebat, ergo durante vita venditoris tantum emptor habebit. Secus verò si Rex simpliciter consensisset, nam tunc consentiendo confirmat contractum, & confirmando videtur donare emptori pro se, & hæredibus, quia sic videtur dare, etiam si non exprimatur, ita Andr. numer. 8. & num. 11. ponit differen-

ferentiam inter legem permittentem alienationem, & sic remouentem obstaculum iuris prohibitiui, & Dominum consentientem, nam Rex permittens alienationem non dat de suo, sed Dominus consentiens de suo consentit, non est igitur consensus sola remotio obstaculi, quod lex etiam remouet permittendo alienationem, sed confirmatio, & donatio, vt supradictum est, neque dici po-
37 test in feudo ex pacto, & prouidentia tantum successorē habere causam à Rege, & non in feudo hæreditario, nā feudum hæreditarium est etiam ex pacto, & prouidentia cum qualitate tamen hæreditaria quæ qualitas licet alteret feudum non tamen alterat modum successionis, firmat Dominus Georgius loco citato num. 27.

Quia in eo omnia cōcurrunt quæ in feudo ex pacto, & prouidentia non hæreditario concurrunt, ita vt etiam in hoc feudo vnus alteri præiudicare non possit omniaque iura feudorum loquentia in feudis non hæreditarijs, habent etiam locū in feudis hęreditarijs nisi quatenus qualitas illa hæreditaria repugnat, quæ in eo solum cōsistit scilicet vt successor teneatur habere ratum factum defuncti, & illi non possit contrauenire, vt auth. Andr. & Corn. docet Dominus Rouitus in sua allegat. impress. post 11. decis. D. de Pōte num. 42. cum aliquibus sequentibus. Non igitur hæres reuocat alienationem factam per defunctum de feudo hęreditario sicut de feudo ex pacto, & prouidentia quia hoc nō habet iure proprio ex l. inuestiturę à Rege, sed quia cum necessario sit hæres in ipso feudo non potest venire contra defuncti dispositionē, dicta l. cum à matre, vt disertis verbis docet Andr. in c. 1. de alienat. feud. pater. num. 1. quod tamen de dispositione valida hoc est cum assensu esse intelligendum dicunt literæ Regis impressæ in diuersorio d. Camill. de Curt. fol. 53.

Neque tandem obstat, quod qui contraxe-
38 runt cum defuncto patrimoniū eius pingue contemplati sunt, quia debebāt etiā scire nullū ius in feudis sine assensu Domini acquirere potuisse. Immò retorquēdò argumētum creditores hæredis cum assensu magnoperè deciperentur, quia dum cum hærede contraxerunt fecerunt confisi quod in Regia Cancellaria non apparebant feuda alijs obligata tantum, quod obligatio absorberet pretium feudorum, & vt plurimum hoc inspicitur dū contrahitur super feudis, & pro hac ratione faciunt, quæ considerat Freccia in illa quæstione si assensus impetratus per emptorem super emptione, non autem super pacto de retrouendendo, nec facta mentione de illo valeat, vt in quest. 16. in fin. num. 9. & ex his credo perspicuum fore in feudis nullo modo posse fieri separationem, sed si aliqua forsan adesset adhuc dubitatio cum pro hac opinione habeamus decisiones Sacr. Consil. in causa Terræ Sesti, & Reg. Cam. Sūmariæ in causa Comitissæ Mignani, prout testatur Viuius decis. 285. & in processu adest copia decreti in causa Sesti minimè sunt mutanda, quę à maioribus nostris certam receperunt interpretationem, l. minimè, ff. de ll. Afflict. decis. 140. num. 3. præcipuè cum sententiæ Sac. Cons. faciant ius in Regno in articulis dubijs. Afflict. decis. 395. num. 7. circa med. D. de Franch. decis. 99. num. 5. & 171. nu. 3. supremiq; Senatus sentētiæ reuerenter sunt obseruandæ in causarum similium decisione, vt docet Gamma decis. Lusit. 228.

Cæterum circumscripto hoc articulo etiam si essemus in allodio ad huc pars nō posset obtinere liberationem depositi.

Primo, quia hucusq; nō obtinuit sententiā
39 separationis, quæ causa cognita esset concedenda, & concurrentibus qualitatibus positis à glo. in l. 2. C. de bon. auth. Iud. possid. & l. si adulta, verbo separatio, C. de hæred. action. quæ hoc casu non concurrunt, nam primo elapsum est iam quinquennium petendi separationem, d. l. j. §. quod dictum est ibi, vt vltra quinquennium post aditionem numerandum

dum separatio non postuletur.

Neque dici potest licet elapsum sit quinquennium tamen quia tempore aditionis hæreditatis à quo cępit currere quin quennium D.Carolus, & D.Franciscus erant minores,ideo possunt per viam restitutionis in integrum admitti ad separationem petendam.

Nam primo minor non restituitur quando 40 casu fortuito læsus est,Bart.Bal.Alexan. Soccin.& reliqui quos citat,& sequitur Sforz.Odd.de restit.in integ.quæst.3.artic.5.qui testatur de communi, & ratio est secundum eum,quia in eiusmodi casibus,quilibet etiam maior lædi solet, & potest,vnde ex causa fragilis ætatis non cõuenit, vt detur restitutio si ætatis fragilitas non fuit in causa huius læsionis, sed petitio separationis poterat afferre damnum,& commodum minori, & hoc pendebat à dubio futuro euentu, si hæres contraheret,vel non contraheret debita, immò attento statu illius temporis nullus diligens paterfamilias separationẽ petijsset,quia hæres erat diues,nullisque implicitus debitis,& multa potuisset opponere cõtra legata tam magna si solummodo vires paterni patrimonij fuissent considerandæ.

Neque obstat si dicatur minorem aduersus tẽporales præscriptiones hodie ipso iure seruari illęsum, ideo non esse opus restitutione cum tẽpus incipiat currere post elapsum decimum octauum annũ, l. fin. C.in quib.caus.rest. non est necessaria, vbi communiter Doct. & sic licet respectu d.Francisci qui mortuus est agẽs 27. annum tempus omninò sit elapsum tamen respectu cessionariorum D.Caroli, cum D.Carolus tempore cessionis excessisset tantum 22.annum nõ esse elapsum integrum quinquẽnium à decimo octauo numerandum,ideoq; annum qui superer at in Ferdinandum de Palma cessionarium à quo deinde habuit causam 41 Illust. Dux Magdaloni transisse. Nam primo dicta lex non procedit in actionibus prætorijs, quæ ante decimum annũ finiuntur; prout est actio ad petendam separationem,quæ Prætoris edicto conceditur infra quinquennium,ita Balb.de præscriptio.1.par.6. par.cas.23.nu.37. vers.vnde potest poni. Secundo lex finalis loquitur tantum in præscriptionibus, quæ dantur possidenti per quas possidẽs præscribit,non vero in omni alio transcursu temporis ad aliquid faciendum præfixo,vt docet ex doctrina Vberti Alber.in d.l.fin.nu.6. Tertio posito,quod annus superesset,& cedi potuisset,tamen iam sunt 15.anni,quod esset elapsus, nã cessio fuit facta anno 1600. & Ferdinãdus,& Illust.Dux Magdaloni non erant tempore factæ cessionis minores, vt ex edicto minorum illis potuisset competere restitutio,neque illam possunt prætẽdere ex edicto maiorum,quasi cum in alterius locum successerint iustam habuerint ignorantiæ causam,l. qui in alterius de regul. iur. nam prædictus Ferdinandus,& Dux contraxerunt cum Marchione Io.Vincent. & dederunt ei pecuniam vinculatam pro illa soluenda D. Carolo eius fratri in satisfactionem legati paterni,& sic sciebant, vel scire debebant hæreditatem paternam à d.Io.Vincen.fuisse aditam, à quo die tempus quinquennij cępit currere d.l.1. §. quod dicitur, nam qui soluit debita hæreditaria dicitur hæreditatem adire, Magon. decis. Lucens.24 num.20.

Secundo,bona hæreditaria iam sunt vendita venditis autem bonis hæreditarijs separatio amplius postulari non potest l. ab hærede ff de separ.bon.glo.in l.1.C. de bon.auth.iudic.poss.vbi comm.DD. cuius est ratio secundum Alber. in d. l. ab hærede, quia alienatio adimit rem de bonis hæredis.

Neque dici potest feudum esse quid vniuersale And.in c.1.col.5.quid sit inuest. ideoque pretium succedere loco rei, l. pretia rerum ff.de pet.hæred. Nam feudũ est vniuersitas facti,& non iuris And. loc.citat.col.8.in quibus pretium non succedit loco rei idcircò in illis d.l. pretia

tia rerum nō procedit Loffred.conf. 11. num 17. Ann. fingul. 204. hinc eft vt pretium redactum,ex feudo non fit feudale, & licet foluatur creditoribus eum affenfu etiam pofterioribus exclufis anterioribus fine affenfu,hoc fit ad euitandum circuitum D.de Franch. decif.64.

Tertio ij, qui in præfentiarum volunt pete-
44 re feparationem non funt D.Carolus, & Don Francifcus legatarij,neque illorū hæredes,fed ceffionarij D.Caroli,& creditores D.Frācifci quibus non reperitur à iure conceffum ius petendi feparationem,ergo concedi non debet eo magis, nam verum eft in iure feparationem non prodeffe nifi creditori petenti, non vero creditoribus qui non petierunt d.l.1. §. quæfitum lo vlt. ff. de separ. At fi vnus tantum,vel duo ex creditoribus D.Francifci,vel ex ceffionarijs Don Caroli feparationem peterent, prout euenit in cafu noftro, nam multi funt fatisfacti de proprijs bonis ipfius hæredis certè feparatio pètita per vnum alijs non proderit, erit igitur cum omnes non ex propria perfona,fed ex perfona Don Caroli,& Don Francifci feparationem petant refpectu eiufdem perfonæ facta,& nō facta feparatio quod fieri nequit.Infuper ceffionarij D. Caroli principaliter contraxerunt
45 cum ipfo hærede ipfiufque fidem funt fecuti,quomodo igitur poffunt petere feparationem cum hoc cafu nullo modo concedi poffit d.l.1.§.cæterum, glof. in d.l.2.de bon.auth. Iud. pofsid. & in l. fi adulta. C. de hæred.action. & fic credo nullo iure, nec ratione rei, quæ petitur feparari, nec ratione temporis quo petitur,nec ratione perfonarum,quæ petunt prætenfam feparationem concedi poffe cætera fuppleant Religiofiffimi Iudices, &c.

Sic decifum fuit feparationi locum non effe.

SVMMARIVM.

1 Feudi vnitas dijudicatur ex vnica conceffione. Item fi fit in numero fingulari num.2. Item fi dicitur cum pluribus,& diuerfis membris ea nominando adiuncta ad feudum, & non de per fe num 3. & 4. Ad quod aliqua confimilia num.5.

6 Feudum non poteft diuidi, & diuifum eft reintegrandum, & num.22. Eius partes non præfcribuntur nu.7. Et vbi eft diuifibile intelligitur in quotis non in partibus num.8.

9 Feudum quando eft quaternatum fimpliciter,vel fecundum quid num.9.& 12. cum feqq. In eius alienatione requiritur affenfus num.10. & etiam in feudo plano si diuideretur num.11. An autem mutetur natura feudi quaternati ex quibufdam inueftituris,vide nu.13. 14. & 15.

16 Feudi naturam mutare non poteft Rex de poteftate ordinaria in præiudicium vaffalli. Et præiudicium effet magnū si de quaternato simpliciter,vel fecundum quid illud faceret planum, & de tabula num.18.

17 Conceffio propter merita iudicatur sicut conceffio propter pecuniam.

19 Priuilegium non tribuit ius abfque adeptione poffefsionis. Perditur per non vfum num.20. Vel per contrarium vfum, num.21.

ALLEGATIO LXXXIV.

Pro Comite Meliffæ.

In Dei Nomine Amen.



On videtur dubitari poffe quin feudum in actis deductum fuerit vnicum licet nunc fciffum in plures partes,& penès diuerfos poffeffores ad præfens reperiatur vnica enim fuit concefsio olim facta per Ferdinandum Regem Vincilao Campitello cū claufula quod immediatè, & in capite teneatur à Rege,vnde ex vna inueftitura, & vnica concefsione horum

corporum,

corporũ ſub denominatione vnius feu-
di,reſultat vnitas feudi,& corporum ſub
1 eodem feudo comprehenſorum, vt tra-
dit Bal. in c. 1. §. ex eadem lege num.3.
de leg.Corrad.verſ.nota,quòd licèt ſint
plura corpora,vel loca feudorum, tamẽ
vnicum eſt feudum, cum vna ſit inueſti-
tura,& Bal. ſequitur ibi Martin.Lauden.
in fin. Afflict.num.23.Aluar.nu.7. verſ.
nota,quòd vnum,Card.Alex. nu.2. Re-
ſultat etiam euidẽs vnitas horum corpo-
2 rum, dum conceditur feudum ſub nu-
mero ſingulari, quod ſingulariter ex-
preſſum de per ſe denotat vniuerſum
ſub quo plura corpora comprehendun-
tur,vt trădit Andr.in c.1.num.4.verſ.itẽ
ſi eſſet verum, quid ſit inueſt. Et pondero verbum illud conſiſtens in pluribus,
3 & diuerſis membris, nam membra indi-
cant vnicum eſſe corpus feudi,not. gloſ.
& Afflic.ibi num.7.in conſtit. conſuetu-
dinem,& ſic plura mẽbra, & iura cumu-
lantur,ac copulantur reſpectiuè ad feu-
dum, faciendo vnicum actum inueſtitu-
ræ, quo caſu omnia habentur loco vnius
l.ſi hæredi plures,ff.de cond. inſtit. not.
Bar.in l.ſi is,qui ducenta, §. vtrum,ff.de
reb. dub.

Corpora enim,& membra hæc non nume-
4 rantur principaliter, & de per ſe, vt con-
ſtituerent plures conceſsiones, vel inue-
ſtituras,ſed reſpectiuè ad vnum effectum
conſtituendi vnam inueſtituram; quia
tunc loco vnius habentur, notant Doct.
præcipuè Alex.num.3. Iaſ. num.2. in l.
ſcire debemus,ff.de verb. oblig. pulchrè
Aret.in §.penult.inſtit. de hæred. inſtit.
& licèt vnio fiat pluribus modis, vt not.
gloſ. in c. temporis qualitas 2. quæſt.1.
vbi refert.vnionem quinque modis fieri,
tamen præcipuus modus eſt, quando ex
pluribus dignitatibus fit vna, vel ex plu-
ribus rebus fit vnicũ corpus,vt not.gloſ.
in c.1.ne ſede vacante, & quòd vnica ſit
inueſtitura,& vnicum feudum, quamuis
5 in conceſſione multa corpora compre-
hendantur,facit doctrina Bald.in l. cum
eiuſdem,ff.de ædil.ædict.vbi dicit,quod
ſi quis recipit plures res in emphyteu-
ſim,ſimul & eodem contextu,& vnica
conceſſione,ſi malè verſatur in vna cadit
ab omnibus, quaſi vnica ſit cõceſſio em-
phyteuſis Barb.conſ.36.num.15.vol.2.
facit,l.quod pignori,ff.de pign.vbi quod
ſi quis plures res pignori dedit, niſi vni-
uerſo debito ſoluto res liberare non
poteſt cum vnica ſit pignoratio, & facit
deciſio Cumani conſ.41. quod vnus cẽ-
ſetur contractus ſuper vna re, vel ſuper
pluribus, quando eſt vna quantitas ex-
preſſa,& ſic vnicum eſt feudum,& ſi plu-
res res ſint comprehenſæ in inueſtitura
quando pro omnibus vnicum eſt ſer-
uitium.

Ex his conſequens fit feudum prædictum
6 non poſſe diuidi,& diuiſum omninò eſ-
ſe reintegrandum, nam ſicut præbenda-
rum diuiſio, & diſmembratio eſt prohi-
bita c.maioribus, & c. tua de præbendis,
c.ad audientiam de eccleſ.ædific. pariter
feudi vnitas diuidi non poteſt not.Iſern.
& Afflict.num. 14.in conſtit.dignum,&
in conſt.conſuetudinẽ,Bal. in c.1. nu.3.
de nat.feu. Alex. conſ.1. num.9. vol.5.
Aegyd.Boſs.in tit.de fot.compet.nu.18
hinc gloſ.in d. conſt. conſuetudinem in
verſ.cum ijs,elegãter notat quod res diſ-
membratæ à feudi corpore debent rein-
tegrari ad ipſum feudum,cui ſi vox adeſ-
ſet,hoc peteret, ſed quia tãquam homo
mutus loqui non poteſt,vtitur miniſterio
hominis feudatarij ſui poſſeſſoris, cum
ſit quodam vniuerſum,veluti peculium,
quod vtitur miniſterio ſerui, l. peculium
7 naſcitur,ff.de pecul.hinc conſtitutio præ-
dicta conſuetudinem,minimè tollit præ-
ſcriptionem totius feudi,vel partis quo-
titatiuæ,ſed benè rerum particularium
feudi inhibet præſcriptionem; quia per
illas fit feudi diſmembratio, & non per
quotas, quia quota feudi non eſt pars
feudi,ſed feudum de per ſe,vnde plures
filij ſuccedentes in feudo, in quo viuitur
Francorum iure,iux.c.1.omnes filij,ſi de
feu.fuer.controuer.quia ſuccedunt in
8 quota feudi quælibet pars quotitatiua

apud quēlibet ex eis,erit feudū de per se vt not.Isern.in c.1.§. & olim nu.5. vers. circa primum de success.feu.& in const. honorem.Frecc.lib.1.de subfeu. tit. quis dicatur feudatarius num.1.& lib.2.q 6. num 3 & Paris. in §.2. glos.4. num.29. Et diuisio feudi in res particulares prohibita est,nè confundatur seruitium, & nè ipsius seruitij diminutio sequatur , vt not.glos. & Isern.in d.constit.consuetudinem,Bal.in c.Imperialem, §. prȩterea Ducatus,& ibi Afflict.nu.36.de prohib. alien. per Feder. quæ præstatio seruitij minimè confunditur quando diuiditur feudum in filios hæredes,per quotas,cū quilibet teneatur ad seruitium in solidū, glos.in l.communi diuidundo,ff.comm. diuid.not.Doct.in d §.omnes filij, Affl. decis.153. Idē Paris. titul. 1. §.2.glos.4. num.39. vbi quòd solutum repetitur à cohæredibus,& sic non est par ratio diuisionis feudi necessariæ , quæ fit inter hæredes, & voluntariè quæ fit à feudatario.

Præterea feudum istud negari non potest,
9 quin sit feudum quaternatum saltim secundū quid vt inferius latè fundabimus, quo casu necessarius est Regis assensus, nec sufficeret solius Baronis consensus
10 secundum notos terminos Isern. in c. Imperialem num.9.de prohib.alien.per Feder.etiam si essemus in feudo plano, & de tabula in quo & si licita sit totius
11 feudi alienatio cum consensu solius Baronis; tamen dum de partis alienatione tractatur,quia fit diuisio,Regius etiam requiritur assensus,vt not.Luc.de Penn. in l.si quis,C.de omn.agr.deser.Afflict. in c.1.§.ex eadem lege num.11.de lege Corradi,Marin lib.2.de subfeu. auth.1. nu.4.fol.143.& pūctualiterCapyc.in inuest. verbo feudorum alien. limit.31. & verbo feu.ass.lim.4.Intrigliol.cent.2. de feu.art.5.num.613. fol.152. & testatur de communi Schrader. de feud. part.8. c.1.num.57.

Sed negari non potest,vt dixi, hoc feudum
12 esse quaternatum,quia Rex Ferdinādus voluit illud immediatè,& in capite ab eo recognosci nec per priuilegium Federici Regis in anno 1496.dum vēdidit terram Policastri Andreæ Carrafæ vna cū feudis,& subfeudis, ita quod illa immediatè,& in capite recognoscerentur ab eo, fit vt feudum illud Rinioti quaternatum efficiatur planum , & de tabula , tum ex defectu voluntatis , tùm etiam ordinariȩ potestatis in Federico Rege vendente in præiudicium iuris quæsiti Vincilao primo concessionario .

Et quo ad primum de voluntate dicimus voluntatem adfuisse penès Federicum Regem transferendi omnia iura vtilia in Comitem Andream respectu subfeudo-
13 rum à dicta terra Policastri dependentium,& in eius territorio sitorū, & quàuis Rex voluerit feuda tàm quaternata, quàm subfeuda,quæ possidentur in territorio Policastri recognosci immediatè à dicto Comite,eiq; omninò subijci,hæc subiectio fuit facta ratione iurium vtiliū tantùm Camer.in c.Imperialem, fol.71. col.3.lit.M.& eorum,quæ in vero commodo,& beneficio concessionarij consistebant,vt solutio releuij , & adhoæ , ac petitio inuestituræ,qui casus particulariter describuntur in priuilegio emanato ad fauorem Comitis concessionarij iura vero honorifica,ac dominicalia, quæ nō consistunt in lucro,vel commodo pecuniario,sed in honore,& prærogatiua directi dominij Rex non censetur in Comitem transtulisse c. quò ad translationē de offic.leg.c.inter corporalia de maior. & obed. notat latè Paris. §.1. glos.3. num.24.fidelitatem,& iura supremi dominij Rex expressè sibi reseruauit, reseruataque esse voluit facultas enim hæc assentiendi residet penès illum,qui retinet in re supremum dominiū,vt inquit Bal. punctualiter in l.filiū §.labeo,ff. ad Maced.& in l.si permittentem, C. eod. Ias. cons.176.& cons.181.nu.2.vol.2.Ruin. cons.143.num.9.vol.1.& reseruans sibi ius superioris dominij,effectus huius reseruationis est , quod ad ipsum spectat ius

ius confirmandi,& assentiendi, Bal. in l. fin.num.2.C.de legibus Iason conf.161 num.5.vol.2. Natt.conf.636. num.81. vol.4. & reseruando sibi ius superioris dominij,censetur sibi reseruasse appellationem,& recursus ad ipsum Principem reseruantem Io.Andr. ad Specul. de iurisdict.omn.Iud.§.1. vers.quæ autem in addit. magna. Cum intersit Regis inspicere ad quem peruenturum sit feudum, si ad inimicum,vel parum gratum,vel fidelem Domino,vel ad eum,qui natus sit ex infidelibus parētibus,cum natio prouocate soleat,ac deterrere, l.quòd si nolit,§.qui assidua,ff.de ædil.edict.& dum Rex subijcit feuda quaternata comiti præiudicando sibi in vno, quò ad iura vtilia,non censetur sibi præiudicasse quò ad alia,& sic quò ad assensum, quia hoc non expresit, & nō exprimendo retinet naturam suam,secundum legem Regni, vt etiam ipse Rex, requiri debeat in alienatione ipsius, vt in ijs terminis firmat Mar. de subfeud.titul.de feud.quatern. num.6.

Quinimò per Regem Federicum cōceden-
14 tem fuit expressè reseruata fidelitas, & ius superioris dominij,& consequenter Regius assensus in alienationibus, vt inquit Afer.conf.14.& Camer. fol.35.lit. R.& fol.37.lit.B.qui dicit,quod dicere, contrarium est delirium, & idem, quod dicere, ego terminos ignoro, sequitur Amod.de Ponte, de laud. q.18. propè finem,qui allegat Rolan.conf.2.nu.134 volum.1.

Præterea subiecit Rex Comiti tàm feuda
15 quaternata,quàm alia plana,& de tabula,vt vtraque tenerentur,ac recognoscerentur immediatè ab eo,ibi tenētes feuda quaternata,vel plana,& de tabula teneantur,& debeant ipsum spectabilem Andream,eiusq; hæredes, & successores recognoscere,& non discedendo à vi recti sermonis, sed singula singulis tribuēdo,dum subiecit feuda plana,& de tabula illa remanent in sua natura , pariterq; dum subiecit quaternata illa quaternata remanere debent. Ex qua vera interpretatione nemo læditur nec Rex Dominus directus , nec Comes concessionarius. Nam vtriq; est consultum , nec violatur ratio recti sermonis, nam dum subiecit feuda quaternata in illa natura manere debent, sub qua illa nuncupauit, nec inconueniens aliquid resultat , dum stant ista simul , quod feudum sit quaternatum, & recognoscatur immediatè à Barone, cuius naturæ sunt omnia feuda quaternata secundum quid, quæ tenentur à Barone ; Verùm quia Rex assentit, assensus feuda illa quaternat , vt in consttit. si quis Baro.not. Isern.

Item quo ad potestatem(non loquendo de suprema qua Rex non vtitur nisi ex causis vrgentissimis , & oportet clarissimè probari quod ea vti voluerit,vt latè dixi in alleg.10. num. 70.) sed de Potestate ordinaria dum Vincilaus habuerat con-
16 concessionem à Rege Ferdinando,& illud feudum,vti quaternatū possidebat, nam Princeps naturam feudi mutare nō potest in præiudicium feudatarij sine eius cōsensu, cui per prius ius quæsitum fuerat l.fin.ff.de pact.l.si post mortem,§. fin.ff.de cont.tab.not.Pern cōs.23.Reg. Tap.dignissimus in l.fin.de cōst.Princ.in vlt.notab.nu.25.& ita quod non potuerit id facere, in comitatu Sanctæ Seuerinæ alias decisum fuit, vt restatur Capyc. decis.162.in causa Frācisci de Raynaldis, quia inuestitura feudi postquam est in esse deducta trāsit in vim contractus nominati,Cur.de feu.par.1.quæst.10.n.3. Paris.conf.1. num.21.col.1. Bal.in c.1. de nat.feud.Socc.Iun. conf.68. num.4.
17 vol.3. præsertim quando concessio fit propter merita,vel seruitia feudatarij, ex quibus censetur,ac si feudum pecunia quæsiuisset.Isern.in c.Imperialem §.præterea Ducatus num.40.de prohib.alien. per Feder. Afflict. punctualiter in c.1. num.18.de his,qui feu.dar.poss.Capyc. in sua inuest.fol.19.col.1.quo casu contractus feudi est irreuocabilis Cur.de feu.par.1.q.8.num.35. post Bal.dum in

l.qui se patris num.17. C. vnde liber. & in l.si cū mihi ff.de dol.Alex. conf.216. vol.2.Soccin.conf.58. num.9. vol.1. & in conf.10.inter consilia feudalia Brun. nu.37.Dec.in c.quæ in Ecclesias nu.36. de constit.Dec.conf.544.Curt.Iun.consil.100. num.4. cum latè cumulatis per Peregr. de fideicom. art.52. num.131. cum seq.

Nam postquam cōtractus feudalis fuit perfectus ex consensu Domini,& vassalli,nō potest vnius consensu mutari l.perfecta C.de donat.quę sub modo,& tradit Afflict.in constit.cum concessiones num.5. & 6.vbi dicit ita obtinuisse . Hinc Isern. damnat Curiam Capuanam in c.1.§.fin. in vlt. addit. in princ. de capit. qui Cur. 18 vend.eo fortius cū mutatio formæ datę feudo quaternato,vt constituatur inuito vassallo feudum planum, & de tabula tendat in insigne præiudiciū vassalli possessoris feudi quaternati , quia per hanc mutationem efficeretur vassallus inferioris Domini,& species libertatis est viuere sub Rege,& non sub Barone,vt considerat Isern.in d.c.Imperialem §.præterea Ducatus num.45. & interest ipsius non mutare dominium , Abb. Felyn. & Doctor. reliqui in c.dilecti filij de maior.& obed. feudistæ omnes in c.1.§. ex ead.lege d.l.Corradi itē Parif.tit.1. in glos.2.num.22. & intererat Vincilai , & eius successorum in feudo prędicto non mutare dominium per quam mutationē incurrant subiectiones, vt per Specul. in tit.de feud.§ quoniam vers.& nota,Bal. in l.neminem, C. de Sacrosanct.Eccles. Boer.decis.130.præsertim cum ex ista subiectione teneantur ad sex casus,de quibus in constit. quamplurimū, & successiuè fieri non potest reluctante feudatario , cui per prius fuit perfectè ius quæsitum .

Rursus priuilegium Regis Federici non 19 ostēditur habuisse effectum quo ad hanc immutationem in feudum planum , & de tabula , & ius non quæritur ex priuilegio sine possessione glos. in c. authoritate de instit.& in c. ex ore de his,quæ fiunt à maiori parte capituli,Bal. in rubr.de contrahen. empt. q.17. & in l.j.C.de vsucap.pro donat.Immò quod priuilegium nunquam habuerit effectum suum,patet quia ab anno 1496.hucusq; nunquam constat Comites S.Seuerinæ adohas exegisse,nec releuia , Et è contra per Regiam Curiam anno 1544. fuit condemnatus tunc Baro Melissæ ad omnes adhoas præteritas , vt constat ex sententia ex quo duo inconcussa resultant primum quod etiam si Co-20 mes fuisset adeptus possessionem huius iuris,ex quo nunquam eo fuit vsus, per non vsum priuilegium amisit l.1.ff.de nund.Iason in l.fin.quæ ?.8. de constit. Princip.& in l.falsò,C.de diuers.rescrip. Secundum quod resultat est , quod dato , 21 quod vsus esset, priuilegium amisit per contrarium vsum,dum passus est tanto tempore Regiam Curiam,ipso possidente exigere adhoas,quo casu censetur priuilegio renunciatum , c.priuilegium 11. quæst.3.Anchar.conf.255. in fin. Alex. conf.193. in fin.vol.2.Felyn.c. cum accessissent num.28. de constit.Ias. in l fin. num.58.de constit.Princ.Cyn. & Doct. ibi in l.voluntariè,C.de excus. tutor. Io. de Plat. in l.1. C. de his , qui spontè munera lib. 10. Guid. Pap. decis. 382.

Et ex istis rationibus oportet motam fuisse 22 Regiam Cameram ad beneficium prædecessoris istius Comitis contra alium possessorem, vt in sententia lata in anno 1581.referēte eruditissimo tunc Præside postea Regente Francisco Antonio de Dauit, Nec obstat differentia allegata per istam conuentam prætendentem se possidere caput Baroniæ . Proindeque aut debere absolui,aut si isthæc militant debere potius Comitem condemnari ad dimittendum feuda per ipsum possessa ad hoc vt membra suo capiti vniantur , Nam breuiter respondetur , quod Dominus, & possessor totius Baroniæ fuit prædecessor Comitis actoris. Vnde alienationes postea factæ,aut fuerunt validę

cum

6 cum Regio assensu, & neutra partium pretendere potest reintegrationem, quia Baronia fuit semel legitimè diuisa, aut alienationes, iuxta Comitis prætensionem non fuerunt validæ, & totius Baroniæ cum omnibus suis membris permansit semper dominium penès prædecessores ipsius Comitis, & subsequenter penès ipsum Comitem, qui contra omnes indebitè detemptores obtinere sperat, & integram Baroniam sicut primitus concessa fuerat reunire.

Deo Gratias.

Non adhuc decisa.

SVMMARIVM.

1 *Possessorium impedit petitorium ex priuilegio l. si quis C. ad l. Iul. de vi. Item possessorium adipiscendæ, vel recuperandæ impedit petitorium nisi reus conuincitur de mendatio, vt num. 3. Respectu verò actoris concurrunt. Possessorium adipiscendæ, vel recuperandæ cum petitorio, vt num. 8. 9. & 14.*

4 *Petitio declarari quod aliquid ad me spectat procedit, & præiudicat omnibus auditis, & contra eos exequetur si quid pro me iudicatur num. 5. & 6. Immò hoc præcipuè pronunciatur, & restitutio venit officio Iudicis num. 7.*

10 *Possessorium & petitorium vbi concurrunt. Et quomodo deciduntur nu. 11. Et quid vbi offertur doceri in promptu de dominio, num. 12. Et quomodo intelligitur agi diuersis respectibus, num. 15. Et quid si conuentus agit possessorio retinendæ num. 16.*

13 *Dominium maioratus post mortem possessoris transit illicò in successorem.*

16 *Possessorium retinendæ quibus requisitis indiget, vt proponi possit, & de requisitorum ratione, num. 17. 18. & 19.*

20 *Possessoria quando absorbentur à petitorio.*

ALLEGATIO LXXXV.

Pro Fabritio Pignatello.

In Dei Nomine Amen.



Tacere non possum, quod quamuis Fabritius Pignatellus intentasset solummodò petitorium sicut aduersarij informauerant, tamen in casu nostro impediri non posset per Ducem, qui intentauit possessorium adipiscendæ. Et quia dicebant loqui ex authoritate Bartoli fundabo hunc discursum tantummodò ex theorica ipsius Bartoli communiter recepta, & in aliquibus breuitatis causa addam solummodò Menoch. qui refert Alexan. Rip. Zuccard. & alios Theoricam Bart. comprobantes.

Primo igitur possessorium impedit peti-
1 torium, ex priuilegio, vt in l. si quis C. ad l. Iul. de vi, & tunc essemus in possessorio recuperandæ, qui non est casus noster, sed procederet distinctio Bart. in §. nihil commune num. 23. circa med. in vers. Aut proponitur eodem respectu.

Secundo, Ipsum petitorium de cuius
2 natura est, vt reus succumbens restituat l. officium, ff. de rei vendicatione impeditur si conuentus agit possessorio recuperandæ, vel adipiscendæ, nam vtroque casu negat se possidere, & ex
3 hoc si de mendatio non conuincitur, silet petitorium l. fin. ff. de re vendicat. declarat Bart. vbi supra num. 25. 27. & 28.

& 28.Menoch.de adipiſcend.poſſeſs.remed.4. num.544. & 546. cum duobus ſequentibus.

In caſu noſtro Libellus non concludit, nec concludere poterat aliquem condemnari ad relaxandum, quia omnia bona petita erant, & ſunt in ſequeſtro.

4 Sed quo ad petitorium concludit ſolummodò iudicari maioratum ſpectare ad ipſum Fabritium. Nam ſi ita iudicatur excluduntur ex hoc reliqui prætendentes in hoc Iudicio auditi, l. ſi inter me, & te, ff. de except. rei iudicat. Et exequutio talis ſententiæ fiet dum ſequeſtrum factum ad beneficium perſonæ declarandæ tolletur ad beneficium ipſius, iuxta tradita in l. intereſſe puto ff. de acquirend. poſſeſs. Eo-

5 demque modo exequutioni demandaretur contra aliquem ex collitigantibus, qui interim (quod abſit) aliquo modo inciperet poſſidere l. ſi à te, S. ſi quis fundum ff. de exceptio. rei iudicat. & ibi gloſ. in prima, & tertia lectura, quam Bart. & cæteri approbant, Ac proinde text. ille aureus à Bart. iudicatur cuius gloſæ idem Bart. meminit in S. nihil commune num.24.

Quinimmò non ſolum ſtante ſequeſtro non potuit Fabritius petere aliquem condemnari ad relaxandum, ſed etiam circumſcripto ſequeſtro potuiſſet eodem modo ſimpliciter petere declarari maioratum ad ſe ſpectare, vt per Angel. quem refert, & ſequitur Aret. in

6 l. is poteſt colum. penult. verſ. Et inter alia, ff. de acquiren. hæred. Ad quod afferri potuiſſent iura in quibus mentionantur tales ſententiæ, quæ nemine condemnato declarant ſolummodò rem meam eſſe tam in vniuerſalibus, vt in dicta l. ſi inter me, & te, ff. de except. rei iudicat. quam in particularibus, vt in l. Et ex diuerſo. S. 1. ff. de rei vendicat. & in l. Pomponius in verſ. Quid enim, ff. de procurat. Immò in peti-

7 torio principaliter nos conſequi, vt pronuncietur rem meam eſſe. Et illius reſtitutionem non venire iure actionis, ſed officio Iudicis docet Bart. in dicto S. nihil commune num.11. verſ. Et tunc reſpondeo. Et hæc ſi fuiſſet ſolummodò petitorium intentatum.

Verum caſus noſter adhuc eſt clarior

8 Nam omiſſa opinione Ioan. & Azon. qui negabant concurſum cuiuslibet poſſeſſorij. Et omiſſa opinione Petr. admittentis concurſum omnium recepta, & approbata eſt opinio Martin. qui negat concurſum petitorij cum poſſeſſorio retinendæ in quo procedit tex. in l. ordinarij, C. de rei vendicat. & in l. incerti vbi gloſ. declarat in verb. quæſtionem in finalibus verbis C. de interdict. ſicut illa iura in poſſeſſorio retinendæ ſimiliter intelligit Bart. in S. nihil commune poſt princ. in verſic. venio ad ſecundam partem in prima oppoſitione, & Menoch. in dicto remed. 4.

9 num.521. Admittit autem concurſum petitorij cum poſſeſſorio adipiſcendæ, vel recuperandæ, & hoc approbatur per Bart. in S. nihil commune num.14. in princ. & num. 15. in verſ. dic ergo poſt gloſ. in l. ſi de vi, ff. de iudic. in gloſ. magn. circa med. in verſ. Tu verò cum cæteris latè poſitis per Menoch. in dicto remed. 4. num. 510. cum ſequentibus concludit num.514. in fin.

Idque procedit ſiuè in duobus libellis pro-

10 ponendo prius petitorium, & poſtea tale poſſeſſorium ex iuribus tamen non repugnantibus, vt euitetur regula l. fin. C. de codicill. Et hoc indiſtinctè ſi proponitur ante concluſionem ſi vero poſt concluſionem tunc intrat diſtinctio, quæ nihil ad caſum noſtrum, ita Bart. in S. nihil commune num.15. in fine, & numero 16. Menoch. in dicto 4. remed. num.515. & 517. Procedit ſimiliter è conuerſo ſi poſseſsorium prius, & poſtea petitorium deductum eſt cum eadem diſtinctione ſi ante, vel poſt concluſionem, vt per Bart. vbi ſupra numerò

mero 21. in princ. Menoch. num. 537. Sed absque tali distinctione, quæ nunc non cadit, clarior est casus, quando vtrumque iudicium in eodem libello deductum est, vt per Bart. vbi supra in tertia combinatione num. 22. Qui specifice est casus noster, & verba nostri libelli ferè ad literam ponuntur per Menoch. in dicto 4. remed. num. 538. in quo libello dum fundauimus vtrumque iudicium concurrere procedendum est ad vlteriora. Et si quis alius prætendit potiora iura siuè in possessorio, siuè in petitorio potest illa deducere, & omnibus per Sacrum Consilium iustitia ministrabitur. Et neque nos illis nec ipsi nobis impedire possunt progressum ad vlteriora.

Immò vt hoc prè maturè tangam licèt clarum sit procedi in vtroque iudicio, &
11 quæratur, an decisio debeat esse prius in possessorio, sicut proponit glos. in l. si de vi circa finem in versic. Alij quod simul, ff. de Iudic. tamen hoc discutitur quando actor suspensa expeditione petitorij vellet expediri possessorium, nam vincens haberet commodum possessionis. At non è contra. Nam conuentus, qui vinceret in possessorio eodem modo subiaceret euentui decisionis in petitorio, vincens vero in petitorio elideret possessorium. Et sic instantia expediendi prius possessorium poterit esse actoris non autem conuenti c. pastoralis de caus. possess. & propriet. declarat Bar. vbi supra num. 4. in fine in secunda opposit. & latius num. 16. in versic. sed prædictis vsque ad num. 17. Menoch. in dicto 4. remed. num. 518. sed de his suo tempore.

Denique vana est prætensio impediendi cognitionem petitorij. Nam vna ex exceptionibus quas proponet Fabritius aduersus possessorium adipiscēdæ nunc per Ducem intentatum erit exceptio
12 dominij de quo paratus est docere incontinenti, est autem notorium hanc exceptionem elidere possessorium adipiscendæ, sicut post glos. Cyn. & alios docet Bart. in §. nihil commune nu. 2. Et nihil minus notorium est iam liquere de dominio penès Fabritium vocatum in maioratu iam in calce termini reproducto vna cum arboribus familiæ, & alijs testibus, & scripturis ex quibus patet sua proximitas, & consequenter maioratus dominium, quod post mortem vltimi possessoris continuari non potest in eius hæredem, nec per momentum stare potest in suspenso continuatur illicò in eum qui vocatus est sicur post Bart. Alex. & alios tradit latè
13 Molin. de Hispan. primogen. lib. 3. cap. 10. Et fortius in casu nostro ob clausulas expressissimas, quæ ibi leguntur.

Et hæc exceptio, aut acceptabitur ab alijs Dominis Pignatellis ad beneficium Fabritij, qui verè est proximior, aut eodem modo opponetur ab ipsis, qui similiter prætenderent esse proximiores, Et ex hoc etiam euitari non potest discussio proprietatis.

Ex quibus omnibus quoquo pars se vertat cognoscere oportet non posse impediri cursum termini in nostro iudicio. Et suo tempore deliberabimus, vel omnia simul expediri, vel instare immissionem ad beneficium Fabritij, quam citius terminari. Quæ annotaui non vt vasa ad samum deferam, sed vt iussioni doctissimi Consiliarij Melioris causæ Commissarij mei Præceptoris obediam.

ADDITIO.

Post hæc scripta videmus quod Filiæ Ducis Mntis Leonis, & successiuè habentes causam ab illis non ignorantes in hoc maioratu adesse nimis enixam fœminarum exclusionem ad beneficium agnatorum adhorrent sequestrum ipsius maioratus penes Sacr. Consil. a quo ius fouenti.

fouenti dimictetur vellent autem insimul concordantes, obtinere aliquo modo possessionem, vt sic Fabritius Agnatus proximior, & senex, & pauper vitæ potius, quam litis finem verisimiliter ex pectaret. Hinc de iustitia diffidentes, iustitiam discuti, sic effugiunt, vt fere per annum terminum currere impedierint.

14 Et primo libellum Fabritij oppugnabant. quasi actiones contrarias continentem, sed agnoscentes admitti concursum petitorij cum possessorio adipiscende, non audent hoc vlterius inficiare.

Opponebant postea impediri petitorium ex possessorio adipiscende intẽtato pro parte filij Ducis Noceriæ. Verum eodẽ modo hæc oppositio reijcitur breuiter ex deductis in eisdem primis allegationibus, in quibus fundauimus, quod petitorium concludens aliquem condemnari ad relaxandum, suspenditur quamdiù conuentus relaxare non potest, quia non possidet; & non possidere innotescit dum ipse conuentus agit iudicio adipiscendæ. Quæ vnica ratio ad literam ponitur per Bart. & alios ibi annotatos, vbi rogo reuideri. Et nunc addo adeo militare hanc vnicam rationem, quod etiam libellus concludens Titium agentem pos

15 sessorio adipiscẽdæ condemnari ad relaxandum, admitteretur, & super eo procederetur, si ageretur diuersis respectibus, ita Bart. in §. nihil commune num. 25. & num. 27. circa med. in vers. sed si possessorium, & Menoch. de adipisc. poss. remed. 4. in 5. casu nu. 543.

Dicitur autem agi diuersis respectibus vbi peterem Titium condemnari ad relaxandum tanquam possessorem ex vna causa, Titius verò intentaret possessionem adipiscendæ, vel recuperandæ ex alia causa, ita Bart. vbi supra num. 23. in vers. aut proponitur diuersis respectibus, vbi hoc annotant Zuccard. Fab. & Menoch. in dist. num. 543. & practica Papiens. in in titul. de form. libell. pro turbat. possess. in vers. ad cessandum nu. 16. in 3. casu.

Quæ omnia sunt clariora in casu nostro, in quo stante sequestro, nec petitum est, nec peti poterat aliquem condemnari ad relaxandum, sed petitum est, àuditis interesse prætendentibus declarari hunc maioratum spectare ad Fabritium, quæ forma libelli, & sententiæ in hoc casu traditur per iurisconsultos, & per Doctores in ipsis allegationibus annotatis.

Denique agnoscentes hoc etiam non subsi-

16 stere, insurgunt pro parte Hieronymæ dicentis, ipsam intentasse possessorium retinendæ; Et hæc est magis aperta affectatio. Nam neque ipsa possidet cum omnia sint in sequestro, neque à Fabritio turbatur, quę duo requisita sunt necessaria in iudicio retinendę. Si enim quis nõ possidet frustra nititur retinere quod nõ habet, & iuditium non debet esse frustratorium. Si verò quietè possidet, frustra adit iudicem respectu Fabritij, à quo non turbatur. Hæc omnia clara sunt ex tex. in l. 1. §. hoc interdictum, & l. 3. §. iñ videamus ff. vti possid. declarat Azo, & Doctor. in hac rubr. late, & distinctę Practic. Papiens. in d. titul. de forma libelli pro turbar. possess. in princ. & in verb. tenuit, & in verb. hodie tenet, & in verb. Ac præsentialiter.

Nullatenus, ergo Hieronyma ex hoc possessorio retinendæ, sic proposito potest Fabritium impedire, quia suum iudiciũ caret fundamento, dum notoriè apparet non possidere dist. § hoc interdictũ, Azo. in dicta rubr. num. 19. in vers. hoc tamen Bartol. in dist. l. 1. in princ. nu. 1. pract. Papiens. in dist. tit. de for. libell. pro turbar. poss. in vers. hodie tenet, & possidet.

Et vlterius quamuis dubitaretur num Hie-

17 ronymã possideat tamen ad impediendũ iudicium Fabritij oporteret vt Fabritius turbaret extraiudicialiter, vel concurreret in iuditio prætendens se possessorem esse, & non alium, & sic, impediretur petitorium.

Nam primo casu nõ auditur a Iudice. Imò à Iudi-

à Iudice compescitur, qui vult extraiudicialiter innouare, & ante omnia decerni oportet. si iusta, vel iniusta est sua turbatio, ita Azo. in dict. rubr. num. 23. in vers. item vbicunque Bartol. in l. 1. §. huius autem ff. vti possid. Bene pract. Papiens. in loc. prædict. in vers. ad cessandū & desistendum nu. 2. circa fin. & sic procedit Afflict. in dec. 155.

Secundo casu dum professorium retinen-
18 de proponitur à duobus, & sic inter duos altercatur, quis illorum est, & conseruari debet in possessione, vtique interim donec tale possessorium deciditur, licet incidenter cognoscatur de dominio tamen principaliter nemo ex illis cumulare poterit petitorium. Tum quia aduersarius debet esse certus si erit actor, vel reus sicut de. la at Pract. Papiens. in dict. vers. ad cessandum, & desistendum num. 2. post Bart. in §. nihil commune numer. 19. in vers. aut possidebam vsque ad nu. 20. & Menoch. de retin. possess. remed. 3. nu. 526. Vum etiam quia forte ipse actor in petitorio obtinebit etiam in possessorio, & tūc reperiretur actor & reus quod esse non potest. Et proinde licet petitorium possit ab eodem cumulari cū possessorio adipiscendæ vel recuperandæ, non tamen cumulari potest cum possessorio retinendę sicut in primis allegationibus dicebamus.

Et consequenter dum Fabritius in casu nostro nec turbat extraiuditialiter, nec iuditialiter concurrit in possessorio retinēde, nihil remanet ex quo possit suum iuditium per Hieronimā impediri. Si qui-
19 dem ad impediendum oporteret, vt Fabritius intentasset petitorium contra Hieronimam tanquam possedricem. Et neque hoc sufficeret nisi cōcurrerent eisdē respectibus, idest vt Hieronima diceret Fabritium turbare vel concurrere in possessorio retinendę ex eadem causa possessionis (Quæ omnia cessant in casu nostro) ita declaran. Bart. in §. nihil commune in quinta conbinatione nu. 27. circa fin. in vers. si vero. Pract. Papiens. in d. vers. ad cessandum num. 17. in 3. casu Menoch. de retinend. possess. remed. 3. nu. 535. & 536. qui allegat Afflict. Rip. & reliquos.

Præsertim quia ipse Fabritius non conten-
20 dit vt possessoria ab alijs proposita absorbeantur per petitorium ab ipso Fabritio intentatum iuxta text. cum ibi traditis per glos. & doctor. in c. Pastoralis de caus. possess. & propriet. Bart. in §. nihil commune nu. 16. circ. fin. Sed prosequēdo vnusquisque suum iuditium iuxta tradita per Menoch. de adipisc. possess. remed. 4. num. 518. si ipse Fabritius obtinebit in petitorio durante sequestro tolletur ipsum sequestrum ad beneficium ipsius Fabritij. Si vero ante expeditionē petitorij obtinebit aliquis in possessorio, tunc contra ipsum in hoc petitorio auditum exequutioni demandaretur sententia, quam ipse Fabritius obtineret sicut in eisdem primis allegationibus dictum est. Deo gratias.

Antequam hic articulus expediretur duo euenerunt Alterum, quod Hieronima Pignatella siue eius filius instabant concedi Regium exequatur ad assensum per Catolicam Maiestatem expeditum ad donationem factam Hieron. mæ siue eius filio, circa quod leguntur allegationes sequentes: Alterum quod euenit fuit suspisio allegata in personam eruditissimi & integerrimi Consiliar. j Rouiti, circa quam leguntur allegationes postea subsequentes.

SVMMARIVM.

1 *Regiæ iussiones si aliquod inconueniens cōtinere videntur Proregibus ab eisdem Regi rescribitur, & hæc est vna ex rationibus ob quas à Proregibus petendū est vt exequutioni demandentur.*

2 *Resoluto iure datoris resoluitur ius acceptoris, ex quo infertur ad dispositiones de rebus subiectis restitutioni.*

3 *Assensus non operatur si est difformis contractui, item non datur contractui con-*

 di tio-


ditionato, & huius ratio. Nec vbi adest in certitudo num. 4. Nec vbi non rite & recte processum est, & quando dicitur non rite procedi num. 5. & 6. Item si mutatur natura feudi num. 7. Item si narrata non sunt vera nu. 8. Item si alicui præiuditium oriretur num. 9.

10 *Maioratus dominium illico post mortê prædecessoris transfertur in immediate successorem.*

ALLEGATIO LXXXVI.

Pro eodem circa Regium exequatur.

In Dei nomine Amen.

1 On dubitatur & seruari sic passim videmus, vt Prorex Excell. eiusq; Collaterale Consilium iusta causa hoc exigente rescri bant Cattolicæ Maiestati, quicquid occurrit ne sua Regia iussio exequatur sic enim Sanctissimo Principi qui omnium iura æqua lance tuetur magis obediunt, indeq; sic obseruandum esse statuitur in S. & hoc vero in auth. vt nulli iudic. & in S. si quis autem vbi glos. in verb. nuntians in auth. de mand. Princip. Multa autem nimis consideranda opponit Fabritius Pignatellus aduersus Hieronymam Pignatellam petêtem Regium exequatur ad assensum in actis deductum, de quibus ipse Fabritius, qui prætendit, se verum successorem esse in statu Montis Leonis, instetit ac supplicauit Maiestatem Cattolicam certiorari.

Primo quia certum est, & ipse Dux Montis Leonis in contractu de quo nunc agimus sic testatur, quod ista bona comprehenduntur in maioratu solênissime erecto & instituto per Hectorem Pignatellum seniorem, & per alium Hectorem eius nepotem confirmato, cum authoritate, & assensu Caroli V. gloriosissimi. In quo maioratu vocantur descendentes, & agnati ordine successiuo ex propria persona, & non tanquam hæredes vltimi morientis cum expressa declaratione, vt omnis possessor sit solummodo vsufructuarius vita durante. Quod cum ita sit sequitur, vt omnis dispositio Ducis circa ista bona quamtumuis vita eius durante subsistere potuisset tamen ipso defuncto

2 statim euanuit ex regula, quod resoluto iure datoris &c. vt in l. res vectigali cum concordantibus. Et locus fit successori iuxta ordinem maioratus inter quos successores dû prætêdit ipsa Hieronyma se esse potiorem tanquam gradu pximiorem, & purgari defectum sexus, quia nupta est in familia, vel saltim præferri eius filium, qui masculus est potest vtiq; ista proponere vt sibi iustitia ministretur. Sed ridiculum est petere, exequi assensum ad donationem, quæ per mortem donantis resoluta est & caducata, vt in iuribus relatis, per Camer. in c. Imperialem fol. 17. lit K. & fol. 88. col. 2. & fol. 90. lit. B.

Secundo istæ assensus aut est difformis do-

3 nationi, & habetur pro non pręstito, vt per Andr. in c. Imperialem num. 5. & 6. & ibidem Cam. fol. 4. col. 4. aut est conformis & remanet sic incertus, & conditionalis sicut ipse contractus in quo donatur Hieronymę si ipsa ęst habilis, & donatur filio Hieronymæ, si mater non est habilis, & sic vtraque persona vocatur sub conditione. At vero quia actus legitimi non recipiunt conditionem consequens fit vt consensus Regis qui est lex animata non substineatur approbando aliquod gestû sub tali cõditione ita in specie Cagnol. post Dec. & alios in l. actus legitimi in final. verbis ff. de regul. iur. Et hinc practica, vt nunquam dentur assensus in contractibus transferentibus dominium sub conditione. Quoniam in casu seruitij, vel deuolutionum & similium Rex debet esse certus de suo vassal-

4 lo. Non autem debet esse incertus, ita vt occurrente casu tunc disceptetur si dominium feudi est penes illum sicut post

Andr.

Andr.& alios late tradit Reg.de Pont.in decis.23.

Tertio augetur ista incertitudo ex alijs clausulis in ipsa donatione appositis. Quoniam vltra dictas conditiones ipse Dux reseruat sibi facultatem modificandi, vel etiam reuocandi in totum præfatam donationem. Et sic eueniente casu deuolutionis, vel alterius interesse Regij Fisci ex persona Ducis non potuisset hoc donatario præiudicare. Et è contra euenientibus eisdem casibus ex persona donatarij potuisset Dux Regiam Curiam excludere ob prædictam antecedentem facultatem Regio assensu roboratam cuius vigore modificasset, vel in totum reuocasset donationem, & consequenter in omnem casum omne ius Regiæ Curiæ frustraretur.

Quarto in assensu adest clausula, vt assensus
4 opituletur quatenus partes ritè rectèq; processerint. Sed in eo contractu partes nec ritè, nec rectè processerunt ergo nullatenus executio est concedenda l. & si non cognitio C. si contr. ius, vel vtilit. public. Probatur minor quod non processerint ritè, Nam Dux inquit sic donare quia supplicauit Maiestati Catholicæ, vt declaret hanc filiam nuptam in familia non comprehendi in exclusione fœminarum. Hæc narratio ipsum conuincit, debebat enim Regis deliberationem expectare, non autem illum sic audacter præuenire. Vltra quod noti sunt tituli in lib.C.vt lit.pendent.null.&c.Imperat. supl. Et in Auth.in med.lit.sacr.iuss. Similiter nihil rectè processum est. Nam Dux non modo sciebat hanc litis pendētiam, quæ sufficit, sed benè sciebat etiam
5 quod ipsa Maiestas talem declarationem, seù dispensationē denegauerat. Et proinde opus erat, vel curare, vt hic articulus ipso viuente decideretur, vel hunc articulum relinquere post sui obitum decidendum. Sed porro ex illa denegatione Dux intellexit claram esse iustitiam agnatorum, nam disceptatio pro fœminis in familia nuptis, & pro ipsarum filijs cadit in fideicommissis generalibus pro bonis in familia conseruandis, & adhuc verior, & grauiorum Doctorum est opinio pro agnatis proximioribus, nec considerabilis est proximitas per lineam fœmininam dum fœminæ excluduntur, & infecta primitiua inficitur deriuatiua. Veruntamen neque hic articulus cadit in casu nostro in quo exclusis quibuscunq; fœminis vocantur semper masculi de linea masculina quantumuis remotiores. Et sic Hieronyma excluditur tanquam fœmina eius vero filius tanquā agnatus est remotior, & tanquam nepos est de linea fœminina quæ semper excluditur nisi in defectum omnium masculorum. Quæ omnia Dux non ignorans tentauit sic filiam ex contractu possessricem relinquere, vt Summariæ immissioni à successoribus petendæ obstare posset. In petitorio vero ex eorun-
6 dem successorum diffidentia defenderetur. Quod quidem non est rectè procedere sicut Rex requirit, sed est rectum, ac iustum nimis callidè declinare, & proinde non admittendum, vt per Camer.in c.Imperialem fol.7.col.1.& fol.56.colum.4. in fine.

Quinto, Adest clausula dummodò nō mu-
7 tetur natura feudorum, & hic assensus destrueret maioratum in quo cum beneplacito Maiestatis Caroli Quinti vocantur omnes masculi quantumuis remoti, & in gradu non successibili. Præsens vero assensus vocat hęredes, & successores iusta constitutiones Regni. Et in hoc adest difformitas cum contractu, vbi Dux disponit iuxta institutionem maioratus, & sic tanto fortius procedunt tradita per Reg. de Ponte in cons.3. num.83. & 84. post reliquos, vt ibi.

Sexto adest clausula veris existentibus prę-
8 narratis, narratur autem quod Hieronyma siue eius filius sunt immediatè successuri, nouit enim difficultatem assentiendi vbi alteratur successio vnde hoc Proregibus interdicitur in pragmat.nouem capitum cap.4. Et ipsa Catholica

Maiestate Philippi Secundi testatur tales assensus non solere concedere, vt in eius literis impressis per Reg. de Curt. in eius diuers. fol. 53. Hoc vero quod asserit pro constanti non est verum simpliciter, sed pendet ex eo quod nunc decidetur, quare expectanda est decisio, vt cognoscatur si vera sunt exposita, nēpè si successor est Hieronyma, vel eius filius, vel alius agnatus.

Septimo, & vltimo, Rex iustissimus iubet,
9 vt ex hoc assensu nec Regiæ Curiæ, nec iuribus cuiuslibet alterius præiudicium aliquod inferatur. Clarum est autem quod dominium maioratus post mortē vltimi possessoris continuari non potest in eius hæredem, nec stare potest in suspenso, & proinde in ipso momēto con-
10 tinuatum fuit in eum qui ex lege maioratus vocatus est, sicut post Bart. Alex. & alios tradit Molin. de Hispan. primogen. lib. 3. c. 10. Non ergo potest exequutioni demandari assensus ipse, ex quo oriretur notabile præiudicium Regiæ Curiæ, vt dictum est. Et oriretur inextricabile præiudicium agnatorum quia Hieronyma ex hoc prætenderet possessionem ex cōtractu tali assensu roborato. Et in hoc diutius agnati præsertim pauperes laboribus, & sumptibus defatigarentur impediendo verum successorem à consequutione bonorum non modo verè spectantium, sed etiam vt iam diximus, acquisitorum. Et causa quæ nullo facto indiget, & ex sola maiotatus lectura infra tempus breuissimum expediri potest non est permittendum, vt sub tali Rege, & sub talibus ministris huiusmodi artibus in perniciem impotentium protrahatur. Deo Gratias.

Sic iussit Collaterale Consilium procedi in causa principali.

SVMMARIVM.

1 *Suspitio militat si Iudex fuit Aduocatus in eadem causa. Quid autem si fuit Aduocatus in causa consimili num. 2. Et quid si votauit, vel aliter patefecit votum ex voluntate, vel ex necessitate. Et de differentia in hoc si appellatur, vel reclamatur num. 3. & 4.*

ALLEGATIO LXXXVII.

Pro eodem circa suspitionem.

In Dei Nomine Amen.



Irca recusationem per vnum ex colliitigantibus propositā in personam Regij Consiliarij Rouiti ex eo quod magno affectu scripsit in causa consimili pro Comite Saponariæ in consil. 1. cum multis
1 sequentibus. Ego quia Præs. de Franch. in decis. 87. refert fuisse decisum talem suspicionem non militare. Et pro, & cōtra afferuntur diuersa decreta opinor qđ potius ex præsenti decisione in qua omnes quatuor Aulæ interueniunt oportet legem fieri in posterum, & rogo vt tria inspiciantur. Primo quod Franc. & Præposit. in c. postremo de appell. & noster Marant. in 6. par. in 2. actu principal. num. 22. cum multis sequentibus latisi-
2 mè discurrunt suspiciones, & si est eadē causa, vel idem cliens, & nihil tangunt si est idem iuris articulus. Ergo nullatenus præsupponunt posse affectum adesse ad articulū, sed ad causam, vel ad personam.

Secundo, Inspiciendum est quod si hoc admitteretur non posset nunc Iudex esse Bart. qui omnem legalem sapientiam explanauit, neq; Bal. qui nihil intactum reliquit, & magnum est inconueniēs, vt ex eo quispiam Reipubl. sit inutilior quia
3 doctior. Immò credēdum vnumquemq; vel persistere, quia sic iustè scripsit, vel remoueri si validior ratio sugeritur, sicut eosdem Bar. & pluries Bal. passim legimus à priori opinione discedere. Idq; si obseruatur à viris adeo eximijs in lecturis in

in quibus tenentur illud purè docere, quod verè sentiunt fortius obseruabitur in aduocatis qui possunt etiam contra propriam opinionē in illis causis patrocinari quæ ex aliqua ratione, vel authoritate possunt absq; calumnia defendi cū requisitis, vt per Caiet. ad Diu. Tho. in 2.2.q.71.art.3.& per Socc. in cons.35. nu.1.circa med.vol.3. Alex. de Neuo in cōs.29.nu.3.Barb.in c.1.de cōst.col.14.

Tertio, Inspiciendum est quod adeo mutabilitas rebus humanis est insita, vt & dicatur sapientis esse in melius mutare cōsiliū, & hinc est quod propriam opinionem patefecisse etiam in eadem causa

4 nullatenus suspicionem operatur, sicut manifestissimè patet in supremis tribunalibus in quibus ad eosdem Iudices reclamatur. Frustra ergo queritmus suspicionē apud eum qui articulum cōsimilem defendit quando, & suspitio non est in eo qui in eadē causa votū aperuit. Alias ergo suspicionū causas oportet esse illasq; authores prędicti ad duo principia reducūt sępè ad amorē, vel odium. Primæ classis sunt cōsanguinitates, affinitates cōpatratus nimiæ familiaritates, & his similia, & hinc aliqui dubitant, vbi cliens fuisset nimiū familiaris, vel cōmensalis, & hinc nemo est Iudex in eadem causa in qua fuit aduocatus, nam ad illam habet affectum.

Ex alia radice oriūtur suspitiones ob inimicitias, & ob causas maleuolentię. Atq. ita suspectus est Iudex qui propalauit votū impertinenter magnus enim est affectus eius qui vel delinquēdo cōtra legis prohibitionē se ipsum non potuit cohibere. Et similiter nō vocat Iudex à quo, si fortè efficeretur Iudex ad quem, quoniam qui prouocauit ex natura appellationis de Iudice ipso conquestus est, quod non euenit in eo qui petijt restitutionem, vel supplicauit, ipse enim de Iudice non cōqueritur, sed confugit, vel reclamat ad eundē Iudicē melius informandū. Et sic cessāribus causis amoris, vel odij ipsa vori prolatio nequaquā suspitionē inducit ita est pulcra glo. in verbo prouocatū, & ibi Bar. in l. eos C. de appell. colligitur ex tex. in l. in causæ ff. de minor. in l. prætor ff. de iurisd. omn. iud. & ibi Doct. & Bal. in l. ordinarij C. de iud. Franc. Præpos. & Maran. in locis prædictis. Deo Gratias.

Prouisum fuit quod interueniat Relatore eodem dignissimo Regio Consiliario Meliore iunctis quatuor Aulis.

SVMMARIVM.

1 *Maioratum grauari permisit Rex cum consensu agnatorum, & adbuc apposuit introscriptam conditionem. Successionem noluit alterare nu.2. ob quod procurabatur illud idem per aliam viam nu.3.4 5.& 6.& 26. illius dominium, & possessio statim transit ad successorē num.22.23.& 27.*

7 *Sequestra sunt probibita nisi ex iusta causa. Qualis est vbi iura partium sunt obscura num.8. Item quando dubitatur quis possidet nu.9. Item ad vitādum inconuenientia nu.10. quæ possunt esse pluribus modis nu.11.& 13. Et remittuntur arbitrio Iudicis nu.12 & 14. Item factum pro vno remanet pro omnibus nu.15. Etiam eorum qui postea superuenissent nu.16.& Fabritius semper fuerat in iudicio, & omnes respiciunt decreta num.17.*

18 *Reintegranda sunt innouata siuè Ecclesiastica siuè prophana. Item siuè corporalia, siuè incorporalia num.19. Item siuè innouata à partibus siuè à iudice non iuridicè procedente nu.20. & specificè in casu nostro num.28.*

21 *Sequestrum quando tollitur declarari debet ad cuius beneficium tollitur, & præsertim in hoc casu requirente cognitionem iustitia, vt num.25.& 23. Non sit vbi est certus possessor, numero 24.*

27 *Incapax successionis est tamen capax possessionis, & num.28.*

ALLE-

ALLEGATIO LXXXVIII.

Pro eodem circa sequestrum.

In Dei nomine Amen.



EX processu Ducis Montis Leonis patet qualiter annis præteritis petijt à à Sua Maiestate sibi dispensari facultatem grauandi maiorarum, & obligandi bona illa subiecta fideicommisso pro summa ducatorum centum mille, quibus indigere asserebat, vt potuisset commodius ipsi Catholico inseruire; Et in hoc Princeps Noiæ, & Fabritius Pignatellus, & Hector Pignatellus, cum quibus idem Dux tanquam cum Agnatis proximioribus fecit hoc iudicium nullatenus contradixerunt.

Et adhuc Rex iustissimus dispensauit cum expressa conditione, vt quicquid ipsam Regiam Maiestatem eidem Duci elargiri contingerit non esset liberum, sed eundem maioratum augeret in recompensam oneris istorum ducat. 100. mille, vt in priuilegio.

Hoc peracto ipse Dux minimè correspondens præfatæ Agnatorum vrbanitati cogitauit illos in rorum excludere, iterumque à Rege petijt dispensari, vt successibilis fieret filia fœmina, quæ viro eiusdem familiæ nupsisset. Spreuit primogenita iniquam spem, nupsitque Duci Nuceriæ; Secundam cui nomen Hieronyma ipse Dux in vxorem dedit Fabritio Pignatello nepoti Principis Noiæ, in quam transmitti maioratum affectabar, non obstante quod in maioratu fœminæ omninò excluduntur cum inclusione solummodò masculorum, & generis masculini proximioris. Atque ita in consultatione quam è Neapoli quo ad istam petitionem ad se transmitti Rex iusserat obstabant solum Fabritius, & Hector, & hos duos esse correos inquit Dux in eius supplicatione. Et præsentati fuerunt multi arbores huius familiæ approbati ab omnibus procetibus eiusdem familiæ.

In quibus omnibus apparet hunc Fabri-
2 tium esse Agnatum proximiorem, & sic successibilem, prout inquit idem Dux in sua depositione. Et tandem quamuis Princeps Noiæ non obstaret, nam potius ob suum interesse Ducis petitiotem adiuuabar, tamen per Catholicam Maiestatem reiecta fuit.

Tunc ipse Dux, vt hoc idem quod à Rege
3 impetrare non poterat suo facto consequeretur donauit huic filiæ hunc maioratum, & super donatione Regium impetrauit assensum, ad finem vt ipso moriente non esset Agnatis proximioribus expedita immissio in possessionem huius maioratus, sed oporteret agere via ordinaria contra filiam particulari titulo possidentem vt sic & pauperes, & litium diuturnitate, & sumptibus, & laboribus aduersus personas adeo potentes omninò diffisi desisterent, aut modico accepto renunciarent, quamuis omnis dispositio nimis expressè, & omnis Regij consensus petitio interdicatur in eodem maioratu.

Veruntamen Collaterale Consilium prudentissimè agnouit ista inconuenientia, vt sic de facto difficilis, & pœnè impossibilis redderetur agnatis propriæ iustitiæ consequutio; Si enim Hieronyma tanquam nupta in familia comprehenditur in fideicommisso, vtique absque donatione excludit agnatos remotiores, si non comprehenditur non poterat Dux præiudicare Agnatis vocatis post eius mortem à primo maioratus institutore; Quæ omnia Regi Catholico non expressa patefaciunt subreptionem illius assensus, super quo merito noluit Collaterale Consilium expedire Regium exequatur.

Interim

Interim Dux decessit, & statim ne quid violenter innouaretur sequestrauit Prorex bona omnia in maioratu cõprehensa, & eodem tempore ipsa Hieronyma, & filius primogenitæ, & Fabritius,& Hector Pignatelli cæperunt ipsorum iura deducere, sed Hieronyma semper affectans se quoquomodo intrudere, vt collitigantes iustitiam consequi impossibilitaret tria tentauit.

4 Primò institit tolli sequestrum, sed negotio in Collaterali Consilio plenè discusso cognitum fuit iniquũ esse vt sublata superioris authoritate,& impedimẽto liceret potẽtioribus se ipsos intrudere,atq; ita vt ex iuris ordine procederetur remissum fuit negotium ad S.C.in quo de iustitia prouideatur etiam super eo an aliquis sit manutenendus in possessione.

5 Secũdo iterum totis viribus institit pro expeditione Regij exequatur ad supradictum assensum super donatione superius recensita adhoc vt cum illo titulo se intruderet ad eundem finem, vt collitigantes vlterius litigare diffiderent, sed Collaterale Consilium eodem modo voluit nihil innouari, sed expectari exitum causæ per S. C. in Collaterali Consilio terminandæ.

6 Tertio denique videns non posse apud Iudices obtinere vsa est præsenti industria, de qua nunc agimus, nempè secretissimè concordandi Ducem Nuceriæ, quò ad personam æquè potentem,& ius habentem,quoad bona libera, sed nullũ penitus ius fouentem,quoad maioratũ, & illicò non minus secretè Proregem adijt,& gratulabunda quasi finitis omnibus litibus obtinuit per scriptorium amoueri sequestrũm illud, de quo per totum S.C. in Consilio Collaterali agẽdum erat;Quo impedimento sublato, & cessante Duce Nuceriæ; certum est reliquos collitigantes vim repellere non valere.

Quamobrem Fabritius, & Hector adierunt Proregem Excellentissimum, qui obstupuit si & ipsi non concordassent, proute excellentiæ suæ relatum fuerat, iussit tamen eos aliquantulum sedari. Esse enim suæ curæ ipsos etiam,aut concordari,aut illis iustitiam integrè ministrari; Sic iuxta suam angelicam conditionem in hoc peregit quicquid suæ prudẽtiæ visum fuit; Et hinc ortum est vt Hieronyma concordauerit Hectorem quamuis agnatum posteriorem, quoniam & ab ipso, & à suis posteris timuit diutius posse litibus pulsari;sicut ipse minatur in eod.process.specificè clamans restitui sequestrum.

De Fabritio hoc non timet, est enim senex, carens filijs, eiusque successor immediatus est ipsemet Princeps Noiæ,& sic certa est à successoribus Fabritij, non vexari; Nec minus certo sperat posse litem protrahere, vt non prius lis, quam vita Fabritij finiatur.

Hoc procedendi genus non vtique permisit Prorex Excellentissimus, & forte nauseans in prædictis exclusa concordia iussit iustitiam fieri, quo ad petitionem Fabritij,vt idem sequestrum omnino restituatur,idq;iussit per S.C.decidi in Cõsilio Collaterali præuia declaratione si est accinctum.

Est autem sequestrum omnino restituendũ ex ordine,& ex iustitia, licet enim regu-
7 la sit prohibitiua sequestri, vt in titul. de prohib.sequestr.pecun.Tamen multi casus per glos.ibi, & per DD. ibidem, & alibi passim annotantur, in quibus fieri debet; & quia ipsorum aliqui militant respectu omnium collitigantium dicere oportet, quod respectu omnium factum fuit, vel saltim quod respectu omnium fieri potuit,& iam factum sustinebatur.

Primò iustissima est causa sequestri, quan-
8 do iura partium sunt obscura, vt per Ias. in l.si fideiussor in S.si satis datum in 4. limit.ante num.28.ff. qui satisd. cogant. vbi allegat Bal.in l.fin.C.æ dict.diui Adr. toll. quæ est propria materia immissionis, sicut in casu nostro,& specificè quã-
9 do adest dubium, quis possideat tradit Host.in summ.de sequestr.poss.& fruct. nu.4.

num.4.limit.10.Quod per alia verba dixit Io.Faber in l.1.C.de probib.sequestr. pecun.num.2. in verf. item vbicumq; & verf.item vbi causa allegans text.in l.1.S. si pecunia.ff de posit. & probatur à contrario sensu in c.1.eodẽ tit. de sequestr. poss.& fruct. sicut intelligit ibi Inn. in verb.sequestrari, quod illud sequestrum erat iniustum,quia altera pars possessionem obtinuerat à iudice, nempè ab illo Episcopo Veronensi,ergo sequestrum fuisset iustissimum, si in illa ambiguitate neutra pars possessionem à iudice habuisset,sicut latè prosequũtur Io. Andr. & Io.Monac.in c.locupleta rari de regul. iur in 6 sub num.12.

Et porrò in casu nostro tantum abest Hieronimam habuisse possessionem à iudice, vt potius fuerit exclusa, dum eius petitio tollendi sequestrum fuit per Consilium Collat.remissa ad S.C.de iustitia terminanda,& fuit etiam sibi præclusa via aliquid attentandi de facto sub clipeo illius nullæ,& affectatæ donationis denegando Regium exequatur, & iubendo expectari exitum causæ,vt supra diximus & eodem modo S.C.sequestrum confirmauit,vt infra dicetur. Iura autem colligantium quo ad dominium, & quo ad possessionem esse obscura, si Hieronyma hoc negat fatetur necessario esse clara ad beneficium Fabritij, qui tamquam agnatus proximior venit aperto iure vocatus in maioratũ exclusis fœminis, & fœminarum descendentibus. Si autem ipsa vti nupta in familia prætendit masculinis,ista prætensio apud me est inanis,nam de iure contraria opinio est magis communis,magisq;iuribus, & rationibus cõprobata. Respectu verò huius maioratus tollitur omnis disputatio dum ponderãtur verba prægnantia,quibus fœminę excluduntur. Et quo ad possessionem illemet, qui vocatur habet illico possessionem in morte vltimi possessoris ꝑut specificè in maioratu, & in assensu Caroli V.inuictissimi disponitur.& inferius com memorabitu.

Sed esto Hieronymæ prætensionem esse disputabilem, hinc locus fuit sequestro iuxta theoricas supradictas,non omittendo,quod respectu filij Ducis Nuceriæ tã quam alterius familiæ cõtrouersia adesse poterat respectu aliorum bonorum, non autem respectu maioratus, cuius sequestrum, aut solummodo, aut certè præcipuè fieri debebat,& factum manuteneri respectu agnatorum.

Similiter faciendum est sequestrum ad vi-
10 tanda inconueniencia inter quæ connumeratur inconueniens ne partes veniant ad arma vt in l.æquissimum ff.de vsufru. sed hoc exemplificatiuè non autem re-
11 strictiuè,nam & idem fit ex alijs inconuenientibus, sicut vbi circa seruitium Ecclesiæ discordant patroni,vt in c.1. & 2. de iur.patr.& multis modis intelligi incõueniens colligitur ex iuribus allegatis ꝑ Hostiens.in loc.prædict in 12.limit & ꝑ specul.in tit.de sequestr.possess.& fruct. in vers.sed numquid,num.3.& 4.vbi cõcludit iudicem sequestrare vbicumque,
12 sibi expedire videtur, & præcipuè fieri in vnuersalib.tradit Io.Monac. in dict. c. locupletari,num.10.vers.& credo.Et posteà sub num.12. concludit omnino fieri, nè altera pars commodum possessionis in præiudicium alterius partis nanciscatur; & etiam ad abreuiandum lites,
13 quæ alioquin altero posidente fiunt immortales, sicut ex hac sola ratione sequestra fieri, & manuteneri debere, vsque ad finem litis,post Couar. & Menes. bene concludit Aluar. Valasc. consultationum,& rer.Iudic.tom.2.cõsult. 191.ante num.41.in vers.sed vtilior.

Quę omnia summopere militant in casu nostro,nè Hieronyma adeo potens aduersus pauperem Fabritium ex possessione etiam inexpugnabiliter fortificetur.

14 Genericè enim vltra prædicta omnis æquitas causam tribuit sequestro l.Senatus consulto ff.de offi..præsid. l. si fideiuss.ff.qui satisd. cognat.cum alijs ad hoc magistraliter consideratis per Io.Monac. in loc.prædict.& ibidem Io.Andr.col. 2.

Et

Et inter cætera considerabilis est qualitas personarum si altera opprimere, vel opprimi potest argumen. l. Imperator. ff. ad Trebell vt per Host. in loc. prædict. in 6. limi. per Io Monac. in dict. nu. 12. & per Bal. in l. 1. de prohib. sequestr. ant. num. 2. in vers. propter qualitatem personarum.

Et sic dum ex multis tale sequestrum pro omnibus collitigãtibus, aut factum fuit, aut fieri debuit, & multo fortius iam factum manutenerii c. biduum. vbi glos. notat in verb. non est 2. quæst. 6. sequitur necessario, vt sic subreptitie sublatum debeat omninò restitui præsertim attenta vnaquaque ex quatuor considerationibus initio scriptis siuè attendamus partes; siuè iudicem, siuè modum, siuè finem quomodo, & ad quid fuerit obtẽptum, vt tolleretur.

Primo respectu collitigantium, sufficeret
15 dicere quod sequestrum iam factum licet solummodo pro vno factum fuisset firmum, postea remanet respectu omniũ in eo habentium interesse prout est text. in l. fin. C de bon author. iudic. possid. vbi glos. & doctor. præsertim Salicet. in 2. & 3. opposit, & hoc generale est, vbi sunt plures in iuditio, in eadem causa, vt in l. 1. & 2. C. Si vnus ex pluribus appell. & specificè, vt sequestrum factum interduos non possit tolli si in iuditio adest tertius in hoc habens inrei esse, etiã
16 quod hic tertius superuenisset post factum sequestrum decisum fuit in eo tribunali, quod est summæ auctoritatis in omnibus sed præcipuè in materia possessorij in Rota Roman. apud Verall. in 3. parte in decis. 101. in 2. ratione in vers. & ex eo, & ferè idem casus iterum euenit. eodemq; modo decisus fuit in ead. 3. parte in decis. 160. in fin. similiter idẽ decisum fuit in decisione nouissima 136. num. 2. & 3. impressa apud Farinac. in 1. tom. secundæ part. tradit Gonzal. in 8. regul. Cancell. in probe. in §. 87. num. 101. & 102. Gratian. discep. forens. tom. 8. cap. 232. num. 1 ʃ. & Rebuff. inquiens sic fuisse decisum in eo senat. Paris. ad cõstit. Reg. tom. 3. tit. de sequestr. articul. 1. glos. 2. nu. 22.

Vndè tanto minus poterat tolli in præiudi
17 tium Fabritij, & ipso penitus inaudito, qui semper fuerat in Iuditio, & in vita Ducis in eius pretensionibus obligandi maioratum illumque transferendi ad filiam, vt supradiximus, & etiam in prætẽsione in S. C. proposita per Hieronymã habendi possessionem vigore dictæ donationis in vita patris, in quo similiter nihil potuit obtinere. Et denique in morte Ducis dum ipse Fabritius obtinuit denegari Regium exequatur ad assensum super ipsa donatione, & expectari determinationem causæ per S.C. in Consilio Collaterali.

Immò si verum amamus est pura vanitas, & iactantia dicere, quod solum de Hieronyma, & de filio Ducis ratio habebatur, quasi sub Rege iustissimo, & potentissimo quo ad iustitiam ministrandam non æqualiter potentioribus, & imbecillioribus prospiciatur, sed dum probauimus, quod eodem modo, & multo rationabilius requirebatur sequestrum respectu collitigantium de familia, quam respectũ filij Ducis Nuceriæ, oportet omninò credere quod factum fuit etiam respectu illorum, vel saltim etiam respectu illorum, substinebatur, vt supra fundauimus, in quam conformitatem decretum Consilij Collateralis remittens ad S.C. prouisionem circa sequestrum inquit in causa Hieronymæ cum Ducę Nuceriæ, & alijs: Nam & Fabritius, & Hector semper fuerant in iudicio, vt dictum est. Et in hoc concordabat etiam Hieronyma, quæ præsentauit in S.C. dictam prouisionem Cõsilij Collateralis de iustitia ministranda. Et specificè, vt expectetur prouisio faciẽda per S.C. an sit manutenendus in possessione Fabritius, vel Hector Pignatelli, vel Hieronyma, vel Dux Nucerię dicitur in alio decreto die 22. eiusdem mensis in processu Fabritij in Collaterali.

Quomodo ergo in negotio adeo grauissi-

mo decidendo per totum S.C. in Consilio Collaterali; etiam iuxta petitionem, & instantiam earundem partium nunc aliqua ex ipsis partibus ausa est à Prorege sanctissimo per scriptorium surripere prædictam prouisionem? Certè ex hoc
18 respectu non minus ad pristinum reintegranda sunt omnia, quam si eadem pars solo facto proprio contrauenisset text. enim in c. reintegranda 3. quæst. 1. locum habet, etiam quo ad profana, vt per Bar. in l. si coloni in fin. C. de agricol. & censit. lib. 11. latè Socc. in l. rem quæ nobis ff. de acquir. possess & Dec. in con-
19 sil. 252. num. 2. Item quo ad corporalia, & quo ad incorporalia, vt per Capyc. in decis. 77. Item siuè innouationem fecerit ipsa pars aduersa, siuè superior sine
20 legitimo iudicio, cap. conquerente in princ. de restit. spoliat. per quem text. cum alio consimili in cap. notum 2. q. 1. ita ibi docent Archid. & in dicto c. conquerente Abb. & Butr. & etiam in cap. cum cessante de appellat. Rom. in l. 1. §. nunciatio ff. de oper. nou. nunciat. & in l. meminerint C. vnde vi post Bar. ibi qui sub num. 2. 3. & 4. specificè loquitur de gestis non iudicialiter præsertim non audito interessato, & optimè Hostiens. in summ. de restit. spoliat. num. 2. in princ. in vers. Quando sit facienda restitutio, & in vers. Item si extra, vbi etiam si aduersarius in promptu doceret de iure suo; Quæ singula fortius procedunt in casu nostro. In quo, nec est processum iudicialiter, nec negotium discussum, nec Fabritius auditus, & potius ipse in promptu docuit, & docet de apertissimo iure suo; Ex quibus omnibus idem Prorex iustissimus iussit quo ad huius sequestri restitutionem quam citius de iustitia prouideri.

Similiter illico restituendum est actentis Dominis Iudicibus, & summis Tribunalibus Consilij Collateralis, & S.C. Diximus enim, quam considerate, & maturè Collaterale Consilium, noluit sequest si tollere; Nam illud tollendo, aut non iudicasset ad cuius beneficium tollebatur, aut hoc iudicasset, si hoc non iudicasset spreuisset iura dictantia non aliter tolli sequestrum, nisi eodem tempore rei sequestratæ possessio alicui ex collitigantibus tribuatur, nam alias respectu potentium daretur occasio rixarum, & respectu impotentium daretur occasio, vt cessante superioris authoritate à potentioribus conculcentur, quorum vtrumque esset maximum incõueniens;
21 Vnde Specular. in tit. de sequestrat. notat sequestra passim fieri ad beneficium personæ declarandæ, nam eodem tempore, quo tolli potest, insimul declarandum est, ad cuius beneficium tollatur, vt per Gomes. in dicta l. 45. num. 125. post Bal. in l. fin. in fin. in vers. Item nota C. de ordin. cognit. Bar. in l. si oleum in 4. notab. ff. de dol. & in l. si fideiussor §. fin. vbi Ial. & reliqui, ff. qui satisdar. cogant. pract. Papiens. in titul. de sequestr. in §. andeat in fin.

Vt autem insimul decideretur persona ad cuius beneficium sequestrati maioratus possessio dimitteretur, benè intellexit Collaterale Consilium huius rei pódus, & consequentias, tum ob nimis duram prouinciam reliquorum, quos oporteret litem prosequi aduersus tanti maioratus possessorem, ex quo sequestra fieri, & manuteneri debere supra tetigimus, tum etiam quia sicut etiam supradiximus huius maioratus ex prouisione Institutoris Caroli V. Inuictissimi assensu roborata statim mortuo possessore (qui statuitur, vt sit merè vsufructuarius) transit ipso
22 iure dominium, & possessio in legitimũ successorem, qua in re satis est legis operatio, absque vllo ministerio ipsius successoris, prout declarat lex Tauri 45. vbi Gomes. in princip. & num. 116. loquens de omni maioratu sic instituto cum authoritate Principis, Tiraquell. in tractat.
23 Lemort saisit similiter in princ. & in hoc nihil considerabilis est quis vis actus possessiuus etiã de volunrate vltimi possessionis, vt per Valasc. in supradict. consultat.

fultat. 191. in finalibus verbis. Vndè ad dignoscendum, cui danda est possessio, oportet necessario cognosci quis est legitimus successor, & proindè prudentissimè, & proprietatis, & possessionis causam Collaterale Consilium, ad S.C. Iustitiæ Tribunal remisit, decidendum tamen iuncto Consilio Collaterali, & in S.C. fuit sequestrum confirmatum donec prouideretur, cui ex quatuor collitigantibus specificè nominatis danda esset possessio, vt in decretis supranotatis; & dum expectabatur prouisio de iustitia facienda per omnes Iudices duorũ adeo supremorum Tribunalium, patet hanc prouisionem sic obreptitiè per Hieronymam impetratam ab Excellentiss. Prorege esse directò contra tit in auth. in med.lit. sacr. Iuss. & consequenter negotio iam per S.Excellent. ad iustitiam remissio sequestrum omninò restituendum est, vt postea auditis partibus possit per ipsa Tribunalia de iustitia prouideri l. 1. & 2. vbi Doctor. C. vt lit. pendent. & l. fin. C. si cõtrarius, vel vtil. publ.

Denique idem indubitanter prouidendum est attentis medij quibus Hieronyma vsa est, & fine quem prospexit, media fuere maxima taciturnitas ad hoc vt Prorex Excellentissimus, nec à Tribunalibus, nec à partibus certiorari potuisset de interesse aliorum collitigantium, & de maximo preiudicio, quod illis Hieronyma sic per surreptionem inferre properabat contra text. cum ibi traditis in l. iurisgentium in S. sed si fraudan. ff. de pact. vbi declaratur de talibus gestis, vel impetratis rationem non haberi; Finis verò quem prospexit est omninò exorbitans si quidem ipsa in proces. Fabritij dicit quod vbi adest certus possessor nõ debet fieri sequestrum, ex timore armorum, sed aduersarius est compescendus,

24 & verum dicit, ita enim post Innoc. & alios docuerat Bal. in l. fin. num. 10. C. de edict. Diu. Adr. tollend. & in l. quidam æstimauerunt col. 2. in 2. casu, & ibi Ias. num. 4. ff. si cert. petat. Dec. in dicta l. final. num. 6. & consil. 336. pract. Papiens in titul. de form. sequestr. in S. sapiens num. 3. & alij multi, verum si in hoc bene loquitur, tamen male applicat. dum in ea responsione, & alibi subdit quod proinde Prorex male sequestrauit, & hinc oritur subsequenter quod similiter Tribunalia malè fecerunt illud non auferendo; Vnde colligitur primo quis est eius finis, nempè vt sibimet ius diceret, & faceret propria manu contra omnes Doctores dicentes, quod vbi se-

25 questrum factum est à proprio superiore quantumuis iniustum esset tolli debet causa cognita, quia interim præsumitur pro facto superioris, ita Hostiens. in dicto titulo de restit. spoliat. in S. quando facienda in vers. An sit spoliatus latè Felyn. in c. dilectus lo 1. de rescript. col. 1. in prima fallent. Et porro si omnes dicunt non debere tolli sequestrum, nisi insimul designatur, cui tradenda sit res sequestrata, prout supra annotauimus, certè hoc declarari non potest, nisi causa cognita.

Item quatenus dicit iniustum fuisse sequestrum respectu Ducis, & nos fundauimus ex multis causis fieri debuisse respectu aliorum de familia, vtique ipsa corroborat nostrum assumptum, vt non solum factum dicatur etiam pro ipsis agnatis, sed imò vt pro illis solummodò factũ fuerit, proindeque tanto minus tolli potuisse ipsis inauditis, dum probauimus ad hoc sufficere, quod etiam illorum intuitu factum fuit, aut fieri potuit, vel quod saltim ipsorum quoque respectu substinebatur. Sed parum ad illam cuius intererat modo cessaret qui vim repellere potuisset.

Et hinc innotescit clarius qualiter eius finis, & intentio semper fuit vincendi ex sola potentia. Nam Ducem habentem terras finitimas, & ex hoc, & alijs valentem vim nõ permittere quamuis nullum ius foueat ipsum cõcordauit promittendo quantitates ex omnium opinione nimis excessiuas; At verò bene sciebat vter-

que illas quantitates fore satisfaciendas ex bonis alterius nempè ex fructibus maioratus ad alium spectantibus.

Sed hoc in loco quispiam interrogabit, si
26 Dux violentiam non permisisset, iudicialiter verò ius non fouebat, quomodo Hieronyma litem finire non properabat? Responsio est quia in discussione litis apparuisset ipsam etiam ius non fouere, neque in petitorio, neque in possessorio, vt mox dicetur, vnde & ipsa, & Dux remansissent inanes, & proinde dilatando processum Fabritij veri successoris se concordauerunt, diuidendo sibi bona Fabritij, illumque in istis difficultatibus inuoluendo; Quod autem dixi Hieronymam nullum ius habeere quo ad proprietatem patet ex conclusionibus de iure verioribus, & magis receptis, clarius autem, & indubitanter ex lectura maioratus, vt supra tetigimus; Idem verò esse respectu possessionis patet, quia si agimus de suis gestis in vita Ducis sunt intrusiones fundatæ in illa donatione facta in fraudem legitimè vocatorum, de qua nulla fuit habita ratio, nec in S. C. dum eius vigore petijt possessionē, nec in Consil. Collater. dum ad assensum in ea donatione petijt Regium Exequatur, vt dictum est.

Et quamuis adesset omnis actus, & legitimus consensus ipsius Ducis nihil ad rem vt supra diximus, præsertim in hoc maioratu, in quo specificè cauetur omnem possessorem esse merum vsufructuarium, vnde resoluto iure datoris, &c.

Si autem prætendit aliquam intrusionem post mortem Ducis illa esset merum spolium legitimi possessoris in quem in ipso momento, in quo Dux decessit
27 transijt dominium, & possessio, absque vllo facto successoris, vt iam fundauimus, & nunc addimus, adeò nihil requiri ex parte successoris, vt trāseat ipsa possessio in legitimum successorem etiam si esset demens, vel furiosus, vel mutus, & surdus, & quomodolibet imperfectus, nam & talis est capax possessionis, & in eum continuatur non alia, sed illa eadem, quæ erat penes defunctum, vnde nihil medium potuit habere Hieronyma, in quo non committeret spolium, & attentatum: Immò à tali successore, quamuis esset incapax nihilominus ab ipso tanquam possessore peti debet, quicquid alter fortè prætenderet, sicut hæc omnia post alios doctè, & latè concludit Gomes. in dicta l. 45. num. 112. 113. & 114.

Quem articulũ solummodò tetegi ad con-
28 fusionem aliquorum quædam inter dētes susurrantium, etiam in hoc possessorio, in quo talia de iure nihil ad rem, vltra quòd sumus in notorio facti permanentis, dum vnusquisque videt ipsum Fabritium, & salute, & intellectu integrum, & morigeratum, & negotia intelligentem prout semper contraxit, & reliqua peregit, quæ licent, ac decent, vacans vt plurimum orationibus, & sacramentorum frequentiæ, sicut hæc omnia deposuit idem Dux, & alij fide dignissimi; Quod autem versutias parum calleat dolos, & fraudes abhorreat, sit, & fuerit semper vir simplex, & rectus non ex istis spernendus est, ex quibus Iob ore Domini canonizatur; Immò proprium est Regiorum Tribunalium impotentes subleuare, præsertim in huiusmodi oppressione, in qua sic apertè aliquis profitetur sui iuris consequutionem reddere immortalem; Quod si restituto sequestro, vt omninò iuris est, & auditus, & defensus, postea succumbet erit sibi iudicium tantorum Patrum, ac si de cęlo tonuisset, sed sic de facto priuari, & instare, & præcari non desinit, vt hoc S. C. non patiatur.

Deo Gratias.

Non adhuc prouisum.

SVMMARIVM.

1 *Dux Sancti Cæsarei quædam promisit adimpleuit quædam non adimpleuit ex*

ex quo facto oriuntur controuersiæ subsequentes.

2 *Pactum quod nisi soluatur pecunia tempore promisso liceat creditori capere pecuniam ad cambium, & recambium, dicitur pœna, & nihil debetur vltra id quod verè interest, quod est generale in omnibus promissionibus.*

3 *Interesse cambiorum quæ poterant fieri non est in consideratione etiam in mercatoribus, & num. 4.*

4 *Interesse cambiorum verè factorum quare permittatur mercatoribus.*

5 *Interesse lucri cessatis ob cambijs non factis debet probari quod implicatio fuisses prompta cum tali, & tali lucro cum personis tutis: alias non debetur.*

6 *Interesse lucri cessantis quamuis probatum tamen Iudex debet taxare multo minus quam probatum, & ratio huius positionis.*

7 *Interesse conuentum ob retardatam solutionem eatenus debetur quatenus non excedit lucrum quod passim ex tutis emptionibus percipi solet.*

8 *Interesse lucri cessantis certum dicitur quod iusta vsum regionis certè lucrarer.*

9 *Interesse non debetur absque mora.*

10 *Mora qualiter intelligatur commissa in solutione, vt ex ea debeatur interesse, & num. 11.*

12 *Credulitas rationabilis excusat à pœna.*

13 *Denunciatio requiritur ad constituendum debitorem in mora quando rationabiliter credebat debitum solutum.*

14 *Conditio adimplenda vsq; ad ipsius euentum impedit obligationis natiuitatem, & post natam requiritur interpellatio num. 16.*

15 *Dies interpellat pro homine in obligationibus puris non autem in conditionalibus.*

16 *Recipiens sortem absque protestatione de interesse non potest amplius illud petere.*

ALLEGATIO LXXXIX.

Pro Duce Sancti Cęsarei.

In Dei nomine Amen.

1 PRæsentes actores die 17. Octobris 1612. fecere literas traiectirias pro diuersis quanriratibus soluendis in Villa Madrid Duci Sancti Cęsarei, ita quod solutiones inciperent à primo die mensis Martij sequentis anni 1613. pro quibus conuenerunt vt Ioan. Troianus Gatta qui ipsius Ducis quædam bona conduxerat solueret illis ducatos 4000. in quibus declarant comprehendi maiorem valorem pecuniæ Hispanæ, ac etiam cambium pro illis quanritatibus vigore dictarum literarum exoluendis. Solutio vero statuitur fieri pro ducatis 2000. in primo die mensis Septembris 1613. & pro alijs ducat. 2000. in primo die mensis Martij 1614. & quod vltra ipsos ducatos 4000. debeatur etiam interesse cambiorum à tempore exactionum in villa Madrid vsque ad tempus satisfactionum ducat. 4000. in duabus partitis supradictis, ita tamen vt vsq; ad præfatum diem primum Martij 1614. cum alijs diebus quindecim non possit interesse cambiorum pro isto tempore excedere ratam annuorum ducatorum octo pro centenario, at pro sequenti tempore quicquid solutum nõ reperiretur pariat interesse cambiorum iuxta ferias, vsque ad integram satisfactionem, prout hæc omnia leguntur in dictis literis, & latius in instrumento inter Ducem conductorem, & eos qui pecuniam soluẽdam demandarunt desuper celebrato.

Exegit Dux in Villa Madrid pecunias demandatas, & soluit conductor Neapoli tempore debito primum semestre ducatorum 2000. in principio Septembris 1613. Secundum vero semestre exoluẽdum in mense Martij 1614. non fuit ab ipso

ipso conductore solutum nisi in anno 1616. Quamobrem pro quantitatibus exactis in villa Madrid petunt actores interesse ad rationes octo pro centenario à die exactionis ipsarum vsque ad diem 15. Martij 1614. & ex tunc in antea iuxta ferias quarum afferunt computum nimis excessiuum.

Dux duo proponit. Primo quod si debetur aliquod interesse post solutionem primi semestri, vel post medietatem mẽsis Martij 1614. non potest illud excedere rationem octo pro centenario: Secundo proponit interesse nullum deberi nisi ad rationem octo pro centum pro modico tamen tempore, & pro quantitatibus inferius declarandis.

Quo ad primum caput interesse ad rationẽ octo pro centum non est modicæ quantitatis, & excedit ratam ad quam solet S. C. condemnare. Quod autem in eodem instrumento dicitur vt elapso anno currat interesse cambiorum iuxta ferias,
2 patet hoc esse pactum pęnale, cum nulla adsit ratio quare differens esse debet interesse post annum. Et ideo nihil debetur vltra id quod verè interest, prout in debitore quãtitatis passim traditur ab omnibus in l.cum allegas C.de vsur.nempè glos. in finalibus verbis Dyn. in princ. Cyn. num.4. Bal.in 5. opposit.Salycet. num. 10. & 15. Alber.nu.1.in fin.Alex. in cons.44.num.17.& in cons.49.& 50. vol.4. & in l.stipulatio ista § alteri ff. de verbor. obligat. & in l.promissis C. de transact. vbi affert Butr. Fulgos. Paul. & alios, qui illuc vsque scripserant. Postea vero idem tradit Iaf. ibi, & in §. omnes autem instit.de act. nu.13. & 14. Canonist. in c.fin. de vsur. quorum meminit Socc. in cons.130.num.9.vol.4.Dec.in cons.39.num.5.Cagnol in repet.l.curabit num.53.cum multis sequentibus C. de actio.empt. Io.Plot. in l. si quando num.247. C.vnd.vi.

Imò, & in promissionibus facti licet aliqui de iure ciuili admittant pęnam quasi interesse affectionis, tamen receptior est opinio, vt & tunc attendatur verum interesse bursale ne forte incidamus in vsuras, vt per Ioan. de Lign. Laurent. de Rodulph. Io. de Anan.& cæteros de quibus per Alex. in cons. 51. vol. 4.& per Afflic. in decis.135. vbi ità seruari inquit de stylo S C. Vitanda est namq; omnis suspicio vsurarum, præsertim post Concil. Nic.cap.18.de quo in cap.quoniam, vbi glos.47. dist. & glos. in Auth. de Ecclesiast. titul. in princ.

Nec dicant actores quod in vsuras non incidit interesse cambiorum. Immò est verum interesse, & considerabile respectu ipsorum qui sunt mercatores soliti ne-
3 gotiari iuxta tex. cum ibi traditis in l.3. §.fin.ff.de eo quod cert.loc.Quoniam aut proponunt interesse damni passi, aut lucri cessantis.

Quo ad interesse damni passi, nihil probatur, nec proponitur, & sic cessant duo excẽpla per ipsos adducta in quibus adest condemnatio ex mora ad interesse verè passum, & probatum per creditores ob retardatam solutionem.

Quo vero ad interesse lucri cessantis nihil probatum est de requisitis ad hoc necessarijs, sed actores producunt computum
4 cambiorum à se ipsis. Quod quidem vsuræ maculam non euadit. Cambiorum namque lucrum permittitur ob impensas in ministris, ob laborem in exercitio, & ob periculũ ex decoctionibus correspondentium, quæ omnia considerantur in veris cambijs. Cessant autem in huiusmodi paliata descriptione quinternionũ inter se ipsos. Vbi nec periculum, nec labor, nec impensa interueniunt, prout declarant omnes Theologi, de quibus per Caiet. in tract. de cambijs impresso mihi post Diu. Thom. in 1.2. Sot. de iustit. & iur. lib.6. quæst.8. art.2. Summ. Angel in verbo vsura il primo §.14. Sum. Siluest. in ver. vsura quæst. 4. & similiter Doct. nostri sicut Bal. in rubr. C. de constit. pecun. nu.1. & in cons.328. vol.3.& 447. nu.11. vol.5. Salyc. in auth. ad hæc q.11. C.de vsur. Alex. in cons.61. n.13. vol.2.

Rot.

Rot. Genue in decis. 1. num. 22. & clarius in decis. 37. num. 11. vbi in specie reijcit ista cambia quibus pars vti vellet in casu nostro, sicut & Ludou. a Peguer. in quęstion. criminal. c. 33. num. 1. & 4 Ruuius in repet. cap. per vestras in cap. incip. sexto cum dicit text. §. 9. num. 13. de donat. inter vir. & vxor. & Io. Baptista Lupus in tract. de vsur. comen. 3. ad c. nauiganti §. 2. num. 26.

Oportuisset autem probare quod pecu-
5 niam hanc exigere non potuit, quam exigere cupiebat, vt eandem implicaret in cambijs quodq; implicatio fuisset prompta cum tali, & tali lucro cum personis tutis, quorum nihil in hoc processu deductum est, & absque tali probatione non deberi interesse cambij tradunt Afflict. in decis. 20. Dec. in c. cum venerabilis num. 14. vers. & hoc verum de except. & in l. diem functo num. 8 ff. de offic. assess. post Bar. & Castr. in l. 3. §. fin. ff. de eo quod cert. loc. & in l. vnic. col. fin. C. de sentent. quæ pro eo quod interest profer. Couar. variar. resol. lib. 3. c. 4. vers. quod si Cæsarum, & Rot. Genuæ in dicta decis. 37. num. 11.

Non omittendo quod vbi adesset quęlibet
6 probatio semper tamen Iudex taxare deberet multo minus eo quod probaretur. Quoniam omnis probatio non potest respicere actum perfectum, sed respicit solum potentiam lucrifaciendi talem, vel talem quantitatem. Omnia autem minus perfecta sunt in potentia, quam in actu. Nescimus enim quid interim possit accidere. Et specificè in cambijs vt deducatur ad lucrum certum exigitur labor, industria, impensa, & forte periculum decoctionis correspondentium, ex quibus satis est dare minus lucrum, sed certum absque periculo, & labore, sic docet Thom. in 2. 2. quæst. 62. artic. 4. per totum, & hoc in effectu vult Dec. licet non ita clarè se explicet in cons. 321. num. 5. & 6. Et est ratio aliquorum quæ ponit Afflict. in dicta decis. 20. Ad quod sunt pulcra verba Arist. in 5. Ethyc. c. 4. dicentis quod ius emendatiuum medium tenere debet inter extrema incerta. Et sic procedit taxatio arbitrio Iudicis in c. si canonici in §. si autem, vbi glos. de offic. ordin in 6.

Et ex his omnibus (quatenus interesse deberetur satis rationabiliter Sa. Consil. explicaret octo pro cẽtenario etiam pro sequenti tempore iuxta partium conuẽtionem pro illo tempore supradicto.
7 Quæ conuentio substinetur quatenus nõ excedit lucrũ quod passim ex tutis emptionibus percipi solet, vt per Bal. in l. 1. num. 38. vers. tertio quæritur C. de his quæ pen. nomin. Dec. in dicto c. cum venerabilis de except. ant. num. 15. in vers. putarem. Couar. variar. resolut. lib. 3. c. 4. in octaua illatione.

Est enim verum interesse illud quod iux-
8 ta vsum Regionis certo lucrarer, & tale lucrum certum ac promptum nemo creditur prætermittere ex regula l. cum de indebito ff. de probat. & proinde etiam absque conuentione taxaretur à Iudice propter moram, vt per Alex. in cõs. 172. num. 20. & 22. vol. 6 post Cyn. & Bart. per eum relatos, & per Canonist. in cap. salubriter, & in c. conquestus, vbi glos. & Abb. num 6. de vsur. & seruari de stylo Sacri Consilij tradunt Afflict. in dicta decis. 20. & Capyc. in decis. 19. num. 8. licet absque dicta conuentione de præsenti stylo Sacri Consilij rationem septẽ pro centenario non excederet.

Venio ad tertium caput in quo teneo indubitanter tale interesse liquidandum esse in nihilo, aut paulo plus. Certum est
9 enim quod absque mora interesse deberi non potest l. mora vbi notatur ff. de vsur. & in l. lecta, & in l. quod te vbi Ias. num. 33. ff. si cert. petat. Couar. variar. resolut. lib. 3. cap 4. colum. 2. Crauett. in consil. 87. num. 5. & consil. 232. num. 4. Surd. decis. 262. num. 5. Gabriel commun. conclus. in titul. de solut. conclus. 10. num. 5. Bursat. in consil. 456. num. 26. vol. 4. Aduertendo quod Do-
10 ctores omnes nõ intelligunt de simpli-

ci

ci mora quatenus denotat retardatam solutionem, sed intelligunt de illa mora culposa ex qua inexcusabilis est qui non soluit. Idq; ante omnes docuerat Arist. in 5. Ethyc cap. 4. vbi statuens ius emendatiuum pro refectione eius quod interest, subdit ipsum qui iniquè in hoc egit, ad æqualitatem peruenire debere per emendationem. Pondero verbum illud iniquè egit, denotans culpam, nam sine culpa multi sunt casus in quibus mora non sufficit, vt interesse ab aliquo debeatur, prout explicat Diuus Antoninus Archiepiscopus Florentinus in secunda parte suæ Summæ, in titulo de Auaritia sub cap. incipient. Quid de pœna quem sequitur Afflict. in decis. 20. in vers. Et

11 ego. Et multi casus eiusmodi in quibus ex mora (quæ est verè mora, sed non culpabilis) non debetur interesse recensentur per eundem Afflict. in decis. 252. col. 2. Minad. in decis. 17. Couar. in dicto cap. 4. col. 2. Doctor. in l. acceptam C. de vsur. & in l. mora, & in l. semel mora ff. solut. matrim. ita vt neque per pactum contrarium statui possit, vt per Ioan. Bapt. Lup. in repet. l. curabit §. 6. num. 9. & 13. C. de act. empt.

Modo in casu nostro interrogo quænam culpa, aut quæ mora culpabilis apud Ducem poterit considerari? Ipse suorum bonorum conductori iniunxerat, vt prædictas pecuniarum summas exolueret. Ipseque conductor sic exoluere se obligauit. Creditores ipsi Duci numquam denunciauerunt à suis conductoribus non exegisse. Oportebat ergo Ducem credere ipsis creditoribus fuisse omni modo satisfactum, & hæc

12 tam iusta credulitas illum excusat cap. de quarta, vbi glos. & Doctor. de præscript. Bald. in margargarita ad Innocent. in verbo credulitas. Et ad ipsum Ducem constituendum in mora

13 oportebat creditores conductoris defectum Duci denunciare, & sic præfatam adeo iustam credulitatem auferre ex regula textus in l. liber homo la secunda in §. fine ff. de verbor. obligat. tradit ferè in casu nostro Rota Genuæ in decis. 86. num. 3. in fine, & num. 4. & annuerat etiam in decis. 37. num. 11. in versic. Respondetur. Ipsi nil tale fecerunt, & forte ex aliquibus causis gaudebant videri mites exactores, Nunc autem ex mora ipsorum petunt exorbitans interesse cambiorum absque vlla mora, vel negligentia debitoris.

Dicunt actores non oportuisse Ducem certiorare, qui delegauerat conductorem eodem præsente, & consentiente. Et proinde nocere debet ipsi Duci mora, & negligentia conductoris ab ipso delegati, & pro tali solutione facienda approbati, quam postea conductor non adimpleuit. Nos autem pro Duce defendimus, quod similiter ipse conductor nullatenus fuit in mora. Non enim conductor promisit simpliciter certo tempore certam quantitatem, sed expressit velle soluere illam quantitatem in literis traiectitijs contentam earumque vigore ipsi Duci in Hispania exoluenda. Talis autem promissio habet tacitam conditionem dummodò Dux exigat quantitates in ipsis literis demandatas, quæ tacita

14 conditio vsque ad ipsius euentum impedit obligationis natiuitatem l. item quia vbi glos. in verbo male petitur, ff. de pact. Bald. in l. si ex cautione in 8. quæst. C. de non numerat. pecun. Imol. in l. 3. ff. de legat. 1.

Certum est autem quod dies interpellat

15 pro homine in obligationibus puris l. magnam C. de contrahen. stipulat. Secus vero vbi adest conditio tacita, vel expressa. Quia tunc aut conditio numquam euenit, & numquam nascitur obligatio, aut euenit, & quia tunc nascitur obligatio impossibile est eodem momento oriri obligationem, & moram:

16 Sed ad moram constituendam post natam obligationem requiritur alius actus nempè interpellatio. Ita Bart. in l. ita stipulatus in tertia quæst. num. 49. & 50. &

& in l.quoties la prima num.2. ff. de verbor.obligat. loquens etiam in eo qui scit conditionis euentum, & in his terminis de communi testatur Dec. in consil.2.num.4. vers. Sed respectu, & nu.5. versic. Ex quo sequitur.

Vnde clarior est casus noster in quo præfatatum in Hispania solutionum nulla hic Neapoli data fuit conductori notitia. hic porro conductoris promisio de soluendo in tempore subsequenti ad tempus destinatum in literis cambij pro exactionibus in Hispania faciendis indicat exactiones debere præcedere, & per consequens tanto fortius inerat præfata conditio suspensiua obligationis, donec conditio ipsa per exactionem adimpleretur. Si ergo conductor soluisset non certioratus de exactione quæ poterat fortè non subsequi. Fecisset vtique imprudenter. Et tantò magis quia in illis literis traiectitijs cauebatur, vt pro qualibet rata quam Dux exigeret binas conficeret apocas de recepto. Et hinc poterat conductor arguere, quod ex illis apocis de recepto alteram debuissent creditores penès se ad eorum cautelam retinere, alteram vero huc transmittere ad ipsum conductorem certiorandum de summis in Hispania per Ducem exactis quas proinde hic Neapoli satisfacere oportebat.

Et satisfecisset sine dubio, sicut absque mora satisfecit primum semestre ducatorum 2000. cum primum illud Ducem exegisse innotuit. Et sicut in mense Februarij 1616. impetitus soluere reliquos ducatos 2000. nihil aliud respondebat, nisi vt sibi receptionis apocæ ostenderentur, nam & biennale actorum silentium potius indicabat præfatum Ducem secundum semestre forte non exegisse. Et post hanc obiectionem actores ipsi illas apocas vsque ad mensem Iulij subsequentis, ex Hispania transmitti non curauerunt. Et hinc magna arbitratoris dignoscitur bona fides, nam aliundè certioratus de exactione secundi semestri non expectauit, prout dissimulans hanc scientiam expectare potuisset apocarum aduentum, sed in fine mensis Martij soluit ducatos 1400. quos præsto habuit, & postea consignatis apocis supradictis soluit reliquos ducatos 600. Adeo quod respectu suæ scientiæ extraiudicialis, mora esset mensium trium in circa pro solis ducat. 600. sed respectu adimplementi faciendi per creditores in apocis consignandis fuit potius prœuenta solutio per idem tempus in illis ducatis mille, & quatuor centum.

Atque ex istis solutionibus, alia insurgit non minus vulgata quam verissima iuris conclusio, nempè quod si qua mora affuisset (quæ vt dictum est nullatenus affuit) tamen per sortis receptio-
16 nem absque protestatione de interesse nihil vlterius pro interesse peti potest l. final. ff. de eo quod cert. loc. vbi Bart. Paul. & Ias. num. 4. Innoc. in cap. grauis de restit. spoliat. Rot. Genuæ in decis.86. num. 3. & in decis. 87. ferè per totam. Dixi quatenus mora affuit, nam etiam pro illis ducatis 600. creditores non sunt in probatis quod conductor tempore solutionis ducatorum 1400. sciuerit exactionem ducatorum 2000. Et potuit soluere illam summam de qua forte notitiam habuerat. Si quidem illi ducati 2000. non semel sed pluries in diuersis quantitatibus exacti fuerant, perfecit autem solutionem cum primum sibi constitit de perfecta, & integra exactione. Qua propter si idem conductor talem scientiam non confitetur, adest aliqua præsumptio, vt partem soluendo exactionem integram non ignorauerit, sed vsque ad apocarum ostensionem probatio non affertur, & ex præsumptione nemo damnatur, & proinde nullum interesse deberi censeo. Deo Gratias.

Creditores videbant Sacr. Consil. contra illos dubitare, & nos adhæserunt pro concordia

cordia ego hanc consultationem illis osten-di qua visa modico recepto pro vero in-teresse acquieuerunt.

S V M M A R I V M.

1 *Ciuilitas in aliqua vrbe quomodo acqui-ritur. Et differentia eum non ciuibus, vt num. 2. Et qui illam acquirit ha-betur sicut reliqui ciues num. 3. præ-sertim circa onera, & honores nu. 4. Vnde & onera patiuntur num. 5. & patria obediunt magis quam parenti-bus num. 6. & in multis subijciuntur, vt num. 7. 8. & 9. Et è contra de-bent similiter partem habere in Re-gimine num. 10. v3. Nobiles cum aliis nobilibus num. 11. Et in alijs honoribus, vt num. 12. & 13.*

14 *Præscriptio ex longissimo tempore ha-bet vim legis, & priuilegij. Decla-ra si sumus in affirmatiuis, vel in ne-gatiuis, vt num. 16. & 17.*

15 *Ciuitates liberæ, vel subiectæ nimis dif-ferunt quo ad formam regiminis ex multis hic consideratis.*

16 *Consuetudo in affirmatiuis differt à ne-gatiuis, prout hic declaratur, & ra-tio differentiæ num. 17.*

18 *Prædecessores non possunt tollere ea, quæ habentur à genere, vel à Ciui-tate ex quo infertur ad feudum ex pacto num. 19. Et quid in sententia cum prædecessore num. 20. & ratio differentiæ num. 21. Quid autem in delictis, & in alijs gestis præde-cessorum num. 22.*

23 *Ciues ipsorum ciuitates administrare debere est de iure gentium.*

24 *Princeps declarat siuè (vt aiunt) limi-tat non autem tollit ius gentium. Eiusque gubernatio est optima inter reliqua genera gubernandi num. 25. Quid potest circa regimen num. 20.*

26 *Consuetudo quando est, vel non est ser-uanda præsertim circa regimen Vni-uersitatum contra ius commune nu. 27 Et quæ consuetudines fuerint confir-matæ per Regem Catholicum in an-no 1505. num. 28.*

29 *Aggregatio extraneorum, vel ciuium differt. Facta sunt aliquando, & de ipsarum conuenientia dictum fuit num. 13. Et de considerandis circa illam num 31. & 32.*

ALLEGATIO XC.

Pro nonnullis Nobili-bus.

In Dei Nomine Amen.



N Vrbe quadam præclarissima adsunt Sedilia in quibus conueniunt Nobiles ad ea, quæ Vrbis gubernationi expediunt peragenda. Conueniunt alibi, & populares ad illud idem, sed adsunt alij similiter nobilissimi, qui in Sedilibus non interueniunt. Ex istorum aliqui durum esse dijudicabant, vt populares viri vndecumque aduenientes acquisita ciuilitate, interueniant cum reliquis eiusdem ordinis in omnibus, quæ regimen Ciuitatis respiciunt, ipsi vero siuè ciues effecti, siuè etiam antiquissimi vrbis originarij, ab eiusdem vrbis regimine pœnitus arceantur. Quamobrem aliquibus Doctoribus conuocatis (inter quos illorum minimus affui) optabant agnoscere quid in hoc iustum esset, & quid in hoc fieri expediret. Conuenimus semel, & postea etiam ex his, quæ à Dominis Collegis audiueram infrascripta annotaui.

Et

Et primo quo ad iustitiam dignoscendam notum est ciuilitatem acquiri aliquibus
1 à lege statutis,& in hoc in dubijs pro ciuilitate iudicari inquit Bal. in cons. 183. incip. statuto ciuitatis circ. fin. vol. 2. Expedit enim ciuitates repleri l. 1. ff. solut. matr. l. certa forma vbi luc. C. de iur. fisc. lib. 10. vnde gaudenter suam vrbem populosam appellat Imperat. in Auth. de quæstor. post princ. Expedit autem præcipue illas repleti viris nobilibus qui vt plurimum armis,& literis,& fortunæ bonis promptius aptius, & decentius suo Regi & Patriæ inseruiunt l. cura §. deficientium l. rescripto §. sciant ff. de mun. & honor. l. ad subeunda & l. expertes C. de decur. lib. 10. Abb. in c. dudum num. 2. de elect. quamobrem vberius ad eorũ beneficium interpretãda est ciuilitas quę de iure communi tribuitur, ex incolatu, vt in l. 2. & l. ciues C. de incol. lib. 10. & plenius ex Regijs Pragmaticis. Si enim,&
2 erga exteros ciuilitatem non dum adeptos,& etiam erga eos qui nec illam adipiscentur quia non certis sedibus in vrbe permanent incolumitatem humanitatem,& in multis auxilium, & adiumentũ à ciuibus præbendum esse iussit Plato de Rep. vnde aliqua transumpsit Callistr. iurisconsl. in l. 2. ff. de nund. Luc. in dict. l. forma Bal. in c. 1. col. 1. de form. fidelit. Oldr. in cons. 87. quæritur an Princeps Ias. in l. cum seruus §. constat ff. de legat. 1. Canonist. in c. quod super extr. de vot.
3 Certe multo magis fauendum est ciuilitatem ademptis, qui per omnia sunt sicut reliqui ciues, vt per Luc. Ioan. de Plut. & reliquos in dist. l. 2. & l. ciues per Bart. in cons. 62. vol. 1. & expresse dicitur in Pragm. Regis Ferdinandi de anno 1579. quæ est prima sub tit. de immunit. vt in omnibus priuilegijs, gratijs prerogatiuis immunitatibus exemptionibus, & dignitatibus tractentur sicut reliqui ciues,& in hoc non opinor adesse difficultatem passim namq; videmus cum illis agi sicut cum reliquis originarijs excepto casu Pragm. secundæ sub eod. tit. nã ibi cognoscitur fraus quæ esse non potest in originarijs ad pernitiem vniuersitatum, qui casus nihil ad id ꝙ agimus.
4 Sed difficultas est generalis, quia non admittuntur ad sedilia quicumque in illis non reperiuntur quantumuis nobiles sint, & Patritij,& proceres,& magnates, siue exteri sint, siue ciuilitatem adepti, siue ciues originarij,& antiquissimi, quod quidem num sit grauamen patebit clarius recensitis prius oneribus ad quæ omnes ciues isti tenentur sicut reliqui de sedili-
5 bus, sic ad obedientiam l. veluti vbi Bal. concludens prius obtemperandum esse Patriæ quam parentibus ff. de iust. & iur. Bart. in l. postliminij §. filius ff. de capt. & postlim. reuers. & in tract. de represal. in 5. quæst. num 8. & probatur in l minime ff. de relig. & sumpt. funer. Patriæ, siquidem viuimus,& na[...]mus l. 1. § & generaliter ff. de ventr. in possess. mittend. l. 3. §. quod pater l. honor §. plebei ff. de muner. & honor. Nec quicquid imponit, quod à ciuilibus non sit exequendum l. si quis C. de decur. lib. 10. l. 2. de pręposs. agent. in reb. libr. 12. Et etiam non
7 iussus vbi quis in opPortunitatibus, & tãto magis, qui periclitatem Patriam pro viribus non adiuuaret ciuilitatem amitteret impius diceretur & infamiæ nota inureretur c. si nulla 23. quæst. 8. c. fortitudo 23. quæst. 3. l. vnic. C. si curial. relict. ciuit. libr. 10. Multa per Luc. ibi,& p Doctores in dict. l. quisquis, & in dict. l. veluti post Valer. Max. in tit. de pietate erga Patriam.
8 Quibus corollarium est, vt cum isti nobiles extra sedila ita sint de corpore Ciuitatis sicut reliqui de sedilibus, teneantur & isti ex contractibus alijsue gestis p eos qui Ciuitatem representant ad tradita in l. quod maior ff. ad municipal. quemadmodum passim videmus in gabellis alijsuè oneribus quæ ab ipsis imponuntur, ignaris penitus istis nobilibus.
9 Idemq; esset si communicato consilio, vel aliter Ciuitatem representantes delinquerent, vt per Bart. in tract. represal.

in princ.& in l.aut facta in §.fin. ff. de pen. Abb.in c.dilectus nu.13.de simon. & ligantur sicut reliqui iuramento, per ciuitatem præstito debitæ fidelitatis, vt per Loffred. in conf. 45. num. 17. post Luc.de Penn.in rubr.de decur. & nota est pena scutorum centum mille quam & isti nobiles sicut reliqui in vniuersum sentiere exacta ab Illustrissimo tunc Prorege Petro à Toledo ex causis quarum isti nihil regiminis cõtrectantes erant penitus expertes. Et dum ex contractibus
10 tenentur,& ex delictis, durum est vt teneantur penitus ignari,sed in his,ex quibus tenentur debent omnimodo interuenire l. 2.vbi Luc.C.de decur. libr. 10. Inn. in c. dilecta de excess. prelat. & de omnibus loquitur text.in l.fin.& ibi Bartol.num.12.& 13.ff. de colleg.illic.vniuersitas enim aliud non est nisi singuli homines ipsius l.sicut §. 1. vbi glos. in verb. nõ debere ff.quod cuiusq.vniuers. & propterea non aliqui, sic & aliqui nõ, sed singuli in rebus ipsius vniuersitatis sunt vocandi, vt per Bart. in l. nulli in fine ff.quod cuiusq;vniuers.& in l.omnes populi num 16.ff.de iust.& iur. Felin.in c.cum omnes de const.Alex.in cons 32. vol.4.probatur in l. fin. C. de vendend. reb ciuit.lib.11.& in l.fi.C.de legat. lib. 10. quod enim omnes tangit debet ab omnibus approbari c. quod omnes de regul.iur.in 6.Et iniquum est non vocari eos de quorum interesse agitur cap. obeuntibus 63.dist.c.propter ecclesiasticas 18.distinct. l. nominationũ vbi Luc. C.de decur.lib.10.cap.in decis.27.num. 21.& 22.Alex.in cons.132.vol.4.& Felin.in dict.c.cum omnes.Dixi autem debere vocari,hoc enim est necessarium,nõ autem dixi debere interuenire quoniam omnibus vocatis sufficit maior pars interuenientium dict.l.nominationum, notat glos.in dist.c. quod omnes iuxta terminos dictæ l.quod maior ff.municip.

11 Si autem vocandi sunt clarum est non esse vocandos in penam absque culpa contra regulam text.in c.Ioannes de homicid.sicut pena esset nobiles popularibus admisceri cuius generis inconueniẽs nauseat Imperator in l. fin. C. qui milit. non poss.lib.12.nihil enim agendum est in detrimentum eorum dignitatis cui solum ex delictis grauissimis præiudicatur l.1.C.vbi Senat. vel Clariss. c. 1. de purgat. canon. pulcre Luc.in l. mulieres C. de dignit.lib.12. sed immo omnium dignitas conseruanda est l. 1. C. de dignit. lib.12.l.1.& 2.eod.lib.C,vt dignit. ord. seruet. & in obseruatione dignitatum versari publicam vtilitatem inquit text. in l.1.§.sed & si in vers. publice enim ff. de ventr. inspic. quin potius ciuibus est passim augenda l.vt gradatim ff.de mun. & honor.consequens ergo est, vt cum alijs nobilibus conuocentur l. 1. ff. de alb. scrib. & in tit. prædict. vt dignitat. ord.seruet.in rubr.& nigr.ferè per totũ
12 & sic vocari debent non solum quia (vt diximus) iustum est illos adesse in negotijs in quibus agitur de proprio interesse, sed etiam quia decus est quemque suę patriæ inseruire, vt per Valer. Max. vbi supra,idemq; (preter innumera quæ ab externis afferri possent);honor expressè nuncupatur in l. honor ff. de muner. & honor.Et eo vsq;seruitium Patrię gloriam confert, vt & mortui in eius seruitio per gloriam viuere dicantur in §.sed si in bello inst.de excus. tutor. Et durius est,quia hoc decus non denegatur exteris popularibus intra ipsorum ordinem licet nuper ciuilitatem adeptis, denegatur autem nobilibus quantumuis antiqis ciuibus & originarijs,vt in initio dicebamus. Insuper decus est legatione fungi apud Regem, Proregem associare vice Regni vrbem integram à quatuor viris representari, & alia huiusmodi, quibus honoribus tanquam correspondentibus oneribus sumptibus, & subiectionibus supradictis priuari non debent (iuxta suam cuiusque dignitatem)ipsimet ciues qui eiusdem subiectionibus sumptibus, & oneribus subiacent iuxta text. in l. 3. §.Præses ff.de mun. & honor.Bartol. in cons.

conf.62.punctus talis est vol.1.& in tractat.de regim.ciuit.nu.11. alias esset societas Leonina inequalis nec permittenda, vt in l. si non fuerit S. Aristo ff. pro Soc.tradit Arch.in c.fortitudo 23. quęstio.3.simile est quod dicitur in c. esto. 95.distinct.cũ traditis,per Afflict. in dec. 265.& in const. Regni vt participatio, & porro non cum exceptione personarum sed vnumquemque nobilium functiones ciuitatum quas habitant agere debere inquit Imperator in S.si qua vero in auth. de defens. ciuit. & subdit rationem quã Paulo superius dicebamus, nempe vt hæc illis conferatur habitationis recompensatio,& similiter de omnibus generice loquitur tex.in l.1.& 2.C.de muner. patrimon.lib.10.Ad inuicẽ nãq; se respicisit cõmoda & incommoda l.vnic.S.pro secundo C.de caduc.toll.S.1.inst. de legit.patr.tutel- ricio

13 Hæc omnia sic rationabilia sunt vt multi Sedilium nobiles, & præsertim dignio re s palam dicant aggregationes iustas esse, & Regis seruitio vrbisque splendori expedire præsertim ad replendas vices tot familiarum in sedilibus extinctarum, & ad magis cõcordiam ciuium colligandam,vt omnes filij sint ciuitatis, nõ autẽ tot adsint ferè priuigni qui res nouas nõ ita abhorreant sicut filij, sed omnium potius fraterno affectu collatis viribus atque fortunis validius Regis vrbisq; seruitio prospiciatur, Proindeque pluries ab ipsis sedilibus aggregationes diuersis temporibus factas esse. Nunc obstare Regias prohibitiones quarum dispensatio esset ab ipsa Cattholica Maiestate impetranda ipsosque in hac re iuuaturos potius quam oppugnaturos. Et verum dicant oportere Maiestatem ipsam adiri à qua,& quid iustum sit, & quid expediat perpendatur. Sed prius quam deueniamus ad secundum caput eius, quod expedit concludamus Primum quo ad iustitiam vbi forte ab aliquibus oppugnaretur vel vbi à iudicibus forte in hoc delegandis ex officio dubitaretur, & quia (ni fallor) dubitari non potest, ex supradictis fundatam esse nobilium intenctionem,possunt aduersus illos ex mea sententia duo tantum,& non aliud opponi præscriptio nempe huius regiminis, per tempus immemoriale sicut nunc cernitur,& eiusdem regiminis per retro Reges confirmatio.

14 Quo ad præscriptionem dum clarum est hoc genus regiminis in vsu fuisse per tempus immemoriale videtur eiusdem regiminis præscriptionem inductã fuisse ex vulgatis iuribus in l.hoc iure in S. ductus aquæ ff.de aqua quotid. & estiu. in c.super quibusdam,vbi late Abb.de verbor.significat.tanto enim tempore præscribuntur, etiam ea quæ alias de sui natura non sunt præscripsibilia c.1.S.si. de præscript. in 6 etenim talis vetustas vim habet Priuilegij dict.S.ductus aquæ, & vim haber legis vt in l.1.S.fin.ff. de aqua quotid. & estiu. Et augetur oppositio exemplis Venetorum Genuensium & similium, non admictentium ad regimen prærer antiquos nisi quos passim libuit agregare.

15 Pro responsione aduertendũ est prius, longe differre, quo ad hoc ciuitates liberas ab alijs superiorem habentibus ille enim ex potestate quam habent legis cõdendæ potuerunt tale regimen ibi statuere sicut legitur in eorum constitutionibus,& sufficerer eodemque modo pro lege haberetur sine scripto ita seruari l. de quibus in vers. Nam cum ipsæ ff. de leg. Er certe nobiles illi, qui Rempublicã primitus cõstituerunt, aliasque vrbes & prouincias ipsi Reip. submiserunt nõ debent inuidiæ notari si regimen illarũ suis posteris, & non alijs permiserunt, nec forsitan tutum dijudicabant alieni genis pacem tranquillitatem imperiumq; ipsius Reipub. committere erga quam nõ ita propensi essent ciuilitatem nuper adepti, sicut origiarij quorum maiores Imperium quęsierunt,& quorum posteri ibidem verisimiliter commorabuntur, Nec omittendo quod ex Historijs earundem

dem vrbium colligitur omnes illorũ tẽporum nobiles nemine excluso interueniſſe,& inſtituiſſe illius generis Regimen Quæ omnia ceſſant in ciuitatibus ſuperiorem habentibus. Primo quia non agitur de re tanti momenti, ſed ſolummodo de ipſius ciuitatis adminiſtratione, quæ adminiſtratio cum prædictis honoribus annexis,à lege tribuitur in recompenſam onerum ſumptuum,& ſubiectionum ad quas ob ciuilitatem obligamur. Secundo quia ſicut inferius fundabitur Ciuitates ſuperiorem habentes, non potuerunt tacite, nec expreſſe conſtituere certam legem adminiſtrandi excluſiuam aliorum,qui ad idem regimen vocantur de iure communi,& ex Regijs Pragmaticis,vt ſupra deduximus, Tertio grauamẽ eſt conſiderabilius, quia non modo excludũtur ciuilitatem adepti nouiter, ſed etiam antiquiſſimi nobiles,& originatij.

16 Et ſic dum nec iure à poteſtatem habẽtibus conſtituto nec æquitate nec exemplis poteſt talis excluſio defendi videndum eſt ex diſpoſitione iuris communis quid operetur antiqua conſuetudo. Circa quam ſciendum est quod ſi ex conſuetudine pretenditur aliquid affirmatiue ſicut mihi licere per tuum fundum ducere plauſtrum,vel tuo ſolo ſiue pariete vti ad aquæ ſtillicidium vel ad tigni immiſſionem ſatis eſt tuum ſilentium quo videris acquieſcere,tempus autem ſilentij aliqui putant omnino eſſe debere immemorabile,vt in dict. §. ductus aquæ,& de immemorabil. intelligunt illam vetuſtatem de qua in l. 2. in princ. ff. de aqua pluu. arcend. alij credunt ſufficere tempus requiſitum in alijs præſcriptionibus annorum decem vel viginti cum titulo, & bona fide,vt per gloſ. in dict. l. 2. & latius in antecedenti l. 1. §. fin. & cum innitimur huic tempori annorum decem vel viginti requiri inſimul duo alia requiſita annotarunt Bartol. & reliqui in l. final. ff. de aqua plu. arcend. Si vero prætenditur aliquod negatiue ſicut tibi non licere altius tollere, vel non licere meis luminibus officere, tunc circa tempus ſiue annorum decem aut viginti cum alijs requiſitis,ſiue immemorialis abſque alijs requiſitis, differens eſt eius curſus à caſu præcedẽti Ibi enim ſtatim videtur innouatio præiudicium pariens,& ſic patientia eſt conſiderabilis,vt incipiat currere tempus ad præſcribendũ vt in l. item quæritur §. qui impleto ff. locat. ſed in negatiuis per quodcumque tempus noluerim fabricare vel altius tollere,nihil fiebat ex quo præiudicaret, & conſequenter nec mille anni nocere poſſunt,ſed tempus in mei præiudicium incipit currere à die quo volui edificare, & tu me prohibuiſti, ſicut fundabimus applicando prius terminos ad caſum noſtrum,in quo nobiles ſedilium tanquam ciues recte interueniunt in regimine ciuitatis,& ad iuſtificandum hunc interuẽtũ nõ indigẽt immemoriali poſſeſſione, quia ſufficit eſſe ciues, ſed ſi eſſet res indigens conceſſione, vel priuilegio ſufficeret poſſeſſio immemorialis ad obtinẽdum,quod ſic debent interuenire verũtamen dum vlterius progrediuntur prohibendo alios ciues,quos de iure fundauimus debere ſimiliter interuenire,vtiq; ad iuſtificandam hanc negatiuam ex curſu temporis oporteret tempus incepiſſe currere a die in quo iſti ciues tentaſſent

17 interuenire, & fuiſſent prohibiti & tacuiſſent, tunc enim fuiſſet cognitum aduerſarios prohibere animo acquirendi ius negandi,& prohibendi illorum interuentum, quæ cognitio eſt neceſſaria ad hoc vt tempus proſit ad huius iuris acquiſitionem,vt per Inn. & Abb. in c. bone lo 2. de poſtul. prælat. veron. de ſeruit. vrba. præd. cap. 17. num. 2. & alias in huiuſmodi negatiua tempus nullatenus currere docet gloſ. communiter recepta (ſicut ibi annotat apoſtilla) in l. 1. in primo intellectu C. de ſeruit. & aqua,& ibi Cin. in 6. quæſt. num. 8. Bart. & Salicet. in 2. oppoſ. Angel. ad eam glo. num. 6 Bald. in l. 2. cod. titul. in verſ. quæritur an negligens,vbi ſpecifice loquitur de eo, qui

qui volens & debens interuenire in aliquo actu repellebatur ex eo quod interuenire non erat solitus Abb.in c. significate in primo notab.de appell.& in c. fi. in fi.de rest. spol. Iaf.in l.quo minus nu. 28.ff. de flum. Alex.in conf. 174. vol.2. Aym.cōf.224.in fi.Tales autē pſſiones propositæ,& impugnatæ non apparent nec vnquam affuere, & generice in prohibendis his quæ licent non considerari tempus,nisi vbi est sufficiens à die prohibitionis tradit Bart.exagerans etiam per mille annos in l. cum notissimi num. 4. in fi.C. de præscript.30.vel 40. annor.

18 Vlterius non potuit currere centenaria siue immemorialis in præiuditium istorum nobiliū,nam aut loquimur de illis q aduenerūt & ciuilitatē adepti sunt infra hoc tempus,& clarum est immemorialē non concurrisse contra illos,& multo minus contra eius descendentes ex alia ratione, quæ mox dicetur, Aut loquimur de vetustioribus etiam de illis qui aderant in initio sedilium , & dum clarū est sedilia non fuisse constructa,ex authoritate Regia includēdo aliquos,& reliquos excludendo , sed ceperunt nobiles cuiusq; quarterij congregari pro agendis rebus vniuersitatis, sequitur,vt alij ciues nobiles,qui adesse poterant si non aderant non sibi præiudicabant tanquam in re mere facultatis, vt per Bart. in dict. l. cum notissimi cū similibus , in istis enim non datur tacita renunciatio nisi à die prohibitionis , vt supra fundauimus , & quamuis adesset renuntiatio tacita , & etiā expressa non posset nocere posteris , qui tanquam ciues habēt ius interueniendi in regimine ab ipsa ciuitate tex. est in l.3.ff.de interd. & relegat. quem Andr. in c.1.in princ.an agnat.& in c.1.§.si vassallus culpam si de feud. defunct. milit.

19 & alias sæpè,vt ibi in addit.allegat ad pbandum,quod factum prædecessoris nō nocet successori in feudo ex pacto,& magis in alijs quæ habentur à genere. Imò hoc nonnulli extendunt etiam ad sentē-

20 tiā latā cum prędecessore,vt non noceat successori quos omnes congerit Melch. Pelez.de Maior.in 2.part.in 4.quæst. illat.2. num.9.& 10. Præs. de Franch. in decis.523. num. 18. & latius conf. de Ann.in conf.18.num 2. vbi sunt videndi ne hic repetantur verum est,quod alij nonnulli tenent contrarium quos ipsemet enucleat num.18.Primam tamen opinionem acriter defendit in eo conf. iuncto præcedenti,& subsequenti.

21 Verum quicquid sit in sententijs,in quibus adest publica vtilitas, vt sit litium finis, & non eadē quæstio ad instantiam cuiuslibet, & ferè in derisum iudicis milies repetatur vnde exceptio ex l. cum quæritur cum duab.seqq.ff.de excep.rei iudic.non procedit aliquando etiam in diuersis personis , & in diuersis rebus si est eadem quæstio l.iulianus,l.egi,& l. si quis cū totū in §.si ancillā vbi gl.in verb. id quæritur,& Paul.Castr.ff.eod.tit.esse enim eandē quæstionē supplet interpretatiuę reliqua requisita dictæ l. cū quæritur sicut notat Socc. in dict. l. iulianus & post alios Reg.de Pōt.in cōs.49.nu.4. cū seqq.& cōs 62.nu.36. siquidē origo petitionis nō differēs à substquēti diiudicari facit eadē causā eadē rē atq; idē ius l.si mater §.eandē causā ff.de except.rei iud.l.fidū vbi gl. & Soc.ff eod. Quicquid (inquā)ex his alijsue rationib' sit in pꝛiuditio,q posteris orisetur ex sētentia lata cū pdecessoribus,cessāt rationes illæ in pręiuditio,quod eisdem orisetur ex negligentia alijsue gestis prædecessorum,quo casu cessat fauor publicus odium replicatarum litiū,contemptus iudicis,& similia quæ consideratur in sententijs. Immò in illo casu sicut præsumitur pro sententia, ita præsumitur consequenter parū ius fouere eos quorum prædecessores in iuditio succubuerunt, sicut bene considerat Couar. pract.quæst.c.13.col. 4. in vers. ceterū. Sed in casu nostro fundauimus iustitiam istorum nobilium, & absq; vllo inconuenienti stat pro eis regula l. 3. de interd. & relegat. vt nihil præiuditij ex maiorum gestis oriri potuerit, sed incolumen

lumen hoc ius permanserit quod à genere illis peruenit, & à ciuitate.

In hanc conformitatem (extra casum sen-
22 tentiæ latæ contra prædecessores qui casus controuertitur, vt dictum est) videmus absque controuersia recipi in reliquis casibus, vt prædecessores præiudicare non potuerint. Sic in istis non nocet filijs crimen patris l.crimẽ ff.de pœn. l.sancimus C.eod.& specificè quò ad regimen ciuitatis nullum patris delictũ filio pœnè esse dicitur in l.2.§.nullũ,ff. de decur.non omittẽdo quod illa generaliras declaratur, & limiratur per alia iura quo ad delictum læsę Maiestatis, & aliorum atrocium,vt per glos.aduertitur, sed genericè prędecessor,nec delinquẽdo pręiudicat, & similiter de libertis qui habeantur à genere loquitur text. in l.4. ff. de iur. patr. & de amissione ciuitatis ex delicto,nec tamen præiudicante posteris loquitur text. in dicta l.3. vbi latè glos. Similiter in his quæ habentur à genere, vel à ciuitate non præiudicat parentum sordita[s],& exercitium artis, quæ nobilitatem auferret,vt post alios communiter firmat Tiraquell.de nobil.cap.35. nu.4. Et contra expressam declarationem paternam, agendo ex propria persona obtinuerunt reintegrari ad honores sedilis Capuanæ Troianus, & Fabritius Acciapaccia sicut vidi processum, & illius etiam meminit Consil. de Ann. in consil.17. num.22.

Denique aduertendum est,quod sicut de
23 iure gentium distincta sunt dominia, & vrbes conditæ l.ex hoc iure ff. de iust. & iur. sic ipsarum Vrbium regimen tãquam necessario annexum, est similiter de iure gentium l.ad rem mobilem ff.de procur. l.2.ff.de iurisd.omn.iud.Non enim permanet ciuitas nisi ciues illam defendent, & sic Bella de iure gentium esse dicitur in d.l. ex hoc iure.Et similiter tpe pacis stare non potest ciuitas absque regimine, vt inquit Plat.de rep.in princ. & pluries Arist.in lib.1. Polyt. Nec exteri ad hoc munus vocandi erant, sed in ipsa vrbis constitutione hoc onus,& honor ciuium per necesse continebatur, vt in l.3.cod. titul.de iurisdict.omn.Iudic.Illa autem
24 quæ sunt de iure gentium per solum Principem possunt non omninò tolli,sed ex causa limitari,& dispẽsari, vt per Doctor.in l.fin.C.si contr.ius,vel vtil. publ. & in c.quæ in Ecclesiarum de constit.Et post vetustiores Turam.de leg.lib.3.c.3. & latius eminentissimus Regens Tappia in rubr.de constit.Princ.num.44. cum seqq.vbi etiam tradit illa verba limitationis,vel dispensationis,magis propriè dici declarationem, quod & nos tetigimus in alleg.16. circ.fin. Et hæc in Principe, sed vt Ciuitas recognoscens superiorem,& tanto magis,vt aliqui particulares possint alijs in eo pręiudicare,quod eisdem competit de iure gentium, est impossibile. Et si instar plura esse genera gubernandi,vt per Arist.in 3.Polyt.& optimum seruari apud nos, vt guberne-
25 mur per vnum Principem in quem omnis potestas translata est, hæc omnia vera sunt, & habentur per Diu.Thom. de regim.Princ.per Egid.Roman.de regim. ciuit.& ex nostratibus per Bar.in eodem tract.de regim. ciuit. cum alijs sicut dixi in alleg.10.num.18.& in alleg 82.nu.7. Et sic Princeps declarando ius gentium fecit tot leges in titulis de decur. & in alijs multis,vt per Bar.vbi supra, & in hoc Regno tot Pragmaticas circa administrationes Vniuersitatum. Et si idem Princeps omnia gubernaret rectè quidẽ nam in ipsum omnis potestas translata est. Sed in his in quibus permittit vrbes seipsas regere, illud regimen spectat ad ciues,nec ad aliquos ciues,sed ad omnes vt clarissimè supra deduximus, & nunc ponderauimus ad illos spectare de iure gentium,vnde tanto minus potest aliquibus per alios præiudicari.

Sed dato quod hoc spectaret de iure ciuili,
26 quis nam recipit, & admittit consuetudinem populi, & tanto magis partis ipsius populi superiorem recognoscentis in præiudicium aliorum,& contra dispositiones

ſitiones iuris communis? Certè ſi conſuetudo eſt ſecundum legem claram cõfirmat eius obſeruantiam l.minimè, & l. nam Imperator,ff.de leg.ſi eſt lex dubia illam interpretatur l. ſi de interpretatione cum l. ſequent. ff. eod.Vlterius ſi eſt præter legem creditur à Principe tolerari ſi habet rationem abſque alterius læſione,& ex longo vſu ſeruatur,licet cautela ſit eas confirmare quemadmodum confirmatæ ſunt noſtræ conſuetudines ſicut ibi Napod.in proœm.Nam ex confirmatione Principis ſuſtinetur etiam cõſuetudo contra legem, ſed abſque confirmatione minimè,& ſolum ſuſtineretur in his quæ ſunt præter legem,vt traditur in dicto S.ductus aquæ,& per Canoniſt. in c. ſuper quibuſdam in S. præterea de verbor.ſignif.& ſic procedit text. in l.3. cum alijs,vt in glo. C.de edific.priuat. & procedunt ea quæ dixi in alleg.1.nu.35. cum ſeqq. Sed ſi conſuetudo eſt contra legem, nullam vim obtinet, inquit enim Iuriſconſ.in l.de quibus ff. de leg. quod ceſſante lege id cuſtodiri oportet quod moribus,& cõſuetudine eſt introductum ergo contrarium eſt,vbi lex aderat,& rationem pulcherrimè ſuo more affert Angelicus in 1.2. quæſt.97. artic.3. dicens quod conſuetudo, quæ obligat iam eſt lex,& conſequenter eſt res adeo bona, vt donum Dei nuncupetur in l. nam & Demoſthenes ff.de leg.Sed ſic eſt quod qui primus contrauenit legi fecit rem malam,ergo non potuit initiare conſuetudinem bonam, & conſuetudo abſque initio non poteſt inueterafcere, quod requiritur ad eius obſeruãtiam,nec proficiunt plures actus,quia non quod fit, ſed quod fieri debet l.ſed licet ff. de offic.Præſid.& ceſſante bono initio omnes actus eodem modo ſunt mali, & plura mala non poſſunt facere vnum bonum, Quod quidem alijs verbis iura noſtra dicunt non eſſe conſuetudinem, ſed corruptelam reijciendam,& nullo tempore conualeſcere c.fin.de conſuet.c.conſuetudo,& c.fruſtra 8.diſtinct.c.fin. de preſcript.glo.optima in c.1.in verb.conſuetudine extr.de teſtam. & in l.1. in verb. aut legem, & Bald. in princip.C.quæ ſit long. conſuet. Vnde merito contra illas exclamat pluries Andr. noſter præſertim in prælud. feud. quæſt.3. & in prohœm. conſt.col.11.verſ.Idem ſi ſtatutum,& in rubr.de feud.cogn num.2.& Aluar. in c.1.eiuſdem tit. cum alijs,vt latiſſimè in
27 tract.conſuet.tom.2.fol.mihi 361. in princ. Et in ſpecie de inueterata conſuetudine contra ius circa Regimen nõ fuit habita ratio in S.C. teſte Præſ. de Frãch. in deciſ.210.num 1. Et cum poſtea in alia cauſa noluiſſet S.C. alterare ſolum in poſſeſſorio ſicut in fine illius deciſ.tamen in petitorio illud abrogauit, vt in addit. per eundem impreſſa vna cum alijs in fin.ſecundi volum.De iure autem in caſu noſtro ciues omnes interuenire debere iam ſupra firmauimus tàm de iure communi, quàm attentis Pragmaticis Regijs, & conſequenter contra ius adeo clarum tot ciuibus competens, nõ potuit per talem conſuetudinem præiudicium aliquod afferri.

Nec dicatur hanc conſuetudinem fuiſſe in-
28 ter alias confirmatam per Regem Catholicum in anno 1505. capitul.5. fol. mihi 54. Nam in prima parte loquitur de conſuetudinibus ſedilium, ſed cum declaratione, vt ſeruentur ſolitæ ſeruari inter nobiles ipſorum ſedilium, & hinc cõfirmatur ipſorum vſus in matrimonijs contrahendis qui dicitur nobilium platearum,confirmatur modus eligendi ſindicum,& electos,& deputatos, & his ſimilia inter ipſos,ſed nõ vocare alios nobiles ad regimen non eſt ſolitum reſtrictum inter ipſos.Eſt autem quidam vſus (qui prætenditur iniuſtus) reſpiciens alios, nempè illos qui non vocantur, & illis non intelligitur voluiſſe Regem præiudicare ex vulgata regula l.2.in S. merito, & S.ſi quis à Principe ff. ne quid in loc.public.per Bart.& reliquos in l. fin. C.ſi contr.ius,vel vtilit. public. Et dum hoc non ſpecificatur quælibet ampla, &

generica confirmatio intelligi deberin eo q reperit confirmabile,& cõfirmabile nõ reperit id,quod nõ est iustũ sicut nihil allegans tanquam in re clara hoc aduertit Præs.de Franch. in decis. 210.in princ. & est ad hoc tex. aureus in cap. examinata de confirm. vtil.vel inutil. firmat Bald.in l. nec damnosa C. de prec. Imper.offer.& in c.1. in princ. per quos fiat inuest.bene Loffred.in cons.4.n.22. & 23.cum seqq. & Felyn.in c.Ecclesia Sãctæ Mariæ,col.2.de cõst.Et verè quicquid considerat,& Doctores quos affert Loffred.in cons.51.præsertim num.10.

29 procedit, & loquuntur quando agitur de aggregandis extraneis erga quos statuitur res gratiosa, & absque alicuius iniuria potest sedile statuere certam formã aggregandi iuxta tradita per Bal.in l.2.§. deinde cum essent ff.de orig.iur.latè Bologn.in l.omnes popul.num.55.ff. de iust. & iur.Solon. de pac.ad leges Tauri in l.3.num.590. Sed quo ad nobiles ciues probatum est ius eorum tolli dum non admittuntur.

Cum ergo probatum sit istos Nobiles fouere iustitiam, reliquum est vt discutiatur,quid illis pro ea consequenda agendum est. Et in hoc breuis est responsio, quod licet in omnibus præsertim in administranda iustitia amplissima sit Proregũ potestas,tamẽ in præsenti negotio nihil penitus inconsulto Rege innouari et stantibus Regijs prohibitionibus tàm circa aggregationes,quàm circa lites absq; suę Maiestatis licentia non inchoandas. Et quãuis huiusmodi prohibitiones nõ adessent Regem tamen consulere ob rei pondus Proregi prudentissimo videretur. Adeunda igitur sua Excellentia,& informanda de negotij iustitia,& æquitate, Exorandaq; vt si decens videtur petitio licentiã adeundi Regem,atq; suæ protectionis munimẽ dignetur apud Maiestatem Catholicã impartiri. Ad Regẽ namq; suarũ vrbiũ,& ciuiũ Dominũ spectat earundẽ vrbiũ Regimen, ciuiumq; munera

30 dignitates,& reliqua eiusmodi instituere l.1.C.de priuil.vrb. Costant. l.1. vbi latè glos.Luc.de Penn.& Io.de Plat.de Metropol.lib.11.Andr. & Afflic. in c.1. §.si quis demanso de contr.inuest. & in const.Dignũ,& in const.quia frequenter probatur in l.quod in rerum §.1.& in l. planè § fin.ff. de legat.1.& in l.nemo C. de dignitat.lib.12.Bal.in §. ad hoc de pac.tenen.multa per Bar. in tract. de re-

31 gim.ciuit.vltra moderniores de quibus per Bouad.in sua republ.cir.princ.Apud quẽ Regem iustissimum, atq; sanctissimũ credendũ est vacuas irritasue futuras nõ esse preces tali iustitia,& ęquitate suffultas.Iustitia fũdatur ex supradictis latè discussis, æquitas, & multa conuenientia colligitur ex annotatis sub nu. 13. & latius ex aduertentijs in facto, quæ cũ istis allegationibus vniũtur cõsignãdę personæ quæ S.M.preces afferet,eiusq; oportunos ministros de negotio informabit.

Hæc scripsi postquã semel,sed latè discusserã cũ eximijs aduocatis Paulo Staibano, Io.Andrea Bonito, & Camillo Villano qui fuit postea Regius Cõsiliarius, & tã istas allegationes quã supradictas aduertentias in facto illis corrigendas dedi,ipsi pro eorum vrbanitate vtrasq; cõmendauerunt. Et cũ iterum conuenissemus pro supplicationibus siuè (vt aiunt) memorialibus conficiendis silebã ego, & subsistebam,illisq; interrogantibus quid hoc es-

32 set? respõdi quidem me illucusq; quod mihi superest non siluisse,si ipsorum aliquis assumpsisset scribendi munus. Plenius enim idẽ munus perfecissent si perfici opus erat,vel fortè hunc laborem nõ ita celeriter assumendum esse dijudicassent,sed quando hoc à me fieri iusserunt nihil dixi ex quo videretur iniuncti oneris me pigere statimq; vt clientes optauerant ita scripsi. Tunc vero, vt ad praxim negotij deueniretur cum tantus, & tam dispar sit numerus nobilium extra sedilia interrogaui, qui nam sunt illi qui subscribent memorabilia, & huius prætensionis defensionem aggredietur? num pauci?vel multi? Si pauci ex hoc ip-

so

ſo debilitatur prætenſio, quod tot reliqui non adhærent. Et Rex opinabitur maiorem partem aut hoc nolle, aut non iuſtum, aut non conueniens eſſe dijudicare. Et inſuper illi pauci aut ſunt humiliores, aut ſublimiores. Si humiliores videntur incongrue dolere in eo quod à ſublimioribus æquo animo fertur. Si ſublimiores tunc reliqui videbuntur negligi, & totis viribus defendent in hoc non procedi, vel non aliter procedi, quam ipſis incluſis. Et hinc in vrbe diſſentiones quas non aliter, quam nouæ rei progreſſum impediendo compeſcere oportebit. Si ſubſcribentes erunt multi maior inuidia tenebit eos qui omittuntur, nec dicatur magnus numerus comprehendet omnes familias, quæ poſſunt ad hoc congruè aſpirare; Nam diuerſa nobilitatis, ac dignitatis genera ſic ad inuicem proximè accedunt, vt à ſummo nobilitatis gradu paulatim deſcendentes, & modicam differentiam ac latens decrementum vix agnoſcentes ad imum vſque deueniemus. Et è contra ſui cuiuſque exiſtimatio ita decipit, vt innumeri quos omittere oporteret iniuria affici opinarentur, & ſequerentur inconuenientia modo relata. Si autem omnes hoc prætendentes admitterentur, turbaretur merito gratus animus qui (vt ſupra dixi) nunc oſtenditur à nobilibus ipſorum Sedilium, Et ipſimet ſplendidiores Nobiles extra ſedilia dedignarentur cum ſubſcriptionibus hominum obſcuræ nobilitatis admiſceri. Dixi, & Collegæ ipſique clientes qui preces offerre feſtinabant, diſcuſſis prædictis dijudicauerunt hæc omnia eſſe maturius conſideranda.

Deo Gratias.

Præter id quod in Allegationibus paulo ante annotatur, nihil noui addendum eſt.

SVMMARIVM.

1 Mulier de iure communi licet nubat non per hoc patriam poteſtatem euadit. Quid autem ex noſtris conſuetudinibus. Et de ſententia Napodani numero 2. 3. 7. Et de effectu poteſtatis viri num. 4. Quid autem de iure Longobardo, & Franco num. 5. Quid apud Hebræos, & quid de iure canonico num. 6. Et quid ex mo re magnatum, & ex conſuetudine Capuanæ, & Nidi num. 10.

8 Mulier effecta ſui Iuris per matrimonium, an ſi efficitur vidua reincidet in patriam poteſtatem. Et quomodo durante matrimonio teſtatur, numero 11. Etiam viuente patre, num. 12.

9 Conſuetudines antequam in ſcriptis redigerentur ſeruabantur, & declaratur quare in ſcriptis redactæ ſunt. Ordinate diſponunt quatuor caſus teſtandi num. 11.

12 Conſuetudo Capuanæ, & Nidi ligat omnes de quarterio ſi contrarium non exprimitur. Reliquos autem ſi ita contrahunt. Item ipſa conſuetudo certa eſt, & indubitata num. 13. Quid autem de conſuetudine Baronum nu. 14. Vbi quod ſimiliter ligat eſſeros, qui ſe ſummiſerunt. Quid autem de illius certitudine vide num. 15. 16. 17. Quid requiritur, vt inducatur num. 18.

19 Creditur Doctori eximio atteſtanti de conſuetudine ex quo aliqua inferuntur in num. ſeqq.

20 Conſuetudo Capuanæ, & Nidi, & conſuetudo Baronum non habent eandem certitudinem, & de rationibus differentiæ num. 21. 22. Concluditur nu. 23. 24. 25. & 26. In multis mos Magnatum imitatur ius commune nu. 27. Ex quo aliqua inferuntur nu. 28. Specificè quò ad teſtandum, vt ibi, & nu 29. & 30. Et diſcutitur illa differentia teſtandi patre viuo, vel mortuo, & tum filijs, vel ſine filijs num. 31. 32. 33. & 34.

ALLEGATIO LXXXXI.

Pro Duce Terræ Nouæ.

In Dei nomine Amen.



Vpsit Dux Terræ Nouę cui promissa dos fuit ab eius socero, & in capitalis matrimonialibus sequnns cóuentio inhita est vz. promette cóseruar le dotj prę dette, sopra tutti i suoi beni, è quelle intieramente restituire venendo il caso de restitutione, secondo l'vso de proceri, è magnati del Regno di Nap. iure francorum, & more magnatum viuentium, alla quale consuetudine, & vso di proceri & magnati di detto Regno di Napoli esse parti voluntariamente si sottopongono, e con la potestà risetbata alla detta Signora Marchesa di poter diponere di dette doti, è testare feruata la forma della consuetudine, & vso prædetto di proceri è magnati di detto Regno.

Solutis iam dotibns à patre dotante ac ratificatis per iugales capitulis matrimonialibus post traductionem sponsæ in domũ viri, ac factis renunciationibus solitis per vxorem cum consensu viri, vxor ipsa in vltimis constituta instituit hæredem vniuersalem eundem virum, super omnibus suis bonis, & dotibus prædittis relicta, patri, & matri superstitibus quadam quãtitate scutorum iure institutionis, pro omni eo, quod posset illis competere quomodocunque & qualitercunque, & cum tali dispositione obijt sine filijs.

Ex hoc testamento ortis differentijs inter præfatos Socerum atque Generum, & cupientibus ambobus iuxta ipsorum qualitatem, & ex paterno affectu, ac filiali reuerentia differentias ipsas mediantibus amicis communibus concordare est qui dixerit non esse locum concordię cũ sit casus expressus in consuetudine procerum, & magnatum prohibente mulieribus sic cõ rahẽtibus testari si patre viuo mulieres ipsę sine filijs decedunt. Quade re cõsultus quid sentiam volui infrascripta annotare, quæ si forte in iudicio sufficerẽt ad obtinendum multo magis eorundem procerum confirmare poterunt, eam quam laudabiliter habere demostrant concordandi se volutatem.

Defenditur ergo huius testamẽti validitas, ex discursu eorum quæ occurrunt circa istam consuetudinem, & insimul circa consuetudines præcedentes de quibus disserere oportet, p intelligẽtia istius. Est enim sciendũ, q licet de iure communi,
1 mulier nubens nõ ex hoc patris potestatem euadit l. dos à patre C. solut. matrimon. vbi glos. in verbo filia, & in l. si vxorem vbi etiam glos. C. de condit. insert. tamen Christiana religio, quæ maiorem nexum inter coniuges instituit causa fuit intelligendi iam non decere sub patris potestate esse mulierem quæ, & viro suo subijceretur sicut considerat Napod. in
2 consuet. sed & mulier in verbo nubit vbi carpitur ab addentibus quasi dixerit nuptam ex illa consuetud. exire à potestate patris, & eius loco transire in veram, ac propriam potestatem viri, quæ assertio de directo esset contra verba consuetudinis dicentis mulierem eo ipso quod nubit effici sui iuris, sed inquit Napod.
3 transire in aliqualẽ potestatem viri, quæ nec modica est dum exinde ipsi, & vir eius non erunt duo, sed vna caro, & potestas etiam appellatur ab Apost. qui & subdit virũ caput esse mulieris Prim. ad Corint. cap. 7. & 11. & ex hac potestate
4 multa oriuntur de quibus, per Bartol. & reliquos in d. l. si vxorem per Bal. in l. 1. C. de bon. quælib. & per Castr. in l. rei iudicatæ §. socero ff. solut. matrim. per Ferrat. in tract. cautelarum cap. 29. atq;
5 ex hac ratione gentes aliquę veram, & propriam potestatem à patribus ad viros transtulerunt, sicut longobardi in l. 1. sub tit. qualit. mul. alien. permiss. est, & galli ex consuetudine relata, per Tiraquell. de

leg.

leg.connub.in principio. Alijs visum est satis esse ad ea præstandum,ad que tenetur mulier nupta,eamque decenter à viro dirigendam à patria potestate solui Nec decere eandem potestatem viro tribuere, qui & ipse in aliquo est sub po-
6 testate vxoris prout late examinas Felin. in cap. illud de præsumpt. Quare apud Hebreos solui patriam potestatem non autem teansfundi in virum nisi directiue colligitur,ex omnibus locis relaris, per Tiraquell.in loco prædicto nu. 7. Quid autem sit de iur.canon.Doctores admodum altercantur, vt per Felin. in dict. c. illud,& per Tiraquell.in loco prædicto num.21.
7 Nostra nutem consuetudo satis clare statuit mulierem eo ipso, quod nupit effici sui iuris quæ prouisio ex supra ponderatis est nimis prudens,& rationi consona siquidem neque patriam potestatē transfudit in virum,quod nimis esset,nec mulier viro obsequi aliena potestate im-
8 peditur,vnde insurgit illa magna quætio num effecta vidua reincidat in patriā potestatem de qua per Napod.& addētes ad ipsam consuet.per Afflict. in contit. prosequentes,& late per Gram. in dec.54. per Præsid. de Franch. in decis. 546.num.9. sed quod matrimonio durante fit sui iuris sicut hoc clare dicitur in ipsa consuet.in scriptis redacta sic etiā tanquam valde rationabile cofirmatur. hoc in duabus cōsuetudinibus quę postmodum subsequutæ sunt.
9 Prius autem nosse oportet, quod istæ consuetudines in scriptis redactæ seruabantur ex vsu per tempus immemorabile etiam priusquam in scriptis redigerētur sicut testatur Rex Carolus Secundus in ipsarum compilatione,& sic erat de iure l.diuturna vbi Bart.& l.sed ea ff. de leg.l.labeo ff.de statu liber. late Bart. & reliqu.in l. omnes populi ff. de iust. & iur.& per Tiraquell. de iure primogen. quæst.16.num. 5.& 6. sed compilationem fecisse inquit ipse Rex in prohemio tum vt rationabiles tantum in vnum redigeret,non rationabiles reijceret, tum etiam, vt vitaret confusionem, & sepe etiam falsitatem probationum quibus altera pars contrariam consuetudinem seruatam fuisse prout cuiq;expediebat probare nitebantur.Nunc autem ipsæ consuetudines in scriptis redactæ,& certius, & commodius legi ac seruari possunt, & tanquam ius eo tempore nouissimum cæteris legibus præualebat, & nunc præualet quatenus non sunt postmodum immutatæ,vt per Napod. in Consuet. si quis aliquam sub tit.de pignor. num.2. & fortius vbi per subsequentes consuetudines confirmatur.
10 Itaq;post præsentes consuetudines in scriptis redactas superuenit mos nobiliū platearum,& superuenit etiam mos magnatum,& ab vtraq;vt iam diximus confirmatur illa valde rationabilis dispositio vt mulier nubens sui iuris efficiatur,nam quo ad morem nobilium platearum illū legimus apud Afflict.in decis. 237. & in eo expresse dicitur mulierem nubentem secundum hunc vsum posse testari secundum consuetudinem in scriptis redactā. At secundum consuetudinem in scriptis redactam testantur mulieres iuxta declarationem consuetudinis, quæ incipit si aliquis moriens cum quatuor sequentibus,quæ satis ordinnte procedunt nā cō suetudo si aliquis moriēs loquitur de dispositionibus viri vel mulieris sui iuris si
11 habent filios,sequens consuetudo,quæ incipit,& si testator loquitur de dispositionibus eorundem si non habent filios. Quid autem dicendum vbi tales viri, & mulies,sunt filij familias disponitur in consuetudine quæ subsequitur, & incipit filiusfamilias, huic subnectitur alia consuetudo incipiens, sed & mulier per quam declaratur mulierem nuptam Iam non esse filiam familias, sed effici sui iuris, Hinc infertur mulierem nuptam etiā viuente patre posse testari relictor parentibus debito bonorū subsidio ad ꝗ immediate legimus aliam consuetudinē, quæ incipit si qua moriēs.Et Ne cōpilator

tor huius noui vsus nobiliũ plateaɾũ ne cogerẽtur omnes istas cõsuetudines trãscribere voluit illas virtualiter comprehẽdere se in hoc remittens ad consuetudines in scriptis redactas.

12 Huius autem noui vsus absq; vlla dubitatione,& validitatem habemus,& certitudinẽ habemus validitatem, quia non modo ligat contrahentes iuxta hunc vsũ cui se submittere, vnusquisq; potest c, cõtractus de reg. iur. in 6. l. contractus, ff. eod. sed absq; tali expressione ligat omnes de illo quarterio vbi contrarium expresse non paciscuntur. Est enim noua consuetudo, quæ per illud quatterium potuit instituti. Et per tempus immemorabile fuit instituta. Et a nostris doctoribus, sic appellatur,& allegatur, & secundũ illam pluries iudicatũ fuit, pro vt hęc omnia late comprobat Consilia. de Anna in suo cons. 2. & 92. & 118. & 119. in quibus causis ita similiter fuit iudicatum,& addo, quod hæc noua consuetudo nobiliũ plateaɾũ fuit etiã cõfirmata p Regẽ Cattolicũ in anno 1505. inter capitula huius fideliss. Ciuit. n. 5. fol. mihi 14. q̃ oĩa in allegat. prima latius põderauim'

13 Habemus etiã huius nouæ consuetudinis certitudinẽ nã Afflict. Doctor grauis Reg. Cons. qui tot decisiones doctissime cõpilauit & fuit in hac Ciuitate versatissimus illã accurate descripsit in d. dec. 237 cui ex preditis circũstantijs credendum esse docet Bart. in l. de quibus col. 11. in vers. quarto principaliter quæritur, ff. de leg. & licet eius dictũ suas habeat cõtrouersias, & declarationes, q̃ dicẽtur inferiꝰ tñ præfata consuetudo relata, p Affl. nullã potest habere controuersiã q̃a præter eius insigne testimoniũ sic passim absq; cõtrouersia eiꝰ verba singula põderata fuisse legimus per Doctores in lecturis, & in causarum defensionibus, & per S. Consilium in pluribus decisionibus sic enim in illa decis. 237. non modo describitur cõsuetudo, sed super ipsa consuetudine relata fundatur subsequens decis. Sac. Consil. vt ibi per Vrsill. num. 3. idem in decis. 202. sic etiam singula verba ponderauit Sac. Cons. apud Præsid. de Franch. in decis. 92. num. 1. 2. 4. & 5. eodem modo põderantur per Frecc. Capit. & alios Regios Consiliarios, & per Ioannem Angelum Pisanellum, per Gasparẽ de Leo, & per alios aduocatos insignes in additionibus ad Consuet. si quis vel si qua per Regẽr. de Ponte in Cons. 35. & Cons. 61. & in alijs Consilijs, tam in Regno, quam extra Regnum, vt per Archiep. sc. de puteo in sua cons. post consilia sfort. de oda num. 101. & in lecturis latissime Bolognett. in l. omnes populi nu. 55. ff. de iust. & iur. & de regniculis idem Afflict. in constitutione in aliquibus in 6. quæst. & ibid. Minad. in 4. notab. num. 6. & alij quamplures adeo, quod certissima est huius nouæ consuetudinis validitas, & continentia dispositionis, vt per Ias. & reliquos relatos per cap. in decisio. 176. num. 20.

Reliquum est deuenire ad Consuetudinem baronum procerum, & magnatum circa quam si oporteret inquirere illius validitatem, ac personas, ad quas eius dispositio extendi posset sine pacto specia li multa quidem discutere oporteret, sed hoc non exigit casus noster in quo specialiter cautum est circa constitutionem antefati, & circa dispositionẽ per mulierem faciendam iuxta consuetudinẽ procerum huius Regni, & proinde non dubitatur illud seruandum esse, quod in hac consuetudine cõtinetur, quamuis extera

14 ri sint, qui se submiserunt ipsi consuetudini ex supradicta regula contractus de regul. iur. in 6. & in l. contractus ff. eod. tit. tradunt in specie Anton. de Butr. in c. 1. de sponsal. in 3. notab. & idem Fel. in 7. limit. nu. 30. late Fulgos. in consil. 203. visis instrumento, & Signor. de mediolan. in cons. 69. in quæst. bladitiæ col. final.

15 Sed nosse certitudinaliter, quid in hac consuetud. cõtinetur hoc opus hic labor est. Non enim habemus illam in scriptis redactam ex auctoritate superioris sicut con-

consuetudinenes Neapolitanas, ex quarum lettura omnis tollitur dubitatio, vt per Bart. in l. de quibus num. 21. ff. de leg. Nec etiam habemus illam sicut præfatam nobilium platearum à viris grauissimis descriptam, & in Regijs Tribunalibus ponderatam, sed colligi prætenditur à protocollis prout illam collegisse inquit Camill. Salern. in consuetudine, si quis vel si qua fol. 131. quem refert Mol

16 fes. ad Consuet. Neap. par. 1. cap. 4. sed bene inquit ibi talem reassumptionem ad nihilum deseruire licet hoc idem postea subdat de consuetudine nobilium platearum, in qua adest ratio longe diuersa, & pro inde habetur passim pro vera consuetudine prout supra fundauimus.

17 Quod autem vana sit reassumptio Salerni respectu moris magnatum vltra dicta, per Molfes. patet, quia Salern. non testatur de consuetudine nempe, quod magnates hanc consuetudinem introduxerunt, sed in aliquibus protocollis vidit illud genus capitulationis inter barones, quod quidem nihil est nam & alij multi diuersimode contraxerunt, & contrahũt prout legitur in protocollis antiquis, & modernis, & proinde nihil certi desumi potest, vnde Rex Carolus Secundus in prohemio consuetudinum fundat illarũ incertitudinẽ ex eo quod in aliquibus apparebat diuersa obseruantia, sicut ibi declarat Napod. in §. audiuimus habetur, per Cin. in l. 2. col. fin. vers. sed quæro C. quæ sit lõga consuet. Bal. in l. de quibus col. 18. vers. Quęrò ergo q uãtũ ff. de legib. Alex. in cons. 45. col. 1. vers. itẽ ad ad hoc, & cons. 131. col. pen. in vers. nec obstat vol. 2. & latius in Cõs. 137. vol. 7. Aret. in §. ex non rescripto institut. de iur. naturaliter gent. & ciuili col. pen.

18 Debent enim esse plures actus conformes facti, & ad finem inducendi consuetudinem, vt per glos. in c. consuetudo in verbo institui prima dist. qui animus forte præsumitur dummodo sint plures actus conformes nõ casuales, sed voluntarij pertempus immemorabile, vt per Afflict. in cap. satis bene col. 2. de prohibit. feud. alien. per Iothar. per Abb. in c. fin. de consuet. circa finem in vers. 7. quæritur Ias. in l. omnes populi ff. de iust. & iur. Curt. in tract. feud. in tertia par teprinc. quæst. 1. Rocc. de Curt. in reper. c. fin. col. penul. & fin. de consuet. & sic nullo patto potest dici consuetudo certa, & verificata, in capitulis, reassumptis, per Salernum, & merito ipse non testatur de consuetudine.

Imo si expresse testaretur consuetudinem magnatum consistere, in omnibus illis ca pitulis non tamen illi crederemus, qui fuit vtrique vir omni laude dignus in cõpilandis tot virorum illustrium additionibus ad Consuetudines, & ipse ibidem aliqua scripsit. Non tamen doctrinæ aut experientiæ aut, magistratus authoritate fuit scriptor vel doctor eximius cui conueniat sententia Bart. in d. l. de quibus

19 nu. 21. vbi loquitur in attestatione glosatoris, & ad huc loquitur cesspitãter sicut etiam Cum. in cõs. 57. & Barthol. veron. in cons. 40. sed expresse quod tali attestationi etiam Doctor. eximij non credatur nisi aliunde probetur tenet, & ex multis comprobat Alex. in consil. 132. colu. 3. Corn. in cons. 83. col. 5. vol. 4. Curt. Senior. in cons. 79. Dom. Franciscbina ant. num. 19. in vers. & plus, Et hanc opinionem veram esse, & communem firmat Dec. in consil. 402. col. fin. in secunda responsione.

20 Ex quibus nimis, ego dubitassem etiam de illa consuetudine nobilium platearum descripta per Afflict. virum adeo insignem, & Regium Consiliarium versatissimum nisi appareret sepius approbata in Regijs tribunalibus, cum tot alijs cõ firmationibus supra narratis. Sed potro illa capita reassumpta, per Salern. non modo in Regijs tribunalibus non approbãtur, sed potius reprobantur siquidem ex consuetudine procerum, & magnatũ (inquit ipse) quod mulier lucri facit integre antefatum si moritur eius vir sine pa tre; Si autem vir præmoritur patri lucri-

fa-

facit solummodo pro medietate. At vero contrarium fuisse decisum testatur Regius Cõsiliar. de Bottis in additione ibidẽ in nouissima Impressione,& memi nit Molfes.in 1. part.cap.3.nu.2. vbi nõ

21 Caue quia allegat Franch.in decis. 617. in qua dicit Antefatum de more magnatum esse tertiam partem dotis,non autẽ distinguit; si vir moritur viuo patre,vel post patris obitum,quã distinctionẽ ponit Saler.& per S. R.C.reprobatur.

Similiter vnum ex capitibus positis,per Salern. fuit extractũ à protocollo cuiusdã Notarij, quod forte Salernus quoq; vidit, & cum fuisset præsentatũ in quadã causa quæ per illud capitulum de facili terminabatur non fuit, per S. C. habitũ pro Authentico, & per alios terminos indicauit teste Capic.in dec.176.in final. verb. insuper inquit matrem succedere filijs intestatis in bonis omnibus,burgen

22 saticis,& feudalibus,quæ assertio respectu feudalium est omnino erronea cum in feudis notum sit non posse alterari successionẽ proximiorum,qui sunt comprehensi in inuestitura primi acquirẽtis, & sic in hoc etiam capite contra Salernũ intelligit morem magnatum,Minad. in const.in aliquib.in 4.nor num.4.vbi exprimit parentum successionem in bonis allodialibus adeo quod Saler. in multis reperitur inexcusabiliter Mendosus.

23 Quid ergo dicemus? certe adesse aliquam consuetudinem procerum,& magnatum negari nullo modo potest; sic enim in quã plurimis capitulationibus, & vetustioribus,& modernis legimus iuxta hanc consuetudinem fuisse contractũ sic talem consuetudinem extare testatur, Capyc.in dec.176.num. 1. Minad. in const.in aliquibus in 4. notab. num. 4. Pres.de Franch.in decis. 53. & 617. & Alij quã plures paulo Inferi⁹ adnotãdi.

Omniũ vero in ipsa cõsuetudine cõtentorũ non habemus certitudinẽ, & proinde circa ea, quæ dubitantur exacta probatio adhibenda est prout fieri decere tradit Cap.in dict. decis. 176. num. 1. & 18. & in fin. & factum fuisse in causa Principis Plumbini testatur Det. in consil. 402. vbi in specie loquitur de ista consuetudine magnatum, & sub numer. 13. specificat testes ad illam probandam, examinatos differens num quo ad illud caput fuerit consuetudo bene probata.

24 Verum est, quod aliqua sic vnanimiter à Doctoribus de ista Consuetudine referuntur,vt iam faciant notorium neque alia probatione indigeant, vt per Ioan.Andr. in cap. 1. de constitut. per Bartol.in l.fin. C.de pen. Iud. qui male Iudica. Capyc.in dict. decis. 176 num. 20.& 21.Ias. in l.de quib. num.18. circa med. ff. de leg. vbi affert. Imol. in l. 1.§.denũciatio in 5.col.ff. de nou.oper. nunciat.& Alex.in l.post dotem ff.solut. matrim.

Tale est capitulum circa antefatum, vt non

25 sit medietas dotium,sed tertia pars ita pro indubitabili hoc refert Præsid. de Franch.in decis.617. num.1. Regens de Pont.de potestat.Proreg. sub titul. de successione mulierum num. 22. Minad. in const.in aliquibus in 4.not.nu.4.

26 Sic etiam est indubitatum mulieres cõtrahentes iuxta hanc consuetudinem effici sui iuris prout inquit Molfes. in dict. cap.4.num.3.& patet,quia dum idem Saler.& Alij omnes mentionem faciunt de dispositionibus mulierum habentiũ patrem, eas supponunt esse sui iuris, cum alias nec volente, & permittente patre testari possent l. qui in potestate ff.de testam.& inst. quib. non est permissum facere test. in princ. & Certe dum fundauimus adeo rationabilem fuisse prouisionem consuetudinis sedet mulier illamque merito fuisse approbatam per consuetudinẽ nobilium platearum multo magis confirmanda erat per consuetudinem procerum,& magnatum quos hæc prouisio magis decet nam, & sola dignitas personarum aliquãdo eximit à patria potestate S. sed ex constitutione vbi glos. in verb. illico instit. quib.

quibus modis ius patr.potest. sol. idque operari consuetudinem magnatũ,& licet prædicta sufficiant tamen si opus erit in facto etiam sic seruari per testes innumeros,& fide dignissimos comprobabitur.

Alia explicata ac certa prouisio consuetudi-
27 nis procerum, & magnatum à Doctoribus non traditur,& solum dicunt ex hac consuetudine seruari ius commune, ita Capyc. in dicta decis.176. num.17. Vrsill.ad Afflict.in decis.237.num.7.Præs. de Franch.in decis.92. num.5. in vers.3. fuit dubitatũ Regens de Ponte in supradicto titulo de successione mulierum num.24. & in cons.8.num.14.vbi sic inquit fuisse decisum,& in cons. 35.nu.7. Minad. in constit. in aliquibus 4. notab.
28 nu.4. Ex quo infertur ad modum testãdi,& succedendi, & in hoc affuit vtilitas ipsorum Baronum,& Magnatum quorũ bona,vt plurimum sunt feudalia, & proinde ipsorum filijs defunctis non succedit mater quæ tanquam non descendens à primo acquirente non est comprehenin inuestitura dotes vero, vt plurimum consistunt in pecunia, & alijs bonis burgensaticis quorum capax est pater succedens filijs de iure communi remoto nono vsu nobilium platearum, & proinde voluere,vt parentes succederent filijs intestatis in omnibus bonis,vt per Franch. in dicta decis.92. num.5. & 6. Minad. in dicta constit. in aliquibus in 4. notabil. nu.4.Reg.de Ponte in cons.61.nu.73.

Similiter voluerunt æqualitatem constitue-
29 re,vt sicut vir disponere potest quicquid vult ad beneficium vxoris,vel aliorum relicto filijs si adsunt debito bonorum subsidio,ita etiam vxori hoc idem liceat. Indignum quoq; ipsi proceres, & Barones iudicantes esse, vt ipsarum filiæ sorores,vel vxores quo ad medietatem dotiũ filijs non extantibus, vel extantibus quò ad nouem partes haberent,os clausum manus ligatas,& arbitrium refrenatum iuxta verba Napod. in consuet. si qua moriens in verbo tantum num.14. quæ similiter procedunt iuxta nouam cõsuetudinem Nobilium platearum.

Et proindè non solum in consuetudine procerum & magnatum confirmatur dispositio consuetudinum præcedentium, vt mulier nubẽs tanquam sui iuris testari possit,sed ampliatur ipsa testamẽti factio vltra id quod in præcedentibus consuetudinibus concedebatur,& absque limitatione medietatis, vel decimæ conceditur disponere, prout vult relicto filijs si modo adsunt debito bonorum subsidio sic genericè loquuntur Minad.in dicta constit.in aliquibus in 4. notab. num.4. Regens de Ponte cons.8.nu.13. & om-
30 nes Regnicolæ,& ipsemet Salern. genericè inquit quod secundum morẽ Capuanæ, & Nidi mulier cum liberis de dote non potest disponere nisi de decem partibus vnam,sine liberis vero medietatem tantum secundum vero morem magnatũ potest cum liberis,& sine liberis,de integris dotibus disponere salua quarta iure naturæ, debita siuè legitima filijs debita ipsis extantibus.

Hæc sunt verba illius,& in hac generalitate conformatur cum omnibus Regni sapiẽ-
31 tibus. Vnde ergo desumit postea illam distinctionem si mulier moritur viuo patre, vel mortuo patre? certè talis distinctio non legitur apud neminem de sapientibus Regni. Nec potest habere vllam rationem,nam vita,& mors patris est cõsiderabilis in filia in potestate,quæ per mortem patris efficitur sui iuris §. iam verò instit.quib.mod.ius patr.pot.sol. & proindè post patris mortẽ disponere potest, & non prius licet ex causa dotis in vita etiam possit acquirere,vt in l. Pomponius Philadelphus ff.famil.Hercisc. & traditur per Doctor. in l.dos à patre C. sol.matrim.& in l.post dotem ff.eodem. Sed in filia iam effecta sui iuris, prout efficitur per omnes prædictas consuetudines vita vel mors patris nõ est vlterius considerabilis,vt per Doctor. in d.l. post dotem,& in l.quoties ff. solut.matrim.in §.si filius instit.de testam. & in §.1. & §. præter hos inst.quib.non est per. fac. te-

 stam.

stam. immò in illa erronea distinctione aduertatur cōtradictio, quia vult mulierem habentem filios posse testari etiam viuo patre non habentem filios nō posse testari. Certè dos licet filię familias acquiratur ex l. Pomponius Philadelphus tamen apud eam non erit peculium castrense, vel quasi vt gaudeat priuilegio d. §. si filius cum traditis in l. cum oportet C. de bon. quæ liber. sed erit patrimoniū aduentitium de quo si esset in potestate nullo modo testari posset, si non est in potestate (prout non esse probauimus) testari potest, prout vult nec vllo pacto in hoc facere potest differētiam filios habere, vel non habere.

Immò aduertatur quæso quod si vlla diffe-
32 rentia constitui posset ob existentiam filiorum potius deberet mater esse intestabilis existentibus filijs, nam prima causa liberorum est §. 1. in Auth. de hæred. ab intest. venient. Auth. in success. C. de suis, & legit. & ex hac ratione consuetudo scripta, & subsequens consuetudo nobilium platearum mulieri nō habenti filios tribuit potestatem disponendi de medietate habenti filios de decima tantū vnde ergo in consuetudine magnatum sunt filij adeo inuisi, vt si illis nō existentibus esset mater intestabilis, fieret postea testabilis per existentiā illorum possetq; tunc disponere, prout vult. Dicendum ergo potius quod visum fuit magnatibus non decere illustres fœminas ex illis progenitas tantoperè in dispositionibus alligari, sed permittēdum, vt seruata forma iuris communis nō modo filios non habētes disponere possint, prout volunt sed etiam habentes filios non teneantur relinquere vltra legitimam.

Et hinc sequitur vt filios non habētes pos-
33 sint tanto liberius testari alioquin esset prouisio nimis irrationabilis, & inhumana, nec quicquam considerabilis est ratio Molfesij ad saluandum tale inconueniens nempè (inquit ipse) in dicta prima parte cap. 3. num. 7. quia licet mulier sic nupta sit sui iuris tamē vidua reuertitur in potestatem patris. Nam vltra quod hæc opinio est reprobata per Afflic. & per omnes addentes ad illam consuetudinem. Sed & mulier, tamen non facit ad rem siquidem mulier nupta quæ testatur facit vtique testamentum dum est sui iuris, & postea dum viuit téstamentum non est considerabile, dum vero moritur non potest vlterius redire in patriā potestatem, sed remanet testamentum perfectū tanquam conditum per mulierem quæ viuebat, & mortua est sui iuris.

Adeo quod talis contradictio, & irrationa-
34 bilitas nullo modo saluari potest, & melius in cap. seq. in princ. dicit hanc Salerni reassumptionem ad nihilum deseruire sicut verè in multis reperitur mendax, vt supra diximus, & in specie quo ad hoc caput potuisset omittere hanc distinctionem, nam superius dixerat per consuetudinem nobilium platearum, quæ in hoc est conformis cum consuetudine scripta statui modum disponendi de medietate, vel de decima, & sicut in illis non distinguitur si pater viuit, vel mortuus est. Sic etiam mos magnatum qui subsequitur ad ampliationem illarum consuetudinū circa bona per mulierem disponenda non potest intelligi, vt inducat nouam distinctionem, sed ampliat primam prouisionem in eisdem terminis l. sed & posteriores, vbi Bart. & reliqui ff. de legib. latè Ias. in l. sciendum ff. qui satisdare cognat. & bene Girard. Mazzoll in cōs. 74. num. 11. & 12. Et sic remanere debent ipsius Salerni verba generalia primo loco posita, quæ conformantur cum alijs sapientibus Regni, qui semper sic generaliter sunt loquuti præsertim quia sic dispositio est satis æqua, & rationabilis illa vero distinctio esset iniqua, & irrationabilis, & proinde non legitur apud aliquem de scriptoribus Regni, immò vbi opus erit per hanc distinctionem esse vanam, & nunquam receptam apparebit per testes dignissimos, & expertissimos, & fortè etiam per scripturas.

Et per consequens huius Illustrissimæ Dominæ

minæ testatricis dispositio valdè rationabilis sustineri debet dum respectu parentum fecit quod debuit titulo Institutionis, & licet quantitas relicta non sufficeret pro quãtitate debita iure naturæ petendum solummodò esset iure debitum supplementum l. omnimodò, & l. scimus C. de inoffic. testam. Deo Gratias.

Adhuc agitur de concordia.

SVMMARIVM.

1 *Prælatio an detur agnato solum in feudo ex pacto, an vero detur etiam in feudo hæreditario, & quid fuerit decisum in numeris sequentibus.*

2 *Iserniensis authoritas quanta sit in hoc Regno.*

3 *Solatium est bona antiqua in familia tueri.*

4 *Vendere ex necessitate certæ personæ, & non posse alijs vendere graue est.*

5 *Specialia duo vel plura non debent in idem concurrere.*

6 *Onera duplici grauari nemo debet.*

7 *Prælatio an detur pro pretio iuxta aliorum oblationes an vero iuxta appretium cum distinctione, vt num. 9. cum sequentibus.*

8 *Doctores intelligendi sunt secundum iura quæ allegant.*

9 *Pretium in casu prælationis aliquando in iure statuitur indefinitè aliquando exprimitur vt sit iuxta aliorum oblationes, vel iuxta appretium, & num. 11.*

10 *Pretium indefinitè statutum in prælatione pro rei tuenda est iuxta apprætium, & pro re acquirenda est iuxta aliorum oblationes.*

11 *Pretium in casu prælationis diuersimodè statuitus in diuersis casibus hic expressis.*

12 *Res aliquando æstimatur iuxta eius valorem, & aliquando iusta id quod vendi potest.*

13 *Prælatio vicino iuxta consuetudinem Neapolitanam conceditur pro eo pretio pro quo res appretiatur.*

14 *Prælatio directo Domino in emphyteusi datur pro eo pretio quod ab alijs offertur, idemque statuitur in inquilinis.*

15 *Prælatio agnato conceditur in feudis pro eo pretio quod ab alijs reperitur.*

16 *Pretium dicitur vbi contrahitur emptio, & venditio.*

17 *Pretium soluendum est ab agnato retrahente feudum, iuxta aliorum oblatione etiam exorbitantes modo sint verè, & non simulata, vt num. 19.*

18 *Prælatio Agnato competens ad feudum retrahendum incipit oriri post perfectam venditionem à Domino possessore.*

20 *Fraus in dubio non præsumitur.*

21 *Fraus quæ posset adesse circa pretium in venditione voluntaria est impossibilis in venditione necessaria.*

ALLEGATIO XCII.

Pro Marchione Corati offerente, & pro creditoribus Ducis Adriæ interessatis.

In Dei Nomine Amen.



Obtinuit Marchio Aquæuiuæ prælationem in emptione terræ Iuliæ nouæ pro pretio declarando, & omninò fateri oportet quod fuit magna decisio in eo feudo hæreditario, in quo oportet ratum haberi
1 factum prædecessoris. Et proinde prælationem admitti solummodo in feudo ex pacto in quo vocamur ex propria per-
2 sona concludit Andr. à quo in Regno discedere non audemus. Ita vt Feudistæ oẽs ferè ex adagio dixerint quæri apud nos num Andr. dixerit non autem si benè dixit. Et vlterius in casu nostro tot alij in feudalibus controuersijs classicæ

authoritatis nominatim Andreæ subscribunt, nempè in Regno Afflic. Frec. & Paris. Et extra Regnum Alex. Zas. Albert. Brun. Cęphal. Michael Crass. Canner. & Intrigl. quos sigillatim refert Consiliar. Rouit. in eius allegat. impressa post decis. 11. Reg. de Ponte num. 23. Et vtinam ad præsens de hoc articulo agi posset, vt satisfactum nobis esset rationes, & iura perpendere quibus illorum authoritas innititur. Et quo pacto contrarij ibidem relati sub num. 72. Legibus cedunt, & rationibus, sicut numero, & authoritate, si quidem grauiores illorum possunt aliter expendi quam vt Andreæ sententiæ contradicant.

Sed vigeat pro nunc benignitas Sacri Consilij quæ prospexit apud creditores ex hoc pretio dimittendos eiusdem existimationis esse pecuniam quisquis illam exoluerit. E contra vero Marchionis esse
3 solatium paterna, & antiqua bona tueri ex regula text. in l. si in emptionem ff. de minor. At vero nunc velle, & venditionē
4 ad certam personā coarctare (quod quidem grauem esse iniuriam inquit Imper. in l. dudum C. de contrah. empt.) & velle vlterius bursale damnum afferre in quantitate adeo notabili. Et in præiudicium tot creditorū respuere oblationes Marchionis Cotati, & aliorum nimis excedentes quantitatem pro qua ipse Marchio Aquæuiuæ præferri vellet, esset
5 quidem prætensio contra regulam, ne duo specialia in idem concurrant contra l. 1. cum glos. magna in fin. C. de dot.
6 promiss. Item ne duplici onerę grauemur contra l. nauis onustæ ff. ad l. Rodh. de iact. Item æquitas prælationis ex affectione rei, verteretur ad iniquitatem ob magnum damnum ex pretij diminutione prout expendit Tiraquell. de retract. lignag. §. 1. glos. 18. num. 9. Et esset controuertere articulum in hoc casu specificè apud omnes indubitatum.

Si quidem à Doctoribus disputatur num.
7 hæc pręlatio concedatur solum in feudo hæreditario. Sed concordant omnes, vt ipsa prælatio concedatur ex dispositione textus in c. 1. §. sed & res iuncta glos. in verbo emptori in titul. per quos fiat inuestitura. Ergo Doctores omnes licet disputent num ille text. cum sua glos. prælationem concedant solum in feudo ex pacto, vel etiam in hæreditario, tamen dum ad fundandum ipsam prælationem afferunt illum text. & illam glos. oportet
8 eosdem Doctores ita intelligere modum prælationis sicut legitur in eo textu, & in ea glos. quam allegant ex regula tradita per Bart. in l. non solum in §. si liberationis verba ff. de liber. legat. clarè autem ibi legitur admitti prælationem pro eo pretio quod ab alijs reperitur. Et consequenter concludere oportet controuersiam esse inter Doctores circa qualitatem feudi in quo cadit prælatio, sed concordes esse, vt non aliter detur prælatio nisi pro eodem pretio quod ab alijs reperitur.

Nec quicquam veros in hoc terminos di-
9 scurrendo poterat in hoc dubitari, lex. n. aliquando simpliciter, & indefinitè iubet alicuius rei solui pretium. Aliquando ipsum pretium diffinit, atque specificat.

Primo casu aut volumus rem tueri iam ac-
10 quisitam puta offerendo iustum pretium ad substinendum contractum ne rescindatur, vt ex l. 2. C. de rescind. vendit. & tunc attenditur verus valor non ex aliorum oblationibus, sed ex communi existimatione, iuxta regulam text. in l. pretia rerum ff. ad leg. Falcid. cum cæteris relatis per glos. in dicta l. 2. in glos. magna in
11 vltima quæst. Aut volumus rem acquirere, & tunc licet in iure ad prælationem vel ad aliud genus acquisitionis mentionaretur pretium simpliciter tamen intelligeretur de pretio adęquante aliorum oblationes, & procederet alia regula di-
12 ctans rem tantum valere quantum vendi potest l. si seruus, vbi glos. in verb. inuenerit ff. de condit. furtiu. l. in fundo in vers. censuimus ff. de rei vendicat. Sic distingunt omnes relati per Iacob. de Sāt. Georg. in sua Inuestit. in verbo, & cum promiss.

promissione de non alienando num.39. in fin. & per Tiraquell.de retract.lignag. §.1.glos.18.num.4.cum sequentibus,& hæc distinctio nobis sufficeret.

Verum articulus noster est clarior sumus enim in secundo casu in quo lex ipsa specificat modum taxandi pretium.Sicut in nostra cōsuetudine quæ incipit si quis
13 emit sub tit. de iur.congr. exprimit vicinum retrahentem ex iure congrui oportere soluere pretium illius domus sicut per appretiatores fuerit appretiata.Et sic è contra in l.fin.in verf.Et si quidem C.
14 de iur.emphyteot. exprimitur directum Dominum præferri dummodò soluat æquale pretium oblatum ab alijs. Ideq; in colonis antiquioribus statuitur in l. pen. & fin. C. de locat. prædior. ciuil. lib.11.& in c.potuit de loc.& conduct. In quibus casibus nullam adesse disputationē,& patet ad oculum, & in eisdē iuribus Napod. Bart. & Bal. annotarunt.

Inter hæc iura quæ specificant attendi pre-
15 tium oblatum ab alijs recensent Doctores nostri prælationem agnati in emptione feudi pro eo pretio quod offertur ab alijs, prout videre est apud Tiraquell. in dicta glos.18.num.5.vers.Et facit,qui & in principio illius glos. tradit eodē modo dari prælationem ex consuetudine Parisiensi,quam ex hoc iustissimam dicit, & æqualitatem seruans.Est autem in iure feudorum text. hoc specificans in dicto c.1. in §. sed & res. Per quos fiat inuestit. vbi statuitur habere agnatum prę-
16 lationem pro æquali pretio. Pretium autem dicitur, vbi contrahitur emptio, & venditio, quæ nec sine pretio consistui potest,vt inst. de empt. & vendit. in princ. & in §. pretium, vbi glos. Et quia æqualitas est correlatiua ad aliud consimile, merito glos. in verb. proximiori, declarat,vt pretium agnati petentis prælationem sit æquale alteri pretio volentium emere. Idem verbum legimus in c.1.§.porrò,qualit.olim poter.feu.alien. vbi glos.in verb. pro æquali pretio meminit venditionum ad instantiam creditorum.

Ex quibus iuribus adeo claris omnes indubitanter glos. sequuntur.Sic enim Andr. in eod.§.sed & res in vers.Et hic agnatus exprimit,vt præferatur agnatus, si idem soluit, quod ab extraneo oblatum est. Eadem verba repetit Bal. ibi in verb.pro æquali.Aluar.num.3.Card.Alex. circa princ.in vers.Nam tunc agnatus. Idem Bal. & Mart. Laud. in d.§. porrò. Curt. in tract.de feud. in 4.par.cap.penult. in sexta,& vltima quæst.num.mihi 125.Albert.Brun.in cons.feudal.80. Cumia. in c.si aliquem in verb.antiquis num.158. Cannet.in c.volentes sub cap. incipient. Prospexit etiam.

Idque adeo verum est vt procedat etiam si
17 cōstaret extranei oblationem esse exorbitantem,sumus enim in duobus casibus supradictis in quibus militat regula, vt res tantum valeat quantum vēdi potest, & proinde attenditur solum quid quisquis offerat, quantumuis oblatio sit excessiua. Ita punctualiter decidit Bal. in in l.2.in finalib.verbis C.de resc.ind.vendit. Sequitur Aluar. in dicto §.sed & res num.3.in vers.Quid autem. Curt. in loco prædicto latè Iacob.de Sanct.Georg. in prædicta sua inuestitura in verbo, & cum pacto de non alienand. num.38. & 39. post Ioan.Andr. ibi relatum, cui addimus Imol.Arct.Socc.& Alex.in l. qui Romæ in §.cohæredes ff.de verb. oblig. Et esse communē Doctorum Scholam testatur Regens de Ponte in decis.11. in princ.Idemq; pluries repetit num.1.&2. Sicut & Rouit.num.1. cum sequentibus in dictis allegat. post illam decisionem impressis. Et satis propriè in hoc dicunt esse Doctorum Scholam,quoniam concordant Regnicolæ, & reliqui Doctores Itali quos retulimus, & similiter Vltramontani sicut Tiraquell.in d.§.1.glo.18. nu.4.cum sequentibus,& iterum in §.3. glos.3. qui suo more affert multos, & post eum Franc.Sonsbec de feu. par.13. num.11.

num.11.cū seq.Io.Kop.decis.54.Hartm. Pistor. lib.2. par.1. quæst.11. Schrader. de feud. par.8. c.7. Gottofred. disput. feudal 10.Thes.5.Adeo quod in præsenti articulo nulla remanet disputatio,& sic in d.decis. 11. fuit admissa prælatio pro eodē pretio pro quo emerat extraneus.

Immò in feudo hæreditario in quo non licet impugnare factum prædecessoris ex regula l.cum à matre C. de rei vendicat. non ex alio fundamēto defenditur prælatio,nisi quia non impugnatur vēditio,
18 sed potius confirmatur.Siquidem actio prælationis incipit oriri post factam venditionem,& sic non contra venditorem, nec contra venditionem, sed ad auocandum ab illo extraneo emptore, prout ex Doctoribus ibi relatis, bene reassumit Rouit. in dictis allegat.num.74.vsque ad 88. præsertim num.79. cum sequentibus. Vnde non potest impediri venditio,sed ea facta potest Marchio (si vult) auocare ab extraneo emptore offerendo tamen æquale pretium sicut ex omnium Doctorum tradditione probatum est.

Et quia merito Iacob.in dicto num.38. &
19 alij nonnulli ex Doctoribus prædictis se declarant, vt oblatio quam adequare debet agnatus, sit oblatio vera non autem conficta,& ex fraude simulata, quamuis
20 in hoc sufficiat allegare quod fraus non præsumitur nisi probetur,vt per Doctor. in l.Iuris gentium in §. sed si fraudandi ff.de pact.per Speculat.in tit. de appell. §.4. & in nostra facti specie per Tiraq. in d.§.3 glos.3.tamen in casu nostro habemus ex abundanti quod fraus in præsentibus oblationibus est impossibilis.

21 Non enim sumus in venditione voluntaria,in qua per collusionem posset emptor plus offerre,& minus soluere, sed in hac venditione facienda per S.C. potest offerens retinere solummodò veras quantitates sibi debitas, in quibus per idem S.C. potior, & anterior creditor declarabitur.Et reliquum pretium depositare oportet reliquis creditoribus liberandum. Et sic fraus,& collusio ex parte nostra est impossibilis, & potius cognoscitur ex parte aduersa, prout dicetur oretenus. Et ex omni iure,& æquitate meliores oblationes recipi, & in eis candelam accendi per S.C. decernendū fore speramus ad aliquale beneficium tot creditorum, ex quibus multi non valentes exigere in calamitatem redacti sunt. Deo Gratias.

Non adhuc decisa.

SVMMARIVM.

1 *Notarij assertio quando, & in quibus fidem faciat præsertim in his quæ indigent particulari ponderatione sicut cōtractus, & assensus.*

2 *Feuda sicut cedi non possunt absque assensu, ita & cessio litis ad illa,& quomodo intelligitur promitti cessionem ad beneficium feudi, vel possessoris, & num. 3.*

4 *Venditio dicitur etiam datio in solutum.*

5 *Prorege absente,vel mortuo quomodo supplet Consilium Collaterale.*

6 *Res aliena vendi potest non in præiudicium Domini, sed vt venditor teneatur ad interesse num.7. vel ad tradendum præcisè si potest num.8.*

8 *Obligatio facti adimpletur soluendo interesse limitatur in re traddenda si traddi potest. Et in obligatione iurata num.9. Vel si eligit adimplere præcisè, num.10.*

11 *Ius superueniens validat contractum præcedentem. Et quid in feudis vide num. 12. cum seqq. Ad quod ponderatur Cam.num.14. Et Andr.nu.18. Et quid superueniente habilitate personæ num.19. & quid si ex causa antecedenti num.20.*

13 *Extensio non datur in assensibus, sed bene comprehensio casus, & temporis, & num.16. Et quia est gratia extenditur vbi verba nō repugnant, nu.15.*

17 *Fictio temporis translatiua habet locum*

in

in feudis tàm respectu assensus, quàm respectu dominij.

21 *Præscriptio in feudis an & quando locum habeat, & de eius requisitis quo ad bonam fidem num. 22. Quo ad titulum num. 23. Quo ad possessionem nu. 24. 25. & 26.*

ALLEGATIO XCIII.

Pro Io. Francisco Pignatello.

In Dei nomine Amen.



Supradictus filius primogenitus, & in feudalibus Hęres Antonij Pignatelli aduertit in eius lite cum Principe Bisignani adesse quatuor processus. In primo continetur possessoriū Terræ Sanctæ Agatæ in quo ipse Antonius obtinuit contra Principem prædecessorem. In secundo agitur de fructibus similiter per Principem restituendis tanquam exactis lite pendente. In tertio agitur de petitorio intētato per Principem aduersus Antonium cuius finis est transactio de qua loquemur. Quartus, & vltimus de cuius expeditione nūc agitur, continet præsentem Principem condemnari ad relaxandum prædictam terram Sanctæ Agatæ, & quædam alia bona feudalia in octo rubricis descripta non obstante transactione, quæ multifariam oppugnatur. Continet autem transactio, vt Antonius relaxaret terram Sāctæ Agatæ, & feuda Pimpineæ, & Cirnestasi, quæ similiter possidebat, & renunciaret etiā iuribus sibi competētibus ad quędā alia feuda inferius annotanda quæ per Principem possidebantur Princeps vero illi daret Terram Miglionici redimibilem pro ducatis 12. mil. sicut in anno sequenti eadem quantitate soluta ab ipso Principe redempta fuit.

Huius transactionis exceptionem opposuerat Princeps in vim dilatoriæ, sed fuit ad merita reseruata, nunc autem cum in expeditione causæ ipsa merita discutiantur ab eadem transactione exorditur, quæ si subsistit non opus est ad alios articulos deuenire. Verum quod non subsistat probatur apertè ex eo quod caret assensu, qui erat omninò necessarius. Vtrumq; negatur per Principem dicentem quod assensum adesse testatur Notarius in eodem instrumēto transactionis, quod autem non requiratur inquit sic esse de iure quando fit cessio ad beneficium possessoris.

Ad primum obiectum faciliter respōdetur,
1 quod Notario asserenti adesse Regium assensum nequaquam creditur, prout optimis rationibus probat Frecc. de subfeud. lib. 2. quæst. 25. Item non inquit vidisse assensum expeditum in forma probanti, sed vidisse memoriale expeditum per verbum fiat super contractu faciendo, quod quidem parum distat à nihilo, dum oportebat postea illud redigi in formam probantem alias remanere nullius momenti disponitur in pragm. 1. & 2. sub tit. de fid. memorial. quarum vtraque præcedit tempus transactionis. Item si fuisset in forma probanti dum nō ostenditur oportuisset illud inserere, vt inspiceretur si continet surreptionē, difformitatem, & similia de quibus Notarius nō testatur, nec testari poterat cum sint de apicibus iuris examinādā per Iurisperitos. Item frustra assensus probantur aliter quam per illorum inspectionē in hoc Regno, vbi registrantur, & ex registrorum inspectione colligitur negatiua, vt per Bart. & reliquos in l. Titiæ textores ff. de legat. 1. declarat Frecc. in dicto lib. 2. quæst. 28. Item in instrumento transactionis dicitur saluis literis assecurationis obtinendis, quæ similiter in registris non reperiuntur, oportebat enim illas subsequi assensum qui vt dixi non fuit expeditus. Et non fuit incuria, sed quia tunc Antonius non habebat succes-

sorem

forem nupsit enim postea,& genuit istos filios) non poterat assensus expediri ex pragm.lata in anno 1531.quæ est 3.In titul. de feud. vel si expediebatur cum solita clausula quoad bona in quibus habet successores idē est ac si non adesset.

Ad secundum obiectum quod cessio facta
2 in beneficium possessoris assensu nō indiget respondetur prius in facto, quod duo feuda magis importantia nēpè Terra Sanctæ Agatæ, & feudū Pimpineç, & Cirnestasi possidebātur per Antoniū, & ab ipso dimittuntur ad Principem. In iure autē pro istis,& pro reliquis feudis, quæ à Principe denitebantur responde- tur quod trāsactio sicut alienatio in feudis prohibita est per const.constitutionē Diuæ memoriæ,vbi glos.& Andr.in verbo transactiones declarant per illam corrigi text.in c.1.§.si vassallus in fin.si de feud.defunct.content.sit,& in ead.cōst. Afflic.num.38 Ann. nu.211.Limitatio vero in cessione ad beneficium feudi nō est applicabilis ad hunc casum,non enim ex hoc cessio absque assensu potest fieri in beneficium possessoris, nisi quatenus est Dominus, neque in hoc lex feudalis
3 cōsiderat benefi ium huius,vel illius,sed considerat beneficium feudi licet ex cōsequenti feudum magis pingue redundet in benefi ium tàm directi, quàm vtilis Domini ipsius,& vbi forte debet feudum aliquam seruitutem, vel hypothecam, vel aliquo modo reperitur obligatum potest fine assensu obligatio dissolui, hypotheca remitti, seruitus tolli. Et est ratio,quia nullum in hoc potest considerari interesse directi Domini,neque damni dum feudum augetur,neque voluntatis, dum feudatarius non mutatur, quando autem potest adesse mutatio vassalli,tunc sicut alienatio est prohibita fine assensu Domini, sic etiam prohibetur remissio litis, vel transactio super lite sicut glos. & Andr. declarant in constit. constitutionem Diuæ memoriæ in verbo transactiones taliter enim feudum, quod fortè est meum, vnde in litis decisione, ego feudatarius declararer, per litis remissionem ad te perueniret, & tu sine assensu Domini suus Feudatarius euaderes,vltra quod sic per indirectum omnis alienatio fieri posset sine assensu, vt permissa prius conueniētibus oculis intrusione lis per verum vtilem Dominum moueretur, & postea remitteretur absque assensu tanquam in beneficium possessoris ex quibus non solum quæstio de ipso feudo, sed etiam de eius parte, aut de aliquo iure distracto remitti, aut transigi nullo modo permittitur sine assēsu prout post antiquiores optimè declarant Camer. in l.Imperialem fol.5.colum.3.& ibidem Loffr. ed. colum.5. & 6. qui afferunt Bartol. de Capua, & Afflic. in decis. 232. cum alijs vetustioribus. Et Capyc. quem pars allegat in decis.156. in tertio dubio numero 9. ibi arguit. Et postea num.22. circa medium respond t, & ita etiam se declarat sicut nos exposuimus.

Sublata transactione debet Antonius, vel eius hæres reponi in possessione in qua tempore transactionis reperiebatur, & de possessione Terræ Sanctæ Agathæ, apparet per sententiam Sacri Consilij in possessorio ad beneficium Antonij, post cuius exequutionem Princeps intentauit petitorium de quo in tertio processu. In quorum confirmationem legitur in ipsamet transactione, qualiter possidente Antonio Terram Sanctæ Agathæ conueniunt, vt ipsam relaxet Principi, similiter hoc idem legitur respectu feudorum Pimpineæ, & Cirnestasi: Adeo quod in istis bonis videtur absque alia discussione oportere Antonium, siuè eius hæredem reponi in ipsorum possessionem. Sed quia cum simus in iudicio petitorio vult Sacrum Consilium, etiam nunc cognoscere de totali iustitia circa singula corpora dignabitur ponderare sequentem discursum ex quo apparebit, quod circa bona quæ possidebantur per Antonium tempore transactionis, nullum ius habebat

bebat Princeps, bona verò tunc possessa per Principem summa cum ratione prætendebantur per Antonium. Adeò quod restitutis præfatis ducatis duodecim mille, nunc eius hæres in omnibus debet obtinere. Et primo respectu Terræ Sanctæ Agathæ cum esset Antonius creditor Principis in ducatis tribus mille emit, habuitque ab eo in solutum Terram prædictam pro isto credito, sicut legitur in instrumento, & in eo obtinetur Regius assensus,qui apparet omni solemnitate Vallatus, & registratus
4 in Regia Camera. Nec miremur si idem contractus aliquando venditio appellatur, & aliquando datio in solutum, nam idem sunt si quidem in datione in solutum creditum est rei pretium,prout declarat Afflict. in decis. 369. in principio in versic. Ad primum dubium, & est text. in l. final. Quibus ex caus.in poss. eatur l. si prædium, vbi Bald.C. de euict. Aret. in consil.32. num.2. in fine.

Inquit Princeps quod illa in solutum datio fuit simulata ad quod aliqua ponderat in facto, quibus in facto similiter respondetur. Inquit etiam quod hæc terra fuerat paulo ante ab ipso Principe vendita Ioanni de Thomasio, & sic non potuit eius Terræ dominium,quod erat penès Thomasium transferri in Antonium. Dum autem postea peruenit ad Principem oportuisset ex nouo contractu cum Regio assensu ad ipso Principe in Antonium transferri. Nam quicquid esset in allodijs, non possunt illi termini applicari ad contractum feudalem requirentem assensum qui non extenditur de casu ad casum.

Ad hoc respondetur tripliciter. Primo, quod nos videmus memoriale expeditum per verbum fiat in forma ad illam venditionem Thomasio factam per Principem, nec videmus assensum in forma probanti. Et dum pro parte Principis dicitur quod reperietur. Et quod eo tempore multi assensus non fuere expediti ob aliqua impedimenta quæ considerat, hæc videntur contraria, immò eiusdem temporis ostenduntur Assensus in forma probanti ad contractus Antonij Pignatelli. Quod si reperientur tunc illos videbimus, & respondebimus quæ occurrent.

Respondetur secundo quo sicut memoria-
5 le est in absentia Proregis, ita forte, & assensus (si adest in forma probanti) est absque subscriptione Proregis, & tunc obseruandum si tradita per Camer. in cap. Imperialem fol.79. litera N. & per Regent. de Ponte de Potestate Proregis in titulo de assens. §. 5. procedunt solum in morte, vel etiam in absentia. Et si etiam in gratiosis, vel solum in concernentibus cultum Iustitiæ, ex causa necessaria, vt per Anton. de Butr. in cap. verum colum.1. & 2. de for. competen. & ibi Abb. num. 10. 11. & 12. Rot. decis.6. sub rubric. de rerum permutation. in nouiss. Bell. consil. 20. Primo videre occurrit col.4. vers. Ideò licet capitulum.

Respondetur tertio, quòd quamuis illa
6 venditio facta per Principem Ioanni de Thomasio fuisset valida, tamen potuit postea Princeps non in præiudicium Domini, sed in præiudicium ipsiusmet disponentis, de illa eadem terra pro suo arbitratu disponere, sicut regula est generalis,quòd de re aliena validus est contractus, & res aliena legari potest l.cum alienam,vbi Bald. C. de leg. Et rei alienæ venditio valida est l. rem alienam, ff. de contrahen.empt. etiam inter scientes. Rem esse alienam, prout notatur in l. si in emptione §. item si emptor.ff.eodem titulo Bar. in l.si is, qui pro emptore §.fin.ff.de vsucap.

Qui quidem contractus de re aliena licet
7 Domino rei præiudicare non possit, tamen quia in se contractus est validus operatur, vt dum venditor rei tradendæ facultatem non habet teneatur ad interesse ex natura euictionis, quæ inest contractui emptionis, & venditionis,

Vvuu prout

prout declarat Bart. in dicta l.cum alienam C.de leg. vbi latè Iason, & idem Bald. in l. alienam C. de furt. & in l.1. C.de vsucap.pro empt. Afflict. in decis. 369. colum. 1. & Doctor. communiter in dicta l.rem alienam ff de contrahend. empt. & in l. item si res ff.de alien. Iud. mut. causa fact. Sic ergo Princeps ad euictionem, siuè dicamus ad interesse fuisset obnoxius Antonio si rei tradendæ facultatem non habuisset, cùm vero, ex præfata reemptione reuersa est illa terra in suum posse, & ex consequenti habuit facultatem rei tradendæ iam sine dubio ad ipsius rei traditionem tenebatur, & sicut tenebatur ita possessionem tradidit, vel præcedentem traditam possessionem pacificè continuari iussit, & remansit contractus vndique perfectus. Diximus enim quod post venditionem factam Antonio illi possessionem dari iussit. Et similiter post retrouenditionem sibi factam per Ioannem de Thomasio, quæ fuit de mense Octobris fecit, vt Antonius possessionem continuaret, prout de eius voluntate pacificè continuauit vsque ad prædictum spolium, quod fuit de mense Maij, prout omnia patent ex prædictis literis ipsorum Principis, & Antonij, & articulat idem Princeps, & deponunt testes in primo processu.

Item aduerto, quod quamuis generaliter
8 in obligationibus facti succedit obligatio ad interesse ex regula l. stipulationes non diuiduntur in versic. celsus, ff. de verborum obligatione tamen quando factum continet rei dationem speciale est, vt in obligationibus rei tradendæ ob facilitatem adimplementi cuius repugnantia argueret dolum, teneatur, quis præcisè tradere, nec liberetur præstando interesse l.1. vbi glos. magna ff.de actio.empt. l.vbi autē non apparet §.final. vbi Bart. notat ff. de verbor.obligat. Pulchrè Alex. in dicta l. stipulationes non diuiduntur de verbor. obligat. sub num.15.Dec.in l.cum fundus §. seruum tuum num.5. ff. si cer. peta. Grammat. decis.103.num.144.

Et hoc circumscripto iuramento, cuius vi-
9 gore in omnibus obligationibus facti tenetur, quis facere præcisè, ex glos. in l.si pecuniam in principio ff. de condit. ob caus. vbi latè Iason, & in dicta l. stipulationes non diuiduntur num.33. Adeò, quod tenebatur Princeps præcisè facere id quod fecit, nec potuisset offerre interesse, vltra quod licet potuisset v-
10 trumque dum fecit alterutrum perficit actum l.plerumque in fine ff. de iure dotium l. Apud Aufidium ff. de optio. legat.

Insuper nec requirebatur factum, nec patientia Principis, sed licito iure Antonius continuabat suam possessionem, nam (præsupposita validitate primæ venditionis quam nos negauimus) licet potuisset molestari ab illo de Thomasio primo emptore, tamen postquam ipse Ioannes de Thomasio Principi retrouendidit, non potuisset Princeps vexare Antonium cui ex præfata venditione tenebatur illam Terram tradere, dolo enim petijsset, quod restiturus erat contra l.dolo facit ff. de dolo except. Imò si Princeps emisset, magisq; dū reemit, & sic terra ad ipsum reuersa est, ex causa antecedente sequitur, vt acquisi-
11 tio facta fuerit directè in beneficium Antonij per text. in l. cum vir cum ibi tradditis ff.de vsucap. & in l.final.ff.de Castr. pecul. idque etiam ad excipiendum si contractus esset nullus. Verum ad excipiendum, & ad agendum si contractus tenet sicut ex l.à Titio ff. de rei vend. & ex alijs aduerti Apost.ad Alex. in consil.1.colum.10.litera A. volum.5. tenet autem in casu nostro sicut probauimus. Et quamuis Regens de Ponte in consil.36.num.11. & Consiliar.de Anna in consil. 39. num. 66. teneant
12 dispositionem dictorum iurium non habere locum in feudis, tamen contrarium

rium tenet Regens Lanarius in conf.92. num.22.23. & 24. & latius Franciscus de Amieis in rubrica de his qui feud. dare possunt in capite incipienti, Expeditis fol. mihi 107. sic asserens, & intelligens Andr. in quibusdam locis.

Et omissa latiori disputatione hæc opinio mihi breuiter probatur ex eo, quòd hæc regula nimis iusta, & æqua ad contractus conseruandos statuitur de iure Romano in prædictis iuribus cum alijs, ibi per glos. & Bart. allegatis, & latius per Imol. in dicta l. cum vir colum.4. Seruatur autem ius Romanum, vbi non præiudicatur iuri feudorum capit.1. de feud. cognit. dixi in allegat. 83. Et in hoc nullum præiudicium oritur iuri feudorum, in quo non adest contraria dispositio. Nec desumi potest ex interesse considerato in iure feudorum rei vel voluntatis, nam quo ad rem sumus in claris rem non diminui, & quo ad voluntatem cuius causa non fit extensio de re ad rem, nec de persona ad personam, & similiter neque ad alium contractum, vel alium casum, nec ad aliud tempus, nihil in hoc est considerabile cum non sit alia res, sed eadem quæ Regi fuit exposita, non sunt aliæ personæ, non alius contractus, nisi idem qui à Rege confirmatur.

Nec est considerabile quod vnus casus est 13 si venditor habet ius aliquod tempore contractus, & alius casus est si tale ius postea superuenit, nam diuersitas consideratur in his, quæ occurrunt inter contractum, & assensum, non in alijs ab extra sicut magis considerabilis diuersitas esset si Titius habens successores obtinet assensum venditioni faciendæ, & ante venditionem ipsemet vel eius hæres qui in eadem gratia, vel expressè, vel ex vi comprehensiua continetur caret successore, & tamen non ex hoc infirmabatur assensus, vt per Camerar. in cap. Imperialem fol.47. litera B. Vnde opus fuit introduci clausulam assentiendi quo ad bona in quibus habet successorem. Illa enim diuersitas casus venditoris habentis successorem quamuis sit nimis considerabilis non tamen vitiabat assensum, quia est res extranea à contentis in contractu super quo assensus petitur, & obtinetur. Et sic vbi forsitan diceretur in nostro contractu quod Princeps vti Dominus, & possessor, & non aliter ex tunc transfert, &c. posset fortè prætendi diuersitas casus qui euenit ab illo qui narratur in contractu assensu vallato per text. in cap.1. in versic. Si quidem in tit. de cleric. qui inuestit. sec. licet hoc procedat vbi esset præiudicium tertij cui ex pura inuestitura per superiorem in alium facta præiudicaretur, sicut optimè declarat Alexan. in consil.1. num.38. volum.5. Vnde solum permittitur concedere ius de futuro, vt per Doctor. in dicto cap.1. Iacob. in verbo Inuestiuit num.2. Blanc. de feud. lib.1. cap.6. Cuiac. de feud. titul.1. §. si vero, & alij, quod non est in casu nostro cum simus in contractibus inter conuassallos qui non possunt tertio præiudicare.

Sed nec quicquam prædictorum dicitur in illo contractu, in quo solum enunciando quantitates debitas Antonio, dicitur pro eisdem illi dari in solutum Terram Sanctæ Agatæ. Et sic ex iure postmodum superuento nihil euenit diuersum ab eo quod legitur in contractu assensu roborato. Proindeque Camerar. in cap. Imperialem fol.79. litera N.

14 Dum firmat non dari extentionem de casu ad casum, opponit de regula text. in l. cum vir, & non dicit illam non procedere in feudis, sed dicit non procedere quando exprimitur specialis casus, & se declarat in his terminis procedere quæstionem.

Tenet ergo in simplici articulo quod regula text. in l. cum vir habet locum in

feudis. Et inquit quando simpliciter fit actus, quæ verba videntur obscura Francisco de Amic. Sed Camerar. vult dicere quod quando actus fit simpliciter absque alia expressione, tunc dispositio intelligitur, sicut ius intelligit l. si cui ff. de fetuit. l. quamquam ff. de rit. nupt. Et sic de iure tàm præsenti quàm futuro ex prædicta regula text. in l. cum vir, & consequenter ita etiam validatur ab assensu, non per extensionem quæ prohibetur, sed ex vi comprehensiua, quæ permittitur licet in propriè dicatur extendi ad hæredem licentiam vendendi quam obtinuit pater, sed verè est comprehensio, quia vnusquisque censetur sibi, & hæredibus stipulari l. si pactum ff. de probat. Hæc omnia tradit idem Camer. fol. 46. colum. 3. in fin. & colum. 4. & fol. sequent. in principio. Ex quibus vult sibi Camer. quod quando simpliciter fit actus cum ex iuris intelligentia contineat ius futurum. Sic etiam confirmatur ab assensu qui li-
15 cet sit stricti iuris in non expressis tamen cum sit gratia latissimè est interpretandus in his quæ possunt in verbis contineri potest autem, & debet contineri id quod venit ex iuris intelligentia, sicut est theorica eiusdem fol. 44. columna 4.

Quod si assensus petitur sic specialiter, vt excludatur casus iuris superuenientis, tunc cum iste casus non habeat assensum neque ex verbis, neque ex vi comprehensiua, & expressio vnius casus impedit effectum alterius cap. susceptum de rescript. in 6. vnde ad aliqua inferunt Andr. & Loffred. in cap. 1. §. moribus si de feud. defunct. milit. & Frecc. de subfeud. lib. 2. quæst. 11. & tunc bene inquit Camerar. quod necessaria esset extensio, quæ de casu ad casum non conceditur. Sed vbi actus fit simpliciter operatur assensus non per extensionem, sed ex vi comprehensiua ob legis interpretationem, vt dictum est. Ex quibus tollitur quicquid in contrarium afferri potest ex Bal. in 15. quæst. & alijs in l. obseruare in §. post hæc ff. de offic. procon. dicentibus non transferri ius superueniens cuius translatio indiget consensu alterius, nam dicimus adesse consensum Regis ex vi comprehensiua, dum Rex assentit contractui, qui ex legis interpretatione conntinet ius præsens, & ius superueniens.

Idemque respondetur respectu temporis,
16 Non enim fit contractus in alio tempore quam Regi asseratur, sicut dicimus quod assensus præstitus super contractu faciendo non validat factum, nec è contra, vt per Andr. & alios annotatos in Allegat. 31. num. 39. sed vigore huius contractus à Rege validati acquiritur ius, aut extans, aut postea superueniens quod ex eodem contractu acquiri summa cum ratione, & æquitate ciuilia iura sanxerunt.

Idque lex feudalis adeo non abhorret, vt
17 ad substinendum actum vtatur fictione temporis translatiua, vt per Camerar. in cap. Imperialem fol. 9. litera R. & fol. 58. litera A. post Aret. in leg. omnia ff. si certum petatur. Vnde assensus quo ad easdem partes retrotrahitur ad diem contractus, vt per Afflictum in constitutione constitutionem Diuæ memoriæ colum. 17. Capyc. in decis. 182. num. 16. & 17. Lanarius in consil. 17. num. 10. Etiam ad validandam iustitiam in lite mota ex eo contractu ante assensum, quæ fortiora sunt quam (sine præiudicio tertij sicut diximus in assensu qui retrotrahitur) sed inter easdem partes ex eadem fictione temporis translatiua habere ius superueniens quasi extiterit tempore contractus, & assensus ad hoc vt ipse contractus, & assensus teneant, & aliquid operentur.

Reliquum est deuenire ad Andr. à quo in-
18 cipere debuissem, sed volui prius articulum discutere, vt sic melius intelligatur.

Et sicut est impossibile in ea ciuitate adesse nec etiam quintam vel sextam partem foculariorum quos numerari oporteret ex personis in eo libro annotatis, ita etiã est impossibile, vt ipsa ciuitas posset rationem reddere tot hominum vndequaque passim aduenientium, & discedentiũ vt plurimum post breuissimam commorationem, quod patet quia innumeri leguntur attulisse triticum per menses, aliquos plus vel minus, & deinde nunquã vlterius. Signum euidẽs, quod post illos dies iam discesserant ex quibus si impossibile esset reperire dominos, impossibilius esset pquirere famulos, non enim domini, sed triticum afferẽtes passim descripti sunt, quos vt dixi oportet esse famulos aliosue infimæ & obscurissimæ conditio-

ditionis. Quamobrem si fauorabilior est defensio, & ea in casu nostro est impossibilis, periret reus absque defensione si ratio haberetur de tali libro siue quinternione. Et dum ad impossibile nemo tenetur non potest teneri Ciuitas ad particularem cuiusque descripti certitudinem sic vt diximus impossibilem, sed satis superque sufficit genericè ostendisse quod consequentia,& illatio numerandi ex eo libro esset exinde sustinere assumptum quod aliundè patet esse impossibile vltra tot alias rationes supra deductas. Tanto fortius quia Fiscus habet,& potest ad libitum reiterare numerationem hostiatim, & omnes alias diligentias, quæ sibi sufficiunt in numeratione aliarum Vrbium in quibus non adest huiusmodi liber sicut Cosentiæ, nec tamen in illis permittit se decipi.

18 Et audacter adijcio quod si certo sciremus aliquod focular minus iusto (si hoc libro non vtimur) fore numerandum, adhuc illo vti nullatenus deberemus, posset enim sic Fiscus grauari in decem viginti aut triginta focularibus. Et iuxta librum grauaretur ciuitas irremediabiliter in duobus,aut tribus mille, & vbi omne inconueniens est ineuitabile (post debitas diligentias, vt omne pœnitus euitetur) notum est debere eligi minus l.absentem in vers. satius enim ff. de pœn.l.exigendi C.de procurat. l.si procurator ff. eod. Deo Gratias.

Fuit causa latissimè discussa per Regiam Cameram in Collaterali Consilio, eo quod vrgebant ponderationes pro Ciuitate, sed exemplaris videbatur totalis derogatio scripturarum quas receperat illisque vsus fuerat Regius Commissarius in eo negotio. Atque ita S.Excellentia iussit illuc accedere prudentissimum Regentem Montoia tunc Regiæ Cameræ Præsidem, ex cuius accessu magis innotuit Ciuitatis iustitia, & omne grauamen sublatum fuit.

SVMMARIVM.

1 *Facti positio in causa Aquæuelia.*
2 *Monacus, & Clericus non possunt esse Procuratores.*
3 *Procurator ad vendendum non potest habere fidem de pretio.*
4 *Religiosus potest esse Procurator ad vnum negotium ex charitate, & beneuolentia non autem lucro interueniente.*
5 *Religiosus Procurator si expliceet mandatum valet actus.*
6 *Notarius clericus si confecerit Instrumentum, valet.*
7 *Error communis facit ius ob publicam vtilitatem.*
8 *Nemo censetur consentire in his quæ non sunt legitimè facta.*
9 *Princeps, & Collaterale Consilium idem sunt.*
10 *Procurator ad vendendum regulariter potest habere fidem de pretio. Fallit quando pretium est limitatum, & in Procuratore Cæsaris, & minorum vel Ecclesiæ, vt num.11.*
Hæc conclusio procedit etiam in bonis mobilibus num.12.
13 *Verba in procuratione ad recepisse confitendum debent intelligi extensiuè ad ampliandam potestatem Procuratoris.*
14 *Procurator potest facere quod est de consuetudine constituentium, vel Ciuitatis.*
15 *Procurator apponens manus ad connexa mandati non dicitur excedere fines mandati.*
16 *Verba nolo ratificare in contractu feudali non important reuocationem contractus.*
17 *Feudalis contractus reuocatio debet esse expressa, sicut expressus debet esse assensus nec tacitus sufficit num.18.*
19 *Regni constitutiones sunt stricti iuris.*
20 *Verba, volo reuocare non inducunt reuocationem, sed sunt præparatoria ad illum actum.*
21 *Reuocatio in contractu feudali debet fieri per scripturã,& nõ sufficit oretenus.*

22 *Procurator ad vendendum si expleuit mandatum vendendo non potest reuocare sine speciali mandato ad reuocandum.*

23 *Reuocatio an assensus si concurrunt eadem die attenditur hora. Et in dubio præsumitur præcessisse assensum num. 24.*

24 *Quando eodem die fuit expeditus assensus, & facta reuocatio præsumitur pro assensu.*

25 *Superior vbi manum apposuit silent inferiores, & partes.*

26 *Emptor potest impetrare assensum nomine venditoris.*

27 *Seuitia in vassallos facit, vt Baro cogatur ad vendendum feudum inuitus.*

ALLEGATIO XCVI.

Pro Don Hinnico Pappacoda Comite Gambatesiæ.

In Dei Nomine Amen.

1 CVm annis elapsis quidam fratres Barones partis casalis Aquæueliæ, quod est feudum iure Longobardorum, reperirentur carcerati penes Iudicem de Piccolellis delegatum magno cum vitæ discrimine, constituerunt Procuratorem Fr.Io. Baptistam Mirtum Ordinis Seruorum eorum affinem, ad vēdendum omnia, & quæcunque eorum bona tàm burgensatica, quàm feudalia cum pactis solitis, & consuetis, & pro eo pretio, quo se melius conuenire poterint cum futuro emptore cum amplissima potestate etiam donādi quod plus bona vendenda valerent, vt latius in dicta procuratione videri potest.

Fr.Ioannes Baptista per mediam personam Notarij Ioannis Baptistæ Franchi egit cum Don Federico Pappacoda tunc viuente de venditione dictæ partis Casalis, & post multa inter vtrumque peracta, ac certioratis suis principalibus, qui erant in Ciuitate Cauæ de pretio, conditionibus, pactis, atque cautelis, responsoque accepto, ageret quod sibi videretur. Idem Fr. Ioannes Baptista die 7. Septembris 1605. partem dicti Casalis vendidit Don Innico Pappacodæ nunc Comiti Gambatesiæ nepoti prædicti D. Federici pro ducatis sex mille. Quorum mille soluerentur statim, vt eis vti possent in vrgenti illa necessitate. Reliqui remanerent penes emptorem soluendi quandocunque cum solutione interesse ad rationem ducatorum septem pro centenario, & cum speciali hypotheca rei venditæ. Quæ omnia acta fuerunt coram Aduocato dictorum fratrum à quò prius typus cautelarum fuerat visus, & emendatus.

Postridie nona eiusdem mensis, cum in octauam diem incidisset festum Natiuitatis Beatissimæ Virginis fuit porrectum memoriale pro assensu. Superuenit dies 10. quæ fuit Sabbati, & 11. Dominica, quibus Collaterale non habebatur. Demum die 12. Lunæ de mane (adhuc enim durabant feriæ) fuit expeditus Regius assensus per verbum fiat, Dominorum Regentium subscriptione roboratus.

Eadem die Fr. Ioannes Baptista, qui fuerat tantum constitutus Procurator ad vendendum hora 16. reuocauit venditionem à se factam vigore Constitutionis Regni, Constitutionem Diuæ memoriæ. Nec fratres illi ratificauerunt contractum, quamuis Notarius ad hoc accessisset ad Ciuitatem Cauæ, respondentes non posse ratificare, nisi prius à Neapoli certiores fierent de nonnullis rebus, verum postea se facturos.

Demum

Demum die 23. eiusdem, Fratres prædicti eandem casalis partem vendiderunt Zenobiæ Caracciolæ cum pacto de retrouendendo pro ducatis duobus mille eos enim pœnituerat liberè vendidisse. At sic sperabant cito reluere.

Interim vigore prædictæ emptionis Don Innicus cœpit possessionem, cepit postea Zenobia. Ventum est ad Sacrum Consilium dicebant venditores, & Zenobia eorum contractum ritè processisse, primum D. Innici esse nullum tum quia interuenerat procurator Monacus qui de iure prohibetur absque licentia Abbatis, quæ non aderat, tùm quia idem Procurator excesserat fines mandati cum non vendidisset præsenti pecunia. Ipsos fratres noluisse ratificare contractum cum D. Innico ante expeditionem assensus, & sic tacitè reuocasse. Possessionem captam à Don Innico violentam, ac resistentibus, & protestantibus sororibus dictorum fratrum. Multaque alia vt in processu est videre. Replicabat Don Innicus procurationem validam in Monacum solitum negotiari; & quotidie versatum in Tribunalibus, & qui faciebat ex charitate, pretium iustum immò superfluum, potestatem concessam amplissimam, feuda in hoc Regno non soleri vendi præsenti pecunia, sed pretium conuerti in emptionem, vel cum emptore, vel cum alijs. Reuocationem factam post expeditionem assensus. Quod noluerunt ratificare non obesse, neque ex hoc inferri, reuocationem tacitam, & demum possessionem legitimè captam. Discussa causa cum interuentu Domini Præsidis fuit per Sacr. Consil. decretum D. Innicum manutenendum in possessione, & terminus in causa, & licet fuerit dictum de nullitate, per aliud decretum fuit prouisum non obstare, & soluant pœnam. Iamque septennio D. Innicus pacifice possidet.

Hoc decreto lato tàm venditores, quàm Zenobia emptrix petitorium intentarunt, ac nullis factis alijs probationibus præter examen duorum testium de quibus suo loco, prætendunt nunc ex eisdem ferè rationibus, de quibus nulla fuit habita ratio in possessorio, obtinere restitutionem dictæ partis casalis. Conclusiones verò quæ ab aduersarijs afferuntur sunt videlicet.

Primo procurationem factam in personam
2 Fratri Ioanni Baptistæ M.ti Monaci Ordinis Seruorum esse nullam, ex quo Monacus non potest esse procurator sine licentia Abbatis, prout nec Clericus sine licentia Ordinarij. Iuxta text. in cap. 1. ne Clericus, vel Monacus, vbi inter negotia quæ ab istis fieri prohibentur, connumeratur exercitium procurationis in verbo procuratores, allegans dictum Apostoli, nemo militans Deo implicet se negotijs secularibus. Idem statuitur in capitulo sequenti his verbis Sacerdotibus, & Clericis tuis denunties publicè, ne Ministri Laicorum fiant, nec in rebus eorum Procuratores existant, imponens pœnam, quod si huiusmodi fecerint eis ab Ecclesia non subueniatur. Quod etiam habetur in capit. peruenit 21. quæst. 3. vbi decretum Consilij recensetur, & in cap. Monaci à Monasterio 16 quæst. 1. ex hisce igitur, atque alijs iuribus concordantibus prætendunt actores clarè constare Religiosos, siuè Clericos, siuè Monacos non posse esse procuratores, & proinde gesta per eos esse nulla, atque inualida, nam interdicto Officio interdicitur eius exequutio argum. de arbitr. cap. pastoralis S. primo, alias interdictio esset elusoria quod esse non debet l. si prætor ff. de iudic. & cap. commissa de Elect. lib. 6.

Secundo quòd Procurator ad vendendum non potest habere fidem de pretio, nisi specialiter, fuerit in procuratione expressum, at in procuratione

in personam Fr. Ioannis Baptistæ non solum non est expressum, sed contrarium apparet per verba illa. Pretia namque pactuendum, illaque recipiendum, vel manualiter, vel per medium, publicorum Bancorum, &c. vel recepisse confitendum. Cum ergo Frater Ioannes Baptista vendiderit non præsenti pecunia, sed concesserit dilationem ad soluendum pretium quandocunque excessit fines mandati, & sic contractus non valet, tanto magis cum promiserit fideiussionem aliquorum quod non erat in commissis, & sic promisit factum alienum quod à principali promissum nullam parit obligationem vulg. l. inter stipulantem, ff. de verborum obligationib. multò minus ab alio nomine principalis ex regula l. sicut reus principalis, ff. de fideiuss.

Tertio quia stante ratificatione principalium non sequuta, & declaratione facta per principales ipsos coram Notario qui accesserat ad ciuitatem Cauæ pro capienda dicta ratificatione se nolle ratificare, censetur tacitè reuocatus contractus ante expeditionem assensus eò magis, quod idem Frater Ioannes Baptista Procurator ad vendendum postea reuocauit eandem venditionem expressè, & memoriale assensus non fuit porrectum per ipsos fratres, sed per D. Innicum.

His tamen non obstantibus opinor esse decidendum in fauorem Comitis ipsumque absoluendum ab impetitis qui emit à persona legitima iusto pretio cum assensu bona fide absque dolo, & læsione.

4 Non obstat prima conclusio de inualiditate procurationis in personam Fratris Ioannis Baptistæ, nam respondetur pluribus medijs. Primo in hac Ciuitate passim atque indistinctè procurationes fieri in Religiosos siuè Monachos, siuè Clericos tàm seculares, quàm regulares; loquor de procurationibus extra forum, nam forenses sunt prohibitæ, vt quæ ministros Dei auocant à seruitio Ecclesiæ, & immiscere faciunt secularibus negotijs, nam istæ sunt prohibitæ per supradictos text. allegat. pro parte, vt ex verbis eorum est videre, præsertim in dicto cap. Monachi à Monasterio in verbo Forensis. Quod autem ad negotia particularia, & vnum dumtaxat pecunia, vel lucro non interueniente possit clericus esse procurator, tenet singulariter Innocent. in cap. primo de obligar. ad ratiocin. qui omninò est videndus, & in cap. sed nec in fin. ne clerici, vel monachi quem sequitur Archid. in dicto cap. peruenit, Feder. de Sen. in cons. 270. Ludou. Rom. sing. 273 Abbas in cap. clericus de fideiuss. & latè in c. Sacerdotibus, vbi distinguit quod aut clericus vult assumere vnum vel plura negotia ex cupiditate lucri, & non potest per iura supradicta, aut vero ex charitate, & procedit dictum Innoc. argum. d.c. peruenit à contrario sensu, & quod clericus non possit esse Procurator coràm Iudice laico quando est generaliter constitutus secus si specialiter ad aliquam causam communis est opinio canonistarũ in cap. per venerabilem extra qui filij sint legitimi, & Bal. in cons. 112. & vt talis habetur commun. opin. par. 1. sub titul. de procurat. titul. 8. num. 28. Quod si hoc permittitur in iudicio, quid dicendum in casu nostro, in quo Fr. Io. Baptista procurator nihil aliud gerit, quam explicare vnicum, & momentaneum actum venditionis, abstrahitur ne à seruitio Ecclesiæ an intercessit aliquod lucrum? nihil certè, sed ex charitate, & beneuolentia erga dictos fratres carceratos eius affines (mater enim illorum ex Familia Mirta erat) qui versabantur in periculo vitæ, ad cuius defensionem opus erat eis pecunia, quæ aliter haberi non poterat nisi ex venditione dictæ partis casalis.

5 Se-

Secundo dico quod,& si Monacus vel Cle
5 ricus prohiberetur etiam quo ad vnum actum procurator esse,cuius contrarium demonstratum est, si mandatum expleuit actus ille sustinetur,Abbas in d. cap. Sacerdotibus num.3.facit distinctionem aut in foro Ecclesiastico, & valet arg. c. pia de except.lib.6.aut in iuditio seculari,& tunc,aut cupiditate lucri,& non tenet vt dictum est supra aut ex charitate, & amicitia ad vnum negotium, & actus sustinetur non autem indifferenter, &
6 generaliter.Comprobatur hoc argumento à simili,nam eisdem iuribus,quo Monacus vel Clericus prohibetur esse procurator prohibetur etiã esse Notarius,c. sicut eod.tit.ne Cler.vel Mon.& tamen communis DD.opinio est,quòd si Clericus Notarius de facto confecerit Instrumentum,valet actus, cùm non adsit clausula irritans,neque alia pœna imponatur in textu quã priuatio beneficiorũ, ita Abb.in d.cap.sicut nu.9.& 10.vbi pôderat doctrinam Bart.in l. vniuersos. C. de decur.quæ est singularis,& Feder. de Sen.in cons.270.Rom.cons. 409. num. 7.& alij recentiores allegati per Garsiã Mastrillum dec.159.

Postre nò aduertatur quod Fr. Ioa. Bapti-
7 sta, qui vti procurator fecit venditionẽ, licet sit Monacus, nihilominus viuit, & degit extra claustra Monasterij in domo ab ipso ad sui commoditatem constructa omnibus negotijs secularibus se immiscuit,& immiscet,vt ex scripturis & testibus in processu est demonstratum, in foro quotidie versatus est, & versatur, procurationes diuersarum personarum exercuit,& exercet,quod licèt facere nõ possit absque licentia Abbatis,præsumẽdum est,vel eam habere, vel à superioribus tolerari,ex quo facto cum taliter ab omnibus reputetur procedit iuris regula,quod communis error facit ius, vulg. l.barbarius de offi.præt. c. suscitatus extra de rescript. cap. probandum cum ibi notat. de re iud.3.q.7.c.1.§.verumtamen & C.de testam.l.1.D.de Franchis decis.444. & ratio iuris est propter publicam vtilitatem vt notat Bart.in d.l.Barbarius num.4.& alij DD.ibidem, & multò latius in l.3.§.fin.ff.de supel.leg.

Ex quibus rationibus credo non procedere primum partis assumptum de inualiditate procurationis, & actus venditionis, per Fr.Ioa.Baptistam, tùm quia religiosus ad vnum actum, & absque lucro ex charitate potest esse procurator, tum quia si actus fuerit explicatus valet, tùm demum ex quo dictus Monacus permittentibus, & tolerantibus superioribus publicè negotiatur, & aduertatur quod in assensu prestito venditioni dictæ partis Casalis in specie fuit concessus assensus procurationi factæ in personam dicti Fr.Ioa.Baptistæ, quod si prohibitum
8 à iure esset,vtiq; Collaterale Consilium non dispensasset,nec concessisset. Quandoquidem si in particularibus personis lege receptum est, vt numquam censeatur quis consentire in illis, quando non sunt legitimè facta ex reg.tex.in l.si procurator §.celsus ff.de cond.ind.& l. creditor §.fin.ff. mand. Id multò magis in
9 Principe dicendum est,qui leges in scrinio pectoris habere dicitur. Quod autẽ Princeps,& Collaterale idem sint, testatur de Ponte in tract. de Potestate Proreg.tit.de ass.§.5.num.1.cum seqq.

Neque obstat secunda cõclusio quòd procurator ad vendendum non possit haberi fidem prætio,nisi specialiter sit data facultas,per doctrinas superallegatas (posito pro vero, quod in procuratione non adsit prohibitio vendendi nisi præsenti pecunia) nam verba quæ ponderat pars.Pretia namque pactuenda,eaque recipiendum vel per medium banci, vel manualiter,habent relationem ad eam quantitatem quæ tempore contractus erat soluenda iuxta conuentionem faciẽdam inter procuratorem, & emptorem, quibus vigore amplissimę potestatis erat licitum se conuenire eo modo quo ipsis videbatur,vel vt pretium integrum solueretur,vel pars illius,eò magis quod in pro-

procuratione aderat potestas capiendi pecuniam ad interesse, & quomodo exigi poterat à bancis absque illa generali potestate cum principales essent absentes, & Neap. accestere non valerent.

Hoc præsupposito dico quod regulariter
10 procurator ad vendendum potest habere fidem de pretio, & iura partis non procedunt, secundum Ias. in d. l. 1. de officio procurator Cæs num. 19. & recepta est alia verior opinio ipsius Bar. in l. à diuo Pio. §. sed si emptor ff. de re iud. vbi facit distinctionem, quod aut pretiũ
11 est limitatum, & tunc procurator debet vendere præsenti pecunia, & non potest habere fidem de pretio, & ratio est quia habendo fidem esset vendere minoris l. si prædio in diem in fin. ff. de in diem addict. at si procurator vendit minus quàm habet in mandatis non tenet l. diligenter ff. mandati: si verò pretium non esset limitatum, tunc substinguit, quod vel erat adiecta causa ob quam debebat fieri venditio, puta vt satisfieret creditoribus, & tunc si illa causa non est impleta non tenet venditio habendo fidem de pretio, aut habet mandatum liberum, & indeterminatum, & tunc potest habere fidem de pretio l qui fundum, vbi glos. magna ff. de contrah. empt. l. 1. §. 1. de excep. rei vend. Quæ regula non procedit in
12 procuratore fisci, Ecclesiæ vel minoris, l. si procurator in fin. de iur. fisc. vbi est speciale in fisco, vt non possit alienare nisi expediat, l. 1. & ibi glos. de offi. proc. Cæs. Ratio autem respectu minoris, & Ecclesiæ potest esse quia bona prædictorum non possunt vendi, nisi vt creditoribus satisfiat, & habendo fidem de pretio non impletur causa. Et idem Cynus in d. l. in ciuile in antiqua lectura sustinet hanc opinionem primæ contrariam, prout eum allegat Bar. in d. §. sed si emptor idẽ tenet glos. in l. procuratoris §. sed si dedi ff. de tribut. act. quæ indistinctè loquitur, sequuntur eandem Oldrad. in l. procurator ff. de Iur. fis. quem refert, & sequitur ibi Albericus, & Alber. ipse in l. cuicumq; § item si instit or num. 6. ff. de instit. act. vbi Bar. num. 2. Angel. & Paulus de Cast. & cum eodem Bar. transeunt in d. l. à diuo Pio Angel. num. 3. Imol. num. 10, Alex. num. 7. Ias. num. 6. Fab. in §. venditæ inst. de rer. diuis. num. 3. Bald. in d. d. l. inciuile, & l. si non donationis C. de contrah. empt. Angel. in l. cum rendenti, C. vbi causæ fiscales, & in l. 1. num. 2. C. per quas pers. nob. acquir. & in l. 2. num. 11. ff. de iurisd. omn. Iud. Castr. in l. eleganter §. si vendiderit num. 3. de pigno. act. & in l. contra iuris §. si filius familias ff. de pact. Roman. sing. 54. incipi. quod habẽs mandatum ad vendendum Socin. Iun. cons. 21. lib. 6. Gabriel Mudeus in l. quod vendidi ff. de contrah. empt. Abb. in cap. cum olim de offic. delegat. & in c. 2. de procur. Ex quibus apparet hanc esse veram, & communem opinionem, & ita esse iudicatum in Regno Lusitaniæ refert. Vallas. consult. 21. in casu fortiori vbi agebatur de venditione facta rerum mobilium, & mercium habita fide de pretio in quibus non remanebat specialis hipoteca, secus in stabilibus vbi cautũ est venditori posse consequi pretium. Quod si hæc conclusio procedit in venditione quarumcunque rerum, quanto magis in venditione feudi, cum in hoc regno nunquam solitum sit, vendi feuda præsenti pecunia, & liberè ita vt venditor possit eam suo arbitrio dilapidare, propter euictionem quæ de facili oriri posset super eis, sed pretium aut soluitur creditoribus, qui tenentur præstare fideiussionem pro cautela emptoris aut conuertitur in emptionem tot annuorum introituum vel bonorum stabilium, aut remanet penes emptorem, cum quo fit emptio, quæ est quædã ficta solutio præsumpta ad euitandum circuitum, & proinde apponi solent in procuratione illa
13 verba, & recepisse confitẽdum, Accedat quod verba illa Preria namque &c. fuerunt adiecta ad dilatandam potestatem procuratoriam ex traditis per Bart. Bald. Castr. Alex. & reliquos, in l. 2. §. fin. ff. si cert.

cert.pet.& per Roder. Suarez. in l. post rem iudicatam ff.de re iudic.& ad l.finalem ex ordinam.regal.sub tit. De las exceptiones fol.173.num.16.& Ioannem Parlador 2.rerum.quotid.c.fin. part. 5. num.17.§.12. vbi disputant an verba illa Recepisse confitendum obligent principalem etiam si non receperit pretium pecunia numerata. Cum ergo verba illa inducta sint ad extendendã potestatẽ ꝓcuratoriã,nõ debẽt operari eius restrictionem,ex reg.l. quod fauore C. de leg. c. quod ob gratiam de reg.iur.in 6. cum concord.Quod si hac clausula principales voluissent restringere procuratoris potestatem,& vendere præsenti pecunia vtique apposuissent clausulam vulgo so-
14 litam apponi à notarijs scilicet ad ita cõtrahendum nec aliter nec alio modo.Cũ ergo procurator fecerit id quod de consuetudine in huiusmodi contractibus interuenire solet, quomodo dici poterit excessisse fines mandati, certe nullo pacto.Videatur Antonius Gabriel.com.cõclus.lib.6.in tit. de consuetud. concl. 1. num.1.Et quod in generali mandato veniant ea quæ sunt de consuet.constituentium est tex.in l. Vniuersorũ ff.de pigno. act.l.qui semisses §.vltimo de vsur.notat Bar.in l.1.C. de pascuis publ. vel priuat. lib.11.vel de consuetudine Ciuitatis notat Bald.in l.si fraudatis ff.de his quæ in fraudem creditorum, & Bald. in l.1.C.si propter publicas pensit. per text. in l. missi opinatores C. de exact. tribut. lib.10.

Quæ conclusio ampliatur etiam si sit constitutus procurator ad certa negotia taxatiue. De Ponte cons.53. num. 17. & 18.post Rom.consf.114.num. 5. Ruin. cons.193.num.6.lib.5.& Menoch.consil.121.num.12.lib.2.Et quod procura-
15 tor apponens manus ad connexa mandati non dicatur excedere fines mandati, Anchar.cons.29.Hip. de Marl. in tit. de fideiuss.nu. 189. Non tamen omittendũ videtur,quod tunc propriè dicitur habere fides de pretio quando dominium rei venditæ transit in emptorem, & solutio pretij differtur in tempus,Hic à die contractus currunt vsuræ seu interesse in beneficium venditorum pro ea summa quę remanebat penes D.Innicum & per septennium singulis tertijs est facta solutio. Quod si D.Innicus tempore contractus fecisset depositum, & soluisset totam quantitatem duc.sexmille,& de illis fuisset facta emptio cum Regia Curia, vel Ciuitate, vel aliquo particulari, quid aliquid amplius acquisiuisset venditor,quã solutionem tertiam? certè nihil.

Non obstat denique tertia conclusio de reuocatione facta tacitè per principales, expresse per procuratorem,Nam quoad primam in facto demonstratum est fratres venditores quando Notarius accessit ad capiendam ratificationem in Ciuitate Cauæ,neque reuocasse contractum in scriptis,vt facere poterant coram eodem notario neque voce. Non enim dixerunt noluisse vendere,ꝓpterea reuocare, sed tantummodo voluisse intelligere tenorem contractus,& pacta in eo apposita.quibus auditis approbatisque dixerũt Notario quia erat dies Dominica, vt sequenti Lunæ rediret ad explicandum actum ratificationis.Cumq; postea sequẽti die Lunæ redijsset responderunt expectare se Nuntium à Neapoli proinde abiret, Nam opportuno tempore se vocaturos.

Hæc omnia idem notarius testatur, quod si
16 per hęc verba inferatur reuocatio videant doctissimi Iudices,& licet pars põderet dictum duorum testium deponentium, fratres ipso tunc respondisse Notario.Nos nolumus ratificare, quia non fuit intentio vendendi nisi cum pacto de retrouendendo, nihilominus aduertatur,quod testes sunt ex numero guidatorum Iudicis Piccolelli facinorosi,& & vilissimæ conditionis, quamobrem maior fides est adhibenda Notario quã huiusmodi testibus, Sed esto testes isti sint omni exceptione maiores. Quæro
17 verba illa;Nolumus ratificare important reuo-

reuocationem?Nihil minus,cum in reuocatione contractuum feudalium requiratur expressa reuocatio, vt per Constitutionem Regni Constit.diuę memor. per verbum illud reuocare.Et quamuis essemus certi de illorum mente, quòd reuocare voluissent,tamen dum ipsam reuocationem facere non expresserunt,volũtas illa nihil ad rem;l. quoties in prin. ff. de hæred.instit.declarat late Aim. Crauet.cons.161.num. 13.& 14. & Lanar. cons.39. nu 6. & fortius in hoc Regno,
18 in quo sicut assensus tacitus non sufficit per verba constit.de expressa nostra licẽtia,& latius explicat Anna in repet.d.cõstit.num.43.& nouissimæ Regens de Põte in tract.di assens.S.1.& 9. Ita reuocatio quæ resoluit contractum debet esse expressa,nec.tacita sufficit, ex reg. nihil tàm naturale &c. tanto magis quia sumus in verbis constit. Regni, quæ sunt
19 stricti iuris,vt dicit Andr.in const. prosequentes de pugn.subl. 161. Sapientes Regni dixerunt semper, & dicunt, quod constitutiones istæ sunt stricti iuris, & non producuntur ad similia, & consequentia,Bartholom.de Caput. in const. pœnam eorum num.22. de forbann. & foriud.vbi etiam Affl.num.92.And. in constit.si quis aliquem num. 50. Gram. decis.28.& 47.Maranta cons.2.num.4. & seq.tantò magis quia in dubio semper lex præsumit pro validitate actus,l. quoties ff.de reb.dub.Socc.in l.cum in testamento in 2.not.eod.tit.& alij.

Accedat secundò, quod & si fratres isti di-
20 xissent oretenus se ipsos velle reuocare contractum(licet hoc non appareat in processu)attamen non sufficeret. Non enim esset reuocatio, sed præparatio ad reuocandum, quæ non est considerabilis,vt punctualiter consuluit Oltrad. in consil. 119. & multa ad idem habentur per Dec.in cõs.159.col.2. vers. quibus tamen,& per Couar.in c.relatum de testam.in 7.intellect.nu. 9. Nos autem nõ habemus istam præparationẽ, sed quod plus prætendere potest pars aduersa est ambiguitas quædam, ob quam ratificare noluerunt, quæ quidem ambiguitas est valdè minus considerabilis,quam deliberatio reuocandi,& tamen reuocatione non subsequuta talis deliberatio non sufficeret,vt dictum est.

Vlterius iuxta nostras constit. & pragmati-
21 cas,aduerto quod reuocatio debet omnino fieri per scripturam,nam & si priscis temporibus assensus poterat probari per testes,& concedi absq;scriptura, vt latè disputat Affl.in pluribus decis.!& præsertim 398.& Anna in repet.d.const. num. 55.Nihilominus hæc disputatio fuit sublata per pragmat. Regis Ferd. de anno 1509.& Imper.Carol.V. de anno 1529. quibus fuit sancitum assensus deberi expediri in forma Regiæ Cancellariæ infra tempus præfixum,aliter nullius esse roboris ad finem,vt sit certus Dominus directus de persona feudatarij ad euitandas fraudes,qui assensus,vt supra dictum est dat vires contractui,quomodo igitur reuocatio poterit fieri absque scriptura, & Rex esse incertus de vassallo,& posset committi multæ fraudes, si per rebellionem,vel per lineam finitam feudum aperiretur Curiæ,ad quas euitandas fuit introducta scriptura ex illis,quæ post alios tradit de Ponte cons.5.nu.65.

Quò vero ad expressam reuocationem fa-
22 ctam per Fr.Ioan. Baptistam Procuratorem,neque hæc aduersarijs prodesse poterit. Primò, quia Fr. Io. Baptista habebas tantummodo mandatum ad vendendum,quod impleuerat vendẽdo.Requirebatur,postea mandatum ad reuocandum,vt posset reuocare, quo casu etiam si adesset,reuocaretur in dubio an sufficeret,vt tangit.Anna in repet. constitut. prædictæ nu.274.

Sed esto quod Fr.Io.Baptista habuerit mã-
23 datum expressum ad reuocandum, & quod hoc de iure valeret,non ne in processu demonstratum est, reuocationem prædictam fuisse factam die Lunæ 12. Semptembris hora 16.vt deponit Notarius qui eam stipulatus est,& assensum

fuisse

fuisse expeditum de mane hora 12. vt te statur Scriba à mandatis, & sic per quatuor horas ante. Cum ergo appareat de anterioritate assensus, quid erit dubitandum? cum in isto casu procedatur etiam per momenta, ne dum per horas secundum glos. in l. si ex pluribus §. Lucius Titius vsuras in verbo die, ff. de solut. alleg. concord. Felyn. in d. c. pastoralis col. 8. vers. secundò infertur, & Afflict. decis. 387. vers. Item vbi.

Sed si eadem die fuisset expeditus assensus,
24 & facta reuocatio, & non constaret de hora quæ nam præsumeretur præcessisse hanc quæstionem disputant multi feudistæ, sed sufficiat afferre decis. D. de Franch. 649. in 4. vol. quæ cum sit in terminis proprijs non opus est aliūde quęrere in qua decis. vir ille oculatissimus tenet, & sic decisum fuisse dicit, quòd præsumitur pro assensu, ne actus pereat, allegat multa quæ non repeto breuitatis causa.

Possem etiam de iure prætendere, quòd cū
25 in facto demonstratum sit memoriale pro assensu fuisse porrectum die Veneris 9. Septembris, & lectum in Collaterali Consilio, per quod fuit mandatum reformari ex quo non erant expressi succesfores, isto casu cum Princeps appo- suisset manus non potuisse fieri reuocationem, neque tacitam, neque expressam iuxta notata per Regentem de Ponte in tract. de refutat. feudor. §. 7. num. 11. per text. in cap. bonæ de potest. prælat. sed ista quæstione opus non est, cum non fuerit facta reuocatio ante expeditionē assensus.

Nec possum non mirari quod pars auda-
26 cter dicat, non prodesse assensum, quia fuit porrectum memoriale per D. Innicum emptorem, & non per venditores, quorum nomine supplicabatur, quia hoc quotidie obseruatur, vt memoriale possit dari tam per venditorem, quam per emptorem, sub nomine venditoris, imò Notarij ipsi qui conficiunt cautelas procurant memorialia expediri, vt est notum lippis, & tonsoribus, propterea non insisto, quod si quis de ea re dubitaret, consultat D. de Ponte d. conf. 5. nu. 90. & seq.

Cum finem scribendi facerē venere ad me ciues regiminis Aquæueliæ dicētes. Cliētis tui si causa cadit parū interest, adsunt & alia oppida, vbi degat nobis quid faciē dum erit? extorres ne à patria in alienas sedes domicilia transferemus? cedendū patrijs laribus? relinquendi penates carebimus nostris domibus, campis fugibus, quibus alimur, quibus viuimus Zenobia parata retrouendere iam non sibi curat vincere sed venditoribus, qui si annis elapsis nulla irritati causa nobiscum tantopere indignabantur, quid nūc erit dum ea quæ nota sunt euenerunt nobis accusantibus? Proponas rogamus hæc omnia iustissimis, ac spectatissimis iudicibus, vt nobis, rebusq; nostris consulant, vt nos in ea pace, tranquillitate, ac iustitia, quibus per septennium viximus permanere permictant, Victus lachrymis clamoribus pietatis munus esse duxi vos omnes Iudices integerrimos exorare, vt in sententia ferenda præter superius dicta veniat in mentem opinio DD. Iuris æquitati consona quod si Ba-
27 ro sæuitiam exercuerit in vassallos potest cogi ad vendendum feudu n; Nam quemadmodum nimia Dominorum sæuitia in seruis prohibetur, adeo quod ex constit. Diui Pij venire iuberentur, nunquam in potestatem Dominorum redirent, l. 1. §. dispiciamus, & l. 2. § Dominorum. ff. de his qui sūt sui, vel alien. iur. §. si maior asperitas instit. eod. tit. sic in Dominis temporalibus dicēdum est, velut, in Baronibus, & alijs iurisdictionem in subditos habentibus, vt tradunt DD. in locis allegat argumento à dominio ad iurisdictionem, quod in iure validum esse probat tex. in l. qui furere, & ibi DD. ff. de stat. hom. imò, & amissione feudi multatos al quando legimus Ba-

 rones

rones propter sæuitiam, vt Iac. in tractatu de iodijs circa finem, & fuisse decisum referente doctissimo Domino de Curtis refert Gram. in decis. 104. & latè per Capiblanc. in pragmatic. 3. de Baron. & eorum offic. num. 43. cum mult. seqq. Adeo quod nullo modo permittendum esset redire in illorum dominum quos omnino oporteret cogere ad vendendum, vt in eorum potestatem subditi, nullo vnquam tempore recidant, ita Cyn. Bald. & alij communiter in locis aleg. Alex. in l. ita stipulatus ff. de verbor. obligatio. idemq; Alexan. & Alberic. Rosat. in l. bene à Zenone C. de quadr. præscript. textus in l. 1. Cod. de emend. seruor. Guid. Pap. decis. 62. Ludouic. Roman. consil. 37. num. 1. Odofred. consil. 234. Bald. consil. 400. lib. 5. Præpos. in præl. feud. & Rofr. in rubr. sacramentum cuiuslibet vassalli, & decisum fuit circa annum Domini 1585. in Regia Camera pro vniuersitate Montorij, immo tali casus Imperator ex officio debet prouidere subditis, ne indebitè à suis Dominis vexentur, iuxta l. illicitas S. potentiores ff. de offic. proc. Grammatic. decis. 104. num. 5. Neque solum Christianorum Principum hoc munus esse debet. sed etiam Ethnicorum priscis temporibus fuit. vt refert Macrob. lib. 1. Satur. cap. 11.

Deo Gratias.

Egomet iussu Excellentissimi Proregis supradictos collitigantes concordaui.

SVMMARIVM.

1 *Probationes in criminalibus debent esse clarissime, Nec sufficiunt præsumptiones, quæ sufficerent in ciuilibus numer. 2. Possunt tamen per Principem declarari & restringi præsertim, circa testes numer. 3. & quid in hoc statuerit ius Regni in aliquo casu numer. 4. Et præsertim de fide præstanda sotio criminis contra receptatores bannitorum numer. 6. 9. & 10.*

5 *Pragmaticæ sunt strictè intelligendæ præsertim correctoria iuris communis & nu. 13.*

8 *Praxis examinandi in criminalibus non citata parte declaratur numer. 9. & quid in socio criminis numer. 10. Et quod non est retardanda expeditio prætextu testium non repetitorum. num. 11.*

12 *Requisita pro forma substantiali, quæ sint, & ea non adimpleri per æquipollens.*

14 *Inditia de iure communi non sumuntur ex testibus singularibus; Pragmatica alterat in isto casu, & in criminalibus non coniunguntur num. 16.*

15 *Testes varij omnino reijciendi.*

17 *Receptator dici non potest, qui fecit ex iusto metu,*

ALLEGATIO XCVII.

Pro Cesare Beluedere.

In Dei nomine Amen.



Iste vir miseratione dignus ex eo quod à bannitis multis damnis affectus est inquiritur nune de receptatione ipsorum, & quia debiliter fisci intentio fundatur recurritur ad Regiã Pragmaticam æditam in anno 1563. qua cauetur sufficere depositionem in tortura duorum bannitorum etiam deponentium de

de diuersi actis, pro cuius intelligentia commemoro qualiter de iure communi
1 vulgata est positio quod in criminalibus debent esse probationes luce meridiana clariores l fin.C.de probat. Et quæ præ
2 sumptiones sufficerent ad condemnandum in causa ciuili, non satis sunt in criminali, sic desumitur ex text. in c. afferte de præsumpt. vbi ex illa vrgentissima præsumptione condemnauit sapiens Rex ciuiliter, sed non criminaliter. Notant ibi glos. Innoc. & Abb. & latius Ant. de Butr. & idem Abb. in cap. quanto eodẽ titulo Dec. in consil. 175. post num. 5. & num. 6. & 159. nu. 3. & 15. & cons. 615.
3 Similiter verum est quod ratione temporum, vel delicti, vel personarum potest Princeps restringere necessarium numerum testium etiam vsque ad vnum. Et potest remittere aliquas circumstantias testibus necessarias sicut in multis casibs hoc iura fecisse legimus apud specular. in titul. de teste §. restat col. 2. & 3. idemque ex nouis causis vlterius fieri posse tradit Conrad. in templ. iud. lib. 1. cap. 1. §. 4.
Nostræ huius Regni leges nihil hucusque
4 innouarunt quo ad numerum, sed quo ad circumstantias depositionis contestæ de eodem actu multa dispensantur in Pragmaticis sub titulo de muner. offic. & in pragmat. 10. in titul. de aleat. & in pragmat. 1. de vsur. Dispensatur etiam quo ad qualitatem personę in cap. Regn. quod incipit frequens, & effrenata, in quo depositio trium sociorum criminis sufficit ad condemnandos latronum fautores, & receptatores, quæ depositio de iure communi solum sufficeret ad inquirendum, & ad plus (cum nonnullis requisitis) ad torquendum, vt per Hyppol. de Marsil. in pract. crimin. §. diligenter num. 62. Bofs. in titul. de indit. ante tort. num. 143. Ludou. à Peguer. in decis. 5. vbi sub nu. 34. enumerat requisita prædicta, & in decis. 37. Iul. Clar. in pract. crimin. quæst. 21. Fuit postea moderata illa dispositio in alio cap. num. 148. quod incipit constitutionem, vt locum sibi vẽdicet solum contra personas viles, & malæ famę, sed denique ob magnum numerum bannitorum qui in perniciem impotentium à potentioribus sustentabantur amplando talem dispositionem prouisum fuit contra tales receptatores cuiuscunque gradus, & conditionis sufficere depositionem trium eorundem bannitorum etiam deponẽtium de diuersis actis. Et paulò post in anno 1563. statuitur sufficere etiam duorum, vt in tit. de persequen. malefactor. in pragm. 1. & in tit. de recept. in pragm. 5. Quæ quidẽ pragmaticæ sicut absq; dubio seruandæ sunt
5 contra reum, ita & pro reo quo ad vsq; verba non alterentur erunt strictissime intelligendæ tãquam in multis correctoriæ iuris communis, & tãquam pœnales, quorum vtrumque traditur per Doctores in l. 3. §. hæc verba ff. de negoc. gest. Alber. in l. si qui num. 5. ff. de furt. Bart. in l. in testamẽto la 1. ff. de condit. & demonstrat. Dec. in l. factum §. in pœnalibus ff. de reg. iur. Tiraq. in tract. le mort saisit le vif in 2. declar. 2. partis num. 4.
Ea igitur pragmatica 5. inquit (*comandiamo che dichiarando in tortura due fuorusciti delinquẽti esser stati ricettati h habbia per proua pienissima*) & superius dixerat (*ancorche deponessero di atti diuersi.*) Et sic dum Prorex Excellentissimus in Pragmatica induci tot specialitates contra ius commune admisit cum grano salis depositionem non simpliciter, sed in tortura, & sic istam punctualitatem depositionis in tortura ponderat, & specificat Grammat. in decis. 28. nu. 5. in vers. Tertio adducitur.
Nam de iure socius criminis tanquam infa-
6 mis magis creditur veritatem dicere cum dolore tormentorum, vel statim post durante ipsa tormentorum conquassatione, vt per Alberic. in l. fin. C. de accus. Boer. in decis. 319. num. 3. in fin. Hippol. de Marsil. in consil. 22. & cons. 78. Fulgos. in cons. 173. Ludou. à Peguer. in decis. 5. num. 36. Blanc. in tract. de indic. nu. 380.

Neque in caſu noſtro eſt conſiderabile quod poſt receptam depoſitionē introduxerunt duos illos qui depoſuerant ad aulam torturæ addictam ipſoſq; aliquantiſper ſuſpenderint alligatos. Nam præter quod ſcimus hæc fieri ad ſolemnitatē, aduerto (& hoc rogo ponderari) quod ſicut dolor præſertim in hominibus malæ, & infimæ conditionis prodeſt ad veritatem eruendam ante depoſitionem, ſic poſt depoſitionem operatur effectum contrarium. Nam qui depoſuit ſciēs quod ex variatione maiora tormenta inculcabūtur, ob eundem doloris metum quicquid ſemel dixerat cōfirmabit. Et ideo nemo ex Doctoribus prædictis admittit depoſitionem ante torturam, nec ſimpliciter, nec poſtea in tortura cōfirmata, ſed depoſitionem in ipſa tortura, vel paulo poſt, & huic doctrinæ a Doctoribus approbatæ conformans ſe Prorex cum ſapientiſſimo Collaterali Conſilio ſpecificat declarationem in tortura, vt ſic dum quo ad qualitatem perſonarū, & quo ad ſingularitatem depoſitionum derogat iuri communi, ſaltim quo ad modum deponendi cum eodem iure communi conformetur.

Vlterius hæc pragmat. 5. ſub titul. de recep-
7 tatoribus eſt ſubſequens, & amplians diſpoſitionem illius Pragmaticę primæ ſub titulo de perſequen. malefact. Et ſic quāuis diſponeret ſimpliciter eſſet intelligēda in eiſdem terminis ex regula l. nam & poſteriores ff. de leg. tanto magis cum in ipſa eadem ſecunda confirmetur illa prior in omnibus præter eo in quo ampliatur, vt ſufficiat eiuſmodi depoſitio non modo trium, ſed etiam duorum. Sed ſic eſt quod illa prior pragmat. vltra depoſitionem in tortura vult, vt illi teſtes faciant fidem quatenus repetantur citato eo de quo agitur. Et in hoc ſimiliter ſe conformat cum opinione recepta de iure communi per Bart. & reliquos in l. maritus ff. de quæſt. latè Ant. Gomeſ. de
8 delict. cap. 1 1. num. 18. & licet in praxi omnes teſtes examinētur non citatis reis qui certiorari, vt plurimum ſe abſentarēt, & iuditium redderent fruſtratorium in præiudicium Reipubl. cuius intereſt delicta puniri, prout iſta conſiderat proindeque praxim commendant Salyc. in l. habentem col. 4. C. de accuſat. Boer. in deciſ. 319. num. 4. Dec. in conſ. 1 1. nu 9. Crauet. in conſ. 9 1. num. 7. Felyn. in cap. quoniam col. 7. in verſ. ſimiliter, vt lit. nō conteſt. Soccin. iun. in conſ 93. num. 52. lib. 3. ita inquiens ibi ſeruari, & ſimiliter ſeruari in Regno Cathaloniæ inquit Ludouic. à Peguer. in deciſ. 5. num. 35. tamē (ideo namque illos retuli) ipſorum nemo
9 inquit hoc ſufficere ad condemnandum, ſed bene ad inquirendum, & ſimiliter ad torquendum ad quod proceditur ex indicijs ſufficientibus, vbi ita eſt conſuetudo, vt per Boſſ. in tit. de indit. ant. tortur. num. 128. vnde ſufficiunt teſtes licet examinati non citata parte quia faciunt inditium. & ideo etiam ſufficiunt ad procedendum in contumacia, nam pro contumace nemo loquatur, ſed ſi inquiſitus, ſiuè ſpontè, ſiuè captus reperitur in fortijs curiæ, vt poſſit procedi ad condemnationem pro qua non ſufficiunt inditia, ſed requirūtur probationes oporter, aut repeti teſtes ipſo citato, aut per ipſum haberi pro repetitis, & hoc ſecundum eue-
19 nit pluries ad abbreuiandas expeditiones. Et quando ſumus in ſocio criminis, quia quo ad ſe eſt principalis, deponit non iuratus ad euitandum periurium iurat autem quatenus deponit contra ſocium quia tunc eſt teſtis ſic declarāt Hippol. de Marſil. in ſua praxi in §. diligēter num. 62. Clar. in ſua pract. quęſt. 2 1. verſ. quæro nunquid Peguer. in dicta deciſ. 5. n. 34. & Gomeſ. in d. c. 1 1. n. 18. Vnde ſimilr cū g ano ſalis hoc aliud circa modū deponēdi citato illo de quo agit in prag. ſpecificatur, & ita ſeruandū eſſe tenet Carau. ad Pragm. Regis Catholici de anno 1505. contra receptatores. Et eſt prouiſio nō modo, vt iam diximus iuri conſona, verum etiam nimiam æquitatem præſeferens, ſi fortè qui in ſuum caput dolo-

ri

ti cedens ex eodem dolore contra sociū mentitus est, monitus postea conscientię non obliuiscetur, vt patefaciat veritatem, & has aliasue diligentias prętensus socius fortè faciet ad suam innocentiam detegendam.

Hæc repetitio facta non est nec fieri potest,
11 quia delinquentes illi paulo post fuere mortis patibulo mancipati, & quatenus viuerent non essent repetendi post elapsam dilationem sicut statuitur in pragm. lata de anno 1536. quæ legitur sub titul. de citat. nu. 2. Fiscus enim potuit quo ad libuit examinare, & suis vti diligentijs in informatione, & postea vtitur eodē termino cum reo in defensionibus vnde nō debet vlterius posse quæ non posset reus qui est fauorabilior. Idq; dictum sit contra aliquē abusum, vt sicut omnes pragmaticæ, & hæc in specie fuit rectissime condita, sic etiam debeat inuiolabiliter seruari. Quod etiam recolo quia huius viri progressus ad incumbētia pro expeditione fuit diu retardatus eo quod non declarabat habere testes omnes pro legitimè repetitis quod quidem nec fieri debet ex ratione eiusdem Pragmat. cuius etiam meminit Grammat. in d. decis. 28. nu. 6. ne per indirectum impediatur expeditio contra iura in eadem pragm. approbata dicentia, vt vel conuictos velox pęna subducat, vel liberandos custodia diuturna non maceret, & insuper ne similiter per indirectū impediatur defensio, quæ est de iure naturæ. Ad quid enim Doctores supra relati, & pragmatica ipsa volunt repetitionem citato reo, si in hoc se defendere, & hoc opponere per indirectum reus ipse prohiberetur, quamuis in hoc casu forte etiam talis declaratio non sufficeret.

Talem nāq; depositionē cōtra Ius cōmune
12 sic Regia Prag. nouiter prouidet esse validā si sit citato reo, & sic nō iubet aliqd fieri sine quo depositio iā inualida robur amitteret si. ut in l. vniuersa, vbi glo. C. de precib. Imperat. offeren. Sed statuit formam substantialem cum qua, & non aliter ipsa depositio deducatur in esse cum vigore sibi nouiter per Regiam Pragmat. attributo iuxta optimam declarationem Angel. in cons. 36. in princip. cuius vestigia bene sequitur Reg. de Pōt. in cons. 5. num. 48. cum seqq. & consequenter tanquam forma substantialis nō est adimplebilis per æquipollens, vt latè per Ias. in cons. 97. num. 13. cum seqq. vol 4. Dec. in cons 455. & 612. cum alijs, vt per Tiraq. de retract. lignag. §. 1. glos. 11. num. 10. & 11. cum seqq.

Denique illæ depositiones præter nullitates prædictas non possunt validari ex Regia Pragmatica, ex qua tribuitur fides deponentibus actus diuersos, & singulares cōtra receptatores coadiutores, &c. Ex depositionibus reassumuntur tria. Primo colloquium cum ipsis bannitis. Secundo ipsorum receptatio in domo illius clerici, tertio receptatio in quadam vinea.

13 Quo ad primum in colloquio cum bannitis nō adest delictum de iure communi, sed solum indicium si delictum ab illis committeretur quod prætendatur in alloquentis gratiam commissum, vt post Marsil. & alios tradit Blanch. de indit. num. 300. cum seqq. potest enim esse colloquium ad emendationē, vel ad concordiam cum Regia Curia, vel ad aliud honestū, vnde in Regia Pragmatica specificantur receptatores, fautores, adiutores, non autem alloquentes, nec oportet in pęnalibus extendere l. factum §. in pęnalibus, vbi glos. Dec. & Cagnol. cum simil. de reg. iur. Nec prætenditur aliquod delictum ab ipsis prius, vel postea commissum in gratiam Cæsaris, vnde si vera fuit alloquutio credenda est ad bonum finem, vt excludatur delictum ex vulgatis regulis, & non verificatur Pragmat. ex colloquio sine qualitate ibi expressa receptationis, vel adiumenti l. hos accusare §. omnibus ff. de accus. l. 4. §. toties vbi Bar. num. 25. ff. de damn. infect. Dec. in cons. 13. num. 5. & cons. 268. in princ.

Quo ad receptationē ponderanda est prius inuerisimilitudo, vt vir bonæ famæ, & proba-

probatæ opinionis voluerit amicitiam contrahere cũ hominibus pessimis, quibus indigere non poterat ad defensionẽ, vel ad offensionẽ inimicorum, quos nullatenus habere probatum est, adeo quod absque vlla occasione, & periculis, & sumptibus se submisisset, quæ omnia ponderant Criminalistę, sed perstringendo depositiones, quo ad receptationem ab illo clerico, dum inquiũt fuisse receptatos deponunt de facto proprio, & hoc illis creditur, dum autem subiungunt clericum illos receptasse vt rem gratam faceret Cæsari, in hac qualitate non est illis vllo modo credendum, quia non reddũt causam scientiæ quod viderint, & audierint Cæsarem rogasse clericum, & in hac dubietate quæ pro reo potius est interpretanda, similiter potius credendum est illos ita audiuisse, vel imaginaros fuisse. Et dum Pragmatica in vno, & in alio di-
14 spensat, vt sufficiant testes singulares, & etiam de actis diuersis, & esse hanc magnam dispensationem patet ex Alex. in cons. 82. col. 2. vol. 1. ex Fulgos. in consil. 182. & ex Bossio in tit. de indic. ant. tortur. num. 20. & 21. non porest vlterius extendi, iuxta regulam supra firmatam sub num. 5. sicut esset extensio maxima, vt sufficiat etiam depositio dubia non de visu nec reddens causa scientiæ, sed hic casus non prouisus remanet sub dispositione iuris communis, iuxta quod talis depositio nihil nocet l. testium cum simil. b. C. de test. l. solam C. eod. titul.

Hinc etiam oppugnatur illorum depositio
15 quo ad receptationem in vinea, quorum alter inquit in vinea ipsius Cæsaris, alter in vinea Hieronymi de Turri, dispensat enim Pragmatica singularitatem quæ de iure communi facit indicium. Non autem contrarieratem, quæ de iure communi annullat depositionem, & alter alterius tollit fidem, vt per Grammat. In cons. criminal. 59. post num. 5. post Bal. in c. cum causam num. 17. de test. & ibi Felyn. num. 3. Alex. in cons. 153. nu 4. vol 5. Dec. in c. licet causam num. 14. de probat. & in l. ea est natura num. 4. & 5. de regul. iur. probatur in l. 1. & in l. qui varie ff. de test. & in l. eos cum simil. ff. ad l. Cornel. de fal. Nec dicatur posse illos intelligi de duabus vicibus, vt reducantur ad cõcordiam, quæ à lege exquiritur, vbi est possibilis, nam vltra quod dum inceperant dicere non tacuissent plures vices si veræ fuissent, sed sopiti ac territi proprio metu loquebantur quicquid in buccam venerat aduerto concordiam exquiri à legibus in fauorem testis ne puniatur de falso, non autem, vt ex tali concordia adhibeatur fides in alterius condemnationem, immò contra alium non probat, ita pulcrè Bal. in l. de quibus num. 38. in finalibus verbis ff. de legib. Cagnol. in l. j. num. 35. ff. si quis ius dicent. non obtem-
16 per. Nec etiam nocet alios testes dicere quod ea die viderunt Cæsarem in vinea Hieronymi cum multis hominibus armatis, nam non dicunt illos homines esse bannitos. & in criminalibus præsumptiones siuè imperfectæ, vel semiplenæ probationes nõ coniunguntur, iuxta tradita per Dec. in cons. 189. nu. 15. post Alex.
17 in l. si quis §. 1. de edend. Non omittendo quod vbi non habemus probationes neque præsumptiones, vt Cæsar voluerit tal ũ hominũ amicitiã ad aliquẽ finẽ credendũ est quod potius illos odio prosequebatur tanquã malos, & à quibus sibi damnum inferri poterat vnde si cõstaret illos ad Cæsarẽ venisse, & aliquid habuisse non esset hoc tribuendum delicto in quo requiritur volũtas, sed esset actio inuolũtaria ex timore amisionis bonorũ, & vitæ, & consequenter non punibilis l. in delictis, vbi optimè Bal. declarat ff. de noxal. Flor. in l. in omnibus eod. tit. Hyppol. de Marsil. in cons. 99. num. 5. Bois. in tit. de rapin. num. 20. & tex. vulgatus est ad hoc optimus in l. nullum crimen ff. de regul. iur. & ibi latè Dec. & etiam in cõsil. 459. & 469.

Quædam alia quæ contra Cæsarem ponderantur vti solum factum continent videnda sunt cum distinctis respõsionibus. in nota facti. Deo Gratias.

Fuit

Fuit ad leuem pœnam extraordinariam condemnatus, & opinor non fuisse habitam rationem depositionis Bannitorum, sed ex alijs in facto non omninò euacuatis. Multo postea adita sunt commentaria Consiliarij Rouiti ad Regias Pragmaticas, quem legẽs in pragmat. 1. de persequend. malefact. gauisus fui decreti in casu consimili, & Iudicis ibi recensiti. Et etiam quod ipse Rouitus doctissimus firmat articulum quem dubitanter tetigeram, vt supra num. 12. in vers. Tamen.

SVMMARIVM.

1 *Testibus fides non datur si sunt de auditu, vel de iudicio, vel consanguinei.*

2 *Res empta præsumitur ex pecunia habita magis proximè ad emptionem, & nu. 3.*
Si emitur ex aliena pecunia an sit illius num. 4. & 7. Et quid in vniuersalibus num. 5. cum limitatione, vt num. 6. Et quid in feudis num. 8. Et quid iuxta dispositam per consuetudines num. 9. Et istorum ratio num. 10. & 11. Quid autem in pecunia pupillari? num. 12. cum declaratione, vt num. 13. & quando renouãtur an renouetur in eis dominium, vel hypotheca, vide in num. seqq.

14 *Hypoteca trãsfunditur aliquãdo in alias res primarum loco subrogatas, & quid de dominio? num. 15.*

16 *Negotiorum gestor obligat Dominum. Quid autem si extraneus gessit vtilia, num. 17.*

18 *Pecunia ex qua fuit creditor dimissus an præsumatur data ad illum finem.*

19 *Negotium vtile gessisse dicitur qui creditorem alterius dimisit vnde sibi competit repetitio.*

20 *Satisfacere sibi potest qui administrat, & sic præsumitur.*

21 *Debitum aliquando compensatur ipso iure aliquo parte petente, sed non in præiudicium tertij.*

22 *Res empta communi nomine spectabit ad illum quamdiu soluerit ratam pretij.*

ALLEGATIO XCVIII.

Pro creditoribus Fabritij de Medicis.

In Dei nomine Amen.



Iximus in facto qualiter decocto Fabritio de Medicis fuerunt quędam eius merces venditæ ex ordine Pręsidis tunc Regij Consiliarij de Franchis, & pretium ab eodẽ liberatum creditoribus hypotecarijs ipsius Fabritij, vni ex quibus creditoribus fuit etiam liberata certa quantitas peruenta ex vẽditione cuiusdam domus eiusdẽ Fabritij, cum cautione in forma. Nunc ipsius Fabritij fratres, atque sorores hanc pecuniam à creditoribus prædictis auocare intendunt quasi peruentam ex bonis proprijs ipsorum, dicẽtes quod mortuo Francisco de Medicis communi patre remãsere nonnullæ merces in quibus emendo, & vendendo Franciscus ipse negotiabatur, remansere etiam aliqua vtensilia, & quo ad domum inquiunt illa emisse Fabritium communi nomine cum ipsis actoribus.

Pro conuentis dicimus, nihil quærendum esse de vtensilibus, quę sicur reperta fuerunt tempore decoctionis Fabritij, ita iam per scripturas eodem tempore confectas patet fuisse à præfato Domino de Franchis eisdem actoribus consignata. Immò pro conuentis ex hoc colligitur virum illum laudatissimum agnouisse merces diuerso iure censeri ab vtensilibus. Hęc enim vti mobilia inueterata dijudicauit remãsisse in hæreditate Francisci, & proinde spectauisse ad eius hæredes, nec quicquam iuris posse in illis prętendere Fabritij creditores. Merces autẽ agnouit nouas esse, quæ tales apparere

non poterant anno, post Francisci obitũ, decimotertio, & insimul intellexit lucrũ fieri in mercibus ex iteratis emptionibus, & venditionibus, & sic non poterant esse merces remansæ in morte Francisci, nam illas vendere, & alias emere, & sic reiterando oportuerat Fabritium paternas negotiationes continuare, ex quibus se ipsum domum familiam inclusis istis actoribus per annos tresdecim sustentauit.

Dicunt actores, quod quamuis hæc ita sint tamen dum constat Franciscum reliquisse merces, quę pro rata cuiuslibet spectabant ad ipsos hæredes, recidere similiter in eorum dominium nouæ merces quæ sicut aliqui testes deponunt passim ex pretio primarum comparabantur, præsertim quia inter eos aliqui affuere pupilli, & vlterius quia non agitur hic de simplici, & casuali emptione, & venditione, sed erat negotiatio continuatæ emptionis, & venditionis mercium, ad mercaturam in illis pro lucro totius familiæ exercendam. At vero pro creditoribus, vt ordinatè procedamus tria hæc, quæ sub inuolucro per actores in eorum comparitionibus proponuntur tribus capitibus claudemus.

Primo quo ad testes, & personis, & eorum
1 dictis non multum fidei poterit adhiberi paret enim in nota facti, quod ipsorum aliquis loquitur de auditu, & procedit text. in l. testium C. de test. aliqui sunt consanguinei, & procedit text. in l. parentes C. eod. Aliqui tandem loquuntur de iudicio contra text. in l. solam C. eod. glos. in dicta l. testium in verbo præsto latè Hyppol. de Marsil. in singul. 19. Et verè hæc probatio, vt potuerint testes adesse primis vẽditionibus, & nouis emptionibus factis ex illa pecunia, & sic deinceps in pluribus contractibus, & in pluribus annis merito impossibilis videtur Bal do in cons. 493. quod incipit multiloquium num. 3. & 4. vol. 4. Quod agnoscens pars aduersa conuolat ad præsumptiones, quæ vt sufficiant ad condemnandum nimis vrgentes esse debent iuxta tradita in l. final. C. de probat. per Afflic. in decis. 13. Sed certè præsumptio est in contrarium. Dicunt enim quod dum ad Fabritium peruenerãt illæ merces remansæ in morte Francisci præsumitur ex illarum pretio alias comparasse. Verum-
2 tamen obstat factum quoniam Fabritius, & si diù velauerat decoctionem donec ventum fuit ad illum actum iudiciarium coram Domino de Franchis, tamen verè defecerat multo prius, & sustentabatur ex dotibus habitis ab vxore, & ex multis quãtitatibus fęnori acceptis. Ex quo facto duo resultant. Alterum quod quicquid haberi potuit ex mercibus relictis per Franciscum, & ex alijs cum illarum pretio comparatis jam consumptũ fuerat quando Fabritius verè defecit, & occultè quo ad potuit, fęnori cępit tot pecuniarum quantitates, quas nunc amittunt qui illas dederant vix enim istis de quibus agimus valdè anterioribus potuit satisfieri, vnde frustra quærimus præsumptiones dum innotescit veritas. Et (deueniendo ad aliud ex hoc facto resultans) quamuis constaret tempore emptionis mercíũ nouissimarum quæ in decoctione Fabritij repertę sunt perdurasse adhuc aliquam pecuniam hæreditariam, dum in eius decoctione neque obolus, vel hæreditarius, vel dotalis, vel fęnori acceptus repertus est præsumit lex merces nouis-
3 simè comparatas, fuisse ex ea pecunia cõparatas quæ ad emptorem nouissimè, & tempore ad emptionem magis proximo peruenit tex. est in l. fin. in vers. liceat C. de pignor & in l. si ventri §. fin. ff. de vẽtr. inspic. tradit Bar. in l. Imperator § cũ autẽ num. 3. ff. de leg. 2. & in l. post contractũ col. 3. in 5. præsumptione ff. de donat. Iacob. Butrig. & Alber. in l. si tibi pecuniã, ff. si cer. peta. bene Roman. in cons. 426. circ. med. & vers. & hoc maximè, & Præs. de Franch. in decis. 97. num. 5. præsertim cum pecunia vltimo loco habita ad ipsum peruenerit non modo ex simplici mutuo, sed ex fęnore constituto. Et sic

for-

fortius procedit theorica Bart. in dict. l. si ventri in §. fin. Et hoc videtur sufficere pro defensione creditorum in hoc articulo, Nam existente dominio mercium non penes actores, sed penes Fabritium cessat reiuendicatio per actores proposita, si vero prætendunt se esse creditores Fabritij ex causa administrationis cum in hoc nulla adsit obligatio nec promissio Fabritij quamuis essent eius creditores in actione personali non possunt cōcurrere cum istis hypothecarijs, quibus fuit hæc pecunia de qua nunc agimus liberata.

Verum ne sic remaneat præsens articulus
4 imperfectus aduerto vlterius, quod Admissis (citra veri præiudicium) emptionibus ex pecunia pasim intermediantibus diuersis contractationibus peruenta ex mercibus repertis in hæreditate Francisci non ex hoc in casu nostro istarum mercium nouissime emptarum, per Fabritium, & in eius decoctione repertarum posset prætendi dominium; fuisse Francisci hæredibus acquisitum. Si enim res empta ex pecunia mea etiam mihi furto substracta vel è contra pecunia rei meę etiam quam aliquis surripuerat non est mea l. qui vas §. fin. ff. de furt. l. si ex mea pecunia C. de rei vendicat. multo minus, erit mea res empta ex pecunia peruenta ex re mea, in qua adest duplex legis repugnantia. Vnde licet nō in particularibus, sed in vniuersalibus pretium succedat loco rei, vt per do-
5 ctor. in dict. §. fin. & in dict. l. si ex mea & in l. si & rem ff. de petit. hæred. & est pulcher text. ita distinguens in l. venditor ex hæreditate ff. de hæred. vel act. vēdit. tamen si res non est empta de pecunia mea, sed res mea est vendita, & ex ea pecunia empta est alia res, tunc ista res non succedit loco illius, & consequenter non est mea siue simus in particularibus siue in vniuersalibus vno tantum casu excepto nempe eius qui grauatus est restituere hæreditatem, & nomine hæredi
6 tatis taliter vendidit, & emit, vt in l. Imperator §. cum autem vbi glos. aduertit ff. de legat. 2. sed extra hunc casum nunquam res succedit loco alterius rei de cuius pecunia cōparata est, ita text. expressus in l. sed & si lege §. 1. ff. de per. hæred. & ibi glos. & Bartol. & latius idē Bart. in dict. l. Imperator §. cum autem num. 2. vbi specifice inquit, quod si res non peruenit directo, sed per circulum, quia primo vendidit rem, & habuit pretium deinde ex illo pretio aliā rem comparauit, tunc talis res empta loco illius rei vendide nō succedit. Quod quidem si procedit in vnica contractatione multo clarius procedit in casu nostro in quo per annos tredecim quamplurimas merciū contractationes, & venditiones, & emptiones interuenisse necesse est.

Et ad Bartol. rediens sicut eius theorica fū-
7 datur ex text. in dict. l. sed & si lege §. 1. de pet. hæred. cum concordantibus relatis per glos. & per eundem Bartol. ibi & in dict. §. cum autem sic etiam non habet contradictorem sed passim illum sequuntur Bal. in l. mater num. 15. C. de rei vendicat. & ibi etiam Cin. & Alber. Bal. quoque in cons. 53. remanentibus, circa medium lib. 1. & in cōs. 112. eod. lib. & in l item veniunt in princ. ff. de pet. hæred. & etiam Ias. ibi col. penult. Paul. Castr. in cons. 360. circa fin. libr. 1. & cons. 326. super primo libr. 2. Alex. in cōs. 81. perspectis col. 4. vol. 2. & cōs. 40. & cons. 119. viso percessu col. fin. vo
8 lum. 5. Idemque in materia feudali tradunt Iacob. de Beluis. Andre. Bal. Card. & Aluar. in c. 1. de feud. non habet pro pri. feud. natūr. Aret. in cons. 14. col. 2. Ias. & Alciat. in l. si eum seruum ff. si cert. pet. & Afflitt. in constit. Baiuli locorum col. 3 in 3. notabili. Et idem in materia consuetudinaria tradit Boer. in commētarijs consuet. Bitur. sub titul. de consuet. matr. §. 2. col. 3. quem refert & sequitur Tiraquell. in §. 32. de retract. lignag. glos. 1. num. 18. ex cuius dictis sub num. 22 colligitur ratio nā vbi pre-
10 tium succedit loco rei id quidem non

vere procedit, sed ex fictione prout pulchre docuit Bal. in l. cogi col. fin. versic. deinde quæro C. de per. hæred. quem sequitur, & comendat Ias. in l. si eum ser uum ff. si cert. pet. data autem hac fictione vt pretium succedat loco rei, si vlterius, & loco huius rei succederet alias res ex hoc pretio comparata essent duæ fictiones, quæ in idem concurrerent cōtra tex in l. 1. vbi Bal. C. de dot. permiss. late Bart. in l. singularia ff. si cert. petat. & tanto magis in casu nostro in quo adsunt tot reiteratæ emptiones, & venditiones der annos tredecim.

Et sic non obstat prædicta l. Imperator §.
11 cum autem de legat. 2. nam illa est specialis prouisio in grauato de restituendo, qui est casus particularis, & adhuc in eo locum non habent duæ fictiones, sed illas res eo modo emptas restituit, quia possessor expresse, ita voluit emens nomine hereditario sicut ibi glo. aduertit vel si dubitatur lex ita præsumit vt ibidem per Bartol. num. 2. in fin. vbi etiam expresse inquit secus esse si sumus in claris, quòd possessor aliter voluit, & solum remanet obligatio quartæ introducta de iure codicis; Non enim negamus posse emptorem subijcere rē emptam conditioni cui vult, & tunc nō operatur fictio subrogandi vnam rem loco alterius absque facto hominis quæ est quæstio de qua agimus, sed ipse dominus qui rei suæ est moderator, & arbiter, & q. rei suæ potest dare legē quā ipse vult, ipse rem suam restitutioni submittit cuius voluntatem sequi debemus, vt per glo. in dict. l. sed & si lege §. 1. & in dict. §. cum autem per Tiraq. in dict. §. 32. glos. 1. num. 23.

Similiter (vt descendamus ad aliud caput
12 superius promissum) non obstat consideratio, quod aliqui ex actoribus erāt minores etenim hoc posset efficere, vt res empta de pecunia minoris eodem sic eligente esset sua, l. 3. C. Arbitr. tutel. cum traditis, per glos. in dict. in l. si ex ea pecunia & in l. si vt proponis C. de rei vend. & in hoc adest priuilegium, vt per Bal. in cons. 53. & cons. 87. vol. 1. Bart. in l. si patruus C. commun. vtriusq; iudit. & in l. tutium & meuium in §. altero ff. de administr. tut. Sed vt hoc locum
13 habeat requiritur, vt immediate facta sit emptio de pecunia minoris, Nam si vendita est res minoris, & ex ea pecunia empta est alia res hæc pupilli non efficitur; ita clare docet Barto. in dict. l. Imperator in §. cum autem num. 2. circ. med. vbi affert tex. in d. l. si patronus, & in dicta l. titium in §. altero, & ipse etiā vtrobique hoc idem repetit Bal. etiam in l. mater num. 14. & 15. C. de rei vendicat. Nicol. de pignor. in 2. Membr. 2. part. num. 19. Adeo quod neque hæc conclusio applicabilis est ad casum nostrū, in quo non semel aut bis, sed pluries, atque pluries præsupponuntur cōtractationes & multiplicare emptiones, & venditiones per annos tresdecim.

Videndum restat si iuuari possunt actores
14 ex eo quod administratio Fabritij fuit in negociatione quodammodò vniuersali merces emendo, & vendendo, & introducendo, & extrahendo, quo casu merces subsequentes durante vita administratoris subingrediuntur semper in locum primarum l. cum tabernam ff. de pignor. & licet loquatur ille text. in hypotheca. Eadem ratio est in dominio præsertim cū declaratione Bar. circ. fin. vbi inquit hoc casu militare terminos vniuersitatis, prout in grege, & in peculio, & similibus, vt in l. cum pater §. mensæ ff. de legat. 2. nam licet merces mutentur eadem est negociatio, vt in peculio, & in grege l. peculium ff. de legat. 1. l. grege in princ. ff. de pignor. eisdemque terminis vtitur Socc. in l. qui Romæ §. Callimacus in 2. notabil. ff. de verb. obli-
15 gat. Vnde sicut habens hypothecam super animalibus gregis, vel super bonis peculiaribus, vel super mercibus certæ negociationis, habebit etiam hypothecam super futuris mercibus eiusdem tabernæ, bonis eiusdem peculij, animalibus

malibus eiusdem gregis, non video rationem differentiæ (retentis eisdem terminis) quo ad dominium. Adest porro differentia quo ad aliud, quia merces illæ præsentes, & futuræ voluerit, vel noluerit Dominus erunt mihi sẽper hypothecatæ, sed in illis negotiari, & nouas introducere, vel non introducere solum est in arbitrio Domini. In meis autem mercibus non fiet negociatio me nolente, sed vbi voluerim, aut ex parte per socium, aut insolidum per gestorem, & dãnũ, & lucrum, & omnium merciũ præsentiũ, & futurarum siuè acquisitione, siue amissionẽ ad me ipsũ spectare necesse est.

Atque ita in hoc articulo ab aduersa parte
16 non dissentio, sed articulum ipsum opinor ad causæ Victoriam minimè deseruire. Interrogo enim ipsos hæredes num habere velint Fabritium pro ipsorum gestore an pro extraneo? Si dicunt fuisse in hoc negotio legitimam personam pro illis, quæsiere quidem dominium merciũ pro ipsorum rata, sed insimul pro eisdem ratis tenebũtur ad omnia debita pro eodem negotio contracta l. pen. §. taberna. ff. de instit. act. latè Ias. in l. creditor §. institutorem ff. si cer. peta. Et hæc debita multa sunt adeo quod quamplurimis satus fieri non potest vix enim solutum est præsens Fabritij debitum hypothecariũ, & antiquius quod & paulo post cõmemorabimus. Si verò eius personam non approbant remanent omnes articuli su-
17 pra firmati ex quibus liquet non posse illos habere dominium mercium, nec quicquam iuris prætendere posse vti creditores. Et nunc addo quod (admisso pro impossibili) vt possent habere dominium reprobata persona Fabritij adhuc nihil ageret. Non enim possent illud habere nisi vt hæredes Francisci, & vt hęredes tenentur ad debitum pro quantitate quæ in vtilitatem hæreditatis versa est l. j. §. non solum, vbi Bar. ff. de instit. act. l. ei qui seruo, & ibi optimè Bal. C. quod cũ eo. Ruin. in cons. 93. vol. 5. Hoc autem debitum de quo agimus fuit primum in ordine contractum per Fabritium ad hoc vt cum ea pecunia dimitteret, prout dimisit creditores hypothecarios Francisci, qui omnia bona sequestrari fecerant; Et
18 iam omnes merces omnemque hæreditatem dispergissent. Dicunt actores creditores nõ ita contraxisse, vt ingrederentur in locum eorum qui dimittebantur, vel vt cessiones obtinerent ab illis ita vt haberent subingresiionem legalem, vel conuentionalem, prout vtramque formã explicauimus in alleg. 68. Et verum dicunt, sed cum adsint alia requisita pecuniæ datæ, & incontinenti conuersæ ad illum finẽ præsertim in mercatoribus qui negotiantur bona fide forte, & hoc aliud requisitum pręsumi debet, vt ad illum finem data fuerit argum. l. quædam ff. de reb. dub. & per Strac. in tit. quãd. in caus. mercat. sit procedendum in 3. par. vltim. par. num. 4.

Verumtamen sit solummodò hypotheca in
19 bonis Fabritij, certè Fabritius dimittens creditores hæreditarios præsertim eo tẽpore sic præcipiti vtile negotium gessit hæreditati siuè ipsis hæredibus ad quos bona illa spectare inceperant quæ vili pretio sic festinanter ex necessitate fuissent vendita l. & si æquo ff. de legar. 1. Ex quo saltim personalis actio sibi competit aduersus ipsos hæredes l. 1. & 2. ff. de negoc. gest. l. ei qui & ibi Bal. & Castr. C. quod cum eo. Et hæc actio cum reliquis bonis ipsius Fabritij comprehensa fuit in generali obligatione, & hypotheca acquisita per istos creditores a quibus habuit pecuniam supradictam l. nomen C. quæ res pignor. ob'ig. poss. declarat Pręs. de Franch. in decis. 540. num. 24. Ipsi autem, siuè proprio nomine, siuè vt hæredes tenentur ad omnia debita siuè cum hypotheca, siuè in actione personali quatenus est in bonis. Et consequenter omni iure ex pretio illarum mercium istis creditoribus satisfactum est.

Dicunt Fabritium administrantem potuisse de suis creditis sibi satisfacere. Immò hoc præsumi l. Peculium §. 1. in vers. sanè vbi

Angel. num. 3. ff. de pecul. Afflict. in decis. 13. nu. 16. Crauet. in consil. 129. nu. 5. Mascard. de probat. conclus. 1398. Caualc. de tutor. & curat. num. 181. Guttier. de tutel. lib. 2. c. 9. nu. 51. Et sic fuisse inductam compensationem cum suo credito l. etiam l. ex venditione cum simil. C. de compensat. Sed respondetur in nota facti liquere quod sumptus in substentatione familiæ (inclusis ipsis actoribus) excedebant singulis annis lucrum ex negotiatione Vnde passim tot Fabritij debita potiusquam aliquid superesset. Et quo ad ius, illud Fabritij creditum quia vtile negotium gessit nō pariebat vsuras cum non fuerit hoc actum, immò nec interesse cum illud nō petierit constituendo cohęredes in mora, & sic non potuisset fieri compensatio ipso iure ad impediendum cursum vsurarum, vt in l. si con-
21 stat C. de compēsat. Neque possunt applicari termini negotiorum gestoris qui faceret librum iuxta text. in l. si quis negotia ff. de negoc. gest. ad quod pulcram doctrinā Baldi in l. Meuius in addit. ff. famil. Herciſc. quoniam nec Fabritius pro eorum gestore admittitur ab actoribus, qui ex hoc tenerentur ad eius debita in negotiatione contracta, vt supra diximus, neque sumus in pluribus partitis eiusdē negotij exitus, & introitis, prout Bal. loquitur, sed sumus in credito Fabritij distincto qui nunc ab actoribus compensari debere prætenditur cum partitis, quas ad illum peruenisse inquiunt ex administratione, tales autem partitæ sicut ex supradictis rationabiliter negātur, ita si verè essent parerent istis actoribus actionē ad illas ab ipso Fabritio repetendas, non autem vt possent opponere compensationem in prędiudicium tertij, nempè istorum creditorū quibus expedit illud creditum exrare. Sic plenè discussum, & decisum fuisse testatur Præs. de Franch. in decis. 53. per rationes, & authoritates ibi legendas.

Denique prætensio respectu domus, vnico verbo resoluitur quod verum est Fabritium illam emisse communi nomine, & opinor illam emisse ad velandam adhuc secretam decoctionem, vt crederetur stare, & vilem esse mercium contractationē dum vltra sumptus domesticos, & alios ad negotium necessarios bona quoque stabilia emebantur communi nomine, sed pretij solus ipse de propria pecunia aliunde sibi peruenta quandā ratam exoluit, quamobrem ea nunc vendita pretium exinde redactum primo loco pro complemento sui crediti solutum est illi primo Domino qui vendiderat cum speciali hypotheca, reliquum istis credito-
22 ribus. Ex quo facto nihil redundat in beneficium actorum. Emptio enim communi nomine hoc operatur quod adiectus emptioni non potest ab emptione repelli, vt partem non habeat. Sed tamdiù quatenus partem pretij exoluit, vel exoluere paratus est, ita Bar. qui hanc doctrinam commendat, & notari admonet in l. 2. quæ incipit cum proponas C. pro socio sequitur Abb. in cons. 46. in 3. dubio vol. 1. & Rolan. à Valle in cons. 4. Quod male fuerit vol. 2. Istorum neutrū prætendunt nec proponunt actores, proindeque nihil se offert ex quo in præsenti capite audiantur. Deo Gratias.

Absoluti fuere isti creditores. Et ipsimet actores cognitis meritis causæ in eius discussione a sententia non reclamauerunt.

SVMMARIVM.

1 *Exclusio aliquando est ob propriam incapacitatem, aliquando vt fiat locus alteri personæ quam lex præfert. Prima non ad hunc casum. Secunda discutitur.*

2 *Ratio legis quando certa est ampliat, vel restringit ipsam legem, sed oportet eam esse claram, & vnicam, & non aliter num. 18. cum seqq.*

3 *Masculorum prælationis exclusis fœminis*

num

8 num. At ratio onus quod habent illas dotandi? vel conseruatio agnationis, num.9.13.& 15. Declara, vt nu.14. Et quid de iure constitutionum, & consuetudinum, vide num.16. vel prædilectio sexus masculini num.11.& 17. Vtraque prospicitur omni iure nu.10. 11.& 12. concluditur num.21.

4 Frater dotare tenetur de proprio sororem consanguineam inopem, de bonis vero ascendentium, & inopem, & diuitem? Et quid de vterina, vide ibi, & nu.5. & 7. & quid de iure consuetudinario num.6. Et quid in successione fraterna, num.8.

10 Nobilitas vt conseruetur interest Reipub. augetur ex diuitijs, sordescit in egestate.

19 Mulier licet sterilis habet priuilegia dotis.

20 Masculi præferuntur fœminis ex constitutione in aliquibus. Quid autem in bonis maternis num.21. Et quid in concursu vterinæ? num.22. cum seqq. concluditur num.28.

23 Regni constitutio in aliquibus declaratur vna cum constitutione vt de successionibus cum num. seqq.

24 Successores in feudis intelliguntur descendentes. Ampliatur hoc ex constitutione num.25. Et etiam ad vterinos, & in feudo nouo num.26.

27 Frater consanguineus defuncti præfertur sorori vterinæ eiusdem defuncti etiam in feudo quod peruenerat ad defunctum à matre.

ALLEGATIO XCIX.

In lite inter Franciscam Terracinam, & Beatricem Montaquilam.

In Dei nomine Amen.



Laodomia cognomento *de le decime* ab intestato decedens reliquit ex primo matrimonio Franciscum Terracinum, ex secundo Beatricem Montaquilam, inter quos fratrem, & sororem vterinos orta est controuersia circa maternam hæreditatem ad quam prætendit soror admitti, & l.maximum vitium C. de liber. præter. ex l. lege duodecim tabularum C.de leg.t.hæred.non obstantibus huius Regni constitutionibus quas inquit fuisse sancitas ad fauorem agnationis, cessare autem hunc fauorem in concursu fratris non consanguinei, sed vterini. Frater vero inquit constitutionē in aliquibus præferræ masculos indefinitè nec ibi legi huiusmodi limitationem. Et hanc controuersiam terminandam in me cum potestate amplissima compromiserunt.

Ego vt correspondeam confidentiæ amborum partium conatus sum, quo ad potui maturè perpendere quicquid pro veritate in hoc articulo reperienda considerabile videretur. Et quia basis negotij est radicalis cognitio exclusionis fœminarū cōmemoro omnes exclusiones sub duobus capitibus comprehendi. Aliquan-
1 do enim excluditur aliquis ob suam incapacitatem, Aliquando excluditur ad hoc vt alius includatur sicut Barr. distinguebat in l.liberorum num.16.ff.de verbor.signific.& ibi Alciat.sub primo capite includuntur exclusiones ob delicta, ob reales renunciationes, ob inhabilitates, & similes in quibus lex vult huius personæ exclusionem nec vlterius prospicit ad cuius beneficium redundet exclusio. Et istæ nihil ad id quod agimus. Aliquando excludit personam alioquin habilem, & succesibilem, sed præualet fauor alterius qui in ea successione prædiligitur, sicut in nostra consuet. si quis vel si qua in bonis vnius lineę coniuncti defuncto ex ea linea præferuntur reliquis etiam proximioribus, & ex nouo vsu exclusis etiam parentibus. Et huius generis est constit.in aliquibus quæ filias fœminas non excludit. Immò abusu contrario exprobrato illas admittit in cōcursu remotiorum, sicut hoc ibi annotat Bartolom. de Capua in verbo vnde relinquitur num.9. sed illis præfert filios masculos.

Ratio

Ratio prælationis si esset vnica, & constit. il-
2 lam exprimeret ex illa possemus faciliter casus occurrentes decidere l. cancellauerat ff. de his quæ in testam. delent. l. pacto ff de hæred. instit. late Curt. senior in cõsil. 81. col. 1. in vers. tunc siue, & col. 2. num. 6. Illa enim ratio certitudinaliter restringeret, vel ampliaret ex vulgata regula text. in l. adigere §. quamuis ff. de iur. patronat. & in l. his solis in vers. satis C. de reuocand. donat. Sed quia non exprimitur oportet illam inquirere, vt ex illa arguamus argum. pulcri text. in l. pen. ff. de reb. dub. Bar. in l. liberorum nu. 12. ff. de verbor. signif Anchar. in cons. 27. col. 3. vers. ex primo

Hanc ergo rationem dicũt aliqui esse onus,
3 quod habent masculi dotandi sorores; vt sic in vno grauati in alio releuentur. Sicut in simili nostra cõsuetudo incipiens sed si morienti excludit sorores à successione fratris in concursu alterius fratris; & pro ratione assignat onus dotandi inquiens excludi sorores cum fratres illas habeant maritare. Illa enim dictio (cum) in hoc sensu significat rationem dispositionis cap. 1. de except. l. si ab arbitro ff. qui satisd. cogant. Et in specie illa dictio (cum) pro quia ibi exponitur per Napodanum. Et etiam in successione matris, vel auiæ, videtur hanc rationem afferre Albert. Brun. in tract. de statut. exclud. fœmin. art. 8. quæst. 14. num. 53. Et dotationem quoq; mentionare videtur Socc. in cons. 84. num. 2. vol. 1. Quæ ratio (si vera est) suadet fratrem non excludere sororem vterinam, quam dotare non tenetur l. cum plures §. cum tutor ff. de administrat. tutor.

Sed certè hoc asserere esset velle, vt currus præcederet boues, non enim hoc onus haberent filij si & filiæ cum illis succederent vna simul, at quia voluit constitutio præferre masculos, ne fœminarum penitus obliuisceretur, quæ (vt inquit Iustinianus) nihil culpæ commiserunt, vt fœminæ nascerentur, & saluum nõ sunt præiudicandæ in portione illis debita de iure naturæ, disposuit etiam vt fœminæ à successione exclusæ à succedentibus masculis dotarentur. Sic ipsa constit. continuata oratione inquit, præferri volumus masculos fœminis dummodo fratres illas debeant maritare. Nec minus in consuet. si moriatur præferuntur masculi, & statim subiungitur vt successores ipsi maritent fęminas, vnde intelligimus ob successionem delatã onus iniungi. Quibus verbis vtitur etiam Præs. de Franch. in decis. 26. num. 6. inquiens cõmodum successionis habere annexum onus maritandi, Non obstant illa verba Alberti quia paulo post firmat opinionẽ contrariam ex qua oritur (& sic ipse declarat) vt dotatio sit sequela non autem causa successionis. Idemque intelligitur apud Soccinum ponderando eius verba in dicto num. 2. & num. 5.

Vt autem intelligamus non obstare illud simile desumptum ex consuet. Sed si morienti sciendum est quod duplex potest esse fraterna obligatio dotandi sororem. Nempè aut simpliciter quia frater, aut quia frater qui sororem à successione excluserat cum onere illam dotandi.

In primo casu nulla cadit quæstio circa suc-
4 cessionem, sed nulla habita ratione bonorum vnde peruenerint tenetur frater (si propriæ vires suppetunt) dotare sororem inopem. Quam autem sororem? vtique cõsanguineam quoniam eiusdem est sanguinis. Vterinam vero ex honestate non ex necessitate, & ratio est tum supradicta quia non est eiusdem sanguinis, tum etiam quia vterina habet, vel habere potest suos consanguineos, & sic vterina melioris conditionis esset quam consanguinea, dum ipsi vterinæ, & à suis cõsanguineis, & ab hoc vterino ex necessitate prospiceretur. Hæc desumuntur ex tex. cum glos. & Doctoribus in dicto §. cum tutor, vbi Azo in verbo alio patre in fin. Accurs. in l. non omni in verb. nulla C. de administ. tutor. & ibi Cyn. & alij relati per Ias. in l. 1. num. 29. & 30. ff. solut. matrim. Et de hac dotatione ad quã vte-

rinus non tenetur loquitur Napod. in cõsue. sed si morienti in finalibus verbis dum loquitur de iure communi, & affert hunc text. in §. cum tutor, vnde (vt hoc obiter aduertam) quatenus apud Andr. in repetitione constitutionis comitibus col. 3. in verb. dotare legimus ipsum moueri ex eodem text. in §. cum tutor oportet siue illum intelligere, ex honestate non ex necessitate, vel oportet addere negatiuam ex impressoris forte negligentia prætermissam, vt sic non deuiet à text. quem allegat iuxta vulgatam theoricam Bartoli in l. non solus in §. si liberationis verba ff. de liberat. legat. Et hæc quoad obligationem dotandi solummodo ac simpliciter, quia frater, de qua obligatione non potest intelligi consuetudo, quia esset ratio restricta ad fratrem consanguineum diuitẽ erga sororem pauperem, & consuetudo generaliter excludens sorores siue diuites, siue pauperes dat rationem similiter generalem cum fratres illas habeant maritare.

5 Hæc ratio generalis militat in secundo casu proposito, quando frater habet onus dotandi sororem, quia illam à successione excluserat, & hæc ratio clarum est, quod locum habere non potest respectu sororis vterinæ, hæc enim quo ad bona sui patris nõ potest excludi ab vterino, qui est filius alterius patris, sed excluditur & dotatur à consanguineo suo & respectu bonorum maternorũ adest particularis prouisio in consuet. si qua mulier, vt excludatur à consanguineo non autem ab vterino, vnde si frater vterinus nõ dicitur pferri de iure cõsuetudinario sorori vterine in successione paterna in qua inter eos nõ datur concursus, qa diuersi sunt patres, & de iure cõsue udinario nõ præfertur illi in successione materna nõ potest habere onus dotandi ratione successionis, & consequẽter dñ Præs. de Frãch. in dec. 26. n. 6. & 7. Regẽs de Pont. in cõs. 39. ante n. 1. & 25. & cõs. 40. nu. 12. mentionãt sororẽ vterinã nõ dotandã nec exclusã ab eligi debẽt non dotari, quia non excluditur non autẽ e contra, qa esset loqui nimis improprie, & prepostere Militat ergo ratio respectu sororis consanguineæ quam frater consanguineus excluserat à successione patris cũ onere dotandi vigore consuetudinis si moriatur occurrit postea successio fraterna à qua vult consuetudo ad beneficium aliorũ fratrũ superstitum excludere penitus sororẽ re-

6 spectu omniũ bonorũ quomodocũque ad ipsũ fratrẽ mortuũ puentorũ, vt late p D. de Franch. in dec. 87. 171. & 543. Camil. de Medic. in cons. 11. nu. 8. cum seqq. Molfes. qui omnes cumulat ad cõsuetud. in 4. par. q. 29. Et sicut voluit ita & potuit consuetudo illã in totũ excludere in linea Collaterali, & ad tacitã obiectionẽ interrogantis quid ergo habebit soror? respõdet qualiter ex bonis ascẽdentiũ in qbus ius habet etiam fœmina de iure naturæ, prouisũ fuit (nempe in dict. cõsuet. si moriatur) vt fratres illas habeant maritare.

& sic respectu successionis fraternæ, non dotandi potest dici ratio siue potius qdã iustificatio exclusionis ipsarũ sororũ sed respectu successionis ascẽdẽtiũ illud onus tã iuxt. cõstit. in aliqbus, quã iuxt. consuetud. si moriatur, & si qua mulier nullo modo est ratio suæ exclusionis, sed est seqla & effectus successionis masculorũ q fœminis prǽferũtur, & ob ipsã prælationem tenẽtur sorores etiã alioqn diuites dotare de bonis paternis in qbus præferuntur, & occurrẽte postea successione materna similiter prǽferuntur, & similiter tenẽtur de istis bonis ali

7 qd superaddere, vel in augumẽtũ dotis, vel vti quãtitatẽ loco legitimæ sicut declarat Andr. in cõst. in aliqbus col. 15. vers. alij sũt & col. 17. in vers. sed finus Affl ibidẽ in q. 11. & in dec. 178. Præs. de Frãch. in dec. 171. in princ. Idẽq; esse de iure cõsuetudinario, & quo ad exclusionẽ, & quoad dotationẽ siue legitimã ex vtraq; hæreditate, tradit Napod. in cõsuetud. si moriatur. nu. 82. cum alijs, vt per Camill. de Med. in cons. 11. num. 8.

Cum

Cum ergo ex prædictis onus dotandi sororem nullo modo possit dici causa, & ratio, sed potius effectus, & sequela prælationis masculorum dispositæ in nostra constitutione, & in alijs municipalibus legibus vel statutis consimilibus quorũ, apud Doctores sæpe fit mentio oportet inquirere quænam fuerit vera causa, & ratio dispositionis. Et in hoc dicunt ali-
9 qui fuisse prospectam agnationẽ & ex il li aliqui specificant ipsam agnationem conseruandam, & propagandam, & addunt hanc esse solam & vnicam rationẽ Alij dicunt fuisse prospectam solummodo masculinitatem. Si vera est prima sẽtentia cessat dispositio concurrentibus vterinis cum nihil ad fœminam de aliena familia huius fratris, nec deceret legem extrahere bona ex vna familia ad aliam familiam ditandam sic procedunt consilia Angeli & Castrensis quòs refert, & sequitur Alex. in l ex facto num. 45. ff. de vulg. & pupillar. Si vera est secunda sententia prȩfertur etiam vterinus, quia masculus, & sic procedit idem Castr. in consil. 341. in fin. Dec. in consf. 303. nu. 8. in fin. & alij nonnulli.

10 Pro prima opinione facit, quia interest Reip. vt familiarum dignitas sit l. 1. in verf. pulicæ ff. de ventr. inspic. vbi accurs. in verbo familiarum glosat idest agnationum ad quod etiam põderatur tex. in l. pronunciatio in § communi ff. de verbor. significat. & in l. lex quæ tuto rem in §. nec vero domum ff. de administrat. tutor. & proinde agnatis iura fauere legimus in §. 1. inst. de legit. agnat. success. tradit Anchar. in consil. 339. nu. 5. & 356. num. 4. Male autem conseruatur dignitas absque diuitijs l. pietatis C. de suspect. tut. §. sancimus in auth. de nupt. Nec facile illos emergere (inquit Iuuen.) quorum virtutibus obstat res angusta domi, Imò sordere potius homines in ægestate inquit Imperat. in l. quis quis C. ad l. Iul. Maiest.

11 At vero circumscripta agnatione solã masculinitatem potuisse mereri, vt fœminis p æferatur probat text. in §. quod ideo in t. de legit. agnat. success. vbi cũ dixisset Imperator leges 12. tabularum præferre masculos subdit rationem ad hoc, vt ad masculos hæreditates confluerent, quæ ratio aliquibus admirationẽ præbet quasi eadem cum dicto contra animaduersionem glosæ in l. fin. ff. de offic. procur. cæsar. sed in effectu non est eadẽ immò ex ea replicatione demõstratur rationem comprehendi sub eodem verbo (quia masculi) quasi hinc innotescar ratio, quia sexus perfectior, dignior, & sumptibus domi militiæque indigentior prout cõsiderat Bal. in l. titia in §. lutius titius, ff. de legat. 2. fœminis autem parum suffi it, vt per Aret. & alios de quibus, per Socc. Iun. in consf. 1. nu. 26. vol. 1. & expedit similiter Reip. vt sint diuites masculi ad cõmodius sustinendum onera publica ad quæ fœminæ quantumuis diuites non tenentur l. fœminæ, vbi Dec. & Cagnol. de reg. iur. sicut e contra legimus succurri mulieribus, quia mulieres quoniã hinc innotescit, quod sexus ille imbecillior legum auxilio indigebat sic de masculis fit mentio in §. item vetustas cum alijs vt ibi per glos. institut. de hæred. quæ ab intestat. deferunt.

12 Et porro vtramque rationem esse considerabilem patet quia præferuntur masculi simpliciter sic iubente domino nu. 27. & sic prospicitur sexus, verum, & in c. fin. prospicitur agnationi dum iubetur filias carentes fratribus nubere in familia, vnde Cyn. in l. publico num. 3. circ. med. C. ad l. Iul. de adult. inquit prȩferri masculum propter sexum, & addit quod per hunc sexum conseruatur agnatio sic indicans vtramque rationem esse considerabilem. Et hinc oritur tanta in in hoc Doctorum contentio, quos pro nostri articuli dilucidatione sub tribus classibus collocabimus.

Primo aliqui respicientes solum ad exclusionem fœminarum siue quia in illis defecit sexus virilis siue quia in illis non cõ

ser-

seruatur agnatio miscent fauorem siue agnationis,siue sexus sicut latissime per Albert.Brun.de statut.exclud. fœmin. sub art.3.& isti nihil ad casum nostrum iu quo non applicatur vtraque ratio exclusionis,sed imo ex istis duabus rationibus altera includit vterinam, altera illam excludit.

13 Secundo aliqui dicunt fuisse prospectam solummodo agnationem sicut Iacob.de Aren. in sua disputat. quam refert,& sequitur Ioan.Andr. in rubr. de succefs.ab intest.col.1. Salic. & Alber. in l.1.C.de Adulter.Rom.in cons.411. num.2.Raf.cum.& Paul.in l. quãuis C. de fideicommiss.& alij multi quos huc transcribere non curo,quia seriose allegãtur,per Franc.Curt.in cons.81. num. 6.cum sequentib.per Socc.Iun.in cons. 1.num.38.vol.1.post Socc.Sen.in consil.31.num.2.& per Curt.Iun. in consil. 150.col.1.Inter quos illi qui intelligũt agnationem tanquam conseruandam, & propagandam sunt omnino reijciendi,quia videmus præferri masculos quã

14 uis sint desperati de agnatione propagãda sicut clerici,& monaci capaces in cõmuni,& infirmi,vel decrepiti, & similes prout late firmat Lap.in alleg.101.in primo dubio Bald.in cons.30.volum,1. Abb.in c.constitutus in 5.notabil. de in integr.restit.& in terminis nostræ cõstitutionis in aliquibus Afflict.ibi in 15. quæst.Præs.de Franch.in decis.14.Barbat.in cons.46. in fin. & Molin. de primogen.Hispan.lib.1.cap. 13. num. 95. Illi vero qui intelligunt agnationem solummodo tanquam adiunctam masculinitati non possunt reijci ex conclusionibus indubitatis.Non enim excludunt clericos decrepitos, & reliquos supradictos in quibus,& si cessat spes propagationis,adest tamen agnatio, quam vna cum masculinitate enixe defendunt debere concurrere.hinc inferentes, vt simplex prælatio masculorum (si aliud non exprimitur) intelligatur in bonis paterni generis,& non materni, quia mater alterius est agnationis sic Imol.Fulg. & alij de quibus per Albert.Brun.in tract. de statut.exclud. fœmin. art. 8. quæst. 14.nu.52.

15 Idque multo fortius in concursu sororis non consanguineæ sed vterinæ, tunc enim cessat agnatio non solum respectu personæ à qua proueniunt bona de quibus agitur, sed etiam respectu personæ,quæ ad successionem concurreret sicut late consuluit Socc.in cons.84 volu.1.& huc inclinare videtur Angel.in consil.119.cum alijs latè discussis in cõsil.281.& 283.quod est consilium alterius ibi insertum,& Albert. Brun. in dicto tract.de stat.exclud.fœmin.in artic. 12.quæst.1.num. 136. & q. 18. num. 250.Ant.Gabriel.commun. cõclus. sub tit.de statut.conclus.7.nu.78. Pro qua

16 opinione vltra considerata per eos vrget respectu articuli de quo agimus, quia eius decisio pendet ex interpretatione constitutionis huius Regni,cuius caput est Vrbs.Neapolis.Et in hac Vrbe adest consuetudo particularis,quæ in conformitatem constitutionis generalis,similiter præfert filios masculos in bonis paternis, & maternis, vt in consuetud. si moriatur, & nihilominus in consuetud. si qua mulier decernitur prælationem esse ad beneficium fratris consanguinei non autem ad beneficium vterini,quod ibi notat Napod. & sic passim decidi tradit Capic. in dec.92.nu.4. Præses de Franch.in dec.375.nu.3.

Hæc quidem licet non cogant, sunt tamen magni ponderis pro vterino.Non cogũt nam quoad Doctores non modo sunt authoritatis solummodo probabilis,verum etiam Socc.loquitur in statuto totaliter excludente filiam à successione matris ob dotem receptam à patre, & nititur probare duritiem statuti,proinde non intelligendi nisi ad beneficium agnationis,& in bonis,de quibus dotatur. Sed in casu nostro constitutio præfert cum onere dotandi, vt dictum est, Angelus ponderat verba statuti; prospi-

cientia agnationem, sicut aduertit Alex. in d.l.ex facto num.45.& Clarius Socci.Iun, in cons.5.num.3. vers. ad primum vol.1.& similiter nominari personas agnatorũ tãtum pōderat Brunus in d. quęst.9. ante num.136.& num.250. in quibus & similibus fundatur Anton. Gabriel. sed illud simile deductum ex nostra consuetudine licet ipsa consuetudo particularis in Ciuitate non sit lex necessaria in Regno vrget tamen eius authoritas argum.tex.in cap. in causis vbi Abb.num 3.& 4.de re iudicat. iuncta theorica Decij in rubr.de rescript.col.1. vers.& differentia Nam verba constitutionis,& Consuetudinis sunt valde similia, non indicantia agnationem, sicut statuta prædicta, sed solummodo masculinitatem, & adhuc non præfert vterinũ in bonis maternis, vt dictum est.

17 Tertio dixi quod aliqui tenent rationem prælationis esse solummodo sexũ virilem, cui si adiungitur cōcursus agnationis, erit duplex ratio, si autem hoc deficit sufficit ipsa masculinitas, ita Bartol. in l.liberorum num.12.in fin. ff. de verbor.signific.Bal.in l.titia in §.Lutius Titius ff.de legat.2.& in l. si defunct. col. fin.C.de suis & legit.benè Lap. in alleg. 101.col.10. Salyc.Alex.& alij, de quibus per Curt.Iun.in cons.150.num. 1. & per Socc.Iun.in cons.1.num.26.vol. 1. Satis est enim ad substinendam, & etiam ad extendendam dispositionem si adest vna ratio sufficiens, quamuis nō adsit alia fortior aut fauorabilior quæ solet vel potest adesse sicut ex text.in l. 1. cum glos.in verb. in liberos in fin. C. de his qui ant.apert.tabul.probat Corn. in cons.197. num. 6. vers. Et quod ab idemptitate vol.3.Tiraquell. in l. si vnquam in verbo libertis num.64.C.de reuocand.donat. Vnde dum adeo controuertitur si ratio Constitutionis, est sola masculinitas, vel requirit concursũ agnationis vt supra, sequitur non posse ex ratione dubitabili, & controuersa alterari literam Constitutionis simpliciter præferentis fratres, quo verbo vterini etiam comprehendūtur, vt in auth. post fratr.& in corpore vnde sumitur C. de legit.hæred. Angel.in d.consil.119.col. 1.vers.cum igitur Socc.Iun.in consil.5. in princ.vol. 1. quamobrem Bald. in consil.30.num.4.vol.1. dicit hoc negari non posse, nisi vbi statutum expressè requireret agnationem. Et optimè loquitur, nam ad alterandam literam oportet esse rationem contrariam vnicam, & satis claram. Dico satis claram, quia vel debet legi in eadem constitutione vel statuto, vt per Bartol. in dict. l. liberorũ num.12.in fin.Lap.in cons.101. in 4.ratione Angel.in cons.119.in vers.contrarium de iure. Vnde Doctores paulo superius annotati conabantur rationem ex eiusdem statuti verbis elicere, vel debet adeo patenter innotescere, vt conuincat intellectum, quod illa fuit ratio dispositionis, vt per eosdem modo relatos,& etiam per Cyn.in l.non dubium col.fin.C.de leg.probatur in l. milites agrum ff.de re milit.tradit Bal. in l. maximum vitium C.de liber.præter. Abb. in cap.sugestum de decim.in c.fin.de re iudic.& in c.nihil circa de elect.col.7.& 8.& alij quos affert Curt. Senior in cons.81.num.8.cum sequent. qui omnes addunt quod debet esse euidens & vnica. Et (licet esse rationem claram & vnicam non semper in illis casibus applicetur) tamen ex hoc principio, quod ratio est euidens & vnica arguere nituntur omnes Doctores quos congerit Socc. Iun.in cons.1.vol.1.num.44.& hoc merito nam quamuis esset adeo clara, vt in
19 ipsamet lege exprimeretur, si non liquet similiter esse vnicam non operabitur verborum legis ampliationem siue restrictionem sicut non cessant priuilegia dotis in muliere sterili quantumuis ob filiorum procreationem ea concedi legamus in l.1.ff.solut.matr, sic benè declarat Lap.in dict.cons.101.col. antep.in vers.circ.secundum & Doctores ferè omnes in eadem l. 1. solut.matr.

Ho-

20 Horum nihil est applicabile ad restringendam constitutionem in aliquibus in qua etiam in bonis maternis præferuntur masculi, Bis enim nominantur parentes quo nomine comprehenditur pater, & mater prout ibi declarant Andr. col. 15.& Afflict. in quæst. 11. & in decis. 178. Nec legitur limitatio, vbi masculus concurreret cum vterina, vnde stat proprietas verborum præferentium filios masculos, qui eodem modo sunt filij masculi siue concurrant cum sorore consanguinea siue concurrant cum vterina. Et sicut hæc limitatio repugnat verbis ita etiam fundari non potest ex necessaria, & vnica ratione in contrarium, dum tanta est ambiguitas si ratio dispositionis fuit sola masculinitas, vel masculineas in agnatione cum persona de cuius bonis agitur vel cum persona quæ concurrit.

21 Immò respectu psonæ de cuius bonis agitur licet magna sit controuersia nũ indefinita prælatio masculorum intelligatur in bonis maternis, vt per Albert. Brun. in dict. tract. art. 8. num. 52. dum Nostra constitutio quæ (vt iam dixi) præfert etiam in bonis maternis arguit solummodo masculinum sexum fuisse prospectum, ita post Paul. in cons. 341. tradit. Det. in cons. 303 num. 8. circ. fin. & Albert. in loco prædict. art. 3. num. 18 in vers. præterea. Et respectu personæ,

22 quæ concurrit sicut filius vocatur masculus qui præfertur, ita & filia vocatur fœmina cui præfertur, & ambo sunt filij illius matris de cuius successione agitur. Nec minus dum postea appellantur fratres, & sorores continentur vterini, vt supra diximus de iure communi, & nunc

23 addimus hoc idem fortius esse intelligendum de iure constitutionum in quibus quando opus est exprimitur genus

24 coniunctionis, quod patet, quia de iure communi feudorum successores in feudis sunt descendentes ab acquirente c. 1. §. cum vero de his qui feud. dar. poss. & c. 1. §. & si clientulus de alienat. feud. & sic quia constitutio simpliciter vocando fratrem intelligeretur solum de fratre descendente à Primo acquirẽte c. 1. §. his vero de success. fratr. iuncto c. 1. in §. sin autem de his qui feud. dar. poss. volens constitut. hoc alterare, hoc expressit in constit. vt de successionibus dicens siue ex vtroque, siue ex altero parente, vnde similiter in constit. In ali-

25 quibus sciens Imperator, quod de iure communi non solum sub verbo filij respectu matris continentur nati ex illa quamuis ex diuersis parentibus, sed continentur etiam isti vterini sub nomine sororum & fratrum, vtique si in illa prælatione voluisset non cõtineri vterinos expressisset similitèr latus coniunctionis ex parte patris ad restringendam proprietatem illorum verborum de iure cõmuni comprehendẽtium vterinos, sicut in constitutione, vt de successionibus ad ampliandã successionẽ, quę strictius fuisset subintellecta de iure feudorum, exprimit coniunctionẽ fratris ex vtroq; parente vel ex alterutro.

26 Ex qua constit. vt de successionibus oritur ad hoc alia non leuis consideratio, nempe quod fratres vterini sic de iure constitutionum prospiciuntur, vt etiam in feudis in quibus potissimum consideratur agnatio, succedat vterinus in feudo nouo in quo non succedit filius fratris vtrinque coniuncti sicut patet ex litera, & ita contra glos. ibi in verbo ex altero iuxta intelligentiã omnium peritorum annotat ibidem Andr. colu. 5. in verb. siue ex altero, & in verb. & antiqui, & in const. si quando in princ. in vers. etiam si non sunt Loffred. in parafrasi ad Andr. in c. 1. de natur. success. feud. fol. 45. col. 3. circ. fin. & in consil. 38. num. 8. Cannet. in c. si aliquem in § prætermittendum est fol. 137. num. 40. & Camer. in eius cons. post opus eiusdem Cannetij impresso; & porro fortior casus videtur, vt vterinus succedat in feudis in quibus nec succedit agnatus filius fratris quam vt in burgen sati-

tenditur sola veritas, & non fictio, & de sententia pro Rege Roberto num. 8. & 9. aliqui intelligunt, tàm in Regnis, quàm in alijs feudis nu. 10.

11 *Progenies descendens est primitus prospecta, & num. 19. & omnes descendentes dicuntur filij, & quando comprehenduntur in dispositionibus pro filijs num. 12. hinc aliqua oriuntur numero 13. & 14.*

15 *Primogeniti linea est prospecta in successione ascendentium tàm in Regnis, quàm in alijs feudis. Neq; in hoc adest inconueniens nu. 16. Pręfertur quamdiù durat cæteris omnibus agnatis nu. 17. Idque etiam legibus Regijs præsertim in hoc Regno num. 18. 20. & 21. Et quomodo intelligitur Primogenituram adesse in linea descendente, non in linea collaterali num. 22. & de ratione diuersitatis cum intelligentia cõstitutionis, vt de successionibus num. 23. 25. 26. & 27.*

24 *Representatio non admittitur in dispositionibus hominum, & propterea non in feudis.*

28 *Nepos non præfertur patruo in successione collaterali, & hoc sentit Andr. nu. 29. & qui alij sunt huius, vel contrariæ opinionis num. 30. & 31. & de quibusdam sententijs ad hoc nu. 32. Clarior est casus in feudo nouo num. 33 & fortius in descendentibus ex fœmina, num. 34.*

35 *Nepos nouiter vocatus ex noua gratia non excludit eos qui per prius ad successionem admittebantur.*

ALLEGATIO C.

Pro Zenobia de Blasio.

In Dei Nomine Amen.

POst mortem Marcelli de Blasio Baronis Terræ Rodij quam ipse idem emerat annis elapsis, Zenobia eius soror, eiusque hæres in feudalibus declarata per Magnã Curiã Vicariæ cępit eius Terræ pacificam possessionem in qua reperitur. Nunc vero Alexander Ionata filius alterius prædefunctæ sororis primogenitæ prętendit ex persona matris declarari se potiorem esse in successione huius feudi, pro cuius articuli intelligentia commemoro quod
1 in omnibus successionibus admittitur linea descendens in infinitum. Ex linea vero collaterali admittuntur in allodijs proximiores absque sexus discretione vsque ad decimum gradum §. fin. instit. de success. cognat. In feudis de iure feudorum excluduntur fœminæ, & admittuntur masculi vsque ad gradum septimũ c. 1. §. hoc quoque de his qui feud. dar. poss. De iure constitutionum admittitur fœmina, sed restringitur gradus admittẽdo in feudo antiquo vsq; ad fratris, vel sororis filium, & non vltra, & in feudo nouo solummodo fratrem, vel sororem, vt in constit. Vt de successionibus, vbi glos. Andr. & Afflict. & Loffred. in cap. 1. de natur. success. feud. in vers. An
2 filia fol. mihi 49. Hoc seruabatur donec introductæ fuerunt inuestituræ pro recipiente suisque hæredibus ex eius corpore legitimè descendentibus. Et quia inuestitura ante omnia in feudis est attendenda c. 1. de feud. nõ habent. propr. feud. natur. c. 1. in fin. de duob. fratr. latè Bal. in prælud. feud. in 4. distinct. Camer. in cap. Imperialem fol. 49. col. 1. Dec. in cons. 208. Gozad. in cons. 8. num. 16. Tiber. Decian. in cons. 18. num. 23. vol. 2. vnde Frecc. ex diuersis formulis inuestituræ diuersa feudorum genera elicere profitetur de subfeud. lib. 3. in princip. Iccircò duplex quæstio ex huiusmodi inuestituris oriebatur. Prima fuit num quilibet successor deberet esse filius vltimi morientis, vel aliter ab eo descendens.
Et hoc parum potest habere dubitationis
3 temporibus nostris in quibus non renouatur per extensum in quolibet successore tenor integer primę inuestituræ, sed soluto releuio absque illa solemnitate describitur successor in cedulario Et omnes successores regulantur à primæua

inuestitura in qua non dicitur dari Titio, & suis, suorumque successorum descendentibus sicut aduertit Andr. in constit. Vt de successionibus col.7. in vers. sed si Sempronius, sed datur Titio eiusque descendentibus. Et in feudo antiquo frater vltimi decedentis est similiter descendens à primo acquirēte, & sic inuestitura non repugnat constitutioni vocanti fratrem, & fratris filium, vt ibi per Andr. & per Affl ct. in decis. 293. in fin. Vbi inquit sic passim intelligi Capitulum Regni quod incipit considerantes.

Quod quidem capitulum (vt hoc non frustra aduertam) videtur aliquibus frustratorium, & contradictorium. Dicit enim Rex Carolus Secundus illud condere ex gratia, & communiter intelligitur in feudo antiquo, vnde fraterna successio quæ ibi ordinatur non videtur noua gratia cū hoc statutum fuerat per constitutionem, cui in feudo antiquo non derogat inuestitura pro descendentibus, cum & frater defuncti descendat ab acquirente, vt dictum est. Veruntamen ratio capituli colligitur ex facto paulo superius recensito,
5 nempè quod ad præsens non vtimur illis solemnitatibus renouandi integram inuestituram in successorem vniuersalem, vel particularem, vt per Iacob. de Gell. in tract. de iur. adhoæ, & releuij num. 70. cū seqq. Frec. de subfeud. lib. 2. in 2. author. in cap. incipien. Hic quæro de noua quæstione fol. mihi 177. num. 12. Sicut colligitur ex And. in locis relatis per ipsum & per Consil. Rouit. in pragm. 26. de feud. nu. 10. post Reg. Lanar. in conf. 18. num. 6. Et credo hoc initiasse tempore Regis Roberti, vt patet ex Frec. in dicto num. 12. cum capitulo Regis Roberti ibi allegato. Et aliud capitulum ad hoc pondero quod inserit Iacob. de Gell. in loco prædicto ante nu. 73. vbi inter defectus illius successoris qui non soluerat releuium nec fecerat homagium non enumeratur non petijsse inuestituram, sed per prius passim renouabatur, vt latè per Iacob. in sua inuestitura in verb. Qui quidem inuestiti num. 45. cum seqq. & 53. vbi ponit formam, & nu. 78. & per Frec. in dicto lib. 2. in 3. author. Et quia in renouatione ad literam primæ inuestituræ veniebant repetita etiam in successore illa verba (tibi & hæredibus ex tuo corpore) sumpserant fiscales anzam non admittendi fratrem istius successoris tamquam non descendentem ab eo, cui dictū fuerat in renouatione dari sibi suisq; hæredibus ex corpore. Sed hic erat abusus prout benè aduertit Loffred. in c. 1. §. quid ergo de inuest. de re alien. fact. in vers. vel danda militia col. 1. circ. fin. Et abusus appellatur in eod. capit. Et ortum habuisse ex praua interpretatione illorū verborū in renouatione inuestituræ colligitur ibidem dum dicitur hoc euenire ob illa verba hæredum ex suo corpore adiecta ad donum factum principali, hoc est in prima inuestiturà quæ dicitur donum, nam renouatio est debita, vt per Iacob. in dicto num. 78. Et sic prouisio in eo cap. non fuit superflua, sed necessaria. Et gratia fuit, in beneficium feudatarij & in damnum curiæ, tollere illum abusum dimittendo reliqua iuri antiquo.

Habemus ergo in feudo antiquo de iure
6 constitutionum cum declaratione cap. considerantes succedere fratrem, & fratris filium, non obstante prædicta inuestitura. Immò ex benignitate nostræ Inuictissimæ Coronæ Hispanicæ prorogata est etiam successio ad ascendentes in eodem gradu nempè ad patruum, & amitā (quod erat difficilius, vt per Andr. in loco prædicto col. 5 vers. Nec secundum, & in cap 1. col. 2. vers. per hoc patet in tit. constit. Lothar. vbi latissimè Loffred. in Paraphras.) & etiam ad patrueles, vt in capitulis fidelissimæ Ciuitati concessis. Impressis nouissimè cum Pragmaticis in titul. de feud. in pragm. 6. 11. & 12. Ampliatur etiam successio in feudis nouis, proute dicetur inferius.

Sed ad intelligentiam inferius dicendorum
7 intelligendum est prius quo ad feuda antiqua, si in successione primo attenditur

tur gradus, & inæquali gradu præfertur ætas, quanam ratione tenent nonnulli, vt feudatario decedenti succedat nepos filius primogeniti excluso, ipsius decedentis filio secundogenito qui gradu proximior est, & ætate maior? Respondent quod nepos ex vi fictionis subingreditur in locum patris sui, qui gradu æqualis erat, & maior ętate. Et patens quidem, & clara videtur ratio, sed tantum habet profunditatis, & obscuritatis, vt Iurisconsultorum Principum ingenia torxerit. Et ne articuli confundantur distinguere oportet in hoc loquentes in successione subditorum ad inuicem, & loquentium in successionibus Regnorum, aliorumue Principatuum non recognoscentium superiorem. Isti enim (dato quod inter priuatas personas locum habeat repræsentatio ex fictione iuris) inquiunt hoc
8 ideo fieri quia quoad priuatas successiones deferunt iura votis defuncti qui propensus est in primogenitum, vt latè per Tiraquell. de iur. primogen. in præfat. num. 3. & consequenter in descendentes ab illo, quia amor descendit, sicut inquit phylosophus, & probatur in l. liberorũ in fin. vbi Bart. aduertit num. 2. in 4. notab. ff. de verbor. signif. & multa ad hoc congerit Tiraq. de iure primogen. in præfat. nu. 37. cum seqq.

At vero quo ad Principatus qui fuerunt Præcipuè instituti ad bonum commune non admittunt fictiones adinuentas pro satisfaciendis desiderijs priuatis, sed ex veritate illud admittunt quod magis expedit verba sũt Baldi in l. tutela §. si duo ff. de legiti m. tut. & in auth. cessante col. fin. C. de suis, & legit. Idemque quo ad sensum scribit Luc. mox allegandus, & Cyn. in l. si viua matre C. de bonis maternis, cum alijs multis, vt per Michael. de Aghir in eius responso vnico circa successionem Regni Lusitaniæ in 2. par. num. 181. cum seqq. & 310. Reg. Lanar. in eodem casu in cons. 1. num. 50.

Et per consequens illi qui tenent sententiã
9 per Apostolicam Sedem latam pro Rege Roberto nihil habuisse specialitatis, & pro alio quolibet Rege illud idẽ debuisse statui, mouẽtur potissime ex hac ratione, quod in successione Regni erat considerãda veritas viuentium, & non fictio representationis, sicut Luc. in l. 3. C. de Tiron. lib. 12. & in l. 3. C. de his qui num. liber. se excus. in vers. Hanc mater, & in l. 1. C. de priuileg. eor. qui in Sacr. Palat. lib. 12. Petr. de Monte forte in eo consil. quod ad verbum refert Afflic. in in c. 1. col. 3. de natur. succes. feud. Fulgos. in l. vt intestato C. de suis, & legit. Ant. Rosell. de success. ab intest. col. 31. Pern. in cons. 16. Ant. de Prato in l. in quartam in 6. quæst. ff. ad leg. falcid. & alij nonnulli ex copiosè relatis per Tiraq. de iure primogen. quæst. 40. num. 15. Inter quos notandus est Oldrad. qui in cons. 94. tenet pro patruo in successione Regni cum tamen in successione feudorum particularium accerrime defendat nepotes in cons. 224. vbi alij multi se subscribunt, & ita deciditur. Aduerrendũ
10 est tamen quod Doctorum huius classis tenentium pro patruo in successione Regni, quamplures idem firmant generaliter etiam in successione feudorum inter conuassallos, prout obseruare possumus in omnibus copiosè relatis per Tiraq. in dicto num. 15. dicunt enim quod nepos non ex fictione (vt sic excluderetur successio in Regnis quæ à se remouet fictiones) sed verè, & propriè est in eodẽ gradu cum patruo quod etiam nos paulo post annotabimus, sed cum non vincatur nepos ratione gradus neque sexus, vincitur tamen ratione ætatis, & hæc ratio veritati innitens viget æqualiter siuè in successione Regni, siuè in successione cuiuspiam feudi. Et hinc sequitur secundum illos, vt præferatur patruus quãdiù (quod sæpius accidit) reperiatur ipse patruus maior natu, & nõ aliter. Ita quod si fortè esset nepos maioris ætatis (quod etiam aliquando euenire cõtingit) nepos ipse præfereretur sic Martin. Lau. in trac. primog. col. pen. Bal, & Fulgos. in l. vt intestato

testato C. de suis, & legit. Nicol. Perusin. in tract. success. par. 1. in 6. specie filiorũ colum. 6. vers. Item quæro an filius Alexan. in cons. 4. col. 2. vers. præterea qualitas lib. 4. & in l. is potest col. 2. & ibi etiam Ias. col. 7. vers. vltimo in isto ff. de acquir. hæred. Afflic. in c. 1. col. 15. in 2. fallent. de success. feud. Tiraquell. in dicta quæst. 40. nu. 6. Couar. pract. quæst. cap. 38. num. 7. Cassan. in cons. 53. ex facto col. 12. vers. decimosexto facit, & alij nonnulli sic loquentes quia omittunt in linea descẽdenti aliam succedendi rationem (quæ mox commemorabitur) vltra præfatas gradus, sexus, & ætatis.

Cæterum è contrario illi qui tenent in illa decisione fuisse prospectam personam Roberti meritissimi, & insimul magna inconuenientia vniendi hoc Regnum cum Vngaris quibus dominabatur filius Caroli Martelli ad successionem cõcurrens vt per Bal. & alios apud Tiraquell. in dicta quæst. 40. num. 163. sed ex mero iuris articulo hunc debuisse præferri tamquam ex primogenito nepotem Caroli Secundi de cuius successione agebatur, Isti similiter non admittunt locum dari fictionibus in successione Regni, sed inquiunt de fictione (inter subditos tamen) agẽdum esse in linea Collaterali. In linea

21 vero descendente siuè in allodijs, siuè in feudis subditorũ, siuè in Regnis nõ opus esse deuenire ad fictionem siquidem inter descẽdẽtes respectu stipitis non datur proximior, vel remotior, sed omnes haberi vt filios iubet lex duodecim tabularum relata in dicta l. liberorum in princip. glos. in §. cum igitur in verbo filiorũ in auth. de non eligend. secund. nubent. & in §. fin. in verbo appellatur instit. qui test. dar. tutor. poss. Bal. in l. maximum vitium col. 1. C. de libe. præte. Ancha. in repet. cap. 1. in tribus vltimis columnis de const. latè Bartolom. Veron. inter consil. ciuilia in consil. 2. cum alijs vt in apost. ad Bar. in d. l. liberorum lit. A. & I. Vnde dum Imperat. in tit. de grad. cognat. enumerat ascendentes, & descendentes illud facit ad distinctionem personarum, vt sicut plures filij distinguuntur diuersis nominibus, ita absque confusione sciamus si est filius, vel filius filij, & sic deinceps. Et etiam quia enumeratio descẽdentium est necessaria ad distinguẽdum gradus inter collaterales, quorũ gradus computatio fit per dinumerationem ad stipitem illorum de quibus quæritur §. Hactenus in vers. quippè instit. de gradibus cognat. vbi Angel. declarat, qui & cum glos. ibidem in additione est impressus, & hoc idem legebatur in glo. in l. Iurisconsultus in verb. Item liberi ff. de grad. affinit. Non autem vt in aliqua re substantiali distantia, & progressus descẽdentium alterent nexum paternum, & filialem sicut in eodem titul. tradit Christoph. Port. col. 2. vers. Circa primum, qui similiter est impressus post arborem in eo titul. Et se ipsum declarat Imperat. in titul. de nupt. in §. 1. dicens quod parentum, & filiorum locum obtinent omnes ascendentes, & descendentes vsq; in infinitũ. Ex quo verbo colligit glos. quod Adam in viduitate non haberet cui nuberet cum omnes eius filij simus, idemq; scribit Cardin. in cap. non debet de consanguinit. & affin. Et passim in sacris literis, & vbique post annorum millia appellantur filij Abraham vel aliorum ascendentium, & nos omnes filij Adam. Et latinus idioma licet in reliquis omnibus vtatur promiscuè, & vniuocè verbo liberorum, & filiorum, tamen ad finem distinguendi ab vlterioribus descendentibus vtitur verbo filij §. fin. inst. qui dari testam. tut. poss. Alex. in cons. 123. nu. 1. vol. 1. sed citra hanc distinctionem filij appellatione omnes liberos cõtinebimus l. filij ff. de verbo. signif. quod idem est ac si diceret continentur, & filij, & eorũ descẽdentes, hos enim liberorum appellatio continet vt in dicta l. liberorum, & in l. Diuo Marco C. de quæst. proindeque hoc negantis esset onus probandi contrarium dicitur in ea lege liberorum ex authoritate Papirij Iurisconsulti.

Et

Et hanc continētiam esse ex vi comprehensiua firmant Accurs.& Iacob. Butrig.optimis rationibus relatis per Bart.in l.liberorum num.9.& 10. Et licet ipse inclinet hoc potius esse ex vi extensiua,vtrūque idem est ad id quod agimus,vt prouisiones siuè hominis, siuè legis ad beneficium filiorum comprehendant reliquos descendentes,vbi non adest aliqua contradictio,vel incōueniens,vt per Bar. ibi num.5.& 6. Etiam in materia statutaria,vt ibi sub num.12. Eodem modo solus stipes habet omnes descendentes in potestate §. qui igitur instit. de Patr. potest.& tenetur sicut filios ita & nepotes aliosue descendentes alere,& alia necessaria non omittere donec viuit. Ipso vero deficiente in successione eius non eodem modo prospicitur filius,& nepos Immò hoc respectu gradus distinguūtur quia onus descendentium incipiet esse filij,vnde & ad ipsum spectare debet successio,& alias mille inconuenietia sequerentur,sed si viuente patre deficit filius, statim illud idem succedēdi ius nihil auctum nec diminutum incipit spectare ad nepotes,qui succedent æquas lance sicut eius pater successisset vna cum patruo §.cum filius instit.de hæred quæ ab intest.defer.§.posthumorum instit. de exhæred.liber.l. Gallus §. videndum ff. de liber.& posthum.& in §.cum filius disponitur,vt si defecissent omnes filij succedant nepotes non in capita,sed in stirpes,vt ita clarius indicet Imperator illud idem ius numero quod erat in filio exerceri per nepotem siue nepotes,& hoc in bonis illis,quæ diuidi possunt.

Si vero bona non possunt diuidi sed spectāt solum ad primogenitum, dum ex prædictis patet quod vbi non adest contradictio,vel contraria legis prouisio,nepos est in eodem gradu sicut erat filius, & in ipsum nepotem transfusum est illud idē ius succedendi quod erat in filio primogenito prædefuncto non videtur posse dubitari,quod iste nepos erit successor in eisdem bonis, & hoc absque vlla op fictionis (vt sic non excludatur successio Regni) sed ex ipsa veritate,& ex iure naturæ,prout inquit Imper.in l.fin in vers. cū & natura C.de impuber.& alijs subst. ex quo tex. & ex alijs rationibus optimè hoc desumit Tiraquell.in dicta quæst.40. num.37. Nam si iste nepos est vocatus (prout vocatum esse tetigimus, & infra latius repetetur) nō indiget alium repræsentare.

Et ideo Doctores qui in linea descendente mentionant subingressionem, vel repræsentationem intelliguntur quoad effectū quia id quod poterat filius, nunc potest nepos,& illud ius quod erat in filio trāsfunditur in nepotem,non quidem vt habeatur à filio,ipse enim nihil transmittit, sed auferendo se de medio locus fit nepoti similiter vocato ex propria persona ordine successiuo, sic in terminis nostris bene declarat Francisc. de Aret. in consil.162.num.1.in fin.& num.2. declarat Tiraquell. in dicta quæst. 40. num.118. & latius declarat Molin. de primogen. lib.1.c.1.nu.17. post Paul. Cast.& alios inter quo affert Decium qui optimè loquitur in cons.498.num.19. sicut & Parif. in cons.65.num.17.vol.3. & Roder. Suar. in l quoniam in prioribus ad legē fori quæst.8.num.6. Allegat etiam Andream nostrum in eo loco qui visus est aliquibus petra scandali nempè in c. Imperialem in §. præterea Ducatus in prima addit.in vers.sed si dicatur,vbi inquit feudum datum Titio,& liberis,vel hæredibus suis esse ex pacto, & tamen in Regno exploratum est vbicunque in concessione fit mentio hæredum esse esse feudum hæreditarium, immò & in dubio esse hæreditarium sicut vtrumq; docet idem Ilet.in c.j.§.& si libellus de alien.feud.patern.nu.6.10.& 13.& alibi sæpè,vt ibi per Lipar. Quamobrem ad vitandam contradictionem Ant.de Alex. in suo consil. quod est vltimum impressum post consilia Loffred. nu.53.& 54. desumit ex illis verbis conclusionem nō admodum dignam tali viro. Et illo non

recensito idem dicebat Afflic.in c.1.in 2. notabil. de eo qui sib. & hæred. licet in alijs locis profiteatur se esse in opinione contraria, vt per Lipar. ad Andr. in d.S. præterea Ducatus in verb. sed si dicarur lit.M. Et ibidem recenset Capyc. & Loffred. volentes, vel contra sentire, vel textum corrigere vti mendosum ad quod inclinant ibi Lipar. & Loffred. in cons.1. num.143. & verè cum ob temporum iniuriam oportuerit illū innumeris alijs mēdis expurgare satis leuis inter illas est hæc correctio ad vitandum tanti viri lapsum cum contradictione ad se ipsum in pluribus locis præsertim in cap.1. an agnat. in princ. & num.1.2.& 3. ad quē locum se ipsum allegat. Sed quicquid sit quo ad differentiam feudi hæreditarij vel ex pacto circa alienationes in vita, bene allegatur And. per Molin. ad id quod agimus circa successiones quarum respectu etiam feudum pro hæredibus ex corpore dicitur ex pacto, cum habeatur similiter à primo acquirente nec successio potest ab vltimo decedente alterari, sed gradatim successor qui vocatus est venit ex propria persona ad successionem, licet cum qualitate hæreditaria si Regnum est hæreditarium, vt per Oldrad. in consil.94. vel si feudum est hæreditarium, vt per Afflic. in const. cōstitutionem Diuæ memoriæ col.3.& 4. Camer. in c. Imperialem fol.48. col.2. & fol.96. & in cap.1. an agnat. in 2. oppos. & in prima quæstione num.21. Reg. de Pont. in consil.88. num.35. & alij multi.

Neque ex hoc in vtraq; istarum successionum aliquod potest considerari incon-
16 ueniens pro bono publico. Nam quo ad Regna dum omnibus est exploratum Regimen optimum esse Regium. Et Rege deficiente ad vitandas dissentiones debere successorem esse certum, sicut post alios innumeros vtrumque latè probant Vasq; controuers. illustr. lib.1. cap.1. Et Reg. Lanar. in cons.1. col.1. & 2. vtique linea primogenitorum est certior, & ad imperandum accōmodatior. Certior est quoniam ipsa linea de primogenito in primogenitū semper est vniformis, prælatio vero ex ætate est variabilis, vt per omnes relatos per Tiraquell. in dicta quæst.40. num. 6. nam & nepos potest esse maior natu, sufficit autē esse ætatis perfectæ, & si ætas est imbecillis nihil prohibet patruum supplere administrationem nepotis nomine, sicut Lycurgus qui regnare cæperat cognito vterum gestare coniugem primogeniti prædefuncti obseruauit partum, & nato puero illum Principibus Regni secum discumbentibus ostentans hunc (dixit) habemus Regem, & se infantis nomine donec pubesceret administraturum, sicut refert Iustin. lib. 3. & Plutarch. in vita Lycurgi. E contra vero, & reuerentiæ, & fortitudinis, & dignitatis causa aptiorem ad imperandum esse lineam de primogenito in primogenitum copiosè colligitur ex Tiraquell. de iur. primogen. in præfat. nu.39 45.47. & ferè per totam, & multa ad hoc desumentur ex viro laudatissimo Francisco de Petris in eius libello, multiplici eruditione referto cui nomen festiuarum lect. lib.1. c.7.& lib.2. c.11.

Vnde preferri lineam descēdentem quam-
17 diù durat etiam inclusis fœminis vbi ad successionem admittuntur, & tàm in Regnis, quàm in feudis particularibus firmant alij innumeri, quos recensere esset illos transcribere ex Ioanne Cirier in tractat. de primogenit. quæst.27. Gomes. ad leges Taur. in l.40 quæst.11. num.66. Afflic. in cap.1. de success. feud. col.3. cum seqq. Couar. in lib.3. variar. resol. cap.5. col. fin. & ex Tiraquell. in dicta quæst.40. num.12. Ex quibus etiam patet hanc opinionem esse veriorem, & receptiorem, & vtroq; casu legibus Regijs confirmatur. Nam in successione Regni præferri nepotem statuitur nuncupatim apud Hispanos in l.2. titul.15. par.2. Idemque in maioratibus disponitur in l. Tauri 40. & similiter in linea descendenti viget apud nos cōstitutio quæ incipit, vt de successionibus vbi vocando

in perpetuum lineam descendentem di-
18 citur feuda tenenti filios, nepotes, & ex eis pronepotes, & vsque in infinitum ex descendenti linea cuiuscunque sexus debere succedere. Vis est in illis verbis (ex descendenti linea) ex quibus Napod. in cons. si moriatur num. 120. in fine desumit prælationem totius lineæ dicens quod ius statutum inter filios feudatarij statuitur similiter inter filios primogeniti ipsius feudatarij, & sic deinceps, Nec cauilletur dicendo quod idem ius erit in morte primogeniti postquam ipse erit feudatarius, nam tunc succederetur ipsi filio, & nihil disponendum esset respectu patris qui iam decesserat. Sed constitutio disponit de successione patris feudatarij, & vult vt huic feuda tenenti succedant filij, vel nepotes, vel pronepotes, &c. cum prærogatiua sexus, & ætatis. Certum est autem quod huic feuda tenenti non potest succedere nepos ex primogenito viuente ipso primogenito, nec pronepos viuente nepote, ergo succedit nepos, vbi præmoritur filius, & pronepos vbi præmoritur nepos, & sic deinceps durante linea primogeniti in infinitum, ex qua linea non excluduntur fœminæ, nam dicitur cuiuscumq; sexus cum prælatione tamen sexus, & ætatis, & sic optimè desumit Napodan. quod non deuenitur ad secūdogenitum durante linea primogeniti, siuè in masculis, siuè in fœminis.

Et ex hoc clarè tollitur dubitatio propo-
19 sita sub num. 7. vbi dicebamus durum videri, vt ad aui successionem excluso patruo inuitetur nepos ætate iunior, & gradu remotior. Et nunc augetur dubitatio ex admissione etiam neptis, & sic contra omnia tria requisita gradus, sexus, & ætatis, & quamuis fundauerimus nepotes dici filios, non tamen fundare possumus esse plusquam filios, & inter filios clarum est, quod in feudalibus fœmina quantumuis primogenita dicitur tenere secundum gradum nempè post primum, quod occupant omnes masculi ita Castrens. in cons. 164. num. 18. vol. 2. Ruin. in cons. 120. num. 11. vol. j. & consil. 168. nu. 6. vol. 3. Socc. in consil. 127. num. 3. vol. 2. & in l. Gallus §. quidam rectè nu. 4. in fin. ff. de liber. & posthum. Curt. Iun. in consil. 125. num. 5. vnde pro patruo contra neptem legimus doctas allegationes Petri de Monteforte quas inserit Afflict. & secum adhæret in cap. 1. de natur. success. feud. nu. 20. referens tamen fuisse iudicatum pro nepte vt ibi num. 54. vers. in contrarium. Idemque tenent Soccin. & Curti. quos refert, & sequitur Grammat. in decis. 1. nu. 29.

Et porro vrgebat difficultas dum propone-
20 bamus solummodo tres succedendi rationes nempè gradus, sexus, & ætatis, sicut illas proponebat Corn in cons. 199. num. 38. lib. 2. loquens de constitut. huius Regni, & alij multi dum loquuntur de concursu aliorum inter se, extra concursum lineæ primogeniti, sed quando accidit concursus cum linea primogeniti, oportet exordiri successionem prius ratione ipsius lineæ, & postea ratione gradus, sexus, & ætatis sicut ex nostra constit. docuit Napod. Et etiam de iure communi (non afferens Napodanum) idem tradidit Ludouic. Molin. de primogen. lib. 3. cap 4. num. 14. vbi ex multis comprobat primam succedendi rationem incipere à linea primogeniti, & postea subsequi rationem gradus, tertio sexus, & quarto ex ætate. Idemque quo ad prælationem lineæ, & proinde præferendam neptem repetit in eodem libr. cap. 6. num. 49. & 50. & bene allegat se ipsum quo ad quatuor succedendi rationes exordiendo à linea primogeniti, sed (vt opinor ex incuria impressoris) præposterat ordinem in reliquis tribus, quas in dicto num. 14. proposuerat ordinatè Molinam refert, & sequitur Lanar. in consil. 1. num. 62. 63. & 64. similiter bene fundans quod in linea descendente sic præfertur tota linea primoge-
21 niti, vt nisi in totum defecerit nō possit deueniri ad secundogenitum, sed neque

Molin. meminerunt Tiraquell. per quem eadem doctrina pulcherrime exornatur, cum enim in dicta quæst. 40. num. 36. optimè fundasset nepotem dici natum ex auo sicut filium, cum & nepos sit pars filij, & in eo fiat eiusdem sanguinis dilatatio concludit postea num. 37. quod proinde (hæc sunt verba illius) si erat pater primogenitus, nepos ex eo natus est etiam primogenitus, & paulo post concludit hoc non fieri ex fictione, sed ex veritate idemque vna cum Anchar. & Paul. Castr. bene probat Afflic. in cap. omnes filij num. 17. si de feud. fuer. controuers. aduertendo quod consil. Ancharani relatum per Afflictū iuxta aliam impressionem, nunc est consilium 339. num. 7. circa finem.

Istis cognitis, in quibus videbar forte extra causam aliquatenus vagari, intelligitur illico quid dicendum sit in successione transuersalium. In illis enim cessat dilectio primogenituræ, & affectus ad lineam primogeniti ex amore qui descendit cum desiderio, & spe propagationis, vnde adeo impensæ inquit constitut. vt succedant nepotes, & trinepotes, & vsque in infinitum. Sed est alia species dilectionis ad consanguineos valde minor quam dilectio ad descendentes. Et sic constitutio incipit eo casu loqui restrictè vocando in feudo nouo solummodò fratrem in antiquo solummodo vsque ad filium fratris. Et insuper, quia cessant præfatæ considerationes respectu lineç ex primogenito descendentis ideo Andr. in constit. Vt de successionibus colum. 6. agens de alia quæstione (quasi loquens in re admodum clara) paucis verbis dicit quod primogenitura locum habet quando succeditur patri, non quando fratri. Qua in re (præter morem) silere non possum quam incongruè aduersus Andream opponunt aliqui de text. in cap. considerantes, ac dicunt Andream in linea collaterali negare priuilegium primogenituræ, quæ in cap. considerantes expressè statuitur. Et sic loquuntur quia

22 fortè nimis celeriter, & Andream, & capitulum lectitabant. Et idcircò nos in huius capituli intelligentia superius immorati sumus, & patefecimus, quod capitulum nihil noui fecit nisi tollere abusum initiatum ex occasione ibi recensita circa successionem fratrum, quæ per constitutionem admittitur, per abusum impediebatur, & per Carolum in eo capitulo restituitur, nec quicquam noui additur immò reliqua ibidem iuri veteri dimittuntur. Et sic restituendo fratribus successionem quam habebant ex constitutione exprimit eandem sexus, & ætatis prærogatiuam quæ in constitutione statuebatur, & vt dixi fuit prouisio necessaria ad tollendum abusum introductum, vt frater fratri non succederet.

Andreas vero post constitutionem, & post capitulum non potest loqui vbi vnus frater succedit alteri, quia si feudum est iuris Longobardorum succedūt omnes eiusdem gradus, siuè descendentes, siuè collaterales, & in vtraq; linea non adest differentia ex primogenitura c. 1. §. His verò vbi Andr. declarat de grad. success. Si vero feudum regulatur ex iure Francorum tunc aut nullus frater succedit sicut in feudo nouo concesso pro hæredibus ex corpore (loquor circumscriptis gratijs sicut temporibus Andreæ) aut si aliquis succedit oportet, vt sit vnus, & hic vnus non potest esse frater minor excluso maiori, sicut est de iure naturç, & clare dispositum fuerat in cap. cōsiderantes. Vnde infertur necessario quod theorica Andreæ est inapplicabilis quādo agitur de personis ipsorum fratrum; licet in hoc excesserit Afflic. in c. omnes filij nu. 10. si de feud. fuer. contr. admittēs hoc casu diuisionem feudi in quo viuitur iure Francorum quod est impossibile neque hoc sentit Andr. qui & contrarium dixit in c. 1. de grad. success. & declarat Camer. in c. 1. An agnat. in 9. oppos. nu. 18. Sed ibi conciç loquendo inquit

inquit quod in successione patris habet locum primogenitura, vt succedat linea primogeniti donec durat, sed in successione fratris licet succedat alter frater maior natu qui iā dicitur primogenitus, tamen si iste prædecessisset tunc eius filij non excluderent alium fratrem defuncti tertio loco genitum, quia illa prælatio, & prærogatiua quam habet tota linea primogeniti, in successione patris non conceditur etiam in linea collaterali nempè in successione fratris, & cessante ista prærogatiua in tota linea, oportet vt succedat frater viuēs qui est gradu proximior hoc vult Andr. & sic intelligit, & decidit Ant. de. Butr. in cons. 47. alibi 48. refert & sequitur illum Afflic. in const. vt de successionibus col. 8 in 8. notab. & latius in cap. omnes filij si de feud. fuer. contr. nu. 32. & in numeris præcedentibus latè firmauerat similiter pro fratre post And. clarius loquentem in cap. 1. § his vero de gradib. success. & diuersitatē inter vtrāq; lineā benè explicauerat sub nu. 17. post Anchar. & Paul. vt ibi.

Ratio autem diuersitatis est euidens quia
23 in linea descendente semper idē est gradus, & cōtinuatur primogenitura, & primogeniti linea prædiligitur, vt supra deduximus, sed in linea collaterali filius fratris verè est remotior, & dum lex ciuilis per fictionē facit illū repræsentare patrē, vt concurrat cum patruo mota fuit æquitate, sicut discurrit Grammat. in decis. 1. num. 6. ne illi noceat mors paterna in allodijs in quibus præcipuè consideratur stipes qui gaudebit suis posteris prouideri, idemque admittitur de iure feudorum in feudo diuisibili. Secūdum ius Longobardorum, vt in c. 1. de success. fratr. Sed ius Francorum diligētius prospiciens seruitio directi Domini instituit feuda non diuidi, quia vnus totius feudi possessor commodius seruiet. Et in hanc conformitatem inuestitura præfert masculos, & proximiores, & ætate maiores, non modo intuitu recipiētis cui talis ordo est decentior, sed etiam intuitu concedentis, pro cuius seruitio eligitur sexus aptior ætas validior, & gradus proximior, quia remotior (vt inquit Seneca) facilius accepti beneficij obliuiscitur, vnde inter cæteras rationes ob memoriam beneficij renouādam fuit instituta renouatio inuestituræ sicut inquit Io. Blanch. de Marsilia in sua summa in tit. de sacram.
24 fidelit. in §. item dubitari. At vero in dispositionibus hominum non admittitur repræsentatio proximitatis per fictionem quæ alias admitteretur in dispositione legis, prout ex Baldo, & alijs latè probat Couar. pract. quęst. lib. 3. c. 38. col. 8. versic. Tertio ad intellectum. Et similiter vbi prospicitur ætas illa requiritur verè, & non repræsentatiuè §. 1. iuncto §. ex his in auth. de hæred. quę ab intestato deferunt, & alia porro est ætas patris alia filij l. si paterfamilias §. fin. ff. de adopt. nèque ætas a patre ad filium transmitti potest l. final. C. de legit. tutel. iunct. l. de tutela ff. de tutel. & dum Alex. in cons. 123. ante num. 4. vol. 1. præfert illum nepotem ætate minorem loquitur in successione ascendentis in qua præfertur semper linea primogeniti, sed extra ipsā remanent incōcussæ præcedētes rationes eiusdem Alex. sub nu. 1. & 2. respectū gradus, & ætatis. Vnde etiam respectu directi Domini nō potest supplere subingressio per fictionē, tanto magis cum sit interesse considerabile in existentia reali vltra interesse voluntatis, quod est sufficiēs præsertim in feudis, & etiam de iure cōmuni l. fin. ff. de vsu, & habit. tradit Iser. in c. Imperialē col. 1. & ibi Camer. fol. 4. Capy. in decis. 100. Dec. in l. cum fundus §. seruum tuum imprudens ff. si cert. pet. ad quod pondero theoricā Bar. in auth. post fratres C. de legit. hæred. dicentis quod subingressio in locū patris est quādo tractatur de succedendo in bonis aui, vel patrui, & sic non habet locum in feudo quod habetur nō à patre, vel patruo, sed à concedente, vnde reiecta fictione attenditur veritas, gradus, & ætatis. Et hinc infert Bar. ad iustitiam sententiæ pro

Rege Roberto, sed qui tenent pro nepote respondent quod ab eodē concedente est prædilecta linea primogeniti quæ tamen (vt supra diximus) non consideratur in linea collaterali, & sic ratio Bartoli remanet in casu de quo agimus quādo sumus in successione collateralis, & in hoc casu cessat de illa doctrina Bartoli dubitatio Cumani in l. cum ita legatū §. fin. ff. de leg. 2. Et hæc quo ad rationes.

Quo vero ad literam constitutionis, vt de
25 successionibus, ibi nimis clarè in linea descendēti præfertur tota linea in infinitum, idque nimis rationabiliter, vt supra deduximus. Vbi vero incipit loqui de collateralibus non excedit filium fratris. Et ne credatur Imperatorem non cogitasse quod licet vltimus moriens sit collateralis, tamen respectu primi acquirentis cui verè succeditur sunt similiter descendentes vnde in feudis antiquis de communi iure feudorū similiter descendentes ex fratre succedebāt in infinitum c. 1. de natur. succes. feud. quē text. procedere reiectis contrarijs post Iacob. de Beluis. probat Aret. in cons. 164. col. 2. vers. Et propter hoc. Ideo progreditur declarando quod in vlteriore gradu positis etiam in his quæ communis patris fuerunt successio non defertur, sic manifestando differentiam si vltimus moriens est ascendens, vel collateralis. Vt primo casu prospiciatur linea secūdo casu prospiciatur gradus sicut declarat Afflict. in d. c. omnes filij num. 17. Dum enim respicitur linea quilibet in illa inclusus est potior, sed dum respicitur gradus, licet fictio possit gradum approssimare, non tamen potest superaddere aliam fictionē præsertim rei nō transmissibilis qualis est primogenitura, ita Loffred. in consil. 14. nu. 47. in fin. & 48. Rub. cons. 149. nu. xj. Cuiac. de feud. lib. 2. tit. xj. fol. 2. vers. Itē quia Zas. cons. 8. num. 12. lib. 1.

Hanc nouā prouisionem constitutionis aduertere voluit Andr. sciens quod in d. §.
26 His vero admittuntur ad feudum diuisibile, tàm fratres defuncti de cuius successione agitur, quā filij alterius fratris qui prædecesserat sicut ibidem ipse declarat, & latius Ang. in cons. 287. col. 2. in vers. si ergo. Et sciens etiam quod in feudo antiquo succedebant filij fratrum, & eorum descendentes in infinitum habendo respectū quod succeditur primo acquirenti c. 1. de natur. succes. feud. considerabat quod ex hoc iure communi feudorum cessante linea primogeniti veniebat linea secundogeniti quæ incipiebat esse primogeniti, & habendo respectum ad primum acquirentem cui succeditur, erit similiter linea descendens habens eandē prærogatiuā quam diximus de linea descendente à primogenito, vt ea durante præferatur semper reliquis omnibus. Et consequenter ex eo iure, in feudo diuisibili concurrissent cum fratre tertiogenito, non modo filij fratris secundogeniti, sed etiam alij descendentes vlteriores. Et in feudo indiuisibili isti met descendētes excluderent eundem fratrem tertiogenitum, & quia const. tollit hanc successionē lineæ fraternæ in infinitum limitans gradum solummodò vsq; ad filium fratris, monet hinc Andr. quod iam ex constitutione relinquitur prærogatiua lineæ descendenti quando succeditur patri, sed non lineæ collaterali quando succeditur fratri. Et hinc sequitur, vt frater minor excludat filium fratris maioris, quia ille est proximior, & hic non potest venire tanquā ex linea prædilecta, vt sic ex propria persona haberet idem ius quod erat in patre, sed venit tanquam existens in gradu successibili, qui est gradus remotior, & in eo gradu consideratur, sicut est ille, & non sicut erat pater, vt latè probat Fulgos. in cons. 12. Et cessante prædilectione lineæ ex primogenitura dum sibi indulgetur, vt per fictionē subingrediatur in gradum æqualem cum patruo satis est vt concurrat cū ipso patruo in feudo diuisibili, sed vbi feudum est indiuisibile, ita quod oportet vnum succedere tunc rationabilius est, vt succedat frater, qui est maior ætate, & reperitur proximior

mior ex veritate, & non ex fictione sicut hæc colliguntur ex Ancharano, Castrēsi, & Afflict. in dicto num. 17. 31. 32. & 33. & tradit Cuiac. de feud. lib. 2. cap. 11. sub rubr. de grad. succed. in feud. fol. 2. vers. Ius enim tradit etiam Alex. in cons. 123. col. 2. in vers. bene facit vol. 1. vbi inquit posse admitti ad partē non autē si oporteret habere totum, & latius Afflict. in c. 1. de success. feud. col. 21. in 20. arg. & col. 25. in 3. fallent. & vterq; subdit aliud esse in linea descendente, sicut, & Corn. bene loquens in cons. 199. vol. 2. nu. 46. in fin. & 47. & latè Cannet. cum multis ad hoc allatis in c. si aliquem in cap. incipien. An filius nu. 17. fol. mihi 285. Et (vt dixi) hoc quod Andr. in cōstitutione annuit sic concise latius explicat in d. §. his vero deficientibus.

Aduertendū est tamē quod Lipar. ad And.
27 in d. §. his vero deficientibus intelligit, vt loquatur etiā in successione aui, & sic in illa famigerata quæstione in qua non dignoscitur vtra sit cōmunior, & multos affert hinc inde quod plenius fecerāt Tiraq. & alij supra relati, & licet dixerimus magis receptam esse opinionem pro nepote hoc euenit, quia tota linea primogeniti est primo loco prospecta, & intra ipsam lineam quæritur de gradu sexu, & ætate, sed in concursu cum alijs quilibet huius lineæ præfertur quamuis ille alius concurrens gradu, sexu, & ætate antecederet, quod quidem supra fundatū, ideo repeto quia cum hoc fundamēto resoluūtur rationes adductæ pro patruo, quæ alias essent insolubiles dum pro patruo dicitur quod ipse realiter est filius, nepos repræsentatiuè, ipse realiter ætate maior nepos per fictionem quæ nō vincit veritatem, nec trāsmitti potest primogenitura quæ extinguitur cū persona sicut suitas, nec transmittitur ius succedendi non cōpetens re sed spe, & multo minus ætas quæ est personalissima quibus, & similibus respondetur quod nepos tanquā in linea prædilecta venit ex propria persona, vt per Tiraq. in d. q. 40. num. 36. 37. 116. 118. 127. & 128. & alibi sæpè in eo discursu post Napod. Anchar. & Castr. & postea Molin. & alij, vt supra in quā conformitatem in capitulis Honorij impressis in cōmento ad Andr. in c. 1. de natur. success. feu. nu. 8. circ. med. lit. B legimus appellari lineā in successione descendentium, sed vbi loquitur de filijs fratrum nō loquitur nisi de gradibus pluries exprimendo proximitatē gradus tēpore mortis quod etiam negare non audet Aret. in cōs. 162. in princ. de quo infra loquemur. Et est ponderandum quod cū prætulisset ætatē se declarat nō loqui de sorore nupta in cōcursu minoris in capillo. Et ita etiā si voluisset se declarasset in ea prælatione ex gradus proximitate nō loqui de fratre minore in concursu cū filio fratris maioris. Immò vocare fratres, aut filios fratris iuxta gradum proximiorem indicat fratrum filios vocari, vbi non adsunt fratres. Sic patefaciens inter collaterales respici gradum, licet in descendentibus primo attendatur linea, & postea gradus. Vnde Doctores illi, qui nō obseruant hanc prælationem lineæ iudicāt supradicta argumenta cōtra nepotem esse insolubilia, & persistunt in opinione pro patruo, sicut Dec. in cons. 443. & Afflic. in c. 1. de success. feud. col 9. & alij innumeri ab ipsis relati. Ergo in successione collateralis non potest filius fratris iuuari Doctoribus tenētibus pro nepote in successione aui, quia mouentur ex prædilectione lineæ primogeniti in successione ascendentis, quæ non habet locū in successione collateralis, vt dictum est, tenentes autem pro patruo, & rationes illorum militant similiter immò fortius in successione collateralis, & sic in successione fratris opinio pro nepote caret Doctorū authoritatibus, opinio vero pro patruo remanet cum authoritatibus Doctorum innumeris.

Rediens autem ad And. in d. §. his vero de-
28 ficiētibus, si loqueretur etiā in successione ascendentis prodesset magis eius authoritas in successione collateralis qui

casus

casus est fortior ad beneficiũ fratris, sed pro veritate opinor quod ibi loquitur solum de successione fratris, sicut intelligunt Afflic. in d. §. omnes filij nu. 31. Tiraq. de primog. q. 41. nu. 2. Ant. Gabr. cõmun. opin. lib. 4. de success. ab intest. cõclus. 2. nu. 5. Sic enim in principio incipit discurrere de successione, quæ indefectũ descendentium spectat ad collaterales, & primo ad fratres, & fratrũ filios insimul sicut in linea descendenti de qua ad hũc finem loqui videtur quasi in parẽtesi, & redeundo statim se declarat hoc procedere in feudo diuisibili, nam de iure Frãcorum, iuxta quod feuda nõ diuiduntur succedet vnus, & hic vnus erit patruus, & quod loquatur solum in successione fratris suadetur, quia in successione ascẽdentis quæstio est controuersa adeo pugnaciter, vt sit inuerisimile Andream voluisse illam duobus verbis diffinire, sed in successione fraterna videtur sibi quæstio facilis dũ sibi est exploratũ in successione fratris non præferri lineam ex primogenitura vt modo probauimus, & sicut cęperat loqui de successione fraterna, sic expedita quæstione patrui, & nepotis prosequitur quod post fratres eorũq; filios veniunt alij agnati. Veruntamen sua decisio siuè cõprehendat solã quęstionẽ
29 in successione fratris, siuè comprehẽdat etiam quæstionẽ in successione Aui, clarũ est quod ibi, & in constit. vt de successionibus habemus decisum articulum de quo agimus, vt in successione fratris frater viuens excludat filiũ præmortui, & in hoc concurrunt Butr. & Affl. vt supra, & etiã Iacob. Cuia. sicut illũ refert, & sequitur Reg. Lanar. in cons. 1. n. 66. sic etiam ex multis, & multos afferẽs firmat Franciscus Milenens. in decis. 8. nu. 197. & in decis. 9. per totam cõcurrit Cumia afferens etiam multos in c. si aliquẽ in verb. gradu nu. 72. & iterũ nu. 102. & 103. cũ seqq. & ibidẽ Cannet. in cap. incip. An filius fol. mihi 285. nec cauilletur qđ sunt siculi, nã quo ad hoc eadẽ est dispositio cap. si aliquem cum nostra constitutione sicut se declarat Cannet. in d. c. in princ. & omnes loquuntur genericè de iure [illegible]. Adeo quod aduersus tot viros, & adeo insignes non potest prævalere authoritas trium, vel quatuor quos affert Cõsil. de Anna in cõs. 125. nu. 43. præsertim quia Soccin. eadẽ dicit in substantia quæ suus præceptor Aret. in cons. 162. quibus sufficienter respondet Cannet. vbi supra, & nos etiam infra respõdebimus, Intrigliola nihil noui affert Tiraq. articulũ non disputat. Anna ipse nõ affert aliud, nec cõsiderat differentiã linearũ, & paulo post absq; fundamento idem firmat in feudo nouo, vbi est ratio diuersissima, prout infra dicam, & ad quæstionem collateralis miscet si venit ad participandum, vel ad excludendũ in quo adest differentia quã diximus ab eximijs Doctoribus considerata. Item vult euadere decisionem Milenensis proponendo differentiã inter feudũ hæreditarium, vel ex pacto, quæ differentia operatur circa modũ succedendi simpliciter, vel cũ qualitate hæreditaria, non autem circa ipsam successionem, quę vtroq; casu eodẽ modo habetur a primo acquirente, vt supra diximus. Et denique affert multos loquentes in linea descendente, quos libenter admisimus, sed vis est in differentia lineæ, vt supra fundauimus, & sic Cumi. in c. si aliquem in verbo gradu nu. 72. huic differentiæ inniti profitetur post Afflic. qui in d. §. omnes filij affert etiam Angelũ, & specificè facit differentiam si sumus in successione aui, vel fratris, quam differentiam expresè repetit in cap. 1. de success. feud. col. 25. vers. Tertio fallit.

Vnde nõ obstant allegati per Lipar. ibi qui
30 omnes loquũtur in successione Aui Frãcisc. de Aret. loquitur in successione fratris, qui allegatur per Lipar. in cõs. 164. & ita etiam allegatur per Afflic. in constit. vt de successionibus col. 8. vers. cui addo quod idẽ, & per Lanar. in cons. 1. num. 65. sed in eo cons. 164. loquitur de successione descendentium ex fratre defuncti secundum ius commune feudorũ, &

& nihil de concursu cū alio fratre, quare sunt intelligēdi, vt ipsum allegent in cō-sil. 162. vbi loquitur de isto concursu in successione fraterna, & tenet pro filio fratris natu maioris, sed (ni fallor) ex eius lectura magis cōfirmatur opinio pro patruo ipse enim primo secundum regulas quas supra firmauimus optimè fundat nō transmitti ius succedendi non delatū, & consequēter nec primogeniturā quæ est qualitas modi succedendi, sed oportere vnumquemq; succedere ex propria persona iuxta gradū in quo reperitur, si autē ius cōmune concedit repræsentationē ad concurrendū cum patruo non illā cōcedit ius feudorū ad exclusionē patrui, vt sic gradus fictus præualeat contra gradū verū, & similia quæ valdè stringunt pro patruo vsq; ad num. 8. ibi vero incipiens arguere pro nepote allegat Bar. in auth. cessante quē miror quomodo Grām. in decis. 1. nu. 31. inquit quod reprehēditur ab Aret. in illo cōsilio, quia immò Aret. ab hoc loco Bartoli exorditur, & fundat præcipue hāc opinionē ex doctrina Bar. in auth. cessante (inquit ipse) C. de suis, & legit. vbi nihil ad hoc sed vult dicere in auth. post fratres C. legit. hæred. vbi inquit non admitti repræsentationē in feudalibus quia non succeditur auo nec patruo. Ergo (infert Aret.) locum habet repræsentatio in casu nostro in quo defunctus est patruus de cuius hæreditate di-
31 sceptatur. Sed illatio non subsistit quia clarum est non disceptari de hæreditate viuētis, sed inquit Bar. quod licet moriatur auus, vel patruus tamen feuda non habentur ab illis, sed à primo concedente qui vocauit reliquos ordine successiuo, & sic nō applicatur repræsentatio cōcessa in bonis aui, vel patrui, & ideo hunc locū Bartoli supra ponderauimus ad beneficium patrui in successione collateralis cū respōsione pro nepote in linea descendente. Item nimium se fundat quod non modo frater vtrinq; coniunctus, sed etiam eius filius excludit patruū venientē ex vno latere, sed bene respōdet Dec. in cons. 443. nu. 30. quod ius cōpetēs ob cōiunctionem ex vtroq; latere eodē modo spectat ad descendentes qui necessario sunt similiter coniuncti ex vtroq; latere, sed ius primogenituræ est personale, & extinguitur cum persona sicut fundauerat sub nu. 18. Postea ipse Aret. non respondet ad capitulum Honorij supra relatum quod valde stringit, & respōsiones ad alia obiecta pro patruo magis tēdunt ad inclusionē nepotis in successione descēdentium, quod nos admisimus. Et denique ponderat constitutionem, vt de successionibus ex cuius verbis desumit prælationem nepotis in successione aui, & optimè loquitur, subdit autē qđ ex identitate rationis idem dicendum est in successione fratris. Et in hoc neq; ratio est eadem, sed longè diuersa, vt supra deduximus, neq; hoc dicere possumus contra authoritatem duorum luminum iuris Regni dum Napod. ex ea constitutione desumit prælationem lineæ primogeniti in descendentibus, & And. exinde etiam illā expresè denegat in linea collaterali. Progreditur Afflic. vbi supra dicens adesse quasdam declaratorias Reginæ Ioannæ, & potuisset dicere Reginarū quia vtraq; sic declarauit, sed in linea descēdente, vt ipse testatur in c. 1. de natur. succ. feud. nu. 54. in fin. & Grām. in decis. 1. nu. 29. Dicit adesse sententiam Roberti, & non exprimit quam sentētiam, vnde si intelli-
32 git de sentētia pro se lata in successione Regni illa fauet patruo, sed illa non vtimur quia contrarium est verius in linea descendente, si loquitur de sentētia quā fecit ipse Rex in causa Dominorū de Sācto Seuerino, illa fuit in successione aui sicut legimus apud Oldrad. in cons. 224. & similiter in successione aui fuit sentētia Dominorū de Spinellis ad beneficiū nepotis, immò & etiā ad beneficiū neptis iudicauit Ferdinādus Rex in anno 1480 sicut hæc omnia referunt Afflict. & Grāmat. in locis prędictis. Quę omnia admittimus in linea descendente. Dicit tandem se ibi nō decidere, sed sufficit in duobus alijs

alijs locis supra relatis disputasse, & sic decidisse in linea collaterali cum expressa distinctione, & declaratione in contrariū quando sumus in linea descendente. Idq; sub clypeo Andreæ de Isern. in duobus locis cum alijs authoribus supradictis, & cum adeo viuis rationibus ponderatis.

Quæ omnia dicta sint pro veritate ipsius ar-
